5 pectandi.ergo &c.vbi dicit ꝙ†q̃diu superest ali-
quis qui possit venire per cōtratabu.si sunt exclu
si morte vel alio modo,certè tūc instituti veniunt
per secund.tabu.sicut dicit hic statutum ꝙ q̃diu
superest masculus non veniat fœmina.Modo po-
ne ꝙ illi qui possent venire per cōtralabu.sunt ex
clusi morte,vel alio modo:certè tunc instituti ve-
niunt per secund.tab.nō ꝙ extunc cōfirmetur te-
stamentum:sed tamē ex eo ꝙ retro valuerit testa-
mentum,licet venire nō potuerit.Ita hic debet ex
pressè venire quasi retro fuerit nullum testamen-
tum:ideo quasi hodie annulletur,& illa significa-
tio verborum hoc importat,vt ibi patet.Bart.

¶Quando hæreditas transmittit ab ignorāte vel
ne,& qd in legato,& quid de clausula codicillari.

SVMMARIVM.

1 *Hereditas non queritur heredi ipso iure.sed sub tacita con ditione si uoluerit,& sic ignoranti non quæritur.*
2 *Legatum queritur ignoranti.*
3 *Fideicommissum,non transmittitur ignoranti.*
4 *Clausula codicillaris quid operatur, & an possint detrahi duæ quartæ.*

¶CONSILIVM. XII.

a SI quis instituitur [a]
heres, institutio nō quæritur ei ipso iu
re.sed sub quadā tacita cōditione si vo
1 luerit†adeò ꝙ decedens ignorans nō transmittit
ad hæredē:quia hæreditas nō adita,nō transmitti
tur &c.vt.C.de iure delibe.l.quoniā. &.l.si quis
in graui.§.eleganter.&.l.si quis primo.ad syl.l.j.§.
2 in nouissimo.C.de cadu.tol.¶†Sed in legato se-
cus:quia queritur ignoranti & ignorans transmittit,vt.l.seruum filij.§.si
quis rem.&.l.si fundū.§.si titius.de lega.j.l. cùm pater.§.surdo & muto
&.§.furioso.de leg.ij.Modò pone ꝙ testator hæredē instituit,& dixit:si
b non valet [b] iure testamēti,valeat iure codicillorū &c.Pone ꝙ testamentū
reducitur ad causam intestati,& sic existit,& valet vt fideicōmissum,vt
l.codicillis.§.fi.de lega.ij.&.l.ex testamēto.C.de fideicom.l.qui autē.ff.
si quis omis.causa testa.Dico ꝙ istud fideicōmissum,quod est restituen-
3 dum per veniente ab inte.hæredi scripto†nō acquiritur ignorāti: [c] & sic
c nisi agnoscat decedens nō transmittet.hoc vult tex.no.in.l.quærebatur.
ff.de mi.tes.ibi,vim prioris testamenti in causam fideicōmissi esse cōuer-
4 sam &c.est alius effectus.s.propter detractionē†duarū quartarum,quas
detrahet rogatus de restituendo sub cōditione,quas non detrahit roga-
tus de restituen.purè,secūdum opi.gl.in.d.§.sed nec impube.in.l.papi.
ff.de inoffi.test.cum si.de quo dixi in.l.j.de iure cod.Bar.

¶An filius institutus hæres sub cōditione potestatiua,vel casuali sit pre
teritus,vt possit dicere testamentū nullum?Item an filius institutus sub
conditione potestatiua vel casuali,dicatur grauatus in legitima.Itē quid
operetur preteritio filiorū ad annullationē testamenti.Itē quæ substitu
tiones dicantur directe vel oblique.Item an aut.ex causa.habeat locū in
præteritione posthumi,& in preteritioue paterna,& an legata filio pre
terito maneant firma vel ne.Item an substitutio ficeicō. in legitima filij
facta,sit nulla,vel ne.Item an fideicō.restans in vita defuncti, transmitta
tur si non fuit agnitum,& an iuri immiscendi præscribatur.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones casuales & mistæ,que dicantur.*
2 *Nubere & matrimonium ingredi cum effectu,idem est quod confiteri.*
3 *Institutio in potestate constituto,an habeat reddere institutionem nullam.*
4 *Preteritio filij de iure ciuili,an reddat testamentum nullum. & quid de iure pretorio?*
5 *Bonorum possessio non agnita,non transmittitur.*
6 *Testamento nullo ex preteritione,an substitutiones directe sint nulle?*
7 *Substitutiones directe & oblique que dicantur?*
8 *Verbum succedo,absque aliqua adiectione,significat substitutionem.*
9 *Reseruatio facta à testatore,an designet fideicommissariam substitutionem.*
10 *Authentica,ex causa.C.de libe.prete.an habeat locum in preteritione posthumi.*
11 *Authentica,ex causa an loquatur de preteritione paterna.*
12 *Per authenticam,ex causa.an confirmentur relicta à preterito.*
13 *Substitutio fideicommissa.an teneat in legitima filiorum.*
14 *Filius filij fratris,an succedat amite in genere insimul cum sorore amite.*
15 *Fideicommissum non agnitum nec restitutum,an transmittatur ad hæredes?*
16 *Ius adeundi hereditatem,an possit prescribi,& an requiratur aditio in suis.*
17 *Soror habitando cum fratre in bonis paternis, non excluditur prescriptione petendi hereditatem paternam.*

¶CONSILIVM. XIII.

d EX facto [d] proposito plura du-
bia oriuntur. ¶Primū vtrum testamentū Hugolini prædi-
cti,sit aliquod de iure quo ad hæredē institutū necne.¶Secū
dum,vtrum substitutiones factæ sint directæ vel obliquæ, vt sciatur an
preteritio filiarū eas reddat inualidas necne.¶Tertiò quid si sit nullū te
stamentum præfatū quò ad heredis institutionē,vtrū quo ad alia in eo re
licta sit aliquod necne.¶Quartò vtrū ad successionē ab inte.predictarū
Trude vel Serince,& Cyole quæ mortue fuerunt ante dictū Matheolū
veniant solū Decutia prædicta.an verò simul veniant cū ea nepotes di-
cti Matheoli,cū non appareat ex predictis quod Matheolus nec predi
cti sui filij hereditatē predictarū dominarū adierūt:& quedā alia dubia
ex his procedunt vt inferius exprimetur.¶Circa primū dubium consi
dero tria.¶Primum vtrū cōditiones descripte predictis filiabus fuerint
1 potestati,necne,vt per hoc videantur preterite necne.¶†Secundò an.l.
quoniam in prioribus.C.de inoffi.test.vel eius effectus locū habeat in fi-
lijs sub casuali vel mista conditione institutis.¶Tertiò,quid operet pre
teritio filiorum suorū ad annullationē testamenti paterni. ¶De primo
videntur tūc cōditiones fuisse non potestatiue,sed miste, saltē in perso-
na earum que nō erāt adulte tempore testamenti. ¶Ratio huius est(vt
fuit prudenter tactū per allegantē)quia nubere & monasterium ingre-
di cum effectu,idē est quod profiteri,vt no.in aut.ingres.de sacro.sanct.
2 eccle.†& hec omnia expectāt,& requirunt puber.insti.de nup.in prin.
de condi.& demon.l.hæc cōditio.Sed impuberi est casuale ad puberta-
tem peruenire.vt patet ex sensu.ergo ipsa cōditio pro parte à casu pen-
det.hoc probat.l.vinum.ff.si cer.peta.subarguendo de loco ad tēpus,vt
illud operetur temporis protensio, quod loci longinquitas.nō obst.ad
hoc.l.j.de insti.& sub.&.l.in testamento.de cōdi.& demon.que in cōtra-
rium allegatur per allegantes:quia ibi nō habetur quòd conditio fuerit
potestatiua. Nec ob.quod ibi nō dicitur ꝙ ipsa conditio adiecta filio,
habet vitiare testamentum. imò magis oppositum. quia instituebat
auum paternum, cuius præteritio pro exhæredatione est. vnde & si
casualis fuisset,non habuisset irritare testamentum.& ex hoc est quòd
conditio

conditio veluti difficilis iudicatur, & ea etiam viuo testatore, impleri potest, vt. l. hæc conditio. de conditio. & demonstra. & ex hoc est. s. quia de facili & communiter contingit, ꝙ conditio quæ potest impleri iudicatur potestatiua in. l. suus quoq;. §. primo. & quod ibi no. de hæredi. insti.

3 ¶ †De secundo[a] dubio. s. vtrum casualis vel mixta adiecta institutioni factæ de filio instituto in potestate constituto, habeat institutionem reddere nullã: an verò remoueatur à iure per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. & per. l. scimus. §. cum autem. eod. titu. quæ adhuc magis videtur vrgere. Omissis quæ adhuc dici possent gratia breuitatis, videtur testamentum nullum reddi ex tali cõditione adiecta, quia suus est præteritus cùm non sit in casum contrarium exhæredatus, & hoc probat. l. si pater. de instit. & substi. allega. * ¶ Nec obst. l. quoniam. quia ibi loquitur cùm testamentum de iure ciuili tenuit, puta ꝙ filius est exhæredatus vel pro exhæredato habitus & aliquid est sibi sub conditione vel modo relictum, vel vbi fuit sub conditione potestatiua institutus: & hoc ibi probat litera in princip. & circa fin. ibi dum dicit eorum iura qui ad memoratam accusationem vocabantur. ¶ Patet ergo, ꝙ illa lex prouidet vbi filius poterat testamẽtum expugnare: ergo in casu in quo testamentum de iure ciuili tenebat, valet: quia suus institutus erat sub potestatiua conditione. tamẽ in minori summa, quàm esset legitima sua, vel quia exhæredatus vel pro exhæredato habitus: quia si præteritus, à materna his proditum est remedium querelæ. vt institu. de inoffi. testa. in princi. & ibi no. Non ergo loquitur vbi testamentum esset nullũ ipso iure: quia eo casu non agitur querela. ¶ Sed restat respondere ad. l. scimus. §. cum autem. quia videtur loqui de casuali conditione, cum dicit de conditione mortis hæredis, fideicõmisso grauati, vt. l. j. §. j. ff. de conditio. & demonstra. & l. hæres meus. eod. titu. quia lex illa non prouidet circa nullitatem testamenti, sed contra querelam vel contratabu. cum refert se ad. l. quoniã in prioribus. præalleg. & tamen cùm pertractetur inofficiosi querela, princeps in nullitatibus ius innouat, vt. l. omnimodo. §. si verò. & l. quæ nuper. eodem titu. in fin. ¶ Item lex illa, est posita sub rubrica. de inoffi. testa. ergo debet intelligi cum filio exhæredato, datum erat fideicõmissum sub conditione, vel si præteritus fuit, debet intelligi ꝙ præteritus noluit fideicommissum, & sic approbat testamentum, quo casu tenet testamentum, saltem de iure prętorio, sed per contratabu. potuisset rescindi, vt. l. filio præterito. de iniust. test. remouet ergo illa lex conditionem relicto filio datam, ad consecutionem filius intendebat: non autem dicit ꝙ filius sub tali conditione institutus non possit dicere nullum, si ipse non dicit, nec nos dicere debemus maximè cum habeamus legem quæ disponit de nullitate, quæ non reperitur correcta: ergo & c. vt. l. pręcipimus. in fine. de appella. Item ibi non fuit filius institutus, sed extraneus: sed filio fuerunt fideicommissa, relicta sub die certa vel incerta: vnde non habent locum leges prohibentes filiam sub conditione instituti: ita ꝙ testamentum tenebat ipso iure & per querelam rescindebatur ꝙ remouetur. non ob. ꝙ illa iura sunt fauore tam patris quàm filiorum inducta: quia non propterea sequitur ꝙ loquantur de testamenti nullius corroboratione: satis est enim fauor parentum, si querelam vel cõtratabulas excludunt.

4 b ¶ †De tertio dubio huius primæ partis s. quid operetur præteritio filiorum[b] circa nullitatem testamenti prædicti videtur doctori. Modernis, ꝙ de iure ciuili nullum habeat reddere testamentum, sed de iure prętorio valeat si filiæ prædictę prętheritæ id tacitè vel expressè approbassent, & iste est eorum intellectus in. l. filio. de iniust. testa. ita probatur in. l. prima. ff. si tabu. te. nul. exta. no. de except. rei iudi. l. ij. facit ꝙ no. de bonorum possessione contratabu. l. tertia. & l. cum in secundo. in prin. ff. de iniust. testa. hoc tenent Moder. C. de nece. ser. hære. insti. l. ij. licet & aliter in. d. l. filio cõmuniter per gloss. dicatur, non ergo videtur secundum eos de iure ꝙ taciturnitas præteriti confirmet testamentũ sed eius voluntas tacita vel expressa, quo casu conualescat testamentum solum de iure prætorio non ciuili secundum omnes, vt est ostensum. per hoc est responsum ad oppositiones quæ fiebant de pręscriptione iuris dicendi nullum: verumtamen adhuc infertur præfatum Hugolinum esse intestatum: quia non confirmatur tale testamentum nisi de iure pretorio, vt ex eo & per illud possit peti bonorum possessio, vt not. de contratabu. l. ij. & d. l. cum in secundo. in princi. cui quidem iuri bonorum possess. petendi satis dudum videtur

5 esse præscriptum cum sit annale. ¶ †Item est cõsiderandum ꝙ bo. pos. non agnita non transmittitur. l. iij. §. acquirere. de bono. pos. & per ea quæ proponuntur non apparet ꝙ Matheolus agnouit eam, vnde ex persona Matheoli non competit eius hæredibus ius ad eam nec cõpetit eis ius ad eorum personas: quia per ea quæ proponuntur non apparet fuisse in rerum natura tempore vitę testatoris filios Nicolai & Tristani qui tunc erant & de quibus possit fieri excitatio. ergo nõ competit eis bo. pos. in bonis dicti defuncti, vt. l. j. §. si quis proximior. ff. vnde cogn. & posito ꝙ fuissent: tamen non obtinebant primum locum siue primũ gradũ. quia Matheolus eos pręcedebat: ergo bon. posses. non admittitur ex dicto testamẽto, si autẽ venient vt scripti ꝑ secundũ tab. & hoc nõ possunt: quia pręfertur eis persona parẽtis eorũ: quia tũc tenebant locũ primi hęredis. vt. l. j. de cõtratabu. ergo Hugolinus nullũ potest habere hęredẽ ex testamẽto, & ꝑ cõsequẽs omni iure est hodie intestatus. ¶ Ex pręmissis cõcluditur ad principale dubiũ dictum Hugolinum decessisse intestatum, ex pręteritione maximè Decutię filię posthumę. & Serincæ si erat minor, vt videtur inui neq; relictũ agnouerũt neq; aliter te-

6 stamentum approbauerunt. ¶ †Restat de secundo puncto videre, videlicet posito ꝙ dictũ testamẽtũ sit nullũ, quo ad institutionẽ vtrũ substitutiones in eo factę sint directæ necne. & hoc ideo: quia si essent directę idẽ iuris esset de eis ꝙ de institutis: quia & ipsę institutiones cõditionales sũt vt. l. in rõne. §. ij. ad. l. fal. & §. si filio, & qa ꝑteritio filiorũ hẽt ipsas substitutiões irritare, vt. ff. de lib. & posth. l. gall⁹. & ꝑ totũ. Et primò vr̃ ꝙ sint

7 directę: qa tũc substitutio est directa † qñ verba prolata nõ demõstrãt ministeriũ eius, cũ substitutio fieri denotat̃. sed in proposito nõ vr̃ ex verbis ministeriũ eorũ qb⁹ facta est substitutio: ergo videt̃ directa potius ꝙ̃ obliqua. pro hoc facit ꝙ diximus ꝙ dubia substitutio interpretat̃ directa, vt. C. de hær. insti. l. fi. & de vulg. & pup. l. verbis ciuilibus, in fi. gl. Ecõtra videt̃, ꝙ sit obliqua, maximè substitutio facta filiab⁹ ꝑdictis, de qua ptinet ad ꝑsens agere: qa illa quę facta fuit filijs aut fuit directa & fuit nulla rõne pteritionis, aut fuit obliqua, & nõ ptinet de ea quęrere: qa eius conditio nõ euenit. ¶ De prĩa ergo facta filiab⁹ vr̃ dici ꝙ videat̃ obliqua ꝑpter verbũ succedo in ea adiectũ ꝙ vr̃ verbũ cõe. Cõgruit enim oĩ successori tam singulari ꝙ̃ vniuersali, ac si verbo cõi adijciũtur ista verba, sine liberis & c. tũc secundũ cõem opi. ista videt̃ substitutio fideicõmissaria, vt probatur in. l. precibus. & l. centurio. ff. de vulga. &

8 pup. ista opi. approbatur per Modernos. ¶ †Itẽ verbum succedo, per se vr̃ importare aliquã substitutionẽ absq; aliqua adiectione, vt probat̃ in. c. Raynutius. & c. Raynal. extra de testa. & no. Io. an. in. c. j. de testa. li. vi. Item pro his facit q ibi est verbũ volo, quod verbũ secundũ quosdã doc. facit substitutionẽ obliquã. argu. l. omne verbũ. C.

9 cõia de leg. ¶ Itẽ hæc suadet vrgentius adiectio testatoris subiecta dictæ substitutioni, cum dicit saluo ꝙ dictæ suæ filiæ, & quęlibet earum possit disponere pro anima & corpore vsq; ad ꝙ̃titatẽ

a ¶ De secũdo. Circa superiorẽ cõsultationẽ, q vellet discutere vnãquãq; cõclusionem, satis cõmẽtariorũ op⁹ esset, ideo ad loca vbi illę subtilitates examinant̃, me remitto, solũ attigã secũdam cõclusionẽ in qua videt̃ ꝙ cõditio casualis & mista, opposita filio, reddat testm̃ nullũ: cuius cõtrariũ voluit i. l. si pater. C. de instit. & substi. & in. l. suus quoq;. ff. de cõdit. insti. & Sali. i. d. l. si pat̃. Ioã. de imo. in. d. l. suus quoq;. sed melius in. d. l. si. ff. de cõdi. insti. in. xij. col. in vers. circa casualẽ latissimè explicat articulũ. & tãdẽ tenet Cu. opi. Bart. quã tenet legendo. s. ꝙ testm̃ valet sed reijciat̃ cõditio ꝑ. l. scimus. §. cũ ãt. Pau. de ca. quem refert Alex. de imo. i. d. l. si pater. dicit tenẽdo opi. Bar. q. s. ꝙ nullus bñ rñdet ad. d. §. cũ ãt. & totus mũdus seruat suã opi. qa ꝑ suam opi. cõseruat̃ testm̃ ꝑ cõtrariam verò quã hic tenet subuertunt̃, & in dubio adherendũ est dispositioni, q̃ fauet testõ, vt no. i. l. si pars. ff. de ioffi. test. & in. c. fin. de re. iud. quã sequit̃ Ang. cõsi. xciij. in ci. viuianus de mõte, cõis tñ opi. est ꝙ subuertat̃ sicut hic ꝑ Bar. & ꝑ Bal. in. d. l. qm̃ in prioribus. & d. l. si pater. & in. d. l. fin. ꝑ Ang. & in. d. ll. & in cõsi. cxvij. inci. dña Catherina. q. Blasij, vbi non bñ rñdet ad. §. cũ aũt. qd dicẽdũ nescio: qa q haberet cõsulere in hac re, vel iudicare, graue onus sumeret, cum vtraq; ps sit bene munita. tñ Bar. hic tenet cũ cõi opi. cõsulẽdo, & etiam Ang. cõsulẽdo vr̃ adherere huic pti, & fortè si aliq q tenẽt cõtra Bar. in lect. vidissent hoc cõsi. si est Bart. vt credo, nõ ita dilatasset fimbrias cõtra cõem opi. dico quòd nõ memini nec vidisse, nec audiuisse ꝙ hoc cõsiliũ alleget aliqs. & pro superiori consultatione addite cõsi. liij. inci. facti narratio. circa medium. Ber. Land.

* ¶ Pro intel. l. qm̃ in prioribus. C. de inoffi. testa.

b ¶ Filiorum. Vide Bal. cõsi. xij. iij. li. incip. q dã. d. Matheus. Ang. consi. cxiiij. Ber. Land.

a ¶ Auť.ex causa.an
illa auť. habeat lo-
cum in præteritio
ne posthumi? po-
nit exemplũ Ias.in
d.auť.in.iiij.col.in
ver.secundum du
bium.& in ver.ter
tium dubium.vbi
ponit plures con-
cordantias, cui ad
de Bar.in isto con
sil.& Bar.in consi.
ccx.inci.in nomi-
ne omne illud. &
in cõsi.ccxxxv.in
cipi.Lapus, Tho.
b ¶ In tertio dubio,
Plenè ponit Iaso,
in.d.auť.ex causa.
in.vij.co.& Alex.
in.l.ita tamen . §.
quoties.in pe.col.
ff.ad tre. Tho.
c ¶ In legitima, Vi-
de Pau.de ca.cõsi.
cxxxiij.& est cõ-
munis opi.illa quã
hic tenet Bart.sed
si per statutũ sit au
cta legitima, an in
illo augmento, fi-
lius posſit graua-
ri, vide Cal.consi.
xxxij.de test.Ber,
Lanf.
d ¶ Quartus princi
palis, Vide Andr.
Barb. ĩ auť.cessan
te.C.de leg.hære.
ĩ addi. Bar, vbi fa
cit mentionem de
huiusmodi consi.
Bar.& vide Bart.
in cõsi.cvj.inci.fa-
ctũ proponiť sub
hac forma . Tho.
e ¶ Quintò. Vide
quę scripsi.s̃.in cõ
sil.præcedẽti.inci,
si quis instituať.&
Alex.de Imo.in.l.
cũ filio. in.x.colũ.
ff. de leg.j.versi.in
eadem,ibi,vbi all,
huiuscemodi cõsi,
Bart.hic, Tho.
f ¶ An ius agendi,
aliter inci.quæriť.
an iuri agendi,.&
adde ꝙ istud cõsi.
secundũ ordinem
perusinũ est in pri
ma parte iudicio-
rum,nu.xlv.& ibi
nõ est insertũ cõsi
lium Bal.sed in ter
tia parte de vlti-
mis voluntatibus
in cõsi.lxv.inci.in
Dei nomine amẽ.
factum super quo
quęritur.quod est
impressum in fin,
consilij.& est do-
mini Bal.de Peru
sio.Tho.

centum librarũ &c.quæ quidẽ ratio desinat testa-
torem sensisse fideicommissariã substitutionẽ: qa
in eũ tempus & casum videtur facta reseruatio:
quo casu facta erit ademptio & reseruatio.hęc cõ-
currunt tẽpore pubertatis : quia ante nõ põt quis
disponere de bonis suis , nec inter viuos , nec in
vlti.volun.ergo tempore pubertatis,sensisse vide
tur.&ꝑ consequẽs erit tempore testamenti magis
eis substitutio facta per verba directa,& per con-
sequens censenda est fideicommissaria,vt no.in.l,
verbis ciuilibus.de vulga.& pupil.& per hoc in
alijs puberibus quibus fuit vnà cum illis impube
ribus facta substitutio, vt.l.cẽquis.cũ si.C.de imp.
& alijs substi. ¶ Ex his concludimus, substitutio
nem prædictã videri potius obliquam q̃ directã,
non obstantibus dictis in cõtrariũ,quibus potest
de facili responderi, ex rationibus pro hac parte
factis. ¶ De tertio autem principali dubio,videre
restat.s.an fideicommissa prædicta vtilia sunt nec
ne.Hic est considerandũ primò vtrum authẽ.ex
a causa.[a] C.de libe.prete.habeat locum in pręteri-
tione posthumi.Secundò vtrum confirmentur re
licta quæ relicta sunt à pręterito. Tertiò vtrum fi-
lius potest substitui per fideicommissum in debi
ta iure naturæ. Quorum quidem vtrumq; est satis
10 dubitabile & in primo quidem dubio † licet varię
sint sententiæ glo.& etiam modernorũ probabi-
liter dici potest ꝙ.d.auť.non loquatur in pręteri-
tione posthumi. Et hoc probatur sic; ad quem ca-
sum nõ porriguntur verba legis nec ipsa lex por
rigitur .l.hos accusare.§. omnibus, de accu.&.l.j.
§.non autem.C.de cad.tol.sed verba dictæ auť.nõ
adaptantur ad pręteritionẽ posthumi:quia secun
dum communem intellectum,illa auť.intelligitur
de causa præteritionis omissa,ac illa nõ congruit.
Primò,quia illi non potuit causa inferri: ergo nec
admitti,ar.l.si quis in suo.§.legis.C.de inoffi.test.
Secundo probatur in eo casu quo testamentũ te-
net à principio quo ad hæredis institutionẽ,lega-
ta relicta in eo dependent ab illa institutione,etiã
eo casu,quo institutio à qua relicta dependent an-
nullatur: tunc in consequẽtia annullantur relicta
tanq̃ accessoria.& pro hoc.ff.de libe.& post.l.iij.
§.fi.ibi no.ꝙ si fit ibi pręteritio posthumo, testa-
mentum tenet à principio.ergo &c.Itẽ legũ cor-
rectio vitanda est.&.l.caueť ꝙ relicta huiusmodi,
sunt nulla vbi pręteritus est posthumus, vt.l.j.C.
de posthu.hære.insti.nec reperiť clarè & expres-
sè correcta:ergo &c.& in hac sententia sunt Dyn,
Odof.Mar.Sil.Iaco.but.Odof.& multi alij , licet
oppositum teneat quædã gl.& vltramon.& Cy.
in proposito autẽ themate pręterita fuit Decutia
posthuma, verũ quia non solũ posthuma,sed iam
nata fuit pręterita videlicet Serinca tũc impubes,
vt,s̃.est probatũ:ideo nõ est inhęrendũ huic ratio
ni; quia pręteritio personę natę à principio reddit
testamentũ nullũ,& in eius persona potuit testa-
mentum quo ad legata, & fideicommissa tenere.
11 ¶ † De secundo an auť.ex causa loquať de pręte-
ritione paterna, videť dicendũ licet variè sit tracta
tum per doc.ꝙ locũ habeat,& hæc opi.est cõmu-
nis circa quã amplius nõ insistimus; qa est cõmu-
12 nis & longũ esset discutere. ¶ † In tertio dubio[b]
b vtrum relicta à pręterito confirmenť ꝑ auť.ex cau
sa? visum est domino Dy.ꝙ nõ confirmenť, vt ipse
probat & no.in.l.ij.de leg.iij.secundum quã opi,
fideicommissa prædicta pręteritis filiabus data
videntur esse nulla,quod esset cõcedendum vltra
id quod habuisset de voluntate testatoris ,idest
vsq; ad summã eis relictam videtur fideicommis-
sum tenere per auť.ex causa.& cessat.l.ij.& etiam
13 ratio Dy. ¶ † In quarto dubio videlicet an substi
c tutio fideicõmissa.teneat in legitima[c] filiorũ nec-
ne, variauerũt gl.in.l.ex tribus.&.l.quoniã.C de
inoffi.test.sed Dy.ex longa disputatione determi
nauit ꝙ non tenet relictũ à filio,sed tenet relictũ à
succedentibus sibi ab intesta.vt scripsit in.l.iij.de
vul.& pup.& ibi plenè per eũ & ꝑ Cy.in.l.ex tri
bus. In proposito aũt, substitutio fuit simpliciter
facta, vnde ipse videť rogatus ad quẽ relatus fuit
sermo.& ideo iuxta præfatã cõsiderationẽ fideicõmissum factũ de dicta
legitima, est nullũ. ¶ Ex his cõcludimus ad hãc partem, fideicommissa
præfata valuisse & valere, in eo ꝙ relictum præfatũ præfatis Trudæ &
Cyolæ excesſit debitũ iure naturæ: sed si non accepit vltra legitimã, nõ
tenuit præfatũ fideicõ.& si pl⁹ acceperit, tenuit ĩ eo ꝙ excesſit legitimã
& non vltra.ergo ꝙ res remanet scrutanda: vtrum legitimam acceperit
ꝙ ex quantitate patrimonij dignoscitur : ꝙ secundũ numerũ liberorũ,
filij dicti testatoris debuerunt habere dimidiã, inspiciatur ergo vtrum
quilibet eorum habuit virilem semisſis necne,& secundum id iudicetur
14 per prædicta. ¶ † Quartus principalis[d] punctus est.s.vtrum ad succes-
d sionẽ Trudæ & Cyolæ & Seryncæ veniãt nepotes Mathei:& cõstitit
in hoc vtrũ Metheolus adierit hæreditatem , vel pro hærede se gesserit
sororum suarum,& si ipsi non gesserint se pro hæredibus: vtrũ filij Ma
theoli.s.Nicolaus & Christian⁹ se ꝑ hærede gesserint dictarũ amitarum
suarum,& si quid prędictorũ fuit, nunc indubitanter nepotes Metheo-
li prędicti dictarum dominarum præmortuarum pro dimidia sunt, vel
esse possunt hæredes, ex persona videlicet patris vel aui ipsorũ , sed si
Matheolus & filij sui nõ adierunt, nec pro hęrede gesserũt se dictarũ tru
dę,& Seryncę,& Cyolę mortuarum: tunc est quærẽdum vtrũ filius filij
fratris succedat amitę in genere insimul cum sorore amitæ, ꝙ quidẽ de
filio fratris nõ est dubiũ.per auť.cessante.de leg.hære.sed de nepote fra
tris non videtur.l.caueri.ꝙ succedit cum amita.& ideo videtur ꝙ salua
sit gradus pręrogatiua, vt in auť.post fratres.eo.tit.& propterea præfe-
15 ratur. ¶ † Quintò[e] restat videre de fideicommisso relicto dictis filiabus
e dicti testatoris, vtrũ præfati cõtrarij Nicolai & Christiani posſint illud
agnoscere,& ad id admitti,& dubiũ est in hoc ꝙ non fuit agnitũ nec re-
stitutum Matheolo fideicommissario, eo viuente,& ideo videtur ꝙ nõ
transmittat eum ad suum hæredem.vt not.in.l.filio.de lega.j.Sed verius
est ꝙ transmissum est ex quo dies eius excesſit in vita defuncti : licet nõ
fuerit sibi restitutũ.& ita probatur in.l.cogi.§.idem merian⁹.&.l.apud
iul.§.vtrum.§.ad trebel.& ibi no.probatur ꝙ no.in.l.cum filio.s̃.alleg.
vbi non ponitur vera opi.secundum Dyn.& alios modernos . ¶ De eo
autem ꝙ quæritur vtrum Decutia debeat habere aliquid de bonis ma-
ternis vltra legatum, non est dubium ꝙ debeat habere supplementum
vsq; ad debitum bonorum subsidium.vt.l.omnino.C.de inoffi.testa. &
in auť.vt cum de appel.cog.§.cæterum. ¶ Potest insuper dubitari vtrũ
Decutia quæ nõ proponitur hæreditatẽ patris adijsse expresſè hucusq;
à iure ipsius sit præscriptione exclusa,& in hoc põt dupliciter dubitari.
Primò an sit prescriptum ius adeundi hæreditatem. Secũdò vtrum ius
16 hæreditatis petẽdæ. ¶ † Et ad primum dico non esse p̃scriptũ ius adeũ
di hæreditatem: quia aditio non requiritur in suis,sed sufficit sola immi-
stio.est enim suus ipso iure hæres in sui commodũ, vt insti.de hære.quæ
ab intestato.§.sui.ff.de acquiren.hære.l.in suis.cum simi.vnde de iure ad
eundi non potest quærere: quia inhabitando paternam domum (vt ha
bitasse proponitur) videtur gerere pro hęrede, vt.l.j.C.de repu.hær.l.
17 pro hærede.§.j.ff.de acquiren.hære. ¶ † De secundo videlicet vtrum pe
titioni hæreditatis sit prescriptum, videtur dicendum ꝙ nõ, per ea quę
proponuntur: quia proponunt eam communiter stetisse cum fratre in
bonis paternis: nec proponitur fratrem solum possedisse & tenuisse to
tam hæreditatem; vnde sequitur ꝙ in quæstione præcedenti nõ currit
præscriptio,& ꝙ fratres post ipsam non excludit. Bartolus.

¶ An iuri agendi ad supplementum legitimæ præscribatur quinquen-
nio sicut iuri quærelandi.

SVMMARIVM.

1 *Iuri agendi ad supplementum, quinquennio præscribitur.*
2 *Ius agendi ad supplementum, succedit loco quærelæ.*
3 *Actio subrogata, est illius naturæ & uitæ cuius actio in eius locum subrogatur.*
4 *Ad supplementum legitimæ agitur actione personali.*

¶ CONSILIVM. XIIII.

f AN ius agendi[f] ad supplemen-
tum in legitima tollatur quinquennio? Ad hoc respondetur
ꝙ quinquennio ei præscribitur, si ille qui poterat petere fuit
1 negligens per quinquennium † à die aditæ hęreditatis.quod probatur
per casum.l.si quis filium.C.de inoffi.testa.secundò per casum.l.fin.C.
de inoffi.testa.sic inducendo. Quęrela inofficiosæ donationis habet locũ
siue aliquid sit relictum, siue nõ ei qui intentat quærelam . Et quando
aliquid est relictum, dicta quærela hoc operatur solum quod ei supple-
tur quod deest ad legitimam, vt no.in.l.j.C.de inoffi.do.habet ergo di-
cta quærela effectum iuris agendi ad supplementum dicto casu,& tamẽ
quinquẽnio finitur, vt.d.l.fi. Et sic est ibi casus, quod iuri agẽdi ad sup-
2 plemẽtũ præscribiť quinquẽnio. ¶ † Præterea.illud ius agẽdi ad supple
mentum, succedit in locum quærelæ, vt.l.omnimodo.C.de inoffi. testa.
sed actio subrogata est illius naturæ, & vitę, cuius actio in cuius locum
subrogatur secundum primordialem naturam, vt.l.prima.§.hæc actio.
ff.si quis testa.li.es.iuſ.& not.in.l.certi condictio.§.j.& in princi.l.in pri
3 ma gloss.no.ff.si certum peta. ¶ † Nec obstat, ꝙ ad supplementum legi
timæ agitur cõdictio.ex lege:& sic ex actione personali quę durat.xxx.
annis

a ¶Concludit ergo. Adde quod idē se quit Bart.in.d.l.si quis filiū.q tenet prout hic,tamē cō trariū tenent omēs doct.& Ange.in.l. papinianus.§.si cōditioni.in.ij.co. ff.de inof.test.vbi allegat consil.Bar. Et dicit quod con trarium cōsuluit, cū multis alijs do-ctorib9, & ista est cōmunis opi.vide plenè per Ias.in.l. si quis filium.in.ij. col.&in.l.cōditio. in prin.in.x.colū. ff.si cer.pet.cui ad de quod cōtrariū consuluit Bald.vt patet in fin.huius cōsilij.& quod cō trarium consuluit Pau.de ca.in cōsi. cxxiij.dubium de quibus.& Calde-ri.in consi.xvij.in tit.de teste.& Pet. cor.in cōsil.cxj.in ij.vol.inci. difficul tas.in fi.vbi alleg. plura doctorū cō-silia,& in cōsi.ccl-xv.in.iij.vol.inci. in hac videtur.in consil.cclxiiij.in hac consultatione in.j.vol.& ita etiā cōsuluit & repro-bat istā opi.Bart. Pet.de vbal.frater Bal.in consi.quod inci.viso præfato puncto.& Pet.de eubal.eius nepotē in.c.raynutius.in xxv.char.de test. & ad rationē quā facit Bart. hic re-sponde.quia tolli tur eius ratio p ea quæ no.idē Bar.in l.pater filiū.in re-peti.in.v.col.ff.de inoffi.test.in.ij.q. in fin.cōmunis er-go conclusio do-ctorum est, quòd ius agendi ad sup-plementum legiti mæ tollat spatio. xxx.anno.ita Bal. & Pau.de ca.in.d. l.si quis filium.& Bal.in aut.presby teros.C.de epis.& cle.& cano.in.d.c. raynutius.& ibi Petr.de eubal.& Mod.in.d.l.certi cōdictio.& Alex. de imol.in consil. cviij.inci.viso the mate.& est cōmu-nis opi.quā tamē singulariter limi-ta p verba Bal. in cōsi.cccxxv.i.iiij. vol.incip.viso te-stamento.q dicta p̄scriptio nūq̄ cur rit cōtra illū q est possessor vniuer-salis hrēditatis, qn non possit petere supplemētū legiti mæ.qa possessori p̄scriptio non cur rit p.l.cū notissi-mi.C.de p̄sc.xxx. an.& in.l.si is cui9 rem.ff.ex qb.cau. maio. Et no.qa de facto fuit in cā ar-dua Eugubij īter fratres.s.August. de eugubio, & Paulociū ser ma-riotti.in qua exi-stēs locū tenēs p-do.Fran.maria fel trio de reuere Vr bini duce,iudica-ui Anno domini Mcccccxiij.de mē se Iunij.Tho.di.

annis,vt.C.de cōsti.pecu.l.ij.qa illud est verū re-
gulariter.tn̄ fallit,in multis casib9 ibi notatis,& in
multis alijs q̄ ibi nō ponunt,vt dicit gl.iter quos
est iste,p rōne p̄dictā.¶Nec ob.quod dicit q alia
rō est in q̄rela.s.qa odiosa,& totū testm̄ rescindit
quod nō facit cōdi.ex.l.ad supplementū:qa imò
est eadē rō.¶Sicut enim q̄rela rescindit testm̄ in
totū:ita ius agēdi ad supplementū,resecat institu-
tionē & legitimā p illa pte,vt.l.si libertus.§.liber
tus.ff.de bo.libe.&.l.ex patronis.eo.ti.& ideo.l.si
qn̄.§.fi.C.de inof.test.appellat dictū ius agēdi ad
supplementū q̄relā.sicut enim p q̄relā qs de toto
testō cōquærit:ita p hoc ius cōquerat de modico
relicto.¶Nec ob.d.l.si qn̄.§.fi.p quā videt q ali-
4 ter tollat q̄rela,aliter†ius agēdi ad supplemētū.s.
p acceptionē legati:qa verū est in casu illo,sed qa
rō q̄ est in vno,cessat in alio:nā acceptādo legatū,
approbat testamētū,meritò nō pōt eū impugna-
re p q̄relā:qa diceret legatū esse inualidū: sed illa
ratio cessat in iure agēdi ad supplemētū.Nā reci-
piendo,dicit legatū validū:& petēdo supplemen
tum similiter dicit validū,licet cōquerat de modi
citate,sed in iure tollēdi p p̄scriptionē est eadē rō:
sicut em̄ q venit p querelā cōtra testm̄ venit cōtra
voluntatē defuncti:ita ille q petit supplemētū,vt
s̄.probatū est:qa oīs petitio falcidię & trebelliani
cæ vel alterius portionis debitæ dicit cōtra volū-
a tatē defuncti,vt.l.titia.ad.l.fal.Cōcludit ergo[a] q
dicto iuri agēdi ad supplemētū,p̄scribit quinquē
nio à die aditę hęreditatis.Bart.¶In Dei nomine.
amen.Factū sup quo q̄rit cōsiliū tale est.videlicet
vtrū iuri agēdi ad supplementū legitimæ p̄scribat
quinquēnio.¶In Christi noīe amē.Dn̄s Bart.te-
net q ius agēdi ad supplemētū nō durat,nisi vsq;
ad quinquenniū post aditā hæreditatē ab hęrede
vniuersali inchoandū.Et dicit hoc pbari p.l.si qs
filiū.§.fi.C.de inoffi.test.Itē dicit hoc probari: qa
istud ius agēdi ad supplemētū,subrogat loco quę
relę:ergo finit quinquēnio.Itē, qa sic videmus in
quærela inoffi.dona.licet aduocet debitū bonorū
subsidiū,& nō vltra in certis casibus.C.de inoffic.
dona.l.fi.&.C.de inoff.test.aut.vnde si parēs.Ego
dico,q qn̄ filio instituto cōpetit istud ius,q est p
petuū,nec est verū q subrogat loco q̄relæ,imò est
inductū odio q̄relæ.nā q̄rela est odiosa,ipsum aūt
ius agendi ad supplemētū,est fauorabile introdu
ctum fauore testātis,ac etiā filij.C.de inoffic.test.l.
omnimodo.& sic si testator mandasset suppleri,
esset actio ppetua,ita & tūc eo.tit.l.scimus.ī prin.
Itē ius adeundi est ppetuū.& similiter petitio hæ
reditatis,& filio p legitima cōpetit ius adeūdi:in
aut.vt cū de appel.cogno.§.cęterū.¶Non ob.l.si
qs filiū.§.fi.qa euidēter ipse excipit à q̄rela inoffi.
tantū,vt patet ibi,dū dicit quærelā.& ibi dū dicit
post aditā hæreditatē.nā aditio respicit q̄rerā tm̄
inoffi.testamēti.l.papi.§.si cōdu.de inoffi.test.sup
plemētū em̄ fit ipso iure filio.& anteq; ali9 adeat
hæreditatē:statim enim mortuo patre debet habe
re legitimā & fructus legitimæ.Itē vbicūq; lex lo
quit de quinquēnio:loquit in q̄rela.C.in qb.cau.
in integ.rest.nō est neces.l.ij.Itē nō est nostrū in-
uenire p̄scri.nisi in casib9 scriptis in iure, vt.C.de
cōsti.pec.l.ij.qbus casib9 semper tenui.s̄.in.d.l.si
quis filiū.& in aut.p̄sbyteros.C.de epis.& cle.q
ius agendi ad supplemētū esset ppetuū in institu-
to.propterea sicut institutio est perpetua: ita au-
gmentū,seu supplemētū eius.l.cū inter.§.cum in-
ter.ff.de pac.dota.Et ita consulo ego Bar.

¶Si testator substituit compendiosè filio suo, & ille moriatur in pupil.anteq; se immisceat, an ex vulgari substitutus,possit statim succedere testatori.& si moriatur in pupillari post immissionē, an excludatur mater à substituto.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta à pagano per uerbum commune,cum illis uerbis sine liberis,est semper fideicommissaria.*

2 *Appellatiōe mobiliū & īmobiliū,an ueniāt iura & actiōes?*

3 *Verbum pleno iure in substitutione, restringitur ad species relictas.*

4 *Cōpendiosa substitutio per quæ uerba fiat,uide plenè ibi.*

5 *Substitutio pupillaris si est adita hæreditas per pupillum, an excludat matrem?*

6 *Per uerbum,pleno iure,appositum in substitutione, matrē debet excludere.*

¶CONSILIVM. XV.

IN nomine domini
Amen.Pater habēs filiū impuberē fecit
testm̄ solēne,in quo alia legata fecit,& filium sibi
hæredē vniuersalē instituit, & ei substituit forma
infrascripta. In oībus bonis meis mobilibus, &
stabilibus, & noībus debitorū Titiū filium meū
hæredē vniuersalem instituo,& si.d.Titius filius
meus decederet sine filijs vel filiabus ex eo descē
dētibus legitimè substituo ei fraternitatem & ho
spitale dę misericordia.cætera oīa mea bona sta-
bilia & mobilia,eo casu aduenięte ad dictum ho
spitale & fraternitatē ipsius pro aīa mea deueni-
re volo pleno iure,detractis legatis p eū factis in
dicto testamēto.& post hoc decessit testator sup
uiuente sibi dicto filio pupillo & vxore testato-
ris matre dicti pupilli.post hoc decessit dict9 pu-
pillus supuiuente sibi matre.¶Ex prædictis for
mant duæ q̄ōnes.Prima est si pupill9 decessit pa
tris hæreditate nondū adita an fraternitas & ho
spitale possint ex directa vulgari succedere testa
tori in bonis eius,nā de pupillo nō agit: qa nihil
habebat vltra patrimoniū.¶Secūdò q̄rit,si hęre
ditas sit adita p dictū pupil.& eius tutorē,nunqd
dicta substitutio sit tantæ virtutis q matrem ex-
cludat?¶Ad primū pro pte matris dicit,q sub-
stitutio in ambobus casib9 p̄missis, est fideicom-
mis.p gl.positas ibi in.l.p̄cibus.C.de īpu. & alijs
substi.q̄ gl.& glosato.vbicūq; de hoc tractāt ap-
1 tè vident dicere & indubitāter † quòd vbicūq; à
pagano fit substitutio p verbū cōe adhibitis ver-
bis illis,sine liberis,semp substitutio est fideicom-
mis.hoc ēt tenet Azo & multi alij antiq & Mo-
2 der.doc.¶†Dicit ēt q illa verba mobilia & im-
b mobilia[b] nō excludūt iura & actiones.de hoc est
casus no.in.l.fi.de vsuf.leg.secundū,vnā lec.vt.l.à
diuo pio.§.in vēdi.cū si.ff.de re.iur.Prætereà per
hoc q testator dicit bonis meis,vr̄ aptè pupilla-
rem facere voluisse cū in pupillari veniant bona
pupilli si qua hēt:vn̄ dicūt isti potius esse fideicō
mis.certarū specierū.s.mobiliū & stabiliū q; vni-
uersalē.& p hoc facit q no.Inno.in.c.raynutius.
extrà de test.in gl.j.Et canonistæ dicunt ēt q.c.si
pat.ibi alle.nō facit cōtra eū:qa ibi est verbū dire
3 ctū.s.īstituo.¶†Itē dicūt q verba pleno iure, nō
obstāt:qa restrīgunt ad spēs relictas.s.mobilia &
stabilia nō āt īcludūt iura& actiōes.¶Pro pte ho
c spitalis dr̄,q dicta substō ē cōpēdiosa[c] cū sub ver
borū potētia possit cōphēdere plura tpa: qa tp̄s
4 an̄ & post cū hac cōditiōe,sine liberis &c.†vn̄ cū
sit facta p verbū cōe,& nō p verba merè obliqua
cōtinet in se vulgarē,vt.l.gn̄alr.de īsti.& subst.l.
luci9.ff.de vul.& pu.vbi habes gl.exp̄ssam,cū si.
& sic substituti,excludūt matrē.& dicit Host. q
de hoc est cas9 ad literā ī.c.si pat.ij.rn̄.ibi, Christi
paupes &c.& ad id q dr̄ dicta substō est oī tpe fi
deicōmis.R̄ndet q illę gl.loquunt post aditā hæ-
reditatē,nō aūt an̄.& si aliter ītelligeret,eēt dice-
re q cōpēdiosa nō cōphēderet ī se vulgarē, q est
absurdū& cōtra alias gl.q̄ dicūt sub tali substōne
cōprehēdi vulgarē,q̄ locū non hēt nisi ante aditā
hęred.Hoc ēt senserūt Mod.& antiq doc.tā iuris
cano.q; iur.ciui.Arch.ī.d.c.si pr̄.ī gl.q̄ īci.si mor
tuo.& ī gl.cā patris.ver.qd si filia.& gl.Guil.ī.l.
p̄all.ī pe.q.ibi,sed q̄ro an sub cōpēdiosa.Hoc idē
5 tenuit Io.an.in p̄alleg.c.si pater.ī nouella.¶†Ad
scd̄m dicit Hosti.q ista substitutio est pupillaris,
& dicit esse casum in.d.c.si pater.in.ij.rn̄so.p̄alle.
vbi est facta substitutio p verbū cōe,& licet tex.
ibi dicat instituendo glo.exponit q etiam substi
tuendo.Nā oīs secūda substitutio,est īstitutio:cū
p talē substitutionē directò succedere pt qs testa-
tori,vt in gl.Arch.posita sub dicto verbo.insti-
tuēdo.& idē tenet in nouella domin9 Ioā.an.pro

b ¶Verba mobilia & īmobilia. Vide Bar.in cōsil.xcix. in.ij.vo.incip.ma siolus, vbi scripsi. Thom̄.

c ¶Cōpendiosa. Itē q Bart. hoc tenet idē Bar.in.l.pręci bus.C.de imp.& alijs sub. Et cōsu-luit Lud.ro.in cō si.cxxx.inci.viso testamēto p̄dicto. tamē opi.Bar.cōi ter reprobat.vide Ias.in.d.l.p̄cibus. in.xv.col.in ver. limita tamē &c.& vide Ang.in cōsi. cxxv.inci. hic est testamētū.& Bal. in cōsil.cclxxviij. in.iiij.vo.factū ta-le est.vide Alexā. in.l.cēturio.ī.xx. col.ff.de vulga.& pu.& Old.in cōsi. ccxxv.incipiē.in proposito.Tho.

a ¶Angelus. An autē conditiones in vltimis voluntatibus & in cōtracti-
bus, transeant ad hæredes? vide Barto. in. l. si cui fundus. in vlti. col. ff. de
condi. & demon. & Alexā. in consi. cij. visis. in. j. volu. Tho. diplo.
b ¶Forma. De isto consi. Bart. vide Ang. de Are. in. §. iam autem. insti. de
inoffi. test. vbi alle. istud cōsil. Bar. & vide Ias. in. l. omnimodo. in. j. col. C.
de inoffi. test. & ibi
scripsi. & vide
Pau. de ca. in cōsil.
cclv. inci. visis du-
bijs. in vlti. col. Et
vide formā libel-
li, quando petitur
legitima. p Bal. in
l. si quis suo. in fin.
C. de inoffic. testa.
Tho. diplo.
c ¶Ad quod dicen
dum. Adde q idē
consuluit Bald. in
consi. clxxxviij. in
cip. prēteritio ma
tris. in. j. volumi.
Thomas. diplo.
d ¶Non rumpitur.
Communis opin.
doc. est q testamē
tum filij, in quo
ascendentes sunt
prēteriti sit nullū,
non habita differē
tia an mater vel
auia materna, vel
pater an paterna,
per text. in auth. vt
cū de appe. cogni.
in. §. aliud quoq;
capitulū. dū text.
dicit non est licitū
liberis, præterire
ascendētes. & ideo
si id cōtra legē sit:
meritò testamētū
est nullū. l. nō du-
bium. C. de legib.
Item facit pro hac
opin. id quod vo-
luit ipsemet Bart.
per illum tex. in. l.
si quis filiū. C. de
inoffi. test. vbi di-
cit not. perpetuò
hunc tex, quia nō
habes aliū casum
loquentē de prē-
teritiōe matris pas
siuè, nō tamē dicit
ibi q testamentū
sit nullū, sed debet
dari querela. Ang.
verò in. d. auth. vt
cū de appel. cog.
§. si igit. in. xj. col.
ver. quæro an hæc
constitutio locum
habeat cū præte-
reuntur vel exhæ-
redantur ascendē
tes. Item Ange. in
l. inofficiosum. ff.
de inoffic. test. &
Ioā. de imo. in. d. l.
filio pterito. i. xx-
viij. col. ver. & hęc
sufficiant de testa
mentis factis, per
parentes. qd econ
uerso: dicunt indi
stinctè; huiusmo-
di testamenta esse
nulla. & facit quia

hoc facit gl. posita in. l. verbis ciuilib9. ff. de vulg.
& pupi. vbi dicit q verba directa dubiā recipiūt
interpretationē directè, q glo. approbatur per ra
tionem in. d. c. si pater. quia semper substitutio cū
potest intelligi directa, potius intelligitur directa
q fideicommissa. Pro hoc multū videntur facere
verba testamēti, in quibus apparet apertè de vo-
6 lūtate testatoris qui voluit oīa† & singula sua bo
na mobilia & stabilia eo casu deuenire pleno iure
ad dictum hospitale, per quæ verba satis pōt col-
ligi mens testatoris quæ potuit matrem pupilli,
& omnem aliā personam excludere à bonis suis.
pro hoc facit. l. vl. de leg. iij. in prin. Item pro hoc
bene facit glo. posita in. l. precibus. C. de impu. &
alijs substi. q incip. imò ex tacita. q innuit q etiam
tacita excludit matrē. vbi testator hoc voluit. & sa
tis in nostro casu apparet de volūtate testōris, qui
voluit omnē personam excludere a sua successio
ne hospitali excepto. pro hoc facit. l. iam hoc iure
in fi. de vulg. & q no. in. l, in testamento, de mil. te
sta. hanc etiā fuisse voluntatē testatoris ostendunt
illa verba, pleno iure, per quæ verba, hospitale
ad duo cōsiderat. Primo modo: quia plenitudinē
circa modū & formā substituendi, vt dicat pleno
iure. i. directo iure: sic exponit. ff. de rei ven. l. iulia
nus. in fi. alio modo accipit plenū respectu quali-
tatis & qtitatis. i. nullo detracto, vt. l. si cum dies
§. plenum. ff. de arbi. C. de sac. sanc. ec. auth. hoc ius
porrectū. & C. de se. nu. l. fœminę. §. fi. pro hoc fa
cit clausula in. d. testamēto apposita: vbi dicit de-
tractis legatis. Ego Bar. a Saxoferrato legū doct.

¶Si testator mandauit filio suo facere quitantiā
Titio debitori suo datis sibi centū, & titius ante
moram moriatur: eius hæres potest conditionem
implere vt habeat quitantiam.

SVMMARIVM.

1 *Conditiones in ultima uoluntate, transeunt ad hæredes.*

¶CONSILIVM. XVI.

a ANgelus [a] Iacobi
reliquit q si Cola filius quon
dam & hæres Andreucij Iac.
dabit & soluet cū effectu An-
gelo suo filio. ccc. lib. intra an-
num quod idē fili9 faciat idē
Colæ generale finē & quitationem de administra
tione tutelæ & de omnibus &c. Cōtingit q mor-
tuo. d. Ang. Iac. mortuus est dictus Cola ante im-
1 plementū cōditionis. † Quæritur an heres vel vni
uersalis successor dicti Colę possit dictā cōditio-
nem implere, ita q dictus Angelus teneat dictum
finem & quitationē facere secundū formā dicti te
stamēti dicto heredi seu successori dicti Colę. Ad
q respondet q si dicto Colę nō pōt mora imputa
ri propter quā dictus Cola fuisset impeditus di-
ctam conditionē implere: debet dictā liberationē
consequi. C. de cadu. tol. l. j. §. ne autē. ff. de condi.
& demon. l. attestari. & l. cū ita. de verb. obli. l. qui
romę. §. augerius. Bartolus à Saxoferrato.

¶Modus articulandi pro cōsequenda legitima,
& eius supplementum.

SVMMARIVM.

1 *Legitimæ supplementum petendi & articulandi forma.*

¶CONSILIVM. XVII.

b FOrma [b] petendi
1 supplemētum† legitimę erit ista:
Dico q in bonis talis tot & tot
erant res. Item q erant tanti va-
loris. Itē q illud mihi aliâs vide-
ur relictum, & nō sufficit ad tertiā debitam mihi
pro mea legitima portione, sed deficit. vnde. d.
noīe petat pcurator sibi suppleri, put deficit, &
dictā portionē mihi assignari, secūdū formā. l. oī
modo. & l. scim9. §. repletionē. C. de īof. test. &c.

¶Stantibus descendentibus testamentum non
rumpitur propter prēteritionem ascēdentium.
Item an & in quibus casibus excludatur mater à
successione filiorum pupillorum: & tunc an ex-
cludatur auia propter negligentiam matris. Itē
an auia paterna præferat in bonis paternis auiæ
maternæ, & econuersò.

SVMMARIVM.

1 *Præteritio matris, non reddit testamentum filij nullum, si filius testatoris habet filios.*
2 *Mater quæ non fecit inuentarium nec accipit tutelam, nec alios tutores petijt dari, perdit hæreditatem filij.*
3 *Matre exclusa propter non petitum tutorem an ita excludatur auia.*
4 *Auia paterna præfertur in bonis paternis, & materna in bonis maternis.*

¶CONSILIVM. XVIII.

IN nomine domini
Amen. Viso testamēto cōdito p Bene
dictū Iulij, & facti narratione & pun-
1 cto trāsmisso ad inuestigationē veritatis. ¶†Pri
mò videndum est an tale testamentum sit nullū,
quia est præterita mater nulla causa īserta. ¶Ad
c quod dicendum [c] est q testamentū ex hoc nō rū
d pitur [d]: qa testator habebat filios quos instituit
quorum filiorum prima est cā in successione, vt
C. de suis & legi. hæ. auth. in successio. & nō tenet,
e quis instituere ascēdentes [e], vt. ff. de iniu. rup. irri
toq; testa. l. si quis filio exhæredato. in prin. & ff.
de inoffi. test. l. pater filiū. & insti. de succes. libe.
2 §. sed nostra. ¶†Secundò est vidēdū an si mater
quę data est tutrix in testamēto, vt proponit, nō
fecit inuētariū, nec fecit sibi decerni administra-
tionē nec alios tutores petijt, perdat hæreditatē
filiorum descendentium in pupillari ætate. Ad
quod sine dubio respondetur q perdit, vt. ff. ad
tertu. l. ij. §. si mater. & no. glo. in verbo, scituris le
gitimam. īsti. eo. §. fi. C. legi. heredi. l. sciat. cum si.
3 ¶†Tertiò est videndum an matre exclusa exclu
f datur auia [f] paterna vel materna? quę similiter ne
glexerunt in nō petēdo tutorē etiā elapso anno,
intra quem debebat petere mater. ad quod respō
detur q cū oēs leges alleg. q excludunt quē à suc-
cessione, pter tutorē nō petitum loquant in his
quorū prima est & pxima spes successiōis: secus
in alijs q succedūt primis exclusis, illi em possunt
petere si volūt, nō tñ puniunt si nō petierunt, vt
C. q pe. tu. l. pe. & ibi no. gl. Et sic cōcludit q auia
materna & paterna, ad successionē pariter veniāt
4 in qōne pposita. ¶†Quartò est vidēdum vtrum
auia paterna pferat in bōis paternis. & materna
in bonis maternis. quod videt p. l. si defūctus. ī fi.
de legi. her. & ibi no. & C. cōia de succe. auth. ita q.
& ibi no. gl. Sed illæ leges solū loquunt de fratri
bus vterinis & consanguineis, sed de auo pater-
no vel materno est casus valde singularis. j. de bo.
quę lib. l. quòd scitis. versi. sin autē. secundū quod
gl. parua ibi ponit casum, vbi est expressum q in
maternis, præfert auus maternus, & in paternis
auus paternus, & sic in proposito dicendū est q
quia paterna pferatur, in bonis verò quę habuit
à fratre suo pdefuncto succedunt dictę auię pari
ter p lineā paternā & maternā. vnde cōcludit q
tota hereditas paterna. s. dicti Benedicti debet sic
diuidi. Nam auia paterna habebit tres partes de
quatuor, auia materna habebit vnā &c. protesta
ri etiam tenentur hæredes in totum &c.

secūdū cōmunē opin. d. authē. ex causa. loquitur tā in præteritione ma-
terna sicut in paterna: ergo idē debet esse in filijs prætereuntib9 matres
vel patres, nō obstāt nūc iura alle. p Bar. qa illa loquunt secūdū iura an-
tiqua. vel aliter. qa legū correctio est euitāda. l. pcipim9. C. de appel. pōt
dici q illa iura loquunt in descendentibus, vt clarius apparet ibi. Bald.
tñ in. l. in suis. ff.
de lib. & posth. vi
det tenere contra
riū. videte ibi si fi-
li9 aūt testet de ca
strēsib9, an idē sit?
videte Bal. in auth.
presbyteros. C. de
epi. & cle. & Imo.
latè in. d. l. filio p-
terito. & nouis. in
auth. nō licet. & auth.
ex cā. C. de li. pte.
& Ang. in. d. l. j. ff.
de inoffi. testa. vbi
dicit q tale testa-
mētū, subiacet qre
lę, & rupturę, & ē
diuersū in clericis
testātibus, vt solū
illi quibus debita
est legitima petāt
eam per cōdictio-
nem ex lege. & de
hoc dicit esse casū
in. §. presbyteros.
in auth. de sanctis.
epis. qui. §. est ī cō
pilatione post. §.
aliud quoq; capi-
tulū. & ita dicit eē
intelligendā gl. in
d. auth. psbyteros.
mihi videtur q ob
stare habeat huic
dicto, illud q dicit
q miles armatæ
militię & cœlestis
ęq parant. l. miles.
de re iudi. testamē
tum militis subia-
cet rupturæ: ergo
eodē mō testamen
tū clerici. cogitate
circa tertiū an ita
excludatur auia q
nō petijt tutorem
existente matre, si
cut mater. Bald. in
l. precib9. C. de im
pub. & alijs substi.
& in. l. iij. C. ad ter
tu. tenet q nō ex-
cludat. & ita tenet
Ang. cōsi. cxiiij. in
cip. pnepte dedit
dote. Pau. de cast.
consil. cclxv. Ber-
nard. Landri.
e ¶Ascēdentes. Vi
de Cal. cōsi. xliij.
Pet. de ancha. con
si. cciij. & cōsilio.
cxliij. Bal. cōsi. x.
lib. iiij. & cōsi. cxx
iij. incipien. mat.
f ¶Auia. Vide Bal.
consi. xcij. & clx-
iiij. ij. libro. Ange.
consil. xciiij. inci-
piē. pnepte dedit
dotem. Pau. de ca
stro consi. cclxv.
Pet. de ancha. no.
consi. ciiij.

¶ Quando hæredes tenentur restituere pretium rerum, ipsi possunt alienare res, & si pretio viliori alienent, possunt pro testari, & tenentur hæredes in totum &c.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes uendendo tenentur de dolo & lata culpa.*
2 *Hæredes si uendunt uiliori pretio, fratres possunt protestari q. sunt parati emere res maiori pretio.*
3 *Hæredum fratres sunt præferendi extraneis, etiam si æqualiter pretium offeratur.*

¶ CONSILIVM. XIX.

Viso testamento Andreutij, & institutione & substitutione in eo factis, pro
ponitur ꝙ hæres institutus quædam alienauit pre
tio viliori. & dubitatur ne alia alienet. Quæritur quæ reme-
dia cõpetant fratribus dicti Andreutij? ¶ Ad quod dicendũ
est, ꝙ si bene aduertatur, in dicto testamento executores &
hæredes sunt eedẽ personę. Itẽ fratribus non sunt relictę res,
sed quod supererit ex pretio rerum. vnde rerũ dominiũ est
apud hæredes. & sic ipsi tanꝗ domini, alienare potuerunt.
Vnde pro rebus alienatis, nõ possent fratres dicere cõtra em
ptores aliquid. nisi ꝑ hypothecariã discusso prius principa-
1 li. verũtamen ipsi principales cũ teneantur † de dolo, & lata
culpa, vt. l. muliere. §. cum enim. ff. ad treb. l. cum res. §. si cul-
pa. ff. de leg. j. & l. si seruo. §. cum q d. eo. ti. vnde si viliori pre-
a tio vẽdidit, est in culpa. & fratribus tenẽtur hæredes: [a] secun-
dum verum pretium casus est. ff. de hære. vel ac. ven. l. ij. §. sed
q d. videtur enim facere animo interuertendi fideicõmissum:
2 & ideo tenetur, vt. l. titius rogatus. ad treb. ¶ † Pro rebus ve-
ro non venditis, de q bus dubitatur ne vẽdantur pretio vilio
ri, & fratres dicant se dictas res velle emere, puto tale reme-
dium adhibendũ, ꝙ fiat hæredibus vna protestatio ꝙ proce
dant ad venditionẽ harum rerũ, secundũ formã testamẽti. &
ꝙ dictam venditionẽ nõ faciant, nisi dictis fratribus scienti-
bus & præsentibus: hoc enim est de iure, vt. C. de liti. authẽ.
nũc si hæres. ff. de in diẽ adiec. l. necesse. & ꝙ dicti fratres sunt
parati emere res dictæ hæreditatis maiori pretio, & pretium
tpe dictę emptionis soluere. & de prędictis bonis idoneos fi
deiussoris offerre, & quod ipsos offerant tpe protestationis.
Hoc dico: quia ipsi fratres sunt pręferendi alijs, etiã si æqua
3 liter pretiũ offerať, per. l. j. ff. de priui. cred. ¶ † Itẽ dico ꝙ offe
rant bonos laicos fideiussores quod dico ꝑ. l. iij. §. pe. & fi. de
in diem adiec. pro hoc optimè facit. ff. quæ res vendi. nõ pos.
sitionem de libe. & posth. quod etiam tenuit Cy. & Iaco. de ra. in. l. precibus. C. de impu. & alijs sub. Et hoc etiam tenent alij Moderni doc. vnde dicta substō non fuit reuocata. Restat ergo ꝙ dicto paulo ex vigore dictę substitutionis vulgaris debet succedere locus fratrum minorum qui si nollent, vel non
3 possent succedere de iure, succedunt dicti fideicommissarij†
a qui habentur loco hæredum.[a] vt extra de testamen. c. cū tibi. & ibi Inno. &. C. de episcopis & clericis. l. nulli. &. l. si quis ad declinandam.

¶ Si testator reliquit vxori suæ aliquid, si castè vixerit, & postea dicit: Item reliquit sibi certum fundum, non intelligitur hic repetita præfata conditio: quia dictio item, non repetit quando fit mutatio rerum vel personarum. Item de clausula præcedenti, quando non refertur ad sequentia.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio, non fit per itèm, quando fit mutatio rerum uel personarum.*
2 *Repetita præcedentia non intelliguntur in sequentibus, quando sunt alia capitula separata.*

¶ CONSILIVM. XXXIX.

SOla reliquit Ceccæ vxori suæ quædam, donec castè & honestè vixerit, & habitauerit in domo dicti testatoris. demum fiunt alia legata quibusdam personis. Deinde reliquit eidē Ceccæ vnam petitam terræ cum domo in vita sua. post mortē suam reliquit Vagnutio &c. Quæritur vtrum in dicto legato videa
1 tur repetita conditio donec castè &c? Respōdetur ꝙ nō: †qa
b per dictionem item, non intelligitur facta repetitio,[b] quando fit mutatio rerū vel personarū, vt no. in. l. in repetendis. de le
2 ga. iij. ¶ † Pręterea præcedentia non intelliguntur repetita in sequentibus quando in medio sunt alia capitula separata, vt l. iij. §. j. de lib. & posth. l. fi. de reb. dub. & not. insti. de re. di. §. item lapilli. Sed ita est in proposito, ꝙ plura alia legata & capitula incerta sunt: ergo &c. Bar.

¶ Quod in compendiosa, continetur vulgaris, quæ locū habet etiam filio suo præmortuo viuo testatore.

SVMMARIVM.

1 *Compendiosa facta filio decedente in uita testatoris, ualet, & tenet.*

¶ CONSILIVM. XL.

SVper eodem testamento dubitatur: qa dicit ꝙ dictus Nofrigius institutus heres vniuersalis in dicto testō decessit ante testa-
1 torē, vnde videtur dictū legatū nō valere. † Ad hoc respōdetꝛ
c ꝙ posito[c] ꝙ decesserit ante mortem testatoris: tamen quia in dicto testamento dixerit, ꝙ omnia alia sua bona deueniant in Vagnutium & Angelucium Ceccæ quæ substitutio cōpēdiosa continet vulgarem, vt no. Iac. de ra. & Cyn. refert. C. de impube. & alijs substi. l. precibus. & alij doc. tenēt in materia substitutionis vt probatur in. l. gallus. de lib. & posth. §. j. ibi no. Si testator dixit, talē substituo, intelligitꝛ siue hęres viuo testatore, siue eo mortuo moriatꝛ, vt ibi patet secūdū vnam lectu. Pręterea talia verba, si filius meus, intelliguntꝛ siue me viuo, siue me mortuo moriatꝛ, vt. l. iij. in princ. §. j. de adi. leg. ex qbus cōcluditꝛ dictū Vagnutiū & Angeluciū, venire vt hæredes ex substitutione vulgari. & sic testm̄ & relicta in eo valent, cum prædicti aliter venire non possint, & si venirent ab intestato, valerent legata ex edicto, si quis omissa causa testa. Bar.

¶ Quod substitutio cōpendiosa cōiunctim facta maioribus, & etiā minoribus intelligitur quo ad oēs fideicommissaria: vt vniformiter intelligatur vnde legitima detrahitur, & bona auita quòd relicta ꝓ nuptijs quatenꝰ ē legitima debentꝛ purè.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio compendiosa coniunctim facta maioribus & minoribus, intelligitur fideicommissaria quò ad omnes.*
2 *Substitutionem esse fideicommissariam, innuunt uerba sine liberis, & uerbum uolo, & uerbum deueniat.*
3 *Legitima & dos matris, & auiæ nō ueniunt in fideicōm. relicto per patrē.*

¶ CONSILIVM. XLI.

FActum tale est. Iacob. poli. cōdidit testm̄ in quo inter alia sic disposuit: Itē lego atq; relinquo iure īstitutionis Nesucię & Frāciscę meis filiabꝰ de bonis meis ꝓ qualibet earū. ccc. lib. denariorū. in quibus ipsarum quālibet doto: quas. ccc. lib. habere volo quādo nupserint. iubens & mandās ipsas esse cōtentas & tacitas, & ꝙ plus de bonis petere vel habere nō possint in qbus eas hęredes instituit Item Nicolę suę filiæ reliquit & legauit dotem suam, & vltra dotem. xxv. lib. dena. & de bonis suis, & quod amplius petere nō possit: & hoc iure īstitutionis. Itē voluit iussit & mandauit dictꝰ testator, ꝙ si dicta Nesucia & Nicola eius filia, qn̄cunq; sine filijs siue filiabus legitimis decederent, ꝙ dotes talium decedentiū & bona, deueniant in Andreuciū, Cicarelū & Vagnutium suos fratres, & in Agnolum migli suum nepotem. Deinde accidit ꝙ dicta Francisca & Nesucia impuberes minores. xij, an. decesserunt, superuiuentibus dictis Nicola & Catharina suis sororibꝰ, & dictis Cicarelo & Vagnutio & Andreutio & Agnolo. Modò quæritur nunquid dictę Nicolę aliquod ius competat in hęreditatibus dictarum Nesuciæ & Franciscę? Et nunquid petete possint, de bonis dicti Iacobi sui patris vigore dotium matris & auię dictarum Nicolæ
1 Franc. Nesuciæ & Catharinę? ¶ † Super quibus videtur primò considerandum, qualis sit dicta substitutio facta per dictum testatorem dictis suis filiabus? & videtur dicendū ꝙ sit fideicōmissaria: cum testator substituit dictis suis filiabꝰ cōiunctim. quarum duę erant minores, & impuberes, & alia scilicet Nicola erat maior. xij. an. ad hoc vt ista substitutio cēseatur vno iure et nō diuerso, vt. l. eum q ędes. ff. de vsusc. l. ij. C. de impu. & alijs sub. et. l. iam hoc iure. ff. de vul. et pup. ꝓ hoc etiā facit ꝙ no. in. l. cēturio. e. ti. et. l. precibus. &. l. quāuis. e. ti.
2 ¶ † Item verbū sine liberis, & verbū volo, et verbū deueniāt hoc innunt fideicommissum secundū Iaco. de ra. et not. in. l. precibus. C. de impube. & alijs sub. per gl. & Iac. ibi. &. l. hęredibus. §. j. ff. ad trebel. et quod not. in. l. lucius. §. filiā. de le. ij. Quare videtur dicēdū de iure, ꝙ dictis suis filiabꝰ dictus testator debuit relinquere tertiam partem totius suę substātię a
oīm suorum bonorū, vt in autꝛ. nouissima. C. de inof. te. & in autꝛ. de triē. & se. §. j. col. iij. quā si nō reliquisset, posset q̄libet agere ad supplementū: vt. l. scimus. C. de inof. test. in qua legitima portiōe, non potest pater substitutionē fideicōmissi facere: vt. l. cohęredi. §. cū filię. ff. de vul. et pup. & no. ī. l. qm̄ in b
3 prioribus. C. de inof. test. ¶ † Insuper dictę filię debēt habere pręcipuas vltra earū legitimā dotes matrū earū, et auię paternę: vt. l. j. C. de bo. ma. et per totū in quibus nō potuit pater sibi substituere per fideicō. vt. d. §. cū filię cū si. Cū igitꝛ dictus Iac. pater dictarū filiarū nō potuit dictis filiabꝰ substitutis fideicōmissariā facere, tā ī bonis maternis et autis, q̄ ī legitima portione earū maximè cū dicta Nicola fuit pubes et maior. xij. an. vt. s. probatū est. sequitur ergo ꝙ dicta Nicola superuiuens sit hęres ab intestato pręditis Nesucię & Franciscæ: vt in autꝛ. de hęre. quę ab. inte. §. cōsequēs. col. ix. Et tn̄ ꝓ parte sua possit petere tam dotes maternas & auitas. q̄ legitimā c
portionē &c. tanq̄ hęres p̄dicta ab intestato Nesucię & Frāciscę, secūdū portionē sibi debitā iure naturę, possint iam petere dictas dotes, et debitū iure naturę dictarum Nesucię et Frāciscę. Nec obst. statutū Assisij quo cauetur ꝙ filia dotata &c. qa loquitur qn̄ ex parte remanet filius masculus. Et ī nostro casu Iacobꝰ pater testator pręditus, non reliquit filium suum masculū, et iō nō excludunꝛ à successione materna et auita, vt. l. ille aut ille. §. cū in verbis. et. l. si cū dotē. cū si. de lega. iij. ¶ Circa q̄ est aduertēdū: qa licet Iacobꝰ testator, et pater pręditus voluit dictas Nesuciā, & Frāciscā habere. ccc. lib. qn̄ nupserint, etiā anteq̄ nubāt, & etiam anteq̄ cōtrahāt nuptias debēt habere legitimā portionem. qa in debito bonorū subsidio, nullū grauamē, nulla cōditio. nulla dilatio potest opponi. & ideo si apponeretꝛ, habetur ꝓ nō opposita, vt d. l. qm̄ in prioribꝰ. C. de inof. test. ¶ Nec curo vtrū dicta substitutio contineat vulgarem vel non: qa p vulgarem possent succedere testatori. qn̄ in se non cōtinet tacitam pupillarem vt in casu nostro, nō autē per seipsas possunt succedere filio in bonis filij, vt insti. de vulg. & pup. sub. §. j. &. l. sextiliā. de leg. iij. ff. de vul. et pup. l. j. cū si. vnde siue cōtineat prædicta substitutio vulgarē substitutionē, siue nō: dicti substituti nō admittūtur ad bona dictarū filiarū prędefunctarū: nec ad debitū bonorum subsidium, vt. s. dictum est, & benè &c,

a ¶ Loco hęredū. idē cōsuluit Bar. s. ī cōsi. iij. īci. titiꝰ. in. ij. col. et ī cōsi. xxvj. in noīe dn̄i. Tho.

b ¶ Facta repetitio. Adde Bal. ī. l. fi. circa fi. C. de indi. vi. tol. vbi refert bar. cōsuluisse. & istud cōsi. Bar. refert & sequitꝛ do. Phil. de ci. ī cōsi. cxc. inci. circa primū dubiū. vbi vide plenè Tho.

c ¶ Quod posito. istud consiliū magis amplum ponitur p Bar. in cons. xxxvij. incip. quidam Cola. vbi cōsuluit super eodē facto etiuxta duas personas, & ideo aliter non me extendo. ibi videas. Item vide Bal. in consi. iij. titiꝰ. vbi scripsi & in consi. xxvij. visa facti narratione Tho.

¶ Statutum loquens de habitatoribus ciuitatis, habet etiā locum in eo qui stat cum alio pro famulo. Item quis dicatur paterfamilias.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Præsumitur paterfa. nisi probetur contrarium.*
2 *Matrimonium non præsumitur, nisi probetur.*
3 *Famulus dicitur habitare in ciuitate, si dominus cum quo stat habitat.*
4 *Dicere aliquem de Aßisio, idem est dicere illum esse municipē illius loci.*
5 *Distinctio portarum, dicitur respectu habitationis.*

¶ CONSILIVM. XLII.

a IN nomine dom.[a] amen.
Visa inquisitione facta cōtra Franciscū naccarium de Asisio, de percusione facta in facie
Thomasij lucij, & visa exceptione opposita ꝙ
dictus Thomasius erat paterfa. habitator & nō allibratus, &
visis dictis testiū examinatorū super hoc, & quadā libra dicti
lucij prædicti Thomasij producta à parte, dicendū est ꝙ dictus Naccarius sit absoluendus secundum formam statuti.
1 ¶ † Primò enim constat dictum Thomasium esse patremfā.
b hoc enim semper præsumitur nisi probetur contrariū. casus
est. ff. sol. ma. l. titia. vbi hoc exprimitur, hoc etiā patet: qa non
est filiusfa. nisi sit natus de legitimo matrimo. vt inst. de pa. po
2 te. circa prin. † Matrimonium enim nō præsumitur, nisi probetur: ergo &c. hoc etiam probatur per instrumentū publicum scilicet per catastrum productū, & eius cassationem. ibi
enim dicitur ꝙ in. M. cccxxix. dictus Lucius erat præmortuꝰ
ergo nūc patet ꝙ dictus Thomasius erat paterfa. ¶ Secūdò,
quia dictus, Thomasius est habitator ciuitatis Asisij. apparet per testes, qui dicunt eum vidisse morari pro famulo aliquorū nominatorū per eos. & stare pro famulo, & in loco habitare. non enim ibi est vt tātisper hospitetur, vt. l. j. §. habita
3 re. ff. de his qui deie. vel effu. † Si igitur illi, cū quibus stetit pro
famulo erant habitatores ciuitatis Asisij, probatū est ipsum
fuisse habitatorem ciuitatis Asisij, hoc etiam probatᷓ ex ipsa
inquisitione, quæ dicit Thomasium de Asisio. P. de porta
4 sancti Frācisci, † nam dicere aliquē de Asisio vel asisinatē.
idem est dicere ipsum esse municipē illius loci, id est ciuē vel
c incolā,[c] vt. ff. ad munici. l. j. §. in puteolanos. & de excu. tu. l.
sed & roprobari. §. amplius. ibi, si em̄ existens comaneus &c.
exponit gl. j. de comania. per istud ergo ꝙ dicitᷓ de Asisio p̄supponitur eū ciuem vel incolam illius ciuitatis. Item ꝙ dicit de porta sancti Frās. de necessitate includit, ꝙ sit habitator
5 illius portę, † nam distinctio portarum non potest dici nisi respectu habitationis per quam distinguitur qui est de vna porta vel de alia. Et eo respectu, quis consueuit in ista porta ad
munera vocari, vt. ff. de leg. iij. l. seruis vrbanis. & de ver. sig.
l. vrbana familia. ¶ Ex quibus concluditur istum esse de Asisio: & ibi vocari ad munera, & per consequens ibi debere
allibrari. hoc aūt ꝙ non sit allibratus probatur eoipso ꝙ nō
probat se allibratū, vt dicitur ex forma statuti. Nec ob. libra
partis producta: qa illa est cancellata ¶ Item in illa non sunt
anni domini, nec dies nec consul. Item illa est in nouo catastro, ꝙ modo viget ex forma statuti Bar.

¶ Quando vnus impeditur & allegat exceptionem pacti de non petendo, si non probat plenè eam exceptionem, debet condemnari. Item processus in causa criminali, non suspenditur per appellationem in causa ciuili, si non sit pręiudicialis. Item statutum dicens ꝙ si quis produxerit certum instrumentum vel testem, intelligitur per se, vel per procuratorē.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Articulans debet probare de tempore, & de persona.*
2 *Proceßus in causa criminali, non suspenditur per appellationem in causa ciuili, si non sit præiudicialis,*
3 *Statutū loquēs de pducēte nō pbāte, debet intelligi p se, uel p pcuratorē*

¶ CONSILIVM. XLIII.

SVper quæstione per vos
mihi consulenda transmissa. Visis omnibus actis
& iuribus mihi transmissis, dico & consulo dictum Lellum, fore cōdemnandum, ex eo ꝙ exceptionē pacti
de petendo oppositā, nō probauit secūdū formā statuti. ab
1 alijs verò cōtētis in dicta accusatione debet absolui. ¶ † Quòd
aūt dicta exceptio pacti non sit probata, patet: qa cū duo testes tantum super articulo per eum probando deposuerunt.
vnus ex testibus, nihil dicit nec de emptore in articulo cōfesso, neq; de persona cōtenta in articulo. Ad quod probādum
tenebatᷓ, vt extra de proba. c. licet cām. de insti. l. habebat. in
prin. & quod no. gl. & doc. in. l. testiū. C. de testi. Nō ob. si di
2 catᷓ ꝙ † dicta cā pēdet p appellationē: qa illa cā, nō est pręiudicialis ad hanc. quęcunq; exitum: qa ad aliū finem proponitᷓ,
& de ea quęritur. s. an proponens fuerit condēnādus vel non
ergo sententia in vno iudicio lata, in alio nō pręiudicat, vt. l.
vendicantē. & . l. fi. ff. de euic. & . l. duobus. cū sua gl. de excep.
rei iu. & ꝙ no. p Cy. C. sen. rescin. nō pos. l. perēptorias. Nec
ob. si dicatur ꝙ dictꝰ accusatus nō est cōfessus de exceptione
pacti, quę fuit pposita contra dictū instrumētū: quia respōsio de alio pacto & de alia responsione, posit intelligi: quia
hoc non est verū. nā cū super accusatione fuit examinatꝰ &
d interrogatus videtur ad interrogata respondere[d], vt dicūt iura vulgaria. ¶ Nec ob. si dicatur ꝙ statutū loquitᷓ de producente nō probante, per se. non de eo q mādat fieri. & statutū
loquatᷓ in personā. s. si quis produxerit & non pbauerit &c.
non debet extēdi ad mandatū, tam ex forma statuti cōis Asisij, quo cauetᷓ ꝙ statuta nullā recipiāt extensionē, quā etiam
de iure cōi, vt. l. aut quī aliter. §. fi. ff. quod vi aut clā. & . l. si seruum. §. admonere. ff. de acq. hær. & quod ibi no. p Iac. de are.
3 ¶ † Quia dico ꝙ in hoc casu statutū dixit, ꝙ si aliquis pduxerit, debet intelligi p se vel per procuratorē[e], vt patet ex p̄cedenti parte statuti. vbi dicit terminū debere statui reo vel
procuratori. ergo &c. vt. l. si seruus pluriū. in fi. de leg. j. et. l. q
filiabus. in prin. e. ti. ¶ Pręterea illud quod per illas leges dicitur debet intelligi sic, qa aut statutū loquitur in rem: aut in
personā &c. hoc habet locū in delictis & in actibus prohibitis, in quibus non potest constitui procurator, vt. l. si verò nō
remunerandi. §. rei turpis. ff. manda. In illis autem tenetᷓ mandatarius ex sua persona, & etiam mādans. sed hic loquitur ī
actu permisso. si quis produxerit &c. ad quē potest cōstitui
procurator. quo casu persona mandantis tantū inspicitur, licet verba edicti loquantur, vt. l. j. cōiuncta. l. iij. §. si procurator. ff, quod quisq; iur. & gl. tenuit expressè in. d. §. si procurator. hoc etiā fundatᷓ ex. l. iiij. §. ait pretor. ff. de re iudi. cōiuncta. l. plautius. ff. de procu. ¶ Prætereà, si quis diligēter verba dicti statuti inspexerit, quis nō punitᷓ eo ꝙ exceptionē pposuit. sed ex eo ꝙ propositā non probauit. istud enim ꝙ nō
probatᷓ, ex quo debet sequi condēnatio, pōt dici magis esse
commissum à reo principali q̄ à procuratore cui mandauit:
qa ipsi reo principali incumbit onus probandi, cum ei fuerit
statutus terminus ad probandū, vt ex actis apparet. & probatur p tex. ff. manda. l. si procurator. §. si tutores. in fi. quod
autem dixit ꝙ ab alijs contentis in accusatione debeat absol
4 ui, probatᷓ: quia dictis procuratoribꝰ mādauit exp̄sse. ¶ † Et
in generali mandato non venit ꝙ quis opponat exceptiōes
calumniosas, vt. ff. de condi. inde. l. si procurator. in prin. cum
simi. & ibi vide literam.

¶ Si statutū excludit fœminas stātibꝰ masculis, & filia pręterítᷓ, non pōt dicere testm̄ nullū, sed eis deficientibus sic si per clausulā codicillarē debet restituere hęredi deducta legitima sed trebellianicā non pōt deducere. Itē ꝙ substitutio cōpendiosa facta filio impuberi, dicitᷓ directa pupillaris, si dicit testator ꝙ omnia bona sua sint substituti.

✤ *SVMMARIVM.* ✤

1 *Statutum disponens quòd filia dotata non succedat, si est præterita an rumpat testamentum.*
2 *Per clausulam, si non ualet iure testamenti & c. sunt rogati hæredes ab intestato restituere hæreditatem hæredi scripto.*
3 *Filius quando potest detrahere legitimam, & trebellianicam.*
4 *Substitutio pupillaris conseruatur per authen. ex causa. C. de liberis præteritis.*

¶ CONSILIVM. XLIIII.

IN nomine domi. amen.
Super prędictis occurrūt dubia difficilia valde: tamē de iure videtᷓ, ꝙ dictę filię donec filius viuit vel
nepos masculus, nō possunt rumpere vel dicere testamentū
f nullum: quia talis filia non succedit ex forma statuti[f] loquentis, ꝙ filia dotata non succedat quousq; superuixerit masculus. ergo præterita non rumpit, vt. l. j. in fin. ff. de contratab.
1 ¶ † Sed postq̄ filiꝰ vel nepos masculus, extare desierit, istę filię dicuntᷓ redire iure quodā postliminij. & ostenditᷓ testm̄ retro fuisse nullū, vt. l. gallꝰ. §. si eius. ff. de lib. & posthu. & sic di
2 ctę filię cū filio masculo ęqualiter successerūt. † verūtamē qa ī
illo testō, sunt illa uerba, si nō valet iure testamēti &c. videtᷓ rogatę de restituēdo ei q fuit hęres institutus, vnde totū debent.

a ¶ In noīe dñi. Istud cōsi. alle. Petr. cor con. cciiij: ī. iij. vo. īci. principalitᷓ videtᷓ alle. eē secūdū ordinē perusinū. nu. cxliij. Tho.

b ¶ Sēper p̄sumitᷓ. Nota ꝙ dicit Bar. hic ꝙ semp p̄sumitur paterfa. nisi pbetᷓ cōtrariū. limitat tñ notabilitᷓ. d. Pe. Phil. cor. ī cōs. cciiij. i... iij. vo. incipit prīcipalitᷓ vidēdū, ī. v. co. ī. ver. nec obstat ꝙ dictū Bar. hic pcedit qñ nō cōstat ꝙ natus fuerit ex legitimo matrimonio. put Bar. fundat se ī rōne, sed qñ cōstaret ꝙ natꝰ eēt ex lagitimo matrimonio et sic p̄supponitᷓ patria ptās, pater familias nō p̄sumitur. Vide tñ de hac materia p Ang. ī. l. sed si de sua. ī. l. hęres. ff. de acqr. hære. et pe. cor. in. l. si mācipati. & ibi pleniꝰ p. d. Ias. C. de colla. et ibi vide ēt Ph. deciū ī. j. co. et Bar. verōn. ī cautela. clxiij. īci. qs p̄sumitᷓ. et vide pau. de ca. ī cōs. clxxiij ad primū q̄sitū. T.

c ¶ Ciuē vel incolā. Vide Feli. ī. c. qm̄. de off. ord. vbi plenè. & vide Alex. de imo. ī cōsi. xx. ī. ij. vol. viso pcessu. ī vl. col. ꝙ appellatiōe ciuiū, veniūt incolę. Tho. Dip.

d ¶ Rñdere. vide Lu do. ro. ī cōs. ccccclv. īci. ī casu p̄misso. ī ij. dubio. Th. Dip.

e ¶ Per pcuratorē. Vide Lu. ro. ī cōs. cv. īcipit viso themate. Tho.

f ¶ Nō succedit ex forma statuti. uide de isto cōs. Bar. id ꝙ Bar. cōsuluit. s. ī cōsi. xj. īci. ppo nitᷓ. & ī cōs. xx. īci. factū sic se habet. vbi posui ī apost. & incq̄tū Bar. vult ꝙ filia p̄terita stā. testa. nō rūpit testamētū. uide Ale. ī cōsi. cxxviij. ī. j. uol. incip. cōsideratis uerbis. ī. j. & ij. col. & in consil. cxxxj. j. uol. incip. trāsmissum est ad me. Tho.

reſtituere deducta eorum legitima, quæ eſt tertia totius eius quòd habituræ fuiſſent ab inteſtato, in qua legitima compu tabitur eis ſi dos pro eis fuit data & legata, quam acceperant, vt. l. qm̃ nouella. C. de inoffi. teſtm̃. trebellianicã aũt dictę filiæ non poſſunt deducere: quia eodem tempore teſtamentũ eſt nullum, & rogantur de reſtituendo ſtatim, & nõ ſub cõdi tione: ergo non detrahuntur duę quartę, vt no. C. ad. leg. falc. l. ꝗ̃ꝗ̃. ff. de inoffi. teſta. l. papi. §. ſi qs impubes. & in auť. de hę re. & falci. §. ſi quis autem non implens. & ita loquitur. c. ray
3 nutius. & c. raynaldus. de teſta. ¶ † Super ſecundo & tertio ſciendum eſt, ꝙ dicta ſubſtitutio facta Andreæ per hæc verba. ſ. ſi dictus Andreas inſtitutus decederet aliquo tempore ſine filijs, ꝙ tunc debeat fieri in domo teſtatoris unum hoſpi tale, & omnia ſua bona ſint dicti hoſpitalis &c. Intra tẽpora pupillaris ætatis fuit pupillaris directa ꝙ patet: quia dixit oĩa bona, ſint dicti hoſpitalis. nec enim veniunt bona niſi eſſet directa pupillaris. & probatur extra de teſt. c. ſi pater. lib.
4 ¶ † Item quod dicitur ꝙ ex cauſa præteritionis remanent cętera firma, porrigitur etiam ad ſubſtitutionem pupillarem vt conſeruetur, vt no. per gl. ff. de vul. & pup. l. j. in. fi. & eſt arg. & quaſi caſus eo. ti. l. ij. §. planè. & ad treb. l. nã ꝙ. §. j. & ibi tenuit Iac. de Are. ¶ Ex his concluditur, ꝙ dictum hoſpitale ſuccedit tanquam ſubſtitutum pupillariter, & per conſequẽs ueniunt aduentitia filij, & auus in nullo ſuccedit. Bart.

¶ Quod licet valeat datio arrarum pro ſponſalibus, tamen promiſsio non valuit. vide hic.

SVMMARIVM.

1 *Promiſsio arrarum & pœnæ in matrimonijs non ualet.*
2 *Promittere tutor non poteſt pro pupillo, ꝙ contrahat matrimonium.*

¶ CONSILIVM. XLV.

IN nomine dom. amen. IVannes Pauli tutor Antoniæ petrucij pupillæ, & Conradus Cicolli et Hermãnus conſanguinei dictæ pupillæ ex vna parte, & pater dicti Hugonis, qui Hugo & Antonia erãt minores, vij. annis ꝓmiſerunt ſibi adinuicem, & conuenerunt ſolenni ſtipulatione hincinde ꝙ p̃dictus Vannes tutor dictæ pupillæ Antonię & prædicti Conradi, & Hermanni ꝙ dicta Antonia hinc ad viij. annos cõtraheret ſponſalia cũ dicto Hugonę, & econtra prędicti promiſerunt ꝙ dictus Hugo contraheret ſponſalia, & matrimoniũ cũ dicta Antonia cũ promiſsione mille li. nomine arrarũ, et cũ ꝓmiſsione pœnæ. quæriť an dicta ĩpoſitio arrarũ & pœnæ valeat? ¶ † In qõne p̃dicta dicẽdũ ẽ, ꝙ arrarũ & pœnę ꝓmiſsio nõ valeat, nã in. l. fi. C. de ſpõ. Imperator de arris datis et de ꝓmiſsione nullã facit mentionẽ. Et ſubdit ꝙ ſi fiat vltra ea q̃. d. l. ſunt expreſſa nõ valeãt. Cũ ergo arræ hic ſunt ꝓmiſſę & nõ datę, [a] nõ valet ꝓmiſsio: & hoc dixi ſcribẽ
a do in. l. titia. in princi. ff. de ver. ob. et ꝓ hoc facit rõ quã doc. ponunt in. d. l. fi. C. de ſpõ. ſecũdũ quã apparet eãdẽ eſſe rõnẽ in arris promiſsis, & in pœna. ¶ Pro hoc facit, qa ex vna parte fuit tutor pupillæ, & in alia fuit ꝓmiſſor pať dicti Hugonis, ergo nõ tenet promiſsio, ſicut ſi ꝓmiſiſſet ipſe principalis, vt. l. hęres meus. §. fi. ff. de cõdic. et demõ. et ęadẽ rõne nec ex alia parte, licet extraneus fuerit promiſſor. pro quo facit ꝙ no. per Cy. in. d. l. fi. in. viij. q. circa prin. dũ loquitur quãdo ꝓmiſsio ſit inter cõiugem et extraneũ. ¶ † Præterea, licet
2 ille tutor qui promiſit per ſeipſum, & tutorio nomine ſit extraneus: tñ eſt perſona cuius poteſtati certo mõ dicta pupilla ẽ ſubiecta: Nã tutela eſt vis & poteſtas in capite libero etc. & ſic ſi promiſsio facta ꝑ eũ valeret, impediret libertas matrimonij: qa pupillꝰ faceret veriſimiliť velle ſuũ: ergo eiꝰ ꝓmiſſio nõ valet, vt. d. l. hęres meꝰ. §. fi. de cõd. et demõ. et ꝑ Cy. ĩ. d. l. fi. C. de ſpõ. in. viij. q. et ꝑ Io. an. in. c. gẽma. extra de ſpõ. Bar.

¶ Quando eſt fides danda rogitu, ſiue prothocollo imperfecto notarij mortui, in p̃iudiciũ alterius. Itẽ ex qbus cauſis nõ poteſt tutor authoritatem interpõere in cõtractibꝰ pupilli?

SVMMARIVM.

1 *Fidem non facit inſtrumentum q, non habetur pro perfecto cõpleto à notario, nec obligat contrahentes.*
2 *Fidem non facit ſcriptura, quæ ad contractũ ſolùm præparat. nec inſtrumentum q, imperfectum eſt. nu. 3.*
4 *Fidẽ faciũt uerba in inſtrumẽto, quæ dicãt aliquẽ pupillũ q, ille ſit pupillꝰ.*
5 *Tutor qui non fecit inuentarium non põt præſtare authoritatem pupillo.*

¶ CONSILIVM. XLVI.

b IN nomine do. [b] amen. Viſo quodã libro rogitorũ, ſiue prothocollorũ Lupi Vagnoli notarij de Aſsiſio ĩ eo reperiť rogitũ in quo cõtineť ꝙ Scolanꝰ Loli promiſit Petro raze ipſum indẽnẽ obſeruare à quadã obligatione. ccc. flore. per eũ facta cuidã iudęo, cõſiderato etiã qualiter dictũ rogitũ fuit, ſic & dictã quãtitatẽ dictorũ. ccc. flore. perueniſſe ad manũ dicti Scolani, & in eiꝰ vtilitatem fore conuerſam, hoc modo videlicet nec cõtinere plus in dicto rogitu ſiue prothocollo. ¶ Prẹſupponiť etiam ꝙ Boninus guidi, q in dicto prothocollo aſſeritur tutor dicti Scholani nullum confecerat inuentarium: quæritur modò an ex vigore dicti inſtrumenti, dictus Scholanus poſsit
1 legitimè conueniri ad dictã quantitatẽ ſoluendam. ¶ † Ad quod dicendum, videtur de iure, dictum Scholanũ vigore dicti inſtrumẽti conueneniri non poſſe. Nam certum eſt ꝙ illius inſtrumẽti cõtractus ſiue ſcripturę, quæ non ſunt habitę à partibus voluntariè, vel notario ſcribẽte ꝓ perfecto cóple to & abſoluto non faciunt fidẽ neq; obligãt cõtrahentes. vt l. cõtractus. C. de fide inſtru. & hoc etiã apparet in teſtamento: qa ſi teſtator inciperet facere teſtm̃, & quoſdã ex hęredibus nominauit, nec ꝑfecit alios nominare, teſtamẽtũ eſt nullum etiã quo ad nominatos, vt. l. ſi is qui. ff. de teſta. ꝓ hoc facit. ff. de leg. iij. l. fideicõmiſſa. §. quoties. ¶ Sed in propoſito ex tenore dictę ſcripturę apparet, ꝙ dictus contractus & dictum inſtrumentum non fuit habitum pro completo & abſoluto. quod apparet. quia adhuc aliqua declarauerãt contrahentes & notarius & hoc eſt omiſſum: ergo dictus contractus eſt nullus. & pro hoc eſt caſus. de verb. obli. l. ſi ita ſtipu latus ſit. in prin. vbi ſi per errorem omittitur dies. q debebat
2 ꝑponi, vitiať ſtipulatio. ¶ † Pręterea dicta ſcriptura videť cõtinere potius quãdã pręparationẽ ad cõtractũ ꝗ̃ ipſum contractum. cum igitur non fuerit perfectus contractus. nec dictum inſtrumentũ. ergo fidem non facit. ar. l. fideicõmiſſa. §. j. de le. iij. vbi eſt expreſſum, vt. l. hac cõſultiſſima. §. at cũ humana. C. qui teſta. fa. poſ. ibi dũ dicit, in chartula pro materia
3 &c. & ibi dum dicit, tenor eorũ cũctis innotuerit &c. ¶ † Pręterea ꝙ inſtrumẽto quod inuenitur ita imperfectũ nõ adhibeať fides, eſt tex. & glo. ordinaria in. l. in ciuile. ff. de leg. nec mutantur quę in inſtrumẽtis & prothocollis reperiuntur deciſa, vt in fine ponitur &c. & tñ ei adhibeť fides: qa apparet ꝙ illa inſtrumẽta ꝓ cõfectis ſunt habita & abſoluta à partibꝰ & à notario. Ex eo em̃ ꝙ dicit &c. apparet ꝙ intẽdebat plus in illo prothocollo notariꝰ ſcribere. Sed cũ inſtrumẽtũ vnde ſumereť intẽdebat illud extẽdere, ꝓut erat cõſuetꝰ in alijs inſtrumẽtis facere. ſed in ꝓpoſito apparet ꝙ intẽdebat plꝰ ſcribere, & nõ erat de clauſulis gñalibus & cõibus ad alia inſtrumẽta, ſed erãt q̃dã clauſulę friuolę & negatorię: & ſic ex ĩſtrumẽto ita determinato nõ põt determinari nec iudicari, vt. d. l. in ciuile. ¶ Pręterea ex dicto inſtrumẽto ꝓut ſcriptũ apparet nulla oriť obligatio. cõſtat em̃ dictũ Scolanũ fuiſſe pupillũ tꝑe dicti cõtractus, ꝙ apparet ex eo ꝙ cõtrahẽtes videntur
c aſſerere ꝙ citra tutoris authoritatẽ inqrerẽt [c], q tutor nõ põt eſſe niſi pupillo, vt. l. ſciẽtię egregię. ff. de tut. & cur. da. ab his & inſti. de tu. §. j. & de cura. in prin. & ſic quãtũ ad eos credi
4 tur eũ fore pupillũ. C. de cõtrahẽ. ſtip. l. optimã. ¶ † Sed pupillus nõ põt obligari ſine tutoris authoritate vt. l. qm̃ oblig. in prin. de autho. tut. & inſti. de auth. tut. ĩ prin. Iſte aũt Scolanꝰ legitimã authori. nõ habuit, vt ꝓbabo: ergo &c. Quod nõ habuit, ꝓbať ex duobꝰ. primò qa inuẽtariũ nõ fecit, vt ꝓponitur mihi: ergo authoritatẽ nõ pręſtat, vt. l. fi. C. arbi. tut. Pręterea teſtator in ſuo teſtamẽto voluit vt tres tutores ſuper eſſent in officio tutelę qui adminiſtrẽt, ſed vnus ſolus hic interpoſuit authoritatẽ abſentibꝰ alijs: ergo authoritas nõ valet, vt. l. titiũ & meuiũ. in prin. de admi. tuto. ¶ Cõcludiť er
d go dictum inſtrumẽtũ fidẽ nõ facere [d], & ſi fidẽ faceret, ꝓut ſcriptũ reperitur dictus pupillus non eſſet obligatus. Barto.

a ¶ Et nõ datę. No. ꝙ Bar. hic vult ꝙ ĩ arrhis reqriť traditio realis. adde bar to. in. l. titia. ff. de verb. obli. & Fed. de Senis ĩ cõſ. clxix. inci. dño Corrado, & meliꝰ ĩ cõſi. cxciiij. ĩci. ĩ dubijs. Io. an. & doc. ĩ. c. gẽma. de ſpon. cũ cõcor. de qbꝰ ꝑ do. Io. ĩ. d. l. titia. ĩ ix. col. in fi. & ſeq. vbi alle. Bar. ĩ iſto cõſi. Tho.

b ¶ In noĩe dñi. De iſto cõſil. vide per Philip. deciũ. in. l. pactũ ꝙ bona fide nu. iij. C. de pac. & ponas hic. Tho. Diploua.

c ¶ Inqrerent. Vide Alex. ĩ cõſi. xxj. ĩ j. vol. Tho. diplo.

d ¶ Nõ facere. Qd' prothocollo non cópleto à partibꝰ non ſit dãda fides eſt gl. in. d. l. cõtractus ſuper ver. in mũdũ. quã ſequũtur ibi Bar. Bal. & doc. Io. de Imo. in l. gallus. & ibi Ange. §. idem credendum. ff. de liber. et poſth. per Spe. in tit. de inſtru. edi. §. oſtenſo. cano. in c. cum. p. tabellio. de fide inſtru. Bal. de pa. cõſtã. verb. præſentia. Quid ſit prothocollum, gl. eſt in auť de ta. in ver. ſ. prothocollũ. & Ange. conſi. lxxxj. Vide Petr. anc. in cõſi. cccxxix. Bald. in con liij. lib. v. Paul. de caſt. in conſ. xxxviij. Ber. Lã.

¶ Quãdo tutor põt cauſam pupilli cõpromittere, & quãdo cõpromiſſum cũ authoritate tutoris, ſibi noceat.

SVMMARIVM.

1 *In compromiſſo poſitus arbiter, poteſt accipere de iure unius, & dare alteri.*
2 *Compromiſſum factum per pupillum etiam cum authoritate tutoris, an & quando ualeat.*

¶ CONSILIVM. XLVII.

a NVnquid tutor[a] tutorio
nomine posſit petere compromiſſum fieri in ca
ſu quo ex forma legis municipalis talis cauſa eſ-
1 ſet compromittenda?& primò videtur ꝙ non.¶ † Quia ar-
biter poſitus in cõpromiſſo poteſt accipere de iure vnius,et
dare alteri, vt no.ff.de arbi.l.ſi de meis.§.recepiſſe.et ĩ auẽ.vt
differrẽ.iudi.§.ſi verò. ſed tutor nõ põt alteri cõcedere,neq;
eiã donãdi res pupillares poteſtatẽ habet,nec lędẽdi iura pu
pilli:qa nec ipſe poſſet facere. Nã nõ dicĩ tutor qñ pupillũ
expoliat,vt.ff.de admi.tu.l.lucius titi⁹.§.fi.et.ff.ꝑ empt.l.q
fundũ.§.ſi tutor.põt ſuper re pupilli remittere,ſecũdũ quod
põt arbiter.ff.de fur.l.interdũ.§.q tutelã et.l.ſi de pignore.§.
ſi tutor.C.de tranſ.l.pręſes. ¶ Pro ſolutione huius cõtrarij,
eſt dicendum ꝙ aut compromittit pupillus cũ authoritate
tutoris:& tũc cõpromiſſum videĩ tenere,vt.ff.de arb.l.ſi pu
pillus.¶ Cõtra hoc mẽbrũ op.ff.de min.l. ſi minor filio fam.
§.minores.& ibi videntur velle gl.ꝙ eo ipſo ꝙ minor com-
promittit dicaĩ eſſe lęſus:& ſic facto cõpromiſſo cõpetat ſi-
2 bi reſtõ.¶ †Sed dic aut pupillus cũ tutore cõpromiſit in eũ
q ex iuriſdictione poterat de cã cognoſcere:& tũc qa à ſnĩa
ex ſua iuriſdictione lata,poterat appellari,nõ à lata ex cõpro
miſſo.vt.l.prima.C.de arbi.tũc dicĩ lęſus,vt in ꝑdicto.§.mi
nores.& in ſui pręiudiciũ non tenet,vt.ff.de arbi.l.ſed & ſi in
ſeruum.Sed ſi compromiſit in eũ qui ex iuriſdictione nõ po
terat cognoſcere,& ſic tãꝗ in amicabilem compoſitorem,&
tunc compromiſſum factum cum authoritate tutoris tenet.et
nõ dicitur lęſus niſi doceatur de lęſione.vt.d.l.ſi pupillus. ff.
de arb.l.diẽ proferre.§.pen.et.l.ſi ita cõpromiſſum indiſtin-
ctè.Sed tu dic aut iura pupilli ſunt obſcura,& proſecutio rei
pupillaris non põt fieri de facili,& tunc ſicut in dictis caſi-
bus põt tutor tranſigere et de iure pupilli remittere illi cum
quo tranſegit: ita põt cõpromittere,& arbiter de iure pupil
li põt accipere & dare alteri.hoc videĩ ſentire gl.in.l.pactum
curatoris.C.de pac.pro quo eſt tex.in.d.l.interdum.§.q tu-
telam.ff.de fur.cũ ſi.ſ.alleg. ¶ Aut proſecutio rei pupillaris
poteſt fieri de facili:& ipſius iura ſunt clara:tunc illo caſu nõ
poterit cõpromittere:qa nec poſſet iura pupilli minuere vel
donare,nec iuſiurandũ deferre. ff. de iu.iu.l.tutor. in princi.
& uidetur no.ibi gl.

¶ Subſtitutio pupillaris continet in ſe tacitã vulgarem, etiã
ſi fiat extraneo.

SVMMARIVM.

1 *Subſtõ pupillaris etiam facta extraneo, continet in ſe tacitam uulgarem.*
2 *Tacita uulgaris, an & quando requirat hæreditatis aditionem?*
3 *In compendioſa ſubſtitutione, comprehenditur tacita uulgaris.*
4 *Hæres inſtitutus in re certa non dato alio cohærede, eſt hæres in totum.*
5 *Hæres duo inſtituti in re certa non dato cohærede ſi uni eſt dictum quòd plus petere non poſſet, alius eſt hæres in totum.*

¶ CONSILIVM. XLVIII.

GAllus[b] fallopi condidit
teſtm̃ in quo quẽdã epm̃ Camarienſem ſuũ hæ
redem inſtituit ĩ quĩquesolidis,& ꝙ de bonis
ſuis plus petere nõ poſsit.Itẽ reliquit iure inſti
tutionis dñæ Agnolu.ſorori ſuę vnã petitam terrę.Itẽ in om
nib⁹ ſuis bonis Rogeriũ quondã Iacobi ſuũ nepotẽ ex fratre
ſuo præmortuo hæredem inſtituit, & eidem ſubſtituit ꝑ hęc
verba,ꝙ ſi dictus Rogeri⁹ deceſſerit in pupillari ætate,vel po
ſtea qñcũq; ſine filijs legitimis de ſuo corpore natis,& ꝓcrea
tis ſubſtituit ſibi hæredẽ Agnolutiã ſuã ſororem, vt de prędi
ctis apparet publicum inſtrumentum.¶ Contingit ꝙ dictus
Rogerius deceſsit ante dictum teſtatorem in pupillari ætate
ſuperueniente dicta dña Agnolu.demum deceſsit dictus te-
ſtator dicitur per quoſdã,dictũ teſtamentũ non valere: quia
hæres deceſsit ante teſtatorẽ . Ex aduerſo dicit dña Angela
dictũ teſtamentũ ualere,& ſe hęredẽ eſſe ex eo.Quęritur quid
iuris.¶ Et dicendum eſt, dictum teſtamentum valere,& dictã
Agnolu.hæredem eſſe,& poſſe eſſe tribus rationibus.Prima,
quia dictus teſtator dicto Rogerio , licet extraneo ſubſtituit
pupillariter,ſi deceſſerit in pupillari ętate &c.quę ſubſtitutio
continet tacitam vulgarẽ,vt.l.iam hoc iure.ff.de vulga.et pu-
pil.l.hęredi.et.l.ꝗuis.et.l.precib⁹.C.de impu.et alijs ſubſti.li
cet ergo dictus Rogerius ante teſtatorẽ deceſſerit : & ſic non
poſsit eſſe locus pupillari,etiam ſi filio in poteſtate facta fuiſ-
ſet:tamen locus eſt vulgari tacitę.ſ.ſi dictus pupillus hęres nõ
erit,ex ipſius tacitę vulgaris vigore dicta Agno . poteſt eſſe
1 hęres.¶ †Sed hic occurrit dubium,an dictę leges quę dicunt
ꝙ ſi pupillaris eſt facta cõtinet tacitã vulgarẽ habeant locũ
c quãdo pupillaris eſt facta extraneo[c] cui nõ poteſt pupillari
ter ſubſtitui . Hoc dubium mouet Guil: de cu.in.d.l.precib⁹.
C.de impu.& alijs ſubſti.& determinat ꝙ contineatur tacita
vulgaris:qa vitiato expreſſo,nõ vitiatur tacitũ,vt.l.j.§.j. qb⁹
mod.pig.vel hyp.ſol.itẽ qa eſt peccatum in materia: ergo ſi
non valet eo modo quo agiĩ,valeat eo modo quo valere põt
vt.l.ſi vnus.§.ſi acceptilatio.ff.de pact.&.l.an inutilis. & ibi
no.ff.de acce.quod puto verũ per caſum.l.fi.C.de hær.inſti.
nam illa verba,Plotij hęres eſto,ſunt verba pupillaris ſubſti
tutionis.qa teſtator alium fecit hęredem ſecũdũ verba: tamẽ
illa verba retrahunĩ ad vulgarẽ ſubſtitutionem.no.ĩſti.de pu
bli.ſub.§.extraneo.cũ gl.ſua licet quidam allegant in contra-
riũ:vbi tñ no.ꝙ pupillaris facta extraneo non valet iure dire-
cto vel iure directę pupillaris pupillo exiſtente hęrede : ſed
non negatur,quin poſsit valere iure tacitę vulgaris per quã
2 ſuccedere poſsit teſtatori.¶ †Secundũ dubium eſt,qa tacita
vulgaris requirit aditionẽ hęreditatis ſecundũ quoſdã quæ
hic nõ videĩ intercedere poſſe.cũ ſolus iſte Rogerius fuerit
hęres inſtitutus ad ꝙ rñdeĩ ꝙ hic ipſa eadem Angela eſt hæ-
res inſtituta in re certa,cuius aditione totum teſtamentũ con
firmetur.ſufficit enim vnum ex hęredibus inſtitutis adijſſe,
vt.l.teſtamẽto.ff.de manu.teſta.¶ Pręterea pro pręd ictis vi-
deĩ caſus.de ven.inſpi.l.penul.vbi ſi aliquis ſubſtitutus ven
tri eſt,licet ex ventre nihil naſcaĩ,tamẽ loc⁹ eſt tacitæ vulgari.
¶ Secũdò ꝓbaĩ dictam Agnolutiã eſſe hęredẽ alia ratione.
nã cõſtat ꝙ dicta ſubſtitutio facta dictę Agnolutię fuit cõpẽ
3 dioſa†.ſ.quãdocũq; deceſſerit:ſed in compendioſa cõtinetur
vulgaris ſecũdũ opi.olim.ſ.Iaco.de raue.& Pe.vt refert Cy.ĩ
l.precibus.& ſecundũ opi.Guil.Dy.& Ray.in materia ſubſti
tutiõis,& eſt caſus.in.l.gallus.§.j.de liber.& poſthu.vbi ſi qñ
filius viuo teſtatore moriĩ.Pręterea iſtud iſta verba indicãt.
ſi em̃ dico qñcunq; deceſſerit &c.Iſtud verbũ importat,ſiue
decedat añ mortẽ teſtatoris ſiue poſt,ante aditionẽ hęredita
tis.de hoc eſt caſus.ff.de adi.lega.l.iij.in prin.& ſic cõcludiĩ
ꝙ ex vigore vulgaris cõpręhẽſe dicta Agnolutia poſsit hęres
4 eſſe.¶ † Tertiò etiã hoc ſic probaĩ:ſi diceretur dictam dñam
Agnolutiã nõ poſſe hæredẽ eſſe primo vel ſecũdo modo,&
ſic dictã inſtitutionẽ & ſubſtitutionẽ eẽ inualidã:adhuc ipſa
dña Agnolutia eſſet hęres teſtatoris ex alio capite.ſ.vigore ĩ-
ſtitutionis factę de ea in re certa,nã cũ nõ ſit alius hæres vni-
d uerſalis in teſtamẽto inſtitut⁹ in re certa eſt in totũ hęres[d], vt
l.j.§.ex fundo.ff.de hęre.ĩſti.&.l.ex facto.& no.in.l.quoties.
C.eo.tit.¶ Nec ob.ſi dicaĩ ꝙ duo ſunt in certa re inſtituti. ſ.
epiſcop⁹ & Agnolutia, Et iõ ſupradicta dña Agnolutia nõ
5 põt eſſe hęres niſi ꝓ dimidia.¶ Nã eſt diligẽter† aduertẽdũ
ꝙ ĩ ſubſtitutiõe facta de epo fuit adiectũ ꝙ pl⁹ de bonis ſuis
petere nõ poſsit:aliqua rõne vel cã.& ſic ĩſtitutio ei⁹ nõ tra-
hit ſe ad alia bona:qa volũtas teſtatoris,manifeſtè reſtringiĩ.
l.quoties.§.ſi duo.ff.de hęre.inſti. in inſtitutione verò facta
de dicta Agnolutia dicta verba nõ fuerunt adiecta.& ſic ip
ſa eſt hęres inſolidum.

¶ Quando in teſtamẽto aui materni,pręteriĩ nepos,teſtamẽ-
tũ eſt nullũ:& tũc ſi anteꝗ dicaĩ nullũ moriaĩ nepos,an trãſ-
mittaĩ hęreditas ad auunculum vel patruum, & an propter
cauſulam codicillarẽ,valeant legata ſibi facta?

SVMMARIVM.

1 *Præteritione aui materni facta ſine cauſa, teſtamentum eſt nullum,*
2 *Præteritione filij ex cuius perſona rumpitur teſtamentum: an legata ipſi filio facta ualeant.*
3 *Hæreditas aui materni non adita: non tranſmittitur ad hæredes.*

¶ CONSILIVM. XLIX.

NIcolucius deceſsit &
teſtamẽtũ non dixit nullũ , & teſtamẽtũ
non eſt cõfirmatũ:qa deceſsit in pupillari
ætate,vt.C.de poſthu.hęre.inſti.l.ij. vbi
eſt caſus,& ibi no.Dy.& nõ eſt dubiũ ꝙ
1 ꝑteritiõe† aui materni,facta ſine cã teſtm̃
eſt nullũ,vt ĩ auĩ.de hę.& fal.§.exhęredatos.et ibi no.gl.¶ Po
e ſito ergo ꝙ teſtm̃ ſit nullũ,dubitaĩ an legata[e] fcã ipſi filio va
leãt.& de hoc eſt opi.ĩ.l.maximũ vitiũ.C.de li.ꝑte.nã qdã di
cũt ꝙ rupto teſtõ ex cã ꝑteritionis,valeãt legata facta alteri,
pręterꝗ ipſi

a ¶ Nũq̃d tutor.Vide Bald.in cõ.cccxxxvj.in.ij.vo.& Lu.ro.in cõ.cxiiij. et plenè ꝑ Al.in.l. iuſiurã.in prin. ff. de iureiu. et Bal. ĩ l.nã et poſtea . §.ſi minor.in vl.col.et ibi apoſtillã meã ff.e,ti.et in.l.ſi plu res.ĩ.ij.co.in prĩc. ff.de pac.et in cõ. ccliiij.ĩ.vj.vo. inc. abũde.in.ij.& iiij. col. vbi alle. Bar.ĩ iſto cõſi.et incipit q dam tutor, et ſic iſtud cõſiliũ inc.et q dam tutor . Th.

b ¶ Gallus.aliâs ĩcipit,manes falloppi. et ita ẽ ſecũdũ ordinẽ. Peruſinũ. in. iij.parte de vltimis voluntatib⁹ in cõ.xlv.aliâs inci.nardus. Et ita alle.Ale.in.l. centurio.in.xxviij. col. ff.de vul. & pu. & in.l.fi.ĩ apo . ff.de li.agn.et do. Iaſ.ĩ l.fi.ĩ.v.co.C.de hę re inſti. Aliâs inci. nell⁹ falloppi. An. barb.ĩ.l. quoties. C.de hære. ĩſti.in addi.Bar.Tho.

c ¶ Extraneo.no.ꝙ dicit Bar.hic . Idẽ tenet Bar.ĩ.l.fi. C. de hęre.ĩſti.& ĩ .l. j.ĩ vl.col.ff.de vul. & pu.cũ cõcor.de qb⁹ ꝑ.d. & præce pto . meũ ĩ ſtudio Paduano. d.Iaſ. ĩ d.l.fi.ĩ.v. vol. vbi etiã allex.d. cõſil. Bar.Tho.

d ¶ Hęres ĩ totũ. vide Bar.ĩ.l.quoties §.ſi duo & ibi apo ſtil.ff.de hęre .ĩſti. & an ſubſtõ cõpẽ dio.facta ĩ re certa ꝑ uerba directa ciuilia trahaĩ ad uniuerſa bona filij in pupillari ętate decedẽtis uide Alex. plenè poſt alios ĩ l.centurio.ĩ.ij.col. ff.de uul.& pup. Tho.Diploua.

e ¶ An legata.Qũod legata nõ ſuſtinentur,tenet Bar.ĩ authẽ.ex cã.ĩ pe.co. & eſt cõis ſnĩa, ut ꝑ Iaſ.ibi.ĩ.xj.col. ubi uideas . Thõ. Diploua,

præterꝗ; ipsi filio præterito, ex cuius pſona rũpiť teſtm̃ &
2 hoc per Cy. in auť. ex cã. ĩ. q. v. e. ti. ¶ † Sed qcquid ſit, ipſa lega
ta valent per clauſulã appoſitã in teſtõ: ſi no valẽt iure teſtĩ,
valeãt iure codicillorũ &c. vñ ſaltẽ iure codicillorũ valet illud
grauamẽ iñctũ dicto Nicolutio, ſi deceſſerit ſine liberis, dicta
legata erogentur in pijs locis. ſecũdũ verã opin. Dy. & aliorũ
3 doctorũ. & Cy. refert ĩ. d. auť. ex cã. ĩ. vj. q. ¶ † Hoc pmiſſo ad
q. propoſitã dico, ꝙ ſi quidẽ nõ apparet ꝙ per dictũ Nicolu
tium fuerit adita hæreditas aui materni ab inteſtato. tũc di-
ctus auunculus ei⁹ q nõ dicit teſtm̃ nullũ, nihil põt petere de
bonis dicti teſtatoris, aui dicti Nicolutij, qa hæreditas aui ma
terni, nõ adita nõ trãſmittiť. C. de iure deli. l. ſi infanti. vñ pe-
rinde eſt, ac ſi dictus Nicolutius nõ fuiſſet in medio, & ſic di-
ctus auunculus nil põt petere, ſi uerò fuiſſet adita hæreditas,
tunc immediatè legitimæ ſuccederet dictus auũculus in qua
non conſiſtit grauamen, alia dimidia eſſet patrui qui fuit in-
ſtitutus à teſtatore, & in hoc iura ſunt clara. Bart.

¶ Si teſtator reliquit vxori ſuæ fructus, reditus, & prouent⁹
omnium bonorum ſuorum mobilium & immobilium, non
veniunt iura & actiones, nec veſtimenta viri, & quid de veſti
bus vxoris precioſis, & de pecoribus & iumentis & de pro-
thocollis ſi teſtator fuit notarius.

SVMMARIVM.

1 *Nomina debitorum, non ueniunt appellatione mobilium & immobiliũ.*
2 *Pronomen ſuorum, reſtringit ſignificatum uerborum.*
3 *Veſtes mariti et uxoris, an ueniãt in uſumfr. uiri an ſint præcipua uxoris.*
4 *Fœtus pecorum, boum, & equorum, an pertineãt ad uſumfructuarium?*
5 *Prothocolla natariorum, an pertineant ad uſumfructuarium?*

¶ CONSILIVM. L.

a Gilius[a] Petri de Floren-
tia, inter alia q̃ in ſuo teſtamẽto diſpoſuit re-
linquit. B. vxori ſuæ fruct⁹ & reditus, & pro
uentus omnium bonorum ſuorum mobiliũ
& immobilium. Modo queriť an dicta vxor
vigore dicti legati, debeat habere quæ ſunt in nominibus de-
bitorum? & dicitur ꝙ non. & probatur in eo quod dixit, ſuo-
rum &c. Nam debet intelligi de his bonis quæ ad teſtatorem
pertinent iure dominij, vel quaſi, non eorum quæ ſunt in no-
minibus debitorum, vt. l. quintus. §. argento. ff. de auro & ar-
1 gento legato. ¶ † Item dixit bonorum ſuorum mobilium &
b immobilium. ſed nomina debitorum, [b] non ſunt mobilia
uel immobilia: ſed ſunt quoddam genus de per ſe, vt. l. ã diuo
pio. §. in venditione. ff. de re iu. l. quam tuberonis. §. pe. ff. de
pecu. quod etiam tenuit Iac. de are. in. l. mouentium. ff. de ver
borum ſignifi. & Spec. in iiſdem terminis in tit. de fruct. & in
tereſ. §. primo. verſicu. ſecundò, quæro. ex quibus concludiť
2 dictam dominam, non debere habere vſumfruc. de nominib⁹
debitorum. Non ob. ff. de vſufruc. lega. l. vxori meę. qa ibi fuit
relictus vſuſfr. ſimpliciter. ſed in quæſtione noſtra, fuit adie-
ctum mobilium & immobilium. quę verba habent reſtringe-
re ſignificatum uerborũ, vt dictum eſt. ¶ † Item fuit adiectum
hoc pronomen ſuorum, ꝙ habet reſtringere ſignificatũ ver-
borũ, vt de his mobilibus & immobilibus intelligatur, quę iu
re dominij pertinent ad teſtatorem, vt. d. l. quintus. §. argẽto.
¶ Sed licet in dicta. l. vxori meę. fuerit appoſitum illud uer-
bum meorum, et tamen continet nomina debitorum, dico ꝙ
illud eſt: quia pronomen meorũ, habet ſubſtantiuum omniũ,
omnia comprehendens. Reſpondeo, ad iura quæ dicunt quòd
actiones et iura iudicantur mobilia et immobilia ſecundum
id quod in actione deuenit: quia illud eſt verum, quando iura
et actiones de neceſsitate debẽt applicari mobilib⁹ et immo-
bilibus: quia de eis nihil eſt diſpoſitum. verbi gratia, dicit lex,
ꝙ bona immobilia minoris non poſsint alienari ſine decreto:
mobilia verò poſsint alienari, ſed ſi de nominibus nihil diſpo
ſuit: iudicabimus de eis vt ęquiparentur mobilibus, et de im-
mobilibus reliquit vſumfructum uxori. Iura verò et actiones
hic differunt, vt ex ſerie teſtamenti apparet, et ſic non eſt ne-
ceſſe ꝙ alicui prędictorum ſcilicet mobilibus et immobilibus
applicemus nomina debitorum: ſed ſtent in ſuo genere per
ſe. vt in dicto. §. in venditione. et ſupra probatum eſt.
3 ¶ † Adhuc quæritur an ueſtes feſtiuæ perſonæ uxoris, et [c] ve-
c ſtes uiri, ſint vxoris propriè, an verò ad heredes remaneant,
ita quòd de eis tanquam de alijs mobililib⁹, vſumfructũ perci
piat? & dicẽndũ eſt ꝙ de veſtib⁹ viri nullũ eſt dubiũ, ꝙ ad vxo
rem non pertinent aliquo iure, ſed de veſtibus vxoris, licet
ſint multę opiniones doctorũ in. l. his. §. j. ſolu. matrimonio.
veritas eſt ꝙ veſtes feſtiuę & ptioſę nõ ſunt vxoris. nec eidẽ
à viro donatę videnť, & ſic nõ põt morte confirmari eorũ da
tio, cum ei tradere videatur ad vſum tm̃, vt tamen magis ſint
apud virũ ꝗ; q̃ſita vxori, vt. l. mortis ſuę cã. §. fin. ff. de do. in-
ter vir. & vxo. ad le. fal. & hoc tangit Iac. de are. & alij Mo-
der. doctores in. d. l. in his. ff. ſoluto matrimonio. & ibi dixi.
4 ¶ † Adhuc queritur de fœtu pecorũ, boum & equorũ, & an
ad dictã dominã pertineant tanꝗ; ad vſufructuariam. an ad
hęredes. ad quod dico ꝙ ad dictã dominam pertinẽt, eo ſal-
uo ꝙ ea q̃ cõſiſtunt in grege, debẽt in locum mortuorum vel
inutiliũ alia ſubrogari ſecundũ formã. l. fœtus. §. fin. cũ. l. ſeq.
ff. de vſufru. ¶ † Adhuc queritur: qa iſte maritus erat nota-
5 rius, an id quod percipiť ex exemplificatiõe prothocollorũ
ſuorũ. pertineat ad vxorẽ? & dico ꝙ nõ. Ratio: qa id ꝙ tantũ a
ſemel percipitur & nõ renaſciť, non diciť eſſe in vſufructu, vt
l. diuortio. §. ſi vir. ff. ſol. matri. ſed reditus prothocollorum
eſt huiuſmodi, quia poſtꝗ; prothocollum eſt ſemel redditũ
nunquã amplius percipietur. quia non eſt veriſimile ꝙ de fa
cili perdat illud, vt. l. ſi ex lapidicinis. ff. de iure do. Bartol.
de Saxoferrato.

¶ Rogatus reſtituere hęreditatem tenetur vltra vires hęredi b
tatis, ſi non facit inuentarium, nec deducit trebellianicam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres non conficiens inuentarium, perdit trebellianicam.*
2 *Mobilium & immobilium appellatione non ueniunt iura & actiones.*

¶ CONSILIVM. LI.

In nomine domi. amen.
Bonauentura fecit teſtamẽtũ. & inſtituit hęredes
duos filios. ſ. Andream & Ioannẽ, & eis ſubſtituit
vt in teſtamẽto eius continetur, ſcripto manu notarij, & etiã
in teſtamẽto talẽ vltimã voluntariam ſubſtitutionẽ fecit, ꝙ
ſi prędicti ſui filij ambo decederent ſine filijs, voluit ꝙ ei⁹ hę
reditas & bona oĩno deuenirent in Petrũ ſuum fratrẽ. Mo-
dò iſte Ioannes in vita ſua, vendidit de bonis & de hęredita-
te dicti Bonauenturę vltra dimidiã, & demũ primo mortuo
Andrea in pupillari ętate dict⁹ Ioannes fecit teſtm̃, & ĩ ipſo
teſtamẽto examinauit ſuã hęreditatẽ. debita, & legata, & Pe-
trũ prędictũ ſuum fecit hęredem pro parte, & nihil vltra re-
linquit in ſua hęreditate ꝗ; bona quæ fuerũt Bonauenturæ,
quæ debebãt deuenire in Petrum. Et fecit etiã dictus Ioan- c
nes codicillos, quibus etiã reliquit tertiã partẽ ſuorũ bono-
rum mobilium & immobiliũ cuidam Pepo. ¶ Demum poſt
prædicta dictus Petrus intrauit tenutã & poſſeſsionẽ bono-
rum dicti B. pro parte ſibi debita pro teſtõ dicti. B. Demum
poſteà adiuit dictã hęreditatẽ dicti Ioãnis cum beneficio in-
uentarij, & nõ conſtat de inuẽtario. Quæritur modò ſi dict⁹
Petrus debeat habere bona vigore verborũ inſertorũ in te-
ſtamento, dicti. B. cum non ſint tot, quot ſunt dimidia pro-
pter vẽditiones factas per dictũ Ioannẽ, viſo teſtamẽto dicti
B. & ſi heres habere debet, nunquid de bonis debeat dare ter
tiam partem dicto Pepo. viſis codicillis dicti Ioãnis, cum in
bonis dicti Ioannis & eius hęreditate nihil aliud ſit quã dicta
bona quę debeant eſſe Petri vigore teſtamenti dicti. B. & an
Petrus ſibi dictam tertiam partem de bonis prædictis tenea
tur dare necne. & ad quid cum dicto Pepo. obligatᵉ vigore di
ctorum codicillorum, nõ exiſtẽtibus alijs bonis quã ſupradi
ctis dicti Ioãnis. & cum in dicta hæreditate dicti Ioannis, ſint
debita contracta per dictum Ioannẽ, nunqd debeat detrahi d
de dicta tertia parte necne, & pro quota parte, bona aũt quę
nunc inueniunť apud dictum Petrum quæ fuerunt dicti. B.
de quibus nunc eſt qõ ſunt hęc &c. ¶ Viſo puncto prædicto
& cõtentis in eo examinatis. videť de iure dicẽdũ, nullã dedu
ctionẽ eſſe fiendã debitorũ vel alicui⁹ trebellianicæ p dictũ
Pe. debitorẽ & trebellianicæ: tũc põt fieri deductio vbi hęres
feciſſet inuentarij, ſi aũt iuuetariũ nõ fecerit, teneť de ſuo cõ-
plere: vt. §. ſi verò nõ fecerint. ibi cõplebit legatarijs &c. & in
auť. de hęre. & fal. & no. ĩ. l. ſi pecunia. de le. ij. q ſolẽnitas inuẽ
1 tarij † omiſſa, priuat hęrede trebellianica[d], vt no. in auť. vnde
d ſi parens. C. de inof. teſta. ſed lex priuat falcidia. ꝓpter omiſ-
ſionẽ inuẽtarij, vt. l. ſcimus. §. & ſi præfatã. C. de iure delib. &
in auť. de hære. & fal. §. ſcimus. ergo & trebellianica. ¶ Præte
reà rõ inducẽdi inuentarium & eius beneficium fuit, vt videa
tur rõ eorũ, quæ pater dimiſit in patrimonio ſuo tẽpore ſuæ

a ¶ Gili⁹ petri. aliàs incipit, fili⁹ Petri. et ita alle. Al. in. l. q quadraginta. §. dos legata. ĩ. j. col. ff. ad. l. fal. vbi dicit eſſe nu. cclxvij. Tho. Di.

b ¶ Nomina debitorũ. Adde ꝙ idẽ cõſuluit Bar. in con. cxlix. in. ij. vo. incipit, Maſiol⁹ petri. et Bar. in. l. põt ff. de aut. tu. et ibi Apoſtillã Ale. et meã. et Alex. in. l. ã diuo pio. §. iuriſdictione. et ibi ſcripſi. ff. de re iud. et plenè in conſi. lxviij. incĩ. quia conſultationẽ. in. vj. uol. et Bar. ſoci. in cõſi. cj. incipi. uiſo teſtamento. in. ij. uo. et uide Bart. in conſi. ſe. et ĩ conſi. xv. incipit, pater habens filium. ĩ. j. col. Tho. Diplo.

c ¶ Veſtes feſtiuæ uxoris. Vide Bar. in cõſi. cxxviij. in ci. qõ eſt an q̃ donanť ſpõſę, & ĩ. l. ĩ his. §. j. vbi dicit pluries ſe cõſuluiſſe. ff. ſol. ma. & ibi vide apoſtil. in ver. pluries. et vide plenè p Alex. ĩ. l. ſi is qui. §. dos legata. ĩ j. col. ff. ad leg. fal. & ĩ. l. ſi verò. §. ſeruus. ff. ſol. matr. & Pe. de anc. in cõſi. cxxxj. ĩci. ĩ prędicto caſu. Tho. Di.

d ¶ Trebellianica. Et no. ꝙ Bar. ĩ iſto cõſi. vult ꝙ hæres nõ cõficies inuẽtarium, nõ põt detrahere trebellianicã: adde ꝙ cõſuluit Bar. ĩ. ꝙ incipit, dño Ioanni. vbi ſcripſi plenè ĩ apoſtilla mea & vide Alex. in. l. marcellus. nu. lvij. ad trebel. vbi alle. illud cõſi. Bartol. Tho. Diplo.

tenentur ſoluere tributa,& collectas q̄ ſoluūt alij ciues: quia il
la verba ſicut alij ciues,&c.intelliguntur de ciuibus liberis: &
iō vltra contenta in contractu, non ſunt obligati. Item dicta
Frāchiſia,& libertas extenditur etiam ad bona futura.

SVMMARIVM.

1 *Loco conceſſo ut fiat caſtrum,illi qui ibi ſunt nati ſunt ciues ciuitatis.*
2 *Conceſſo territorio,uidetur conceſſa iuriſdictio.*
3 *Immunitas conceſſa,ut ipſi ſe obligent ad certas ſubiectiones, ad alia non ſunt obligati.*
4 *Expreßio eorum ad quæ quis teneatur,declarat ꝙ in alijs nō uult teneri.*
5 *Verba,ſicut alij ciues,intelliguntur de ciuibus liberis.*
6 *Verba antiqua ſtipulationum,in contractu declarantur ex conſuetudine & modo utendi.*
7 *Collectæ ſi nō ſunt ſolutæ per quadraginta annos, de cætero nō p̄nt ſolui.*
8 *Franchiſia,& libertas,extenduntur etiam ad bona futura,*
9 *Libertas & franchiſia data hominibus, & eorum hæredibus in futurum complectitur hæredes,& hæredes hæredum in infinitum.*

¶ CONSILIVM. LIX.

COmmune Spoleti con-
ceſsit quibuſdam hominibus habitantibus in
comitatu Comitis de Artono,quęndam locum
qui locus vocatur Mons Franchus, comitatus
Spoleti liber,vt ibi facerent caſtrum,& ibi habitent, & dicti
hoīes promiſerūt dicto communi Spoleti, certa ſeruitia ānua
tim:& èconuerſo commune Spoleti, promiſit eis franchiſiā,
& libertatem:ſicut habent alij ciues Spoletani.dicti homines
fecerunt caſtrum in dicto loco, vbi ſteterunt per.xl. annos,
nec ſoluerunt collectam de his quę per eos fuerunt quæſita de
nouo & dicta Franchiſia fuit eis,& eorum hæredib⁹, & ſucceſ
ſoribus data,pro eorum iuribus,& poſſeſsiōibus. Ex hoc the
mate primò quęritur an commune Spoleti poſsit eis collectas
imponere. Secundò,an dicta immunitas porrigatur ab bona
1 quæſita. ¶ † In quæſtione prædicta videtur examinandum v-
trum homines prædicti caſtri ſint ciues:vel īcolę ciuitatis Spo
leti,& ob hoc dicantur habitare & nati eſſe in territorio Spo-
leti vel non.nam ſi ponimus dictum caſtrum eſſe de eius terri
d torio:non eſt dubium ꝙ homines ibi nati ſunt ciues [d], & qui
ibi conſtituerunt domicilium erant ciues,vt.ff. ad municip.l.
qui ex vico.&.C.de epiſ.& cleri.l.nulli.§.ex vico.& de natu.
libe.l.iij.cum ſimi. & ꝙ dictum caſtrum non ſit de territorio
ciuitatis Spoleti, ſic probatur primò. Certum eſt ꝙ quando
aliquid datur:omne ius tale quale erat penes tradentem, ī ac-
cipientem tranſfertur,vt.ff.de acquirē.rerum domi.l.traditio,
& de contrah.emptione.l.alienatio.&.C.de diſt.pig.l.ſi debiti
cum ſi.Cum ergo commune Spoleti dedit hominibus dicti ca
ſtri,locū ī quo ędificatū eſt caſtrū,& vocat⁹ mōs franch⁹ ergo
tranſtulit omne ius dn̄ij & iuriſdictionis, ꝙ habebat in dicto
loco:& ſic non remanet de eius territorio. Præterea quæ ſunt
religioſa vel ſacra conceſsioni vnius totaliter accedunt: vt.ff.
de contrahen

de contrahen.empt.l.in,modicis.& de acquiren.re.do,l.quædam.ergo multò magis iurisdictio quæ est humilis videtur ac
2 cedere tali concesſioni.¶†Preterea iurisdictio coheret territo rio,vt.ff.de offic.præfect.vrb.lege prima.§.cum vrbem.&.C. vbi & apud quem .l.fina.versic.tamen hos.& de funct.li.l.qui cunque.libr.xj.&.ff.de iurisdictio.omnium iud.l.fina.& si ser ui.vend.l.ij.in fin.l.iij.& qui præscribit locum, videtur præscribere omnia iura loci,vt.l,si aliena.§.j.ff.de vsuscapio.ergo commune Spoleti concedendo dictum montem franchum,
a videtur concedere iurisdictionem, [a] quæ ipsi Monti coherebat:& sic non remanet in eius territorio. probatur: quia eius iurisdictio non venit in concesſione: nisi expressè dicatur, vt x.colum.de capi. qui curiam vendidit, Præterea habens iurisdictionem, non potest eam à se abdicare,nisi in manibus su perioris à quo habuit, vt.ff.de offi,eius.l.penulti,ergo apud commune Spoleti remansit iurisdictio,et de eius territorio:& sic omnes qui venerant ad habitandum fuerunt incolę:& qui ibi nati sunt ciues ciuitatis Spoleti. ¶Concludendo ergo in hoc puncto,videtur dicendum de iure quòd dictum castrum montis Franchi, si remanserit in iurisdictione commune Spo
b leti per iura præallegata: non tantum simpliciter, [b] sed cum certis pactis & conditionibus.est enim data dictis hominibus immunitas, in quibusdam, tempore quo ipsi venerunt:vt ex forma dictorum pactorum apparet: quę immunitas est eis ser uanda,vt lege secunda.in princip.de iure immu.quam.l.addu
3 co pro casu nostræ quæstionis.¶†Quæ autem immunitas vi deatur concessa,dico quòd cum ipsi astrinxerint sed ad certas subiectiones scilicet facere exercitum,& parlamentum, & tenere amicum pro amico,&c. recipere Potestatem, & soluere certam quantitatem annuatim,vt dicto instrumento apparet alia dicti homines non promiserunt.ad illa ergo commune
4 teneatur,vt dicta lege hi qui,de iure immuni.¶†Nam expri-
c mendo certa, [c] ad quæ volunt teneri, declaratur quod in aliis noluerint teneri,vt.ff.de fund.instrumen.l.quæsitum.§.idem respondit domo.&.l.cum de lanionis.§.cum fundus.de cond. & demonstra.l. cum ita. circa fin. cùm ergo non obligauerint se ad solutionem collectarum:ergo eis nō potest imponi.Nec ob.quod dicũt commune Spoleti recepit eos,& promisit eos tractare vt ciues & habitatores ciuitatis Spoleti,& concludũt
d si ciuibus potest imponi collecta: [d] ergo & istis,&c. quoniã si bene inspicitur,tenor dicti facti,primò continetur promisſio quam fecerunt homines dicti castri montis Franchi,& in illis obligauerunt se limitare ad quædam, vt dictum est. Secundò continetur obligatio quam commune Spoleti fecit dictis hominibus communis montis Franchi,& in illa obligatione fuerunt dicta illa verba.s.& illis dedit Franchisiam & libertatem
5 eo modo quo habent ciues, & † habitatores confinium communis ciuitatis Spoleti.cum ergo illa verba fuerunt apposita ad obligandum commune Spoleti,non inducunt argu.vt alij plus obligentur eis,vt.l.cum tale.§.fi.de le.j.&.l.legata inutiliter.de adimendis legatis.intelliguntur ergo illa verba vt illi homines sint in ea Frãchisia & libertate,in qua sunt ciues Spoleti,hoc est liberi,licet vasalli dictorum dominorum de artõto,non autem propriè hi intelliguntur obligari ad collectas, & ꝙ sic debeat intelligi,probatur ex vicinitate scripturę prę cedentis & sequentis.argu.de lega.j.l.si seruus plurium.in fin. &.l.qui filiabus.in prin.de legat.iij.l.nummis.cum si.¶Præterea si aliter intelligas, sequeretur ꝙ totus ille contractus,& omnes conditiones essent inutiles nam dissensus vitiat stipula tionem & contractum,vt.l.inter stipulantem.§.si stichum. de verbo.oblig.l.continuus.§.j.& de actio.& oblig.l.in omnibus & de contrahen.emp.l.in vendi.sed cum homines montis Frã chi intellexerint se obligari tantum ad quædam seruitia nominatim,non autem ad omnia vt expresserunt. Si intelligeremus ꝙ commune Spoleti intellexerit de plenaria subiectione ergo irritaretur talis contractus propter dissensum, ꝙ dicere non debemus .l.quoties.in in diem.ff.de verbo. obl.&.l.quo ties,de rebus dubiis intelligatur ergo eo modo quo dictum
6 est supra vt sic consenserint. ¶†Præterea verba antiqua stipulationum in contractu,declarantur ex consuetudine & mo do vtendi,vt.l,semper in stipulationi.de regulis iuris & dicta lege si seruus plurium.de leg.j.& de lega.iij.l.nummis. Sed vt proponitur.commune Spoleti semper passum est dictos homines vti dicta Franchisia & libertate.& facit. ff.de legat.j.l,
7 nihil.¶†Pręterea,hoc certum est ꝙ homines dicti castri mõtis Franchi credentes,& iusta ratione moti, se esse liberos ab
e onere soluendarum collectarum, steterunt per.xl.annos [e] & vltra ꝙ prædictas collectas non soluerunt. erunt ergo liberi nec eis poterit de cætero imponi,vt.C.de præscrip.xxx.an. l.sicut.&.l.omnes.&.l.cum notisſimi. & est expressum in ter minis nostræ quæstio.C,de fun.pa.l.fina.§. hoc etiam adiiciẽ do.vbi allegant concesſionem sibi factam de collecta non soluenda cum cursu.xl.ann.nulla nouitas potest ei imponi.¶Se cundò videndum est,& examinandum videtur de illis verbis quæ dicunt pro se & suis hæredibus,& pro eorum iuribus & rebus perpetuam Franchisiam,&c.ad quæ bona porrigãtur. & videtur ꝙ etiam ad futura,vt.l.peculium.in princip.de leg. ij.& de lega.iij.l.si ex toto.§.j.& de pecu.lega.l.deniq;.§.fina. cum simi.Econtra videtur,ꝙ intelligantur tantùm res quę tẽpore contractus erant,vt.l.fina.§.j. de leg.ij.& de auro & ar-
8 gen.lega.l.si ita.in princip. ¶†Concludendo dico in isto pun cto quod omnes res,& posſesſiones veniant:tam illę quæ erãt eorum tempore celebrati contractus,quàm etiam post quæsita:& hoc per casum extra de priuileg.c.quia circa, & per dictam.l.peculium.in princip.cum aliis.s.alleg. Nam illa verba apposita in contractu sunt non solum generalia,sed vniuersa. dicit enim cum omnibus iuribus eorum.& sic hoc verbum iu ribus, complectitur peculia:hæreditates,&c.nomina iuris,& vniuersitas etiam quæ augmentum & diminutionem recipiũt de quibus fit mentio in dicta lege peculium, & not.in lege ꝙ
9 dicitur.de impe.in reb.dota.fac.¶†Præterea hoc euidentisſi ma ratione ostenditur.nam in isto contractu data est Franchisia, & libertas dictis hominibus,& eorum hæredibus in futu-
f rum, [f] & sic complectitur hæredes,& hæredes hęredum in in finitum,vt.C.de lega.l.in annalibus.& de verbo. significatio. l.sciendum.cum simi.sed collecta est onus quod imponiť personæ principaliter pro rebus,vt.l.rescripto.§.fina. & ibi not. expressè.ff.de mune.& hono.& no.C.de mune.patri.in rubr. Et sic concluditur,quòd dicti homines sint exempti:nisi in eo quod expressè se obligauerint:ergo apparet quòd onus quod apponitur personæ eis & eorum successoribus non potest im poni. Ego Barto.

¶Quando quis capit emphyteusim pro se & filiis suis masculis & fœminis:tunc vigore dictorum verborum masculi & fœminæ pariter admittuntur,non succesſiuè:nisi consuetudo illius patrię disponeret contrarium, vel esset statutum ꝙ stantibus masculis,fęminę non succederẽt.Item prædicta verba.s. quod filia in prædicta emphyteusi pariter succedat cum masculo, etiam si pater filium instituit vniuersalem hæredem: & filiam in certa quantitate,in qua voluit esse contentam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum concessum pro se & filijs masculis, & fœminis, intelligitur ordine succesſiuo.*
2 *Emphyteusis concessa pro se & filijs masculis & feminis in ea pariter admittuntur masculi & feminæ.*
3 *Dispositio contrahentium, in contractibus regulatur secundum statuta etiã disponentia ab intestato.*
4 *In emphyteusi, masculi & feminæ, pariter succedunt, etiam si masculus sit hæres uniuersalis, & femina hæres in rem certam.*
5 *Filius simpliciter exhæredatus, non excluditur à iure patronatus.*

CONSILIVM. LX.

g Qvæstio ista: [g] Habet dubia. Primo vtrũ verba renouationis,seu concesſionis in emphyteusim quæ continent illum Amatum recepisse pro se & filiis suis masculis & fœminis debeant intelligi pariter ordine succesſiuo:scilicet primò masculini, & his defici
h entibus feminę [h] admittantur demum deficientibus masculis, vt.x.colum. Abbatem vel episcopum,&c.et ca.j.de succe.feu,
1 c.j.§.filia verò.†Sed hoc ius consuetudinarium est singulare in feudo,contra iuris communis regulas:vt not.j. colum,de eo q sibi & filijs suis ma.& fœmi. & Fel.c.j.expresse p Ia.de bel.in titu.prædicto Abbatem vel episcopũ,&c. & ideo non est trahendum ad consequentiam, vt.l.ꝙ verò.&.l. ius singulare.ff.
2 de legi.¶†Puto igitur quòd vigore dictorum verborum masculi & fœminę,pariter admittuntur,sicut pariter ab intestato
i succedunt, [i] vt.l.maximum vitium.C.de libe.præte. Prædicta vera: nisi ciuitatis vel patriæ consuetudo circa concesſio-
3 nem in emphyteusim aliter se haberet.† Item prædicta vera, nisi in ciuitate esset statutum quod ille filiæ feminę non succedant extantibus masculis:tunc enim dicta verba licet copulatiuè prolata debẽt intelligi ordine succesſiuo,scilicet quòd feminę demum masculis deficientibus admittantur,vt.l.gallus, §.j.ff.de libe.& posthu.& quod not.per Cyn.de ope.lib.l.li-

a ¶Iurisdictionem. no.ꝙ di.Bar.hic ꝙ concesſo castro vł territorio,cẽseť cõcessa ẽt iuris.Adde bar.ĩ.l.iij.ff.de acq. pos.& Lu.ro.põit ĩ cõ.ccccxliiij.ĩci. an dictũ castrũ ĩ.ij. co.vbi alle.plures cõcor.& ẽt all.barto.ĩ isto cõs. Tho.
b ¶Simpliciť.No.ꝙ d.bar.hic,ꝙ castrũ submittẽs se ciuitati,cũ modis & pactis,ñ ĩ totũ dr̃ esse ciuitatis, cui submittiť. Idẽ consuluit Pe.de anc.ĩ cõsi.ccccxxxvij.ĩci. illa snĩa, cũ cõcor. de qb⁹ p Feli. ĩ.c. postu.ĩ.ij.co.ĩ.iiij. declaratiõe. de so. cõp.vbi ẽt al, Bar. ĩ isto cõs.Tho.
c ¶Certa.No.istud dictũ Bar.ĩ hoc cõ. illud Ro.ĩ cõs.ccccxlv,ĩci,an dictũ castrũ.ĩ.ij.col.cõtra. d. Plũbiũ. vbi videas. Tho,diplo.
d ¶Collecta. vide Bald.ĩ.l.ꝙ fauore. C.de leg. Tho.
e ¶Per.xl.an.Vide Bar.ĩ.l.licitatio.§. filius. & ibi Paul. de ca.ff. de publicanis.Tho.
f ¶In futurũ.Vide Bar.ĩ.l.si qs misſũ. §.si is q ędes.ĩ fi.ff. de dã.ĩfe. & ibi apost.&.d.Alex.de imo.ĩ ver. inducit ad.q. vbi ẽt alleg. bar.ĩ isto cõ.Tho.
g ¶Qõ ista. Adde Bar.ĩ cõ.lv.&.j.in ij.vo.ĩ cõsi.j.& ĩ.l. iusiur.§.si nihil.ff. de ope.li.& de isto cõs.Bar.vide alex. ĩ.j.vo.ĩci.cõsideratis his ĩ vl. col.& ĩ cõsi.viij.ij.vo.visis subtilisſimis du biis ĩ.v.co.& ĩ cõ. xv.ĩ,iiij,vo.ĩci.viso testõ,& ĩ cõ.xliiij.ĩ.j.vo.& ĩ cõsi. xiiij.ĩ.v.vo.ĩ.j.co. & ĩ cõs. xxvij,ĩ.v. vo.ĩ.ij.col.& ĩ.l.ꝙ dr̃,ĩ.xxj. col.ff.de ver,ob.& ĩ.l.here. mei.§.cũ ita.ĩ.v.co ff.ad treb.& ĩ.l.q̃dã.§.nihil.ĩ.ij.col. ff.de eden.Tho.
h ¶Fœmĩę nõ succedãt.Vide Bart.ĩ.l. iusiu.§.si libe.ff.de op.li,vbi facit mẽ. de isto cõs,Et vide Ias.ĩ,l.si qs id ꝙ in iiij,co.ff.de iu.o.iu
i ¶Succedũt.Vide

4 berti liberteq;. ¶ †Secundum dubium [a] est an dictus Amatus
a filium vniuersalem hæredem instituit, filiam verò fœminam
instituit incerta quantitate, & iussit eam contentam esse, &c.
an ex hoc dicta filia perdat ius petendi portionem sibi cōtin
gentem de rebus emphyteusis? hanc quæstionem format Spe
cu. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. lxxviij. & licet arguat pro
& contra non bene se firmat. veritas tamen est, ꝙ dictæ filiæ
remanet ius saluum petendi sibi quæsitum vigore stipulatio-
nis paternæ in nihilo diminutum vigore dictæ institutionis fa
b ctæ in certa quantitate: [b] & hoc est verum, primò propter im
potentiam patris, cum enim filia hoc non habeat vt hæres: di
spositio patris in hoc nō valet, vt expressè habemus in feudis
de succes. feu. c. j. in princ. & hoc est ius commune. & Spec. in
d. ver. lxxviij. circa fi. dicit simile esse in emphyteusi, & feudo
¶ Prætereà videmus in actione de dote quę quęritur filię, ex
dispositione paterna quod ius pater diminuere non potest, ni
si in eo quod sibi de bonis suis vltra reliquit, vt. l. si cum dotē.
§. si pater. ff. sol. ma. ¶ Pręterea posito ꝙ posset pater filiā sua
dispositione priuare: tamen dicta verba hoc non important.
debuisset em̄ pater hoc exprimere. s. ꝙ iura emphyteutica so-
lida remaneāt: quod patet in simili. nam pater potest vni ex fi
lijs assignare libertum: tamen si vnum instituit in magna por-
tione, alium in modica: propter hoc quādo instituit ī modica
non repellitur quin æqualiter admittatur cū alijs, vt. l. vt iurif
iurandi. §. si liberi. de ope. liber. ¶ Prætereà licet filium in mo
dicissima re vel quantitate institutum esse, ad hoc vt ius patro
natus sibi reseruetur, vt. l. etiam si ex modica. ff. de ope. liber.
5 ¶ †Prætereа si poneremus filium simpliciter exhæredatum,
hoc non sufficeret ad excludendum à iure patronatus: sed est
necesse ꝙ sit exhæredatus mala mente. & in dubio præsumit̄
non mala mente, vt. l. si patronus. §. si quis non mala mente. &
§. si quis. ff. de bonis quæ lib. igitur in proposito cùm filia sit
instituta in certa re, & iussa esse contenta, dicta verba debent
intelligi, ꝙ plus petere non possit de bonis defuncti iure hæ-
reditario: sed per hoc non priuatur eo ꝙ habet tanquam filia,
non tanquam filia heres, vt iure patronatus, & iure emphyteu
tico. Non obst. iura & rationes quę alleg. per Spec. primò nō
obst. l. fœminę. C. de secun. nup. quia in iure non cogitur reser-
uare filijs ex vigore alicuius conuentiōis habitæ cum alio, sed
ex dispositione illius legis quę sic expressè disponit, vt mater
possit vnum ex filijs eligere, sed in casu nostro eligendo vnum
ex filijs, veniret contra conuentionem cum alio habitā. ¶ Nō
obst. ꝙ pater non soluendo canonem potest priuare filium iu
re emphyteutico: quia hoc est ex natura contractus celebra-
ti cum ipso concedente. vnde per hoc concedens vel conuen-
tio in nullo offenditur, sed vnum eligendo offenditur conuen
tio quæ voluit filios æqualiter admitti. nō obst. quia pater po
test vni ex filijs assignare libertum, vt patet ex prædictis.
Ego Bartolus sic consulo.

¶ Si filiusfamilias presbyter, notarius rogatus à testatore scri
bit testamentum in quo instituitur eius pater hæres cum clau
sula codicillari, si non valet iure testamenti, &c. valet testamē-
tum. secus si non fuisset presbyter: & tunc valent legata: licet
hæreditas veniat ad succedentes ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Clericis in sacris ordinibus constitutis, debet officium notariatus interdici.*
2 *Filius in potestate constitutus, non potest ascribere patri in testamento: sed emācipatus sic.*
3 *Ordo sacerdotalis, an liberet filium à patria potestate in totum, uel in partem?*
4 *Filius quare prohibeatur ascribere patri in suo testamento?*
5 *Quicquid acquirit filiusfami. ita presbyter acquirit sibi, pleno iure.*

¶ CONSILIVM. LXI.

Filiusfamili. Presbyter notari9 roga
tus fuit de quodam te-
stamēto in quo testator legata reliquit: & pri
mò patrem dicti presbyteri notarij instituit
heredem: adijciens si non valet iure testamen-
ti, &c. & de dicto testamento fecit publicū in-
strumentum, quod testamentum non poterat aliter probari q̄
per dictum instrumentum. Quęritur an dicto instrumento sit
1 adhibenda fides in totum, vel in partē. † Ad quod examinādū
sciendum est quòd licet clerico in sacris ordinibus constituto
c debeat notariatus officium interdici, [c] vt extra ne cle. vel mo-
na. c. sicut te. & ibi not, & * hoc expresse tenent docto*. C. de
episco. & cler. l. placet. Tamen si instrumentum conficit, ante-
quam interdicatur sibi à superiore, valent instrumenta ab eo
confecta, vt ibidem no. p glo. & Inno. & do. & no. in Spec. de
instru. edi. §. restat. versi. sed cùm dixe. In proposito aūt nō p-
ponitur officium tabellionatus interdictum, ideo dicendum
est instr̄m potuisse conficere ergo hic examinandū restat vtrū
dictū instr̄m dicatur non valere: quia confertur in vtilitatē pa
2 tris heredis instituti. ¶ †Circa ꝙ primò sciēdū est, ꝙ filius ī po
d testate constitutus non potest ascribere [d] aliquid patri in testa
mento, vt. l. diuus. ff. ad leg. corne. de falsis. Sed filius emācipa
tus bñ pōt p̄ri ascribere, & eius instrumēto credit̄, vt. l. si pater.
§. fi. ff. ad leg. corne. de falsis. vbi fili9 potest ascribere matri, cū
non sit in eius potestate & hoc etiam tenet Dyn. in quolibet
instrumento. ff. de auto. tuto. l. quod dicimus. §. fi. & ibi p Dy.
3 & per Cyn. C. de testa. l. parentes. in. ij. qō. ¶ †Hoc præmisso
sciendum est ꝙ quidā doc. iuris canonici tenēt ꝙ ordo sacerdo
e talis [e] liberat quemà paterna potestate, vt no. per Bar. de æta.
& qualita. c. indecorum. alij vt Inno. & Host. dicunt ꝙ liberat
à paterna potestate, non quo ad omnia, sed quo ad quædā, &
in hoc videtur residere Io. and. ibidem in nouella. Si ergo te-
neremus primam opi. ꝙ nō esset in potestate, tunc esset clarū
ꝙ instrumentū valeret, sicut in filio emācipato ascribente p̄ri
vel filio ascribente matri, in quorum potestate non sit. si verò
teneremus aliam opi. & quò ad quædam ordo sacerdotalis li-
4 berat à paterna potestate, tunc remaneret dubium. ¶ †Ad ꝙ
declarandum sciendum est, quòd ratio quare filius prohibe-
tur ascribere patri pōt esse duplex. Prima: qa pater habet ius
in filio, & potest ei iubere, & coercere, vt. l. diuus. ver. scribere
autem. circa princi. l. ff. ad leg. corne. de fal. sed hęc ratio cessat
in filijs presbyteris, quos pater coercere non potest. argu. C. de
episco. & cleri. authen. si seruus sciente. & not. per Inno. in. d.
c. indecorum. & ibidem hoc tenuit Ioan. an. ex ista ratione nō
potest dici dicto instrumento cedendum non esse. ¶ Secunda
ratio, quare filius prohibetur ascribere patri, est, quia idem o-
peratur ascribendo patri, ꝙ ascribendo sibijpsi. & hanc ratio-
nem ponit tex. ff. ad. l. corne. de fal. l. de eo. quæ ratio sine du-
bio procedebat de iure antiquo, secundum ꝙ quicquid filius
acqrebat, acquirebat patri. Sed videndū est qualiter pcedat
5 dicta ratio secundum iura hodierna. ¶ † Circa ꝙ sciēdū est, ꝙ
quicquid aquiritur à filio presbytero: quęritur sibi pleno iu-
f re: [f] & hoc si quæratur ex causa aduentitia, non contemplatio-
ne ecclesiæ vel sacerdotalis officij, vt. C. de episco. & cleri. aut.
presbiteros. & hoc tenet Cy. expressè ibi. & Inno. & Host. ex
tra de testa. c. quia nos. & sic apparet ꝙ quantum ad istám ac
quisitionem, filiusfamil. habetur sui iuris. Alio ergo modo ac-
quiritur ascribēdo patri. & sic dicta ratio cessat: ergo apparet
quod fili9 sacerdotis potest ascribere patri in testamēto: & ces
sant omnes rationes & leges prohibentes, in alio verò filio nō
presbitero, rationes non cessarent: quia saltem remanet pater-
na potestas adiuncta ad coertionem, de qua dictum est. supra.
¶ Secundò est videndum, posito quòd dicto testamento nō
esset adhibenda fides, quantum ad hæredis institutionem,
vtrum quantum ad legata valeat? ad quod dicendum est qđ
eo casu hæreditas deuenit ad hæredes ab intestato cum onere
dictorum legatorum, maximè propter verba apposita in di-
cto testamento, si non valet iure testamen. &c. & videtur casus
expressus in. l. filiusfami. §. fi. ff. de fal. &c. Barto.

¶ Factus ciuis alicuius ciuitatis per statutum vel reformatio-
nem efficitur ciuis verè & propriè, & non fictè.

SVMMARIVM.

1 *Aliquem esse ciuem, non est actus naturalis, sed ciuilis.*
2 *Ciues omnes sunt de iu. ciui. licet origine sint de iure naturali.*

¶ CONSILIVM. LXII.

Punctus talis est. Quidā est effectus ci-
uis alicuius ciuitatis per statutum, seu re-
1 formationem, Quęritur an dicatur verè ci
uis, an impropriè. ¶ † In quæstiōe prædi
cta sciēdum est, quòd aliquem esse ciuem,
g non est actus naturalis, sed ciuilis, [g] quod
apparet, primò ex ipso nomine, quia ciuis: Secūdò: qa de iure
naturali non erat ciuitas, & nascendo non nascebatur ciuis, er
go contestatio iuris ciuilis ciuem facit aliquem propter origi
nem, vel propter dignitatem, vel propter adoptionem, vt. C.
de incolis. l. ciues. lib. x. vnde non est dicendum quòd quidam
sunt ciues naturaliter & quidā ciuiliter. imò omnes sunt ciues
2 ciuiliter. ¶ †Aliqui propter naturalem originem, aliqui pro-
pter aliquam causam, vnde si ciuitas facit statutum ꝙ quicūq;
ibi domum habet sit ciuis: verè erit ciuis, vt. ff. de verbo. signi
fica. l. ædificia. & ibi not. & eo. ti. l. prouinciales & de sta. ho. l.
in vrbe. Et verè & ppriè ciuis est, quicūq; recipit̄, vt munera
subeat

Bar. ī. d. §. si liberi. & no. ꝙ dicit Bar. hic qđ dispositio cōtrahentiū, regulatur in contractibus secūdū statuta & vide Ia. ī. l. si qs id ꝙ. in. v. co. & ibi scripsi ī apostil. ff. de iuris. om. iud. q̄ no. p. d. Leonardo nostro. Tho.

a ¶ Secundū dubiū. vide Bal. ī cōsi. ccclxix. ī ci. q̄dā puella. ī. iij. vo. & Bart. in. l. iusiu. §. si liberi. & ibi scri. ī apostil. ff. de ope. lib. et Ias. in. l. q̊ties. ī fi. C. de hę. īsti. Tho.

b ¶ In quātitate. do. Bal. tenet cótrariū ī. l. liberti liberteq; s. alle. & reprehendit Bar. in isto cōs. Tho.

c ¶ Interdici. Adde Bar. ī. l. j. ff. de iust. & iur. cū concor. de quibus p Ias. ī d. l. j. ī. §. huius studij. ī. ij. col. ff. de iusti. & iur. & Alex. in. l. p̄tor. §. ēt his. ff. de eden. vbi allega. Bar. ī isto consilio Tho.

d ¶ Ascribere. An p̄r possit esse rogatus de cōtractu filij, & econtra, vide Bart. ī. l. si p̄r. ff. de falsis. cū cōcor. de qbus p Alexā. ī. l. sciendū. ī. ij. col. ff. de ver. ob. vbi etiā alleg. Bart. in isto consilio. Tho.

e ¶ Ordo sacerdotalis. Vide Bar. ī. l. patre. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. Ang. in. §. illud. in aut. cōst. q̄ de dig. colla. vj. Bald. in. l. apud hr̄des. in. iij. co. C. de su. & leg. & Ang. de are. ī. §. filiussa. īsti. q. mo. ius pat. po. solu. & vide Ias. in. d. l. patre furioso. in pe. col. vbi ēt de monacho. & Barto. in aut. si qua mulier. & ibi apost. Alex. C. de sac. san. ec. & ibi alleg. Barto. in isto consi. Tho.

f ¶ Pleno iure. Vide Ia. ī. l. p̄re furioso. in vlti. colū. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Tho.

g ¶ Sed ciuilis. Vide Bar. in. l. si mariтus. la. ij. §. j. in fi. ff. de adul. Tho.

subeat:sed iste est sic receptus:ergo & verè & pro
priè ciuis est.vt.ff.ad munici.l.j.ibi, & propriè q-
dã,&c.V ñ debet tractari vt ciuis illius ciuitatis, q̃
eum fecit ciuem. Ego Bar.ita consulo.

¶ Alienatio vel locatio facta à monacho rectore
parochialis ecclesiæ,posito per abbatem noĩe suo
non valet:& nõ obligat successorem:sed facta no
mine ecclesiæ,si eius pretiũ conuersum est in utili-
tatẽ ecclesiæ.& primo casu quando facta est noĩe
proprio,si interuenerit solennitas iuris debet pe-
ti restitutio in integrum:aliâs successor potest,sua
authoritate venire contra.

SVMMARIVM.

1 *Verba ad sui beneplacitum & uoluntatem,mortuo concedẽ-*
te,est extincta uoluntas.
2 *Alienatio bonorum ecclesiæ nõ conceditur,nisi in utilitatẽ &*
necessitatem ecclesiæ.
3 *Successor nõ tenetur stare locationi factæ per prædecessorẽ.*
4 *Successor põt cõtrauenire locationi, siue alienationi bonorũ*
ecclesiæ ꝑpetuæ,dicẽdo nullũ siue petẽdo restõnẽ ecclesiæ,

¶ CONSILIVM. LXIII.

a FActum sic proponit[a] Con
cessum fuit.D.A.monacho sancti Bñ-
dicti:per suum Abbatem in ãnale bñ-
ficium ad voluntatem ipsius Abbatis qui abbate
mortuo alienauit,vendidit,atq; locauit,vel ꝑmu-
tauit aliqua bona & redit⁹ ipsius beneficij ad cer-
tum tempus videlicet ad.ix.annos non expectata
noui Abbatis creatione,quẽ fortè timens sibi exo
sum,voluit præuenire ipsius euentum timens ne
sibi auferret̃ beneficium:& sic voluit se perpetua
re in beneficio q̃tũ in eo fuit,& in.d.alienatione
non imminebat necessitas,nec vtilitas euidẽs ipsi⁹
beneficij.Itẽ in dicto monasterio est quędã consti
tutio scripta,& publicata manu Thomeloñ.nota
rij,& ab oĩbus approbata dictans q̃ nullus subdi
tus prælati monasterij beneficiatus possit aliqua-
liter alienare,vel permutare siue locare aliqua bo
na sui beneficij,cui præest, nisi habita licentia sui
abbatis in qua licentia fieri debeat mentio totius
tenoris de verbo ad verbum ipsius constõnis, ꝑ-
ut in ipso instro publico cõtinet̃,deinde dict⁹ mo
nachus fuit reuocatus per suũ Abbatẽ,& benefi-
ciũ alteri cõcessum.¶ Mõ quæritur,cũ dictus mo
na.mortuo Abbate, nec, expectata licentia noui
Abb.alienauerit, licet se dicat alienasse forsan de
licẽtia capituli,vacãte monasterio non seruato te-
nore p̃dictæ cõstõnis:nunquid valuerit dicta alie-
1 natio,seu cõmutatio siue locatio? ¶ †Videt̃ q̃ nõ
multis iuribus.Primò cũ dicat̃ ĩ cõstõne q̃ Abbas
b ipsum instituit ad suum beneplacitũ[b] & volunta
tẽ ipso Abbate mortuo, est extincta oĩs sua volũ
tas,& bñficiũ dicat̃ vacare:& sic non valuit q̃ fe-
cit cũ nõ esset rector,vt patet de rescri.c. si gratio
2 sè.lib.vj.¶ †Itẽ ob.prędictę alienatiõi dicta cõstõ.
Item non fuit vtilitas, nec necessitas ipsius eccle-
siæ.facit ad hoc.c.monasterium.de reb.ec. nõ alie.
in cle.ibi no.facit extra de fideius.c.q̃ quibusdam
&.c.grauis.de dep.Et posito q̃ valuerit,& q̃ ipse
rector qui locauit teneat̃ stare dictæ locationi: an
successor eius teneatur stare; & an successori ipso
iure dicta locatio non obst. vel an sit necesse q̃ ĩ in
3 teg.restit.postuletur? ¶ † Super quo breuiter est
dicendum q̃ aut dicta locatio facta fuit noĩe pro-
prio ipsius locantis,aut noĩe ecclesiæ.si noĩe pro-
prio,non tenet̃ stare:quia vltra tempus vitę suę nõ
potuit locare,vt extra de preca.c.ij.& de re.eccl.
c non alie,c ad audien. Si autem nomine ecclesiæ,[c]
& pro vtilitate ecclesiæ & pecunia sit conuersa in
vtilitatem ecclesiæ,& tunc successor tenetur stare
vt extra de so.c.ij.x.q.ij.c.hoc ius porrectũ. &.c.
prece,vbi de hoc.& extra de depo.c. j. cum si.
4 ¶ †Sinautem ipse successor possit venire contra,
dicendum est quòd aut locando in nomine eccle-
siæ,licet inutiliter interuenit solennitas,quæ inter
uenire debet in alienatione perpetua.aut nõ inter
uenit.si interuenit:tũc habet necesse petere restõ-
nẽ in integrũ.de reb.ec.non alie.c.pe.aliâs nõ.Sed
ipse idem potest venire,contra,extra, de his quæ
fiunt à pręla.c.cum nos.&.d.c.ij.de preca.& de p̃-
dictis per Bar.& plenè per Inno.& Ioã.and.post
eos extra ne pręla.vi.su.c.si. Barto.

¶ Si statutũ ciuitatis permittit ciui extrahere siue
facere balcõnẽ,vel porticum pro suo velle,tunc si
ædificet etiam spreta denunciatione noui operis,
non debet demoliri,quia nunciatio non nocet ędi
ficanti iure permittente.

SVMMARIVM.

1 *Nunciatio potest sperni,quando est euidens nunciantem calũ-*
niose nunciasse.
2 *Quando nunciatio fit ædificanti in publico,debet in nuncia-*
tione inseri causa.
3 *Nunciatio potest licitè sperni,quando est facta ab eo qui ꝓ-*
hibetur nunciare,

¶ CONSILIVM. LXIIII.

d SVper puncto[d] quæ-
stionis vertentis inter dominum Ray-
naldum & Leonem,& Falconem,factũ
sic se habet. Leo & falco habentes domos ex vtra-
que parte vię incœperunt facere nouum opus.Vi
delicet Balconẽ super viam capiendo totam viã
in altum,à terra par vnam partium secũdũ formã
statutorũ.Raynaldus masioli nunciauit dicto Leo
ni & falconi per iactum lapillorũ nouum opus,tã
ex forma statuti,q̃ etiam ex antiqua consuetudi
ne.Quæritur mõ an spreta dicta nunciatione, &c.
Viso statuto loquẽte de balconib⁹,& dicta nũcia-
tiõe nõ obstãte dicta antiqua cõsuetudine ex qua
hmõi narratiões solitę sunt fieri debeat dictũ op⁹
demoliri necne.Quæritur nuuquid nunciatio fue
rit ritè facta. dicit̃ ꝓ parte nunciationis q̃ debeat
demoliri,& alleg.l.j.de ope.no.nũ.Ibi dũ dicit,si
ue iure,siue iniuria facta sit nũciatio nõ debet sper
ni.& alleg.l.de pupillo.§.meminisse.eo.ti.per alte
rã partẽ alle.statutum & consuetudo.¶ Itẽ quæri
tur q̃ snĩa sit ferenda per iudicem in cã appellatio
nis vertẽte inter Leonẽ & Falconẽ, appellãtes ex
vna parte,& Franciscum appellatũ ex parte alte-
ra.Visis appellationibus & præcepto sine scriptu
ra à qua fuit appellatum:& dicitur pro parte ap-
pellantiũ debere pronunciari superuacuò appella
tum, ex eo q̃ dicta scriptura mãdati est nulla:cum
nec per nuncium , nec per preconẽ fuerit factum
mandatum,& sic appellatio est iniusta pro parte
appellati dicitur debere pronũciari malè esse ap-
pellatũ,& appellationẽ esse iniustã, & mãdatũ eẽ
iustificatũ:ex eo q̃ dicti appellãtes inseruerũt in
appellatione mandatũ à quo est appellatũ,Reperi
tur etiam esse in actis curię cõis Tuderti,& sic con
fessi sunt mandatũ præcessisse, & intercessisse ea
forma in qua in appellatione continetur, & ꝓcess
isse secundum formam debitam iuris:q̃uis non cõ
tineat̃ nunciationem;& sic est iustificatum manda
tum de iure communi pro parte ad cuius petitio-
nẽ factum fuit: In nomine domini ámen. In quæ-
stione prædicta videtur mihi fore dicendum q̃ di
cta nunciatio potuit iuridicè sperni,nec debeat fie
ri demolitio operis q̃ factũ apparet spreta nuncia
tione prædicta,hoc autem esse verũ apparet rõne
rei super qua est facta nunciatio & rõne formę nũ
ciationis : & rõne personæ nunciantis: & rõne rei
super qua facta est nunciatio, sic ostẽditur.Per sta
tutum permittitur cuilibet ciui Balconẽ,seu por-
ticum facere pro suo velle.sed qñ qs ædificat iure
ꝑmittente manifestè,& expressè in tali re,seu ope
re:nõ oportet nũciare,vt.ff.de no.op.nũ. l.j. §. q̃
si mora.nisi exprimeret̃ q̃ fieret cã dãni infect, vt
ibidẽ dicit̃.¶ Sed hic nunciatio fuit facta ꝓ priua
to interesse.& cã publici iuris cõseruãdi,qa nũcia-
uit , vt cuilibet de populo fuit nec exp̃ssum q̃ cã
damni infe.ergo apparet q̃ nũciatio non tenuit:&
sic nostræ.q.casus est in.d.§. q̃ si in mora. & facit
eo.ti.l.de pupillo.§.si quis riuos.&.l.qui viam.eo.
1 tit. ¶ †Præterea etiam si res[e] esset in qua fieri pos
e set nunciatio : si tamen euidens est nunciantem ca

a ¶ Factũ sic ꝓpo
nit̃ Cõcessum fuit
aliâs incipit,factũ
tale est, datũ & cõ
cessum. & ita alle.
Alex.ĩ.l.si filiofa.
§.fi.in pe.co.ff.so.
matri.'Thom.

b ¶ Bñplacitũ.Vi-
de Bar.ĩ.l.centesi-
mis.§.fi.ff. de ver.
ob.& Bal.ĩ ꝓe.ffo
rũ.ĩ fi.& Phil.De-
ci.in cõs.cviij.inci,
ista Tho.

c ¶ Noĩe eccl'ię.Vi
de dños de Rota ĩ
deci.ccxxxij.ĩ no
uis,ĩc.si p̃lat⁹ loca.
Alexã.plenè ĩ.l.si
filiofa.§.fi.ĩ pe.co.
in ver.& p̃dicta in
dicant̃.ff.sol.matr.
vbi alle.ẽt Bart.in
isto cõsil. & vide
Bal.ĩ cõsi.ccxxv.ĩ
iij.vo.inci a₽s feci,
vide Bart.in cõsil.
cxxxj.in.j.vol.in-
cip.dñs Ioã,& ibi
scripsi.Thomas.

d ¶ Super puncto.
a₽s incipiẽ.Leo.&
Falco . hñtes, &c.
secundũ ordinem.
Perusinũ est ĩ pri-
ma parte iudicio-
rũ, in cõsi.xl.& ad
uertẽdũ puto, q̃ ĩ
consilijs impressis
Bart. nõ est posita
narratio facti, ꝑut
est ĩ ordine cõsilio
rũ Bar. Perusino-
rũ in quo post cõ-
siliũ p̃sens, est ĩser
tũ cõsiliũ q̃ ĩcipit
sup secũdo quo q̃-
rit̃.q̃ est insertũ.j.
in cõsilijs impres-
sis,in cõsi.lxxx.&
iõ hic inserere vo-
lui facti narratio-
nẽ, q̃ seruit huic
cõsi.& cõsi. lxxx.
& ibi vide apostil.
meã & de isto cõs.
Bar.facit mẽtionẽ
Bar.in.l.j. in prin.
in.iij. colũ.in ver.
oppono.s̃.ne quis
ff.de ope.noui. nũ
cia.Tho.

e ¶ Præterea etiã si
res. Adde Bart.in
l.j.in prin.in.ij. co
lũ.in ver.venio ad
quæstionẽ.& ĩ.iij.
co.in ver.oppono
s̃.ne quis,&.§.nũc
videndũ.ff.de no.
oper.nun.vbi etiã
dicit se cõsuluisse,
cum concor.de q-
bus per Ias.in.d.l.
j.in.j.col.& sequẽ.
cui adde Bar.ĩ isto
cõsi. & Abb.in.c.
j.in vlt.col.de op.
no.nunc.Tho.

lúniose nunciasse: pôt, sperni nũtiatio. ar. ff. ne quis eũ qui in ius voc. l. j. & se. ꝙ tenuit expresse. Rofr. in libellis de ope. no. nun. vbi idẽ quasi. & Spe. eo. ti. §. j. ver. sed nunquid verũ est. sed iste nũciās erat in euidenti calumnia, vt docet euidẽtia facti q̃a cõtra formã statuti & cõtra ei⁹ ꝓmissionẽ fiebat nunciatio ergo, &c. † Secũdò, rõne formæ dictæ nũcia-
2 tiõis, q̃n nũciatio fit ędificatiõi publico, debet ĩ nũciatione cã inseri: q̃a in hoc facit cõtra legem sibi
a declarãdo, [a] vt in. l. j. §. nunciatio. de noui ope. nũ. & l. non solũ. §. ergo si cum te. eod. titul. sed in hac nũciatiõe nulla causa fuit expressa, ergo, &c. ¶ Illud enim ꝙ dicit in. l. j. in prin. eo. ti. ꝙ causa nõ debet inseri nisi petat: est verũ q̃n ædificat ĩ loco vbi nõ assistit ius neq; resistit ædificanti: sed q̃n ius cõe facit ꝓ ipso ædificãte: tunc in nũciatione debet inseri causa ꝑ dicta iura, rõ huiusmodi satis nota est. ¶ Tertiò ratione personæ nunciantis: q̃a persona
3 nuncians est ꝓhibita nũciare. † & nũciatio ab eo facta, potest licitè sperni. l. de pupillo. in prin. §. j. e. ti. ¶ Sed hoc statutũ prohibet omnem personam nunciare, seu contradicere, dum dicit sine contradictiõe alicui⁹ vel aliquorũ, &c. Ecce ergo ꝓhibet omnem personã contradicere. idem enim est contradicere, & nunciare, vt no. si bene aduertat in. l. de pupillo. §. nouissimè. eo. ti. in gl. super verbo virum. ¶ Si ergo prohibet cõtradictionẽ: prohibet nunciationem. Itẽ: q̃a hæc verba, sine cõtradictio-
b ne, important [b] ꝙ etiam de facto contradictio nõ fiat, vt. l. lucius. §. tres hæredes. & ibi no. ad trebe. Prętereà, illa verba statuti pro suo velle dant ędificanti liberam potestatem nulli contradictioni sub
c nixam, vt. l. cum quidam [c] ita. de lega. ij. & l. fideicommissaria. §. q̃ꝗ. de leg. iij. cum si. ex quibus cõcluditur, dictam nunciatiõem potuisse licitè sperni. Ego Barto.

¶ Si quis donet certas possessiones nepoti suo, & remansit ĩ earum possessione vsq; ad mortem: nõ potest præterea alius hæres suus non necessarius allegare donationem fuisse fictitiam. Item dicitur quomodo probetur contractus fictus, vel simulatus. Item an ista fictio, tollatur quando donator se constituit nomine donatarij possidere. Item quid operentur verba apposita in institutione, ꝙ donator renunciat exceptioni simulationis & non vult vti posse ope fictionis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus fictus & apparẽter factus, quomodo fit? & quis dicatur?*
2 *Contractus fictitius, simulatus, & imaginarius quis est?*
3 *Fictiones & simulationes, non præsumuntur nisi appareat causa propter quam factæ sint.*
4 *Simulatus cõtractus non præsumitur, ex hoc ꝙ donator post donationem remansit in possessione.*
5 *Verba in instrumento posita: renunciauit exceptioni simulationis, & c. quid releuent?*

¶ CONSILIVM. LXV.

d Factum tale [d] Proponitur. Petrus Nicole donauit Nicolæ Cechi eius nepoti carnali possessiones & terras contentas in instrumẽto donationis vobis transmisso scripto manu Mathei belli. post donationem verò ipse Petr⁹ ipsas terras possedit vsq; ad tempus mortis ipsi⁹ Petri: & tempore suæ mortis tenebat & possidebat tanquam qui tenet & possidet rem suam. & sic probatum est per testes. ¶ Post mortem verò dicti Petri dictus Cola apprehẽdit dictas res & possessiones: & nunc tenet & possidet. mõ venit Sanctes vici & nepos carnalis dicti Petri & dicit se hęredem dicti Petri ab intesta. & petiit medietatem dictarum possessionum contentarum in instrumẽto prędicto sibi dari & assignari à dicto Cola. Mõ quæritur nunquid dictum instrumentum valeat & teneat de iure: an verò præsumatur fictum & simulatum & apparenter factum. ¶ Viso instrumẽto dictæ donationis & iuribus vtriusq; partis. In nomine domini amen. Visa facti narratione & instrumento prędicto dubium facit in quæstione ꝓposita. l. sicut. §. superuacuum. ff. q̃ mo. pig. vel hy. sol. per quem tex. videt ꝙ postq; venditor vel donator remanent in possessione rei, quã alienãt, cõtractus præsumitur fictus vel in fraudem fact⁹ sed circa declarationẽ huius dubij sciendũ est ꝙ aliud est dicere cõtractũ esse factũ in fraudẽ: & aliud cõtractũ esse fictitiũ. ¶ De primo, q̃n quis vult dicere contractum factũ in fraudem, sed si quidẽ hoc vult dicere ipse donator vel alienator non debet audiri, vt. C. de reuo. do. l. cũ confitearis, vbi est casus & de seruo pig. da. l. si ex creditoribus. Si verò ex hoc vult dicere hęres ipsi⁹ dõatoris vel alienatoris, tunc si quidem est talis hæres cui testator ha-
e bebat necesse relinquere, vt libertus patrono. [e] tũc admittitur ad reuocandum factum in fraudem ꝓbando ea q̃ requirũtur. C. de his quæ in frau. pa. l. ij. & ibi not. in gl. in verbo reuocare. ¶ Si verò est talis hęs cui defunctus non habet necesse relinquere: tunc non potest venire contra: sicut nec ipse defunctus, vt dicitur in. d. l. ¶ Nunc in proposito dictus, nepos carnalis, ex parte dicti Petri donatoris non est talis hæres cui defunctus habebat necesse relinquere: quia extraneus & ideo non potest dicere dictam donationẽ in fraudem & hęc sunt clara. ¶ Si verò hoc vellet dicere extraneus, in cuius fraudem esset factum puto ꝙ creditor non audiret probãdo ea quæ requirunt in tit. ff. de his q̃ ĩ frau. credi. & ita loquitur in. l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mod. pig. vel hyp. sol. nam creditor ibi cõquerebatur, & ideo lex illa nihil facit ad propositum vbi hęres conqueritur. ¶ Circa secundum videndũ est nunquid possit dicere donationẽ fictã vel simulatam & apparenter factam. Secũdò si potest dici, qualiter debet dici & vtrum sufficiat hoc solũ
f ꝓbare, ꝙ donator post donationẽ possedit [f]. Tertio an quia donator cõstituit se donatarij nomine possidere, tollat dicta obiectio. Quartò, q̃d releuet dicta verba dicti instrumenti, in quibus renunciauit exceptioni simulationis, & apparenter factæ.
1 ¶ † Circa primũ non est dubiũ, ꝙ tã ipse q̃ꝫ hæres pôt dicere cõtractũ simulatũ, & apparenter factũ vt. C. plus valere ꝙ agit. ꝑ totũ. & de contrah. em. l. nuda. de reg. iu. l. si imaginaria. & . C. de distr. pig. l. ei q̃ sub imagine: de aqua plu. ar. l. emptor. C. si q̃s alte. vel sibi. l. q̃uis & l. cũ proponas. ¶ Circa secũdũ qualiter debeat dici. pro cuius dubij declaratione sciendũ est, ꝙ contractus fictitius, imaginarius, & simulatus dicitur tribus modis. Vno modo, cũ in veritate agitur ꝙ vnus contract⁹ celebret simulat⁹. vt. C. plus vale. ꝙ agi. ꝑ totũ titulũ. & C. de cõtra. emp. l. empti actio. & huius simulationis natura est, vt ex hac simulatione non impediatur acquisitio fienda ei cui acquirit, sed ex causa ex qua agebat poterat acquiri, vt. d. l. empti fides. & C. si cer. pe. l. si ex pretio. & no. in. d. l. nuda. de contrahen.
2 emp. & de reg. iur. l. imaginaria. † Secundo modo dicitur contractus simulatus fictitius, seu imagina-
g rius: quando contractus [g] fit in veritate: sed modico tempore habet durare: quia fortè habet reuendere citò, vt. l. iij. §. si ab ignoto. de mand. & istius simulationis natura est, & hoc debet expressè per pactum agi, vt. d. §. si ab ignoto. Tertio modo dicitur contractus simulatus seu imaginarius quando contractus apparent facti, & de mente non agitur inter partes: quia nihil fit, & de his loquitur dicta lege. nuda. & d. l. imaginaria. & ff. de ritu nup. l. simulate. & de aqua plu. arcẽ. l. ẽptor. & ita credo ꝙ appellent causata ad parum facta. i. ad parendum, seu ad reparandum, vt puta si aliquis timebat tyrannum, vel commune, vel propter effugenda onera, vel aliquid simile aliquis fecit alienationem bonorum suorum vel partis eorum in alium, cum in veritate inter eos agebatur quòd non esset alienatio sed ad reparandum prędictis. ¶ His pręmissis cum verba simulatoris possint multipliciter intelligi. quicunque dicit contractum simulatum,

siue agendo

a ¶ Declarãdo. Vide Barto. ĩ. d. l. j. in prin. ĩ. iij. co. ĩ ver. ij. quæro. de ope. no. nũ. And. sic. in cõ. xxxviij. ĩ. ij. volu. ĩ. iij. col. vt etiã mentionẽ facit de isto cõs. Bar. Tho.

b ¶ Cõtradictiõe ĩportãt. vide gl. no. in. c. ꝓ illorũ sup verbo cõtradictores. de ꝓben. & q̃d de molestia, an dicat de molestia facti, vel iuris? vide plenè ꝑ Fely. ĩ. c. cũ presentia. in. ij. co. de ꝓba. Tho.

c ¶ L. cũ quidã. Ita adde q̃ no. Bar. ibi & vide Alexã. ibi in adi. Tho.

d ¶ Factũ tale. a's ĩcip. ĩ Christi noĩe amẽ, factũ tale est, a's ĩci. Pe. nicolæ. & de isto cõs. vide do. de Ro. decis. cccclxxxiiij. ĩc. ꝙ ꝓpter hoc ꝙ donatari⁹ vbi ponit totũ cõ. Bar. hic & vide Bal. ĩ. l. fi. in fi. C. mã. & ĩ. c. j. si q̃s in fi. de feu. da. ĩ vicẽ le. ĩ vsu. feu. & ale. de imol. ĩ. l. iurisg. §. patronum. ff. de pa. & in cõsi. clj. in vj. vo. ĩcip. viso ac diligẽter. ĩ vl. co. & Paul. de ca. in cõs. cccxxxj. ĩci. ꝑsupposito. vbi faciũt mẽtionẽ de isto cõsi. Bar. & vide bar. ĩ. l. si ex ꝑtio. C. si cer. pe. & ibi apo. & in. l. j. C. pl⁹ valere ꝙ agit. & vide Bar. ĩ cõsi. lxviij. inci. ꝓponit. & Pe. cor ĩ cõsi. cciij. in. iij. volu. viso dicto puncto. Tho. diplo.

e ¶ Libert⁹ patrono. adde ꝙ patronus reuocat, etsi emptor nõ ꝑcipiat fraudẽ, l. j. §. si quis in fraudẽ. ff. q̃ in frau. credi. vide plenè ꝑ Angel. de are. in. §. itẽ si quis in frau. inst. de act. licet ĩ aliis casibus oportet q̃d ẽptor ꝑcipiat de fraude, secundũ gl. ibi. & vide de intellectu isti⁹ cõsi. Bar. dñm vita. neapol. ĩ suo tract. clausularum ĩ cl'a de simulatiõe Tho. diplo.

f ¶ Possedit. Adde nota. ꝑ Bartol. ĩ. l. post contractũ. in ij. præsump. ff. de do. & ibi Alex. in apostil. vbi ponit plures concor. cui adde bar. hic, et ĩ. l. sicut. §. supuacuũ. & ibi apostil. ff. q̃ mod. pig. vel hyp. so. & vide plenè ꝑ do. And. sicu. ĩ. c. illo vos. ĩ. iij. col. de pig. vbi alleg. bar. hic, & adde Paul. de ca. in cõs. cccxxx. in cã mota. & ĩ cõsi. cccxxxj. inci. præsuppositis his vbi tenet ꝓut bar. hic, & vide Barth. verò ĩ suo trac. de simu. contract⁹ in xxxix. col. ĩ. xxij. ij. ꝑsump. & Vita. neap. in dicto tra. clausularũ in clausula de simu. ĩ vlt. col. in fi. & ĩ ver. se q̃r videre. & Bald. in. l. quoties. §. sed cũ primũ. ff. de hę. insti. & Pe. cor. in cõsi. cciij. in. iij. vo. inci. viso dicto pũcto. & ang. de are. in. §. si q̃s ĩ fraud. insti. quib. ex cau. alie. nõ l3. & ĩ. §. ꝓpterea. in, vj. co. instit. de act. & vide nos. per Bar. ĩ cõsi. lxviij. inci. fer. Corneli⁹. & ĩ cõsi. xxj. in. ij. vol. inci. viso libello & in, l. luci⁹ titi⁹. & ibi apos. ff. depo. Tho.

g ¶ Q̃n cõtract⁹. no. ꝙ simulatio fit de vno contractu. ad aliud, vide plenè et ꝑ Bal. & Bar. ĩ. l, si sub specie. C. de postu. cũ concor. de quib⁹ p Ias. ĩ. l. cũ ea q̃. post prin. C. de trãsa. & vide Bar. soci. ĩ. ij. vo. in cõsi. cclxiij. incip. visis. circa fi. Tho.

fiue agẽdo, fiue excipiẽdo: debet dicere qua cauſa ſimulatiõis
a cõtractus ſit ſimulatꝰ:[a] alˢ intẽtio eſſet incerta, nec aduerſariꝰ
redditur certus, & nulla alia facta declaratione ille cõtra quẽ
dicitur ſimulatus, deberet obtinere, vt.l.j.in princi.ff. de edẽ.
l.pompo.ſcribit.in fi.de rei vendi. quę loquuntur in agente,
& idem in excipiente.ff.de nego.geſt.l.eum actum. & ibi no.
&.ff.de noui ope.nũcia.l.non ſolũ.§.ſed vt probari.& ibi no.
in gloſ.ſuper verbo probaretur, &.C.de peti.hęredi.l.ſi poſt
mortẽ.& ibi not.in gloſſ.ſuper verbo, ꝓbationes.& expreſ-
ſius extra de proba.c.in pſentia. Cum ergo hic dicatur cõtra-
ctum ſimulatum, nec exprimat qua ſpecie ſimulationis appa
ret, quòd dicentis intentio nulla eſt. ¶ Secundò videndũ eſt,
propter idem quod adijcitur, quod dictum inſtrumentũ eſt
apparenter factum, hoc eſt ad reparationem & defenſionem
alicuius facti. Ex hoc videtur intentio certa, quaſi dicat de
3 tertia ſpecie ſimulationis. ¶ † Sed ad hoc eſt dicẽdum, quòd
hæc ſimulatio eſt incerta, nam non ponitur ꝙ cauſa timoris,
vel ſuſpicionis ſupereſſet, vel quæ fuerit cauſa ad cuiꝰ repara
tionem.vel euitationem dictam donationem fecerit.& de iu-
re eſt quod dictæ fictiones & ſimula. non præſumuntur, niſi
appareat cauſa propter quam factæ ſunt, vt.ff.re.amo.l.ſi mu
lierem.in princip.ff.qui & à quibus.l.ſed ſi matri.§. fina. vbi
eſt expreſſum.expreſſius de renunc.c.fina.lib.vj. ſicut enim
non poteſt dici donatio facta metu mortis, niſi quando in-
ſtat aliquod periculum mortis, vt.ff.de do.l.j.cum.l.ſequenti:
ita non poteſt dici donatio facta ad reparationem alicuius ca
ſus: niſi caſus dicatur inſtare. Ex his cõcluditur, quòd qui di-
cit inſtrumentum fictitium, vel apparenter factum: debet di-
cere ſpeciem.& cauſam fictionis, & ad cuius caſum reparatio
4 ſit facta. ¶ † Itẽ apparet ex pdictis quod ex hoc ſolùm quod
donator in poſſeſsione remanſit poſt donationem: non facit
contractum ſimulatum, fictitium, & apparenter factum: quia
ex ſola poſſeſsione non apparet cauſa ſimulata, q̃ debet ante
ſtare, vt probant iura ſupra allega.& ſic.l.ſicut.§.ſuperuacuũ
ff.quib.mod.pig.vel hyp.ſol. ibi enim ſuberat cauſa quare
ad excludendum creditorem, eſſet ſimulata venditio.& hoc
allegat ipſe creditor & non venditor vel hrˢ eius, vt dictum
eſt.& ad pdicta faciunt ea quæ ſcripſi in.l. poſt contractũ. ff.
de dona.ſcilicet quod ſemper eſt neceſſe, quòd appareat cau
ſa propter quam ficta donatio præſumatur. ¶ Circa tertium
ſcilicet an ex eo quod conſtituit ſe precario nomine poſsi-
b dere, tollatur dicta obiectio[b] videtur quòd ſic.text.in.l.quiſ-
quis.C.de dona.facit.ff. de rei vendica.l. quædam mulier.ff.
de acquiren.poſſeſsio.l.quod meo.&.l.qui pignori.§.j.&. l.
ſequen.in quibus videtur expreſſum.quod puto verũ, quã-
do aliqua cauſa exprimendæ fictionis vel ſimulationis nihil
apparet.aliâs ſi appareret, præſumeretur fictus dictus actus
quo ſe conſtituit poſsidere, ſicut alius contractus. argumen.
C.de ſuffra.l.j.ibi, ſequeretur traditio corporalis ibi enim e-
rat timor fictionis, ne clientulus nimium, vel indebitum ad-
uocato promitteret: ideo realis & corporalis traditio requi-
5 ritur. ¶ † Super quartò: quid releuent dicta verba præfati in-
ſtrumenti, vbi renunciatur exceptioni ſimulationis: & appa-
c renter facti. Reſpond. hoc releuant[c] quod declarant intẽtio-
nem ſuam: quod non intendit hunc cõtractum dicere eſſe fi-
ctitium, vel apparenter factum. ſed ſi apparet legem proba-
tam eſſe, & indicia: tunc eadem ratione qua ſubſtantia cõtra-
ctus probaretur ſimulata, eadem ratione probaretur hæc re-
nũciatio, vt.ff.de noua.l.doli exceptio.verſi.diuerſum.& ꝓ-
pter eandem rationem, non poteſt dici in fraudem facta, nec
ficta: licet fuerit donatio omnium bonorum. & ſic non obſt.
ff.quæ in frau.cre.l.omnis.§.lucius. Barto.

¶ Quid ſit pax: & an ab vtraque parte debet fieri pactum
pacis, & quomodo committitur contra pacem. Item an capi-
tulum ꝙ ponitur in inſtrumento pacis ruptæ inclinatur ad
dantem auxilium, vel fauorem.

SVMMARIVM.

1 *Pax quid ſit, & quomodo diffinitur?*
2 *Pax & remiſsio, à quibus debet fieri.*
3 *Qualitas quæ eſt in maleficio & perſona committentis, aggrauat perſo-
nam auxiliantem maleficium.*

¶ CONSILIVM. LXVI.

AD declarationem[d] quæ-
ſtionis præfatæ inueſtigandũ eſt primo, quid
ſit pax. Ad quod reſpõdetur ꝙ pax p Goff. dif
finitur in ſumma de treu.& pac.ſic. ¶ † Pax eſt
diſcordiæ finis ſed quia finis diſcordię poſſet accidere multis
modis, vel decẽdẽtibus ambobꝰ his q habuerũt diſcordiã, vel
guerrã, vel altero ficto, ideo puto potius pacẽ ſic diffiniendã
eſſe. ¶ Pax eſt pactũ, quo fit finis diſcordiæ, ſeu guerræ intro
ductę p pactũ, vt.ff.de pact.l.j.de capti.l. in bello. in prin.C.
de cadu.tollẽd.l.j.& pub.leti.vel nun.l.j.q̃ eſt vltima rubr.C.
lib.xij.&.x.colla.de pace tenẽ.& de pace iuramẽ.firmã. Hoc
præmiſſo apparet ꝙ eorum diffinitio non eſt vera: & allegãt
ꝙ pactũ eſt remiſsio prioris offenſę, & allegãt.ff.ad mu.l. ꝙ ſi
interim &c.C.de cadu. tollend.l.j. non poteſt enim remiſsio
in iure fieri, ab vna parte abſente, vel non acceptante altera,
vt inſti.de iniu.§.fin.& ibi not.& tamen non eſſet pax: quia
2 non eſſet finis diſcordię. ¶ † Item ſciendum eſt ꝙ quãdoque
inter duos eſt guerra: quia vterq; fecit iniuriam alteri, vel ha-
bent animum faciendi: tunc pax eſt facienda ꝙ inuicem fiant
remiſsiones. ¶ Quandoque ex vna parte tantùm, eſt illata
iniuria: tunc videtur tenuiſſe Specul. ꝙ ſolum ab vna parte,
eſt remiſsio facienda, vt not.in Specul.de treu.& pac.§.j. ni-
hil tamen allegat. ¶ Sed poſito quod verum dicat in propo-
ſita quæſt. ſi dictum teſtis inſpiciatur, fecerunt pacem inuicẽ
vnus alteri: & alter alteri iniuriam remiſerunt & omnẽ offen-
ſam, & ſic ex verbis pacis, redditur proteſtatum, & præ-
ſupponitur vtrinque facta iniuria. quãdo remittitur ante, cui
ſtandum eſt inter ipſas partes, donec probetur contra, vt.l.
optimam.C.de contrahen, & commit.ſti. poſito ꝙ ex vna p-
te tantum fuiſſet facta offenſa, debet vtrique fieri pax. Nam
poſsibile eſt, ꝙ licet aliquis me offendat: adhuc habet animũ
me offendendi plus: & iſta eſt guerra inter nos inuicem: cui
guerræ non poteſt imponi finis: niſi per mutuam pacem in-
ter nos redditam. vel pone quòd imponatur guerra licitè, &
ſic ex eius parte non fit iniuria, cum iuris executio non ha-
bet iniuriam, vt.l.iniuriarum.§.j.ff.de iniurijs tantum fit pax
& remiſsio inuicem &. ita loquuntur conſtitutiones illæ de
pace tenen.& pa.iura.firman. Nam ibi inferabatur guerra p
principem ex parte cuius licitè inferabatur: & tamen fuit fa-
cta pax inuicem, & promiſsiones inuicem de non offenden-
do: vt declarat illa conſtitutio Federici.in extraua.de pace cõ
ſtan.ex quibus concluditur inuicem teneri, ad non rumpen-
dum pacem, & non offendendum. ¶ Ad ſecundum ꝙ dici-
tur, quod eſt condemnatus ex illo capite ſtatuti, quod dicit ſi
in inſtrumento pacis &c.reſpondetur ꝙ nihil eſt contra fa-
ctum: quia vt ex præcedentibus apparet, ſtatim habet locum
3 etiam nullo interueniente inſtrumento. ¶ † Ad tertium quod
e dicitur ꝙ qualitas illa de pace rupta,[e] non videtur relata ad
dantes auxilium & fauorem, reſpondetur ꝙ qualitas quæ eſt
in maleficio, & perſona committentis, aggrauat maleficium
in perſona auxiliantis, vt.l.vtrum.ff.ad.l.pompe.de pari.nec
ob.l.is qui opem.ff. de fur.quia ibi loquitur de qualitate quæ
obuenit ex maleficio ex poſtfacto, vt ſi capiatur. Bart.

¶ Si de quolibet contractu debet ſolui gabella ciuium, ſi in-
ſtrumentum contractus.i. rogitus notarij ſit combuſtum, &
partes ne pereat memoria, iterum faciunt eundem contractũ
& tamen ex iſtis non debet ſolui alia gabella.

SVMMARIVM.

1 *Si ex rogitu ſoluta eſt gabella, deinde comburitur, non debet iterum ſolui
alia gabella.*
2 *Rogiti uel inſtrumenti amiſsione probata, locus eſt refectioni ex ipſo ro-
gitu, uel de nouo fieri debet.*

¶ CONSILIVM. LXVII.

f SAtis dubie[f] quæritur ſi
primò factum fuit inſtrumentum. vnde ga-
bella ſolui debeat, & ſoluta fuit ſemel, &
ipſum inſtrumentum fuit combuſtum.ſ. ro-
gitus ex quo non erat extractum inſtrumẽ-
tum.& ob hoc ne res pereat, iterum inter eaſdem partes fuit
factum de eadem re inſtrumentum. & quæritur an gabella
1 ſolui debeat an non? † & videtur quòd non rationibus & iu-
ribus infraſcriptis. Primò: quia ſufficit ſemel. Secundò quia
bona fides non patitur, vt bis idem exigatur. Tertiò: quia
magis videtur quòd ſit quædam declaratoria. Quartò: quia
habet oculos retro. Quintò quia huiuſmodi refectio, vide-
2 tur repoſitio in priſtinum ſtatum. † Sextò: quia probata
amiſsione inſtrumenti, vel rogitus vel abbreuiaturæ, lo-
cus eſt refectioni ex ipſo rogitu, vel de nouo fieri ipſo rogitu
exemplari deperdito, vel combuſto ex quo nondum fuerat
ſcriptũ inſtrm. ¶ Primũ dictũ probatur, in.l.fideicõmiſſum,

a ¶ Simulatus. vide Bald.in.l.fi. in fin. & ibi Salyce. & Mod. Tho.

b ¶ Obiectio. Vide Bar.ĩ.l.poſt cõtractũ.ĩ.ij.co.ff.de dona.& in.l. ſicut §.ſupuacuũ.ĩ.fi.ff.q.mo.pig.vel hypo.ſol.& vide oĩno Bal.ĩ.l. illud. ĩ vij.q.in fi.C.de ſacroſanct. eccleſi. Tho.diplo.

c ¶ Releuant. Vide oĩno p Bar. veroneñ.in ſuo trac.de ſimulatiõe cõtractꝰ.ĩ.xxxij. col. in ver. ſed circa pdicta.& Ang.de are.ĩ.§. itẽ ſi qs ĩ frau. in.j.col.in fi. inſti. de acti. Tho.

d ¶ Ad declarationẽ. Iſtud cõſi. Bar. all.& ponit de verbo ad verbũ, dñs meꝰ ĩ iure cano.d. Ant. corſe. in ſuo tra. de pſtãtia Regũ ĩ.q.xlj. vbi ponit priuilegia pacis.ĩ.xxviij. priuilegio. Et ĩ quantũ Bar. põit diſtĩctionẽ pacis, vide Io. de ligna. ĩ ſuo tra. de pace.& Ale.ĩ.l.j.ff.de pac.& Bal.ĩ c.fi.poſt princ.de pace cõſtan.ĩ ver. ſeu. Tho.diplo.

e ¶ De pace rupta. No. ꝙ dicit Bart. hic ꝙ capitulũ ꝙ ponit in inſtrumẽto pacis ruptę, extẽditur cõtra pacem. vide. d. Ant. corſe.ĩ.d.tracta.in xxij.priuilegio in fi. Tho.dip.

f ¶ Satis dubiè. Iſtud cõſiliũ ſecũdũ ordinẽ Peruſinũ, eſt ĩ.xj.pte cõtractu.ĩ cõſ.xxiiij. Et vide Bar.ĩ.l. ne caſu.C. de diſcuſſoribꝰ li.x.& Ioã. Bertachi. ĩ ſuo repertorio ĩ verbo, abbreuiatũ vbi alle.Bar.ĩ iſto cõſ.& ponas hic q̃ no. ꝓ reuerẽdo dño Iulio michaelis, ĩ cãdemathamancho. Tho.dip.

§.si quis.ff.de leg.iij. Secundum in.l.bona fides. de regul.iur.
Tertium in.l.manumissiones de iusti.& iur, Quartum, vt di
citur in.l.aquilia, & probatur, C.de rerum permu.l.ex placi-
to. Quintum per.l.fi.C.de sen.pas. Sextum & vltimum ꝓba
tur.ff.de euic.l.an creditore & arg.ff.de so.l.qui res.§.aream.
&.ff.de admin.tut.l.chyrographis.in prin.item solutione ei⁹
ꝙ debetur, omnis tollitur obligatio, vt insti.quib.mo.tol.ob.
in princip.& p̄dicta probantur.ff.de eden.l.si quis ex argēta
rijs.§.fi.& in aut.vt fratrū fil.§.j.extra de testi.c.significauit.
& sufficit etiam per iuramentum contrahentium probari: &
sic seruat vsus.arg.de bo, aut.iudi.pos.l.cum plures.§.fi.& ꝓ
batur in Spec.de fide instru.§.postq̄.versicu.vbi autem.& in
pluribus ver. Ego Bar.ita consului.

¶ Ex quibus coniecturis præsumitur venditio fraudulenta, & præsumptio fraudulenta quæ ex coniecturis infertur, debet intelligi cum omnibus qualitatibus, sibi ex coniecturis inherentibus.

SVMMARIVM.

1 *Venditio ad hoc ut præsumatur fictitia, quæ requirantur?*
2 *Venditio tunc præsumitur fictitiè facta, quando emptor reliquit filio uēditoris,*
3 *Quando ex aliquo actu præsumitur, aliqua præsumptio, illa præsumitur cum omnibus modis illi actui coherentibus.*
4 *Venditio quando præsumitur facta in utilitatem tertij.*
5 *Quando est unum capitulum dispositionis, uel plura concessa, non potest acceptari pro parte.*

¶ CONSILIVM. LXVIII.

a ¶ Proponit. Istud cōsilium al's inci. ĩ noĩe dñi amē. ꝓponit. & ita est in ordine perusino ĩ ij. pte cōtractuū, ĩ consi.vj.& de isto cōs.videBar.ĩ cōs. xxj.ĩcipi. viso libello.ĩ.ij.vo.& in cōs.lxv.factū tale est. & ibi scripsi plenè ĩ apostil. de materia isti⁹ cōs.& vide Ang.de are.ĩ §.ĩ fraudē, ĩsti. ex quib.ca.man. non licet.& Pe.cor. in cōsi.cciij.in.vo.iij. ĩci. viso dicto pūcto.Tho.dipl.

a PRoponitur [a] quod Ioan-
nellus fuscutij de pergula vendidit Berto Petri.
quasi omnia bona sua nominatim pro certa quāti-
tate pecuniæ quam fuit confessus habuisse: & decessit Ioan-
nellus relicto vno filio minore.xij.annis. q Bertus posteà in-
tra.vj.menses à die mortis dicti Ioānel.decessit, & posthumū
sibi nasciturum, & etiam quosdā alios instituit, & iure legati
Ioanni filio.d.Ioannelli omnia quæ emerat à dicto Ioannello
reliquit: & eidem Ioanni substituit ꝙ si decesserit sine filijs, di
cta bona deuenirent in certas personas, & loca. qui Ioannes
possedit dicta bona per administratores suos per.vj.ann. de-
mum decessit dictus pupillus. Quæritur an illi quibus dict⁹
Bertus reliquit post mortem dicti Ioannis debeant illa habe-
re: an verò illi qui succedunt abintestato dicto Ioanni pupil-
lo. proponitur etiam ꝙ dictus Bertus tempore dictæ emptio
nis secundum communem opi, non erat ita diues ꝙ dicta bo-
na emere potuisset. ¶ Proponitur etiam ꝙ publica fama est
in dicto castro Pergulę, ꝙ dicta venditio fuit fictitiè facta di-
cto Berto, vt dictum puerum defenderet. his omnibus præ-
1 dictis propositis quæritur quid iuris. ¶ † Ad quę dico quòd
hic multa concurrunt ꝙ hęc venditio præsumitur esse fictitia
& in fauorem filij facta. ¶ Primò quia omnia bona, vel maio-
rem partem vendidit. vt.l.omnes.§.lucius.ff.quæ in frau.cre-
dit. quæ præsumptio habet locum etiam si res nominauerit
2 specialiter: vt.l.nomen.§.j.de lega.iij.† Secundò quia ille em-
ptor reliquit illi filio. non enim est præsumendum si verè e-
misset ꝙ extraneo reliquisset, & non filijs quos ex se nasci spe
rabat, vt.C.de fideicommiss.l. cum acutissimi.&.ff.de condi-
tio.& demonstra.l.cum auus. Tertiò, ex eo ꝙ ille filius post-
eà reperitur possidere, p̄sumitur tamen ex primo titulo pos
sidere: vt est expressum.C.de nat.lib.l.iij.& facit.C.d.repud.
hære.l.j.&.ij.&.ff.de acquirēd.heredita.l.si is q bonis. Quar-
to facit fama & opi. præcedens quod non erat ita diues quòd
potuisset emere, & ꝙ vēditio fuit ficta, vt.ff.de testi.l.iij.§.eius
demq; principis. ¶ Aduertendum tamen est, quòd prædicta
omnia simul iuncta, faciunt præsumptionē: non quælibet de
per se. illud tamen potissimum ꝙ emptor reliquit omnes res
dictas filio venditoris, & sic ille possidet, vt.l.iij.§.fi.C.de na-
tu.lib. ¶ Ex hoc insurgit aliud, ꝙ dicta venditio non præsu-
mitur facta simpliciter, sed hoc modo, videlicet ꝙ debeat te-
nere dicta bona pro suo filio ad eius vtilitatē. sed si filius de-
cederet sine filijs: tunc dicta venditio intelligitur facta ꝓ eis,
quibus sunt relicta in illū casum: & ita est p̄sumendum fuisse
tātum cōtractum inter dictum emptorem, & vēditorem & ꝙ
3 hoc sit verum, probatur sic. † Quando ex aliquo actu præsu-
mitur aliqua p̄sumptio, illa assumitur cum omnibus modis,
illi actui coherentibus.ff.de iureiurand.l. si duo patroni. §. si
quis iurauerit. &. §. sequen. nam ex iuramento præsumitur
contractum intercessisse præsumuntur ergo omnia quæ in-
4 sunt illi contractui. ¶ † Ita in propositio in legato isto fa-
cto Ioanni: præsumitur uenditio facta pro ipso Ioanne: &
ad ipsius utilitatem: quod intelligendum est, cum modis &
conditionibus insertis legato: & quod in tantum fuerit fa-
cta ad vtilitatem Ioannis, quatenus uerba legati important
pro quo facit: quia non potest dictus Ioannes uel hæres eius
partem dictæ dispositionis acciperre pro se: & partē contra
se: cum sit vnum capitulū, uel plura simul connexa, vt.l.etiā.
§.ex causa.ff.de mino.& quòd connexa non possint separa-
5 ri à legato, probatur.ff.de lega.j.l.iiij.† Itē illud quod actum
præsumitur inter dictum uenditorem, & dictum emptorem
prodest illis quibus relictum est; quia si non fuisset relictum
per Bertum: si illa ueritas probaretur, teneretur actione man
dati, vt.ff.de hæredi. instituen.l. quidā cum filium. iste ergo
Ioannes uidetur habere dicta bona à patre suo: cū dictis one-
ribus: & legatis per mediam personam dicti Berti, vt dicta.l.
quidam cum filium. probatur.ff.de iure dot.l. profectitia.§.
si quis certam. ¶ Ex prædictis concludo, quòd ille filius non
potuit grauari in legitima.vt.l.quoniam in prioribus.C, de
inoffi.testamen.nec etiam in trebellianica, quæ uenit detra-
henda de relictis prædictis nō factis ad pias causas: quas duas
portiones debeant habere illi qui ab intesta. succedunt. ipsi
Ioanni: vt extra de testamen.ca.Raynutius. & capi. Raynal-
dus.& not.C.ad.l.falcid.l.si vt allegas.&.ff.de inofficio testa,
l.papi.§.sed nec impuberis,

¶ Quod statutum imponens pœnam alienanti in forensem vel nobilem nisi satisdet, euitari potest satisdando vsq; ad sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens ꝙ aliquid non ualeat, nisi dentur fideiussores: intelligitur & sibi datur facultas, donec feratur sententia.*
2 *Fideiussor potest dari quandocunque, post impetratum rescriptum.*
3 *Moræ purgatio habet locum in delictis, quando per statutum uel legem conceditur.*

¶ CONSILIVM. LXIX.

b ¶ In nomine dñi al's ĩcipit, uiso statu.& ita inci. secūdū ordinē Perusinum in.ij.par. cōtractum in consil. xviij.& Bar.ĩ cōsi. lxxxix. in.ij. uol. inci. viso statu. & ibi uide apostil. meam &.j.in cōsi. cxiiij. & vide do. in.l. vniuer.C. de preci.impera. offe.Tho.

b IN nomine domi. [b] amen.
Viso statuto posito sub rubrica de pœna venden
tium alicui nobili, vel forensi, videt̃ indubitāter di
cendum: ꝙ dictus Oldus, post q̃ satisdationē prædictam pre-
stitit, licet post inquisitionem dictam & responsionem factā
ad eam, ueniat totaliter absoluendus. dicunt uerba statuti
sic. si uerò vendiderit alteri forensi nobili, nō supposito iuris
ditionis cōmunis Cicōi, soluat tam uenditor q̃ emptor centū
li. denariorū paruorū, & uenditio quæ fit sit nulla, saluo ꝙ si
emptor per publicum instrumētū se obligauerit, & idoneos
1 fideiussores Ciconēses dedit allibratos &c. † per quæ uerba
datur dicto forensi emptori facultas dandi fideiussores pre-
dictos, quousq; contra eum feratur sentētia. Casus est expres
sus de publica.l.j.in prin.coniūcta.l.hoc edicto.eo. ti.&.ff.ꝙ
met.causa.l.si cum exceptione.§.j.cōiuncto.§.satis clemēter
deueniet̃.& de dolo.l.arbitrio.§.j.q̃ leges hoc dicunt exp̄sse.
2 ¶ † Præterea, expressius dicit̃.C.de preci.impe.offe.l.uniuer
sa.vbi dicit̃ ꝙ rescripta non aliter ualeant, nisi fideiussio ido
nea præbeatur.q̃ uerba interpretant̃ quòd post impetratū,
rescriptū posset dari fideiussio, & illud ꝙ dicit̃ ꝙ nō ualeat.i.
interim non sortiatur effectum, ut ibi no.gl. ¶ Præterea, pro
3 hoc uidetur tex.in fine, C, de cri, stel, l.j. ¶ † Nec obst. si dicat̃
quòd in delictis non est locus purgationi moræ: quia uerum
est, nisi per legem concedatur. Hoc autem cōcedit lex muni-
cipalis quę dicit saluo & cætera quæ uerba sic debent inter-
pretari, prout supra dictum est. Barto.

¶ Quod minor non habens curatorem potest dare res mobiles, quæ non prohibentur alienari per.l.lex quę tutores.C. de admi.tuto.sed potest restitui. Item qui non potest alienare, nec poterit alienanti consentire: quando vnū est in solutione, & alterum in obligatione: quorum unum prohibetur de iure, alterum permittitur: spectatur euētus solutionis utrum valeat, uel non.

SVMMARIVM.

1 *Minor non habens curatorem potest dare res mobiles quæ continentur sub prohibitione legis.*
2 *Lex quæ tutores.C.de admit.tuto.loquitur in rem, & prohibet alienare mobilia, quæ seruando seruari possunt.*
3 *Actio competens minori, an sit alienabilis.*

4 *In obligationibus alternatiuis per minorem, q. ius debet seruari?*

¶ CONSILIVM. LXX.

a Reuerendissime domine[a] Viso puncto quæstionis & allegationib⁹ pro vtraq; parte subtiliter factis ad determinationem dictę quęstionis pręmitto q apud me, nullũ dubiũ est q minor. xxv. annis non

1 habẽs curatorẽ† possit donare res mobiles, quæ nõ cõtinẽtur sub prohibitiõe legis, lex quæ tutores. C. de admi: tuto. & intelligo de donatione simplici, & sine decreto, licet possit restitui: quia casus est cum gl. l. ij. C. si aduer. do. per vos allegata. nec potest dici aliud est donare, aliud donanti cõsentire. nam quãdo quis habet plenũ ius, vt quia dñs: regula est infallibilis q si ipse non põt circa illã rem cõtrahere, nec contrahenti consentire. casus est. l. si fundus. §. j. in fi. ff. de pigno. Sed quãdo aliquis nõ habet plenũ ius in re, ꝓpter defectũ iuris, ipse prohibetur. vnde poterit alteri alienãti alias cedẽti ius cõsentire. exemplum in minore qui habet seruum pignori ipse nõ potest manumittere, sed domino manumittendi poterit con sentire, vt. l. si pater. in fi. de manu. vin. Itẽ potest poni exemplum in vsufructuario. & ꝓpter hoc tex. in. d. §. j. dicit ferè, vt ibi no. in glo. cum ergo in casu dictę. l. ij. in fi. ille minor haberet plenum ius si ipse non posset donare, nec donãti consentire. remanet ergo q ipse põt donare. pro hoc est tex. ille vulgaris. l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. pro hoc allegatur. l. j. §. si minor. ¶ Ad omnia cõtraria respondetur vno verbo, q loquuntur in tutore & curatore qui nõ possunt donare, nisi in illis casibus vt plenè tactum est in allegationibus:

2 ideo hic non insisto. ¶ †Secũdò pręmitto q. l. quæ tutores. loquitur in rẽ. Nã dicit, ante omnia &c. in domo retineatur &c. & ibi, nec non vẽdere domũ, licet in patrimonio minorũ permaneat &c. & sic ipse minor non poterit alienare tales res sine decreto. ita intelligit gl. in. d. l. ij. in fi. C. si aduer. don. quę loquitur in personam prohibendo expresse tutores. ¶ Itẽ præmitto q licet. l. quæ tutores. prohibeat alienare sine decreto mobilia quæ seruando seruari possunt: tamen hac prohibitione non continetur pecunia numerata. casus est in auẽ. vt hi qui ob. §. qm̃ autẽ. ibi tutori permittitur pecuniã pupillarem credere, licet eis necessitas non imponatur. ¶ Tertiò pmitto q dicti arbitri videtur illi domino permisisse solũ alienationem in vltima voluntate prout de iure ei cõpetebat: si verba laudi inspiciãtur. & sic de permissione arbitrorũ nõ est curã-

3 dum. ¶ †Quartò pręmitto q secũdum verã opi. actio compe tens minori quãtũ ad propositũ iudicatur alienabilis, vel nõ, secundũ id q in actione deuenit, vt no. in auẽ. de non alie. §. vult enim. & not. per Dy. de autho. tut. l. põt. & Cy. C. de sac. san. eccl. auẽ. hoc ius porrectũ. no. etiã per. gl. C. si aduer. trãs.

4 l. j. ¶ †Quintò præmitto q si verba dicti laudi inspiciãtur, so la q̃titas pecuniæ est in obligatione, seu cõdẽnatione. fundus autẽ seu possessiones sunt in solutione, vt dicim⁹ in. l. miles. §. decem. de re iudi. & hoc euidẽter appa ret ex verbis dicti laudi. obligatio enim est simplex & vna. s. ad ducẽtos florenos. effectus autẽ solutionis est alternatiuus: quia si possessiones soluantur non iure obligationis, sed magis iure cuiusdã facultatis: tamen quãtum ad actũ trãsferẽdi istã obligationẽ, sic qualificatam, etiã aliã per minorẽ: ideo credo q in obligatione alternatiua, vbi vtraq; esset in obligatione. Nã in perimẽdo ita iure solutiõis, quod potest fieri minori per modũ facultatis, idẽ ius seruatur, q in eo q solui debet iure obligatiõis. ¶ His ergo pmissis ad solutionẽ pſentis quæstionis, vtrũ dicta concessio tenuerit, videtur dubiũ q si inspicimus pecuniã tenet cessio, vt ex prædictis patet. si aũt inspicim⁹ possessiones, nõ tenet. dico ergo q donec durat debitori facultas soluendi q vult q hæredes dictę dñę Fran. possunt cogi vt agãt. & si debitor soluerit pecuniã apparebit cessionẽ valuisse. aut soluit fundũ, & apparebit cessionẽ non valuisse: & sic hoc nõ depẽdet ex facto debitoris. casus est. l. l. si sic. §. fi. de leg. j. & sic erit de casibus qbus ex his quæ eueniũt apparet quid retrò actũ sit. Ad q facit de reg. iur. l. quidã. de sol. l. q res. in fi. prin. cũ si. ibi notatis. si verò nõ est eius, sed debitoris electio: tunc valet cessio, vt ex prædictis patet. hoc modo credo q velit. al's debet intelligi. l. quod si fundus. de fun. dota. scilicet quando electio non est interius, sed non valet alienatio, scilicet mulieris eligentis fundum. al's secus. argumen. de vsucapi. l. cum vir. ¶ Ad vnum tamen aduerte, quòd debitor licet in obligatione alternatiua possit variare etiam post sententiam, vt l. eum qui certarum. §. j. de verbo. obligat. tamen in quæstione præsenti vbi vnum est in obligatione, aliud in solutione dictam facultatem solutionis perdit debitor, si patiatur cõ tra solitum testari, vt. ff. de sol. l. si quis stipulatus fuerit decẽ in mille. & de peti. hære. l. itẽ veniunt. §. j. patet certè q si esset in casu nostro, remaneret cessio valida. ¶ Ad vltimum quod quæritur vtrũ eo casu quo cessio valet, hæres possit petere in integrum restitutionem, dico q satis videtur clarum, quòd nõ per. l. fi. C. qui & aduer. quos. Barto.

¶ Quando verba obligationis cõferuntur in personam stipulantis, & verba solutionis in personam alterius: valet obligatio, vt si dico promittis mihi dare Titio. aliàs non. Item in iudicijs alteri per alterum, quæritur obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Stipulari potest, alteri per alterum quando uerba solutionis & obligationis, conferuntur in personam alterius.*

2 *Stipulari potest, alteri per alterum quando stipulatio est iudiciaria, uel ex instrumento guarentigiato.*

¶ CONSILIVM. LXXI.

b Gellus[b] fuit confessus se habuisse à domina Massa. ccc. lib. ad vsufructuandũ in vita sua, pacto apposito q si cõtingeret ipsum Gellum mori, antequã moreret̃ domina Cella eius vxor, & filius ipsius dñę. ipse Gellus promisit & conuenit dictæ dominæ per pactũ solenni stipulatione vallatum, dictã quãtitatem reddere dictę dominę Cellę suę vxori. Quæritur an dicta stipulatio valeat: & videt̃ q non: quia dicta Massa videt̃ alteri stipulata q̃ sibi: ergo non valet, vt. l. stipulatio ista. §. alteri. de

1 verb. obli. †Sed illa lex loquit̃[c] quando verba obligationis &

c solutionis cõferuntur in personam alterius, vt promittis illi q dabis illi. sed hęc verba stipulationis fuerũt collata in psonam stipulãtis: & verbũ solutionis, in psonam alterius. s. filij super re & pecunia ipsius stipulantis: & sic valet, vt ipsi dñæ Cellæ queratur vtilis, vt. l. publia. in prin. ff. de po. l. quoties. de dona. q̃ sub mo. & l. pe. C. ad exhi. & ita tenet Gui. in. l. cer ti condictio. §. si nũmos. ff. si cer. pe. ¶ Pręterea dictũ instrumẽ

d tum cõtinet in fi. sui pceptum guarentigię.[d] & sic perinde est ac si iudex pcepisset dicto Gesso ad petitionẽ dictę dñę Massæ q in omnẽ casum dictã pecuniã daret dictæ Cellæ. sed in

2 iudicijs non est dubitandum† q alteri p alterum quæritur actio, vt. l. in causę. in fi. ff. de procu. ergo &c. Præterea constat in iudicijs q dicta conceptio. s. cõdemno te vni vt soluas alij, valet, q apparet in omni condẽnatione quæ ꝓfertur in psonam ꝓcur. nam qs condẽnatur ipsi procuratori, vt. l. j. C. de sen. & vt soluat domino, cum procuratori litis, non soluatur & l. hoc iure. ff. de solu. & l. si tantum. ff. de pact. sed cũ instrumentum in quo est pceptum guarentigiæ sit quoddam pceptum, siue sententia: ergo &c. Cõcluditur ergo dictam stipulationem valere: & dictum instrumentum executionẽ mereri.

¶ An valeat pactũ inter fratres diuidentes hæreditatẽ q stãtibus masculis descendentibus ex eis, non succedant fœminę. Item q in successione feudorum, non habent locum iura cõmunia ciuilia: & an & quomodo derogetur per secũdam cõuentionem factam inter fratres per aliam secundam.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum inter fratres, q. fœmina non succedat, etiam ex testamento, an ualeat?*

2 *Pactum q. certæ res non deueniant ad certum genus personarum, ualet.*

3 *Domini ciuitatum & locorum, habent iura regalia in castris & locis eorum.*

4 *Isti qui habent dignitates, & iurisdictionem in castris, de iure non habent successionem.*

5 *Pactum q. fœminæ non succedant est de iure naturali.*

6 *Diuisio facta inter fratres, an ualeat instrumentum celebratum inter ipsos. quod fœminæ non succedant.*

7 *Pactum factum cum uno hærede, non præiudicat aliis.*

¶ CONSILIVM. LXXII.

e Ex facto[e] proponitur quod nobiles viri dominus Neapolio & Ioan. a Frontibrantia fratres, & filij quondã magnifici viri Raynaldi, & Cechus quondam Leonis, nepos eorum ex fratre de romagna domini sunt multorum castrorum & villarum in

a ¶ Reuerẽdissime dñe. vide Phi. Deci. ĩ. l. si fili⁹. in. ij. co. ff. si cer. pet. vbi alle. Bar. ĩ isto cõs. q lex q tutores. q prohibet tutores, alienare res mobiles, q̃ seruãdo seruari pñt: q in tali ꝓhibitiõe, pecunia nũerata nõ cõtinet̃: q̃a illa p tutorẽ põt mutuari. & alle. Bart. hic. & an pecunia sit de reb⁹ q̃ seruari pñt, vide Deciũ ibi, & Feli. ĩ. c. vene. ĩ fi. de offi. deleg. & vltra ipsos lita vt p d. Lu. ro. ĩ cõs. clxxxviij. inci. in hac cã. ĩ vlti. col. ĩ fi. q addead Decium. in. d. l. fili⁹. Tho.

b ¶ Gell⁹. al's ĩci. d. Guil. & al's ĩci. gebelinin⁹. & ita ẽ in ordĩe Perusino in ij. pte cõtractuũ. ĩ cõsil. xxviij. & ita alẽ. Lu. ro. ĩ cõs. lxxvj. ĩci. viso qõnisthem. ĩ fi. Tho.

c ¶ Sed illa lex loq tur. Vide Bart. & doç. in. d. l. stipło ista. §. alteri. & ibi Ias. ĩ. j. co. ff. de verbo. ob. & ita sol. ĩ l. certi cõdictio. §. nũmos. ĩ. j. col. ff. si cer. pe. & de materia vide Feli. ĩ ꝓe. decre. in. vj. col. & Ias. ĩ. l. j. §. hui⁹ stu dij. ĩ. ij. co. ff. de iusti. & iu. & ibi an sacerdos possit alteri stipulari. & vide Andr. Barba. ĩ d. l. stipulatio ista §. alteri. & §. si stipuler. ĩ addi. Bar. ff. de ver. obli. vbi alleg. consil. Bart. hic. Tho.

d ¶ Guarẽtigię. adde Bar. ĩ. l. possessio. §. j. ff. de acqui. pos. & Bal. ĩ. l. non alr. ff. de ado. cum cõcor. de qb⁹ p Ale. ĩ. d. l. possessio. §. j. ĩ. ij. co. vbi alle. Bar. ĩ isto consi. & idẽ tenet Lu. ro. in cõs. lxxxvj. ĩci. vi so qõnis thenate. ĩ fi. vbi extẽdit idẽ esse ĩ laudo arbitri, vt ibi p ipm, & ibi ẽt alle. Bar. ĩ isto consi. Tho.

e ¶ Ex facto. De isto consil. Barto. vide do. Alex. in cõsi. lv. in. ij. volu.

ĩci.viſo ti.ĩ.iij.co.
&.d.Frã.de cur.ĩ
cõſ.lxviij.ĩ.j.&.ij.
col.inci. dñs Ioã.
& do.Phi.Deci.in
conſi.clxviij.reue
rende pater.in.j.
co.Tho.

a ¶ Non deueniant. No. ꝙ v3 cõuẽtio facta ĩter nobiles fratres & eorũ nepotes, ꝙ bona nõ deueniãt ad fœmi nas. Adde plenè p Iaſ.ĩ.l.ſtipulatio hoc mõ cõcepta.ĩ antepe.col.ff. de ver.obl. vbi examinat doctrinam Bart.hic. & vide Pau.de ca.ĩ.conſ. cxlvj.& Old, in cõſ.cxxxix.ꝙ ĩci, ad habẽdã ꝙ cõſ. refert& ſequit̃ Io. an.ĩ addi.Spe.ĩ ti. de ĩſtru.edi.§.porrò.ĩ vl.co.&ſequũtur Albe.de roſ.& Sal.in.l.fina.C.de pac.& Ange.in.l. hereditatum.ff.de bo.au.iu.poſ.& ĩ l.ſãci.C.de donat. Imo.& Ludo.ro. ĩ.l.aqli⁹ regul⁹.ff. de dona.Tho.

b ¶ Succedat, Vide Alex.ĩ cõſi.lv.ĩ.ij. vo.ĩci.viſo ti.ĩ.iij. co. ꝙ ſtatutũ põt minuere legitimã in q̃titate:ita põt minuere in tpe.& vide Iaſo.in.l.qm̃ in prioribus.ĩ.ij. col.C.de ĩ of.teſt. & Alex.de imol.ĩ l.ꝙ de bonis.§.fi. incip.q̃uis.ff.ad.l. falc.& in.l.titia cẽtũ.§.titio genero. in apoſtil.ff.ad.l. falc.Tho.

c ¶ Non ſuccedere[t] fili⁹.Vide.d.Frãc. cur.ĩ cõſ.lxvj.ĩci. ſapiẽter optim⁹.in xv.co.& Car.Alc. in.c.j.ĩ.j.col.ĩ fi. q̃ ſint regalia.in vſibus feud.& dixi ĩ trac.de priuilegijs & iuriſdi.Illuſtri. dñij Venetorũ in priuilegio .lviij. Thomas dipl.

d ¶ Ab eccleſia.uide in tractatu meo de pſtãtia doc.ĩ.j. lib.in.j.qõne.vj.q̃ ſtiõis principalis qui cito imprimetur.Tho.

dioce.Sabineſi in quibus caſtris & villis habẽt merum & mi
ſtum imperium,& gladij poteſtatem,& ius condẽdi ſtatuta,
ex antiqua cõſuetudine:à tempore cuius,non extat memoria
& ꝙ in parte dictorum caſtrorum & villarum in temporali-
bus non recognoſcũt dñm nec eccleſiã Romanã,nec Impera-
torem,nec Regẽ aliquẽ.ſ.in caſtro Belmontis in rocha ſimba-
li cũ ſuis villis,in villa plage,in caſtro ſtiplonę leueti,in caſtro
porti,in caſtro vallis freddę & ĩ villis ornã & ſanctæ felicis,in
qbuſdã verò alijs caſtris populus Romanus aliquid iuriſdi-
ctionis prætẽdit.ſ.quod in eis ponit certa datia:& nõ aliud.
¶ Proponitur etiam quod pdicti tres fratres & Cechus ne-
pos fecerunt inuicem quædã pacta, quæ voluerunt obtinere
vim legis inter ſe & ipſorum domos & curias.inter quę inter
cętera cõtinetur, Quod nulla mulier nata,vel naſcitura ex eo,
vel altero ipſorũ,poſsit vel debeat ſuccedere ab inteſ. vel ex
teſtamẽto cõdito,ſeu cõdẽdo.ſeu ex donatione aliqua facta,
vel facienda inter viuos,vel cauſa mor. vel quouis alio cõtra
ctu in bonis paternis,vel maternis eorũ,niſi tantum maſculi,
qui de legitimo matrimonio eorum, vel alicuius eorum ſint
nati,aut in poſterũ naſcituri:ſed mulieres dotẽtur ſecundũ cõ
ſuetudinem eorum domus, & plus de eorũ bonis petere non
poſsint.¶ Hoc etiam acto, ꝙ ſi per aliquem vel aliquos ipſo-
rum,vel per ſucceſſorem,vel ſucceſſores eorũ,ſeu alicui⁹ ip-
ſorũ factum fuiſſet,vel fieret cõtra vt prædicta omnia,& ſin-
gula obſeruẽtur,propter hoc liceat alij reuocare authoritate
propria &c.deinde deceſsit Io.pręfatus ſuperuiuẽtibus Nea
poli,Frontibranta fratribus & Cecho prędicto nepote,dein
de tam procur. Frontibrantę quàm Cechi qui olim vocabat̃
Fran.fecerunt diuiſionem ſuorum caſtrorum,& bonorum &
etiam villarum & iuriũ & quia dominus Neapo.erat clericus
paſſus eſt,vt dicti diuiderent bona ꝓpria ipſius Neap.& in
inſtrõ diuiſionis inter cætera continetur ꝙ vnus habeat par-
tem ſibi obuenientem ad tenendum & alienãdum:& ꝙ faciãt
finem de omni eo ꝙ alter alteri poſsit petere in dictis reb⁹:&
ꝙ alter alterum non moleſtabit &c, vt in inſtrumẽto inde cõ
fecto latius patet.¶ Deinde mortuus eſt dominus Neapolio
prædictus.deinde mortuus eſt Frontibranta ſuperuiuente
Bucio ſuo filio.deinde mortuus eſt Franciſcus Leonis ſuper-
uiuentibus quibuſdam filiabus maritatis,& dotatis,quas hę
redes inſtituit,& detinent dicta bona quæ fuerunt dicti Frã.
Nunc dictus Cola petijt dicta bona ex vigore dicti inſtrumẽ
ti,quo continetur ꝙ filia fœmina non ſuccedat,ſed ſit cõten-
ta dote ſibi data.¶ Ex aduerſò reſpõdetur dictum inſtrumẽ-
tum nullius eſſe momenti. ¶ Itẽ ſi valeret,eſt ſublatũ per in-
ſtrumentum diuiſionis,de quo.ſ.fecit mentionem. quæritur
1 quid iuris?¶ † Ad prędictã quęſtio.examinandã primò vidẽ-
dum eſt an inſtrumentum quo cauetur ꝙ filia fœmina nõ ſuc
cedat ex teſtamento valeat:nã ꝓ hoc videtur quis auferre ſi-
bi liberam teſtandi facultatem,ꝙ fieri nõ poteſt,vt.ff.de ver-
bo.oblig.l.ſtipulatio hoc modo.C.de tranſac.l.cum donatio
nis.¶ Præterea,in.d.l.ſtipulatio hoc modo.dicit̃ ꝙ talis con-
uẽtio eſt cõtra bonos mores:ergo nõ cõfirmatur iuramẽto:vt
c.nõ eſt obligatoriũ.de reg.iur.in.vj.& ꝓ hoc videt̃ gl.expreſ
ſe.C.de colla.l.precũ.& ꝙ tale pactũ nõ impediat filiã ſucce-
dere.¶ Præterea ꝙ filia ſuccedat, ꝓcedit ex iure ſanguinis:&
ſic pacto tolli nõ põt,vt.l.ius agnationis.& ibi not.gloſſ.ff.de
2 reg.iur.&.l.iura ſanguinis.¶ † In cõtrariũ videt̃ ꝙ tale inſtru
mentũ & cõtenta in eo,valẽt. nam licet pactũ p ꝙ impeditur
libertas teſtãdi nõ valet.ſ.ꝙ quis nõ habeat hæredẽ, quẽ vult
a vt dictũ eſt:tñ pactũ ꝙ certę res nõ deueniãt[a] ad certum gen⁹
perſonarũ eſt de iure validũ,vt.ff.de verb.obli.l.ſi ita quis.§.
ea lege.& de le.ij.l.codicillis.§.matre.¶ Sed in propoſito nõ
eſt prohibitum,ꝙ quis non habeat hæredẽ quem vult,immò
poteſt quemlibet ipſorum inſtituere hæredẽ quem vult, ſed
eſt prohibitum ꝙ bona paterna vel materna non tranſeant in
filias fœminas,ꝙ eſt pmiſſum. erunt ergo hęredes dictæ filiæ
in omnibus bonis aliundè quæſitis per dictũ teſtatorem,non
autem in illis,vt.d.§.ea lege.&.d.§.matre.ſicut ſi eſſet prohi-
bitum ne certa res domus,vel ne certum pręedium tranſiret in
filias.non enim prohibetur hæreditas, ſed certa pars patri-
monij.Et ſi dicatur ꝙ.§.ea lege.faciat in contrarium quia non
prohibetur tranſlatio dominij reſpondebitur,j.¶ Secundò
probatur ſic:certũ eſt quod per legem poteſt fieri,ꝙ filia fœ-
b mina non ſuccedat[b] in toto,ſed in certa parte prout determi-
nat Dy.in c.indultum.de reg.iur.lib vj,& hoc diſputando te
nuit Richar.malũ.& Cy.C. de nupt.l.ſancimus. ¶ Præterea
per ſtatutũ vel cõſuetudinem hoc poſſet fieri, in aliqua ſup.
vel loco.caſus eſt.x.coll.de fi.natu.de mat.ad morga.contra.
c.j.ſed conſtat ꝙ illa diſpoſitio,quæ continetur in illis pactis

contentis in illo inſtrumento.ſ.ꝙ fœminę nõ ſuccedãt in prę
dictis bonis ſunt lex,& facta fuerunt ab illis qui habebãt po
teſtatem faciendi legem & vim legis habere uoluerunt, vt in
3 ipſo inſtrumento cõtinetur:ergo patet ꝙ eſt ualidũ.¶ † Ter-
tiò probatur ſic:curia & territorium ꝙ habẽt prędicti domi
ni,ſunt ſicut Duces Marchiæ & ducatus uel comitatus;uel ꝙ
ſi apparet ꝙ dicti domini habent in dicto loco quaſi omnia
quę ſunt regalis dignitatis:qa ad eos ſpectãt pœnæ,& mulctę
& omnia regalia q̃ ponuntur.x.coll. q̃ ſunt regalia.c.j. ergo
eſt idem in dicto territorio ꝙ in Marchia,uel ducatu,uel co-
mitatu,vt.x,col,de feu.marchię ducatus.c.j.ibi, vel aliqua re
gali dignitate &c.Sed in talibus nõ habent locum iura ciui-
lia cõmunia quibus debent filij ęqualiter ſuccedere,uel debẽt
habere legitimã &c.ut.x.col.de prohi.feu.alie.c.imperialẽ.
§.pterea.& extra de uoto & uoti redẽp.c.licet.& ibi not,hoc
4 expreſsè per glo.¶ † Quartò probatur ex eodem dicto certũ
eſt ꝙ iſtę dignitates nõ habẽtur licitè niſi à principe.ut.ff.ad
leg.iul.de ãbi.l.j.§.j.& in aut.ut iudi.ſine quo ſuf.§.j.& iſti q
habuerunt à tempore quo non extat memoria, uidentur ha-
bere ex cõceſsione pricipis,ut.l.hoc iure.§.duct⁹ aquę.ff.de
aqua quo.& æſti.ideo de iure in his dignitatibus non eſt ſuc-
c ceſsio:& mortuo patre nõ ſuccederet fili⁹[c] ei,ſi de nouo ei nõ
concederetur,licet obſeruetur cõtrariũ de cõſuetudine,ut.x.
colla.de alie.feu.c.j.ĩ fi.& de feu.mar.& duc.capitulo primò
in prin.Ex hoc cõcludo ꝙ eſt rationabilis uſus ꝙ in dictis di
gnitatib⁹ nõ eſt ſucceſsio.licet ex vſurpatione fiat cõtrariũ,
vt dicunt dicta ca.ſi igitur per pactũ,uel legem fiat ꝙ non ſit
ſucceſsio indiſtinctè non poteſt dici fieri cõtra bonos mores,
uel contra rationabilem conſuetudinẽ,ut probant dicta capi
tu.maximè ſi filiæ fœminæ nõ ſuccedãt in talibus iuriſditio-
nibus,cum ipſe de iure non ſint capaces,ut.ff.de iudi.l.cũ prę
tor.de reg.iu.l.fœminæ.C.de arbi.l.fi.¶ Si uerò diceremus ut
præſupponitur ꝙ prædicti nõ habẽt prędicta caſtra ab eccle
d ſia,[d] uel ab impio,ſed habuerũt anteq̃ eẽt Romanũ imperiũ,
& ſic forte eſſet ſtãdũ iuri naturali,uel gẽtiũ:& tũc pdicta pa
cta eſſent ualida.ſic uidem⁹ etiã inſeri in ueteri teſtõ, ubi diſ-
poſitiones factę inter fratres de modo ſuccedẽdi erãt ualidę
& cõſeruandę,& patet in Eſau,qui uẽdidit Iacob ius primo
genituræ,ꝙ fuit de naturali iure ſeruatũ licet de iure ciuili nõ
ualeret:qa eſſet pactũ de futura ſucceſſiõe,ut legitur in Gene
ſi.xxv.c.in fin.&.xxiiij.q.ij.c.qñ.§,itẽ op.Et aduertendũ eſt
ꝙ ſicut iurauit Eſau,ita iurauerũt iſti fratres. ſiue ergo de iu-
re ciuili loquimur,ſiue de iure naturali:talis conuentio in his
5 caſibus licita eſt.¶ † Sed ad roborationem prædictorum eſt
reſpondẽdum ad unũ ꝙ poſſet obijci.ſ.ꝙ per tale pactũ non
impeditur tranſlatio in aliũ.l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de uerbo.
obli.C.de cõdi.ob cau.l.ea lege.ſed uidet̃ ꝙ hoc nõ ſolũ habet
vim pacti,ſed uim legis:& lex eſt facta ab his, q poteſtatem
habuerunt legis condẽdæ & uoluerũt vim legis obtinere: &
per legẽ põt demũ impediri tranſlatio dominij,vt.C.de reb.
alie.nõ alie.l.fi.& ꝙ ibi no.& ꝙ no.ĩ.d.l,ea lege.¶ Præterea,
ſi poneret̃ ꝙ uim ſimplicis pacti haberet: tamen contrahen-
tes vſi ſint cautela quę ponitur à doctorib⁹ uolẽtibus ꝙ non
impediatur dicta tranſlatio.ſ.ꝙ unus cõſtituit ſe precario no
mine alteri⁹ poſſidere &c.Et ſecũdũ modũ quẽ ponit Cy.in
l.fi.C.de reb.alie.non ali.¶ Præterea poſito ꝙ eſſet cõtract⁹
ſimplex & dominij tranſlatio impeditur:tñ hæredes tenent̃
ad intereſſe,vt.l,ea lege.uerum enim cũ prædicta habeãt vim
6 legis ad prędicta diſcutienda:fruſtra decurritur.¶ † Reſtat vt
videamus utrum inſtrumẽtum diuiſionis obſtet prædictis.&
videt̃ ꝙ ſic:qa in dicta diuiſione unus cõceſsit partẽ ſuã alteri
ad habendũ & tenẽdũ & uendendum & alienãdum.Sed quo
modo eſt ꝙ ille cui⁹ nõ intereſt dat legitimam & præiudicat
ſibi,vt.C.de fideiuſ.l.quoties.ff.de leg.j.l.ſi mihi.§.omnib⁹.
de leg.ij.l.cum pater.§.libertus.de aqua plu.arcen.l.in conce
dendo.&.l.ſe.Secũdò ex eo ꝙ in dicto inſtrumẽto diuiſionis
continet̃,de faciendo finẽ & quitationẽ de omni eo & toto ꝙ
alter ab altero petere poſſet,& ſic iſtud ius q̃ſitũ vigore præ
dictorũ pactorũ videtur remiſſum ꝙ poteſt fieri.C.de pact.
l.j.Tertiò ex eo ꝙ in dicto inſtrumento continetur ꝙ alius al
terum non moleſtabit propter ꝙ ius,futurum videtur remiſ
ſum ſecũdũ opi.no.ĩ.l.q̃ Romæ.§.duo fratres.ff.de uerb.ob.
¶ Quartò ex eo ꝙ prædicti diuidentes tenentur inuicem de
euic.tam de iure q̃ etiam de facto:quia in diuiſiõe eſt expreſ
ſum.Si ergo vendicant quem de euictione tenet actio, eundẽ
agentem repellit exceptio, ¶ In contrarium ꝙ dicta diuiſio
non noceat nec pacta in ea appoſita,probatur per plures ra-
tiones per quas apparebit reſponſum ad argumẽta. Primò,
quia prædictam diuiſionem nõ fecerũt prædicti principales,
ſed quidã

sed quidam asserentes se eorum procuratores de quorum mã dato non constat quod habuerunt speciale mandatũ ad prædicta: vnde non valet. Sed posito quòd habuerunt speciale mandatum vel ratihabitio sit secuta, probant sic, Prima conuentio ꝙ fœminæ non succedant, sed masculi fuit lex, sed legi prohibenti, non potest intelligi derogatũ per sequẽtẽ dispositionem, nisi quãtum in secũda cõtinetur expressum, vt. l. præcipimus, in fi. C. de ap. sed in secũda diuisione hoc expresse nõ dicit ꝙ à ꝑdictis recedatur. ergo &c. ¶ Prætereà pactis priuatorum non potest derogari legi, vt. l. ius publicum. ff. de pac. de leg. j. l. nemo potest. Sed diuisio illa fuit facta à ꝑdictis tanquam à priuatis, nec voluerũt vim legis obtinere: & si voluissent non potuissent, quoniã in illa diuisione non fuit dominus Neapolio, qui fuerat tertius inter eos, & sic illi duo nõ potuerũt aliquid facere vel statuere illo non reqsito, vt. ff. de arbi. l. sicuti. de re. iur. l. duo ex tribus. per illam ergo diuisionem non potest intelligi derogatum illi legi præcedenti, quæ dicit ꝙ fœminæ non succedãt, sed succedãt masculi, ex qbus apparet ꝙ dicta verba apposita in diuisione ad vendendum & alienãdum &c. debent intelligi legitimè secũdũ ꝙ iura eorum propria proponũt. Prætereà ex dicta lege primò facta. s. ꝙ musculi succedant quãdo quęritur masculis filijs qui nascerentur, posteà in dicta domo ius succedẽdi ex persona eorũ, nõ ex persona parẽtum, quod est in omnibus iuribus succedẽdi. qui tenerẽtur ex potestate legis. Nam patre excluso morte vel repudiatione, venit filius q est sequẽs in gradu, si ad eum defertur in versi. iure proximitatis ex futuro edicto, vt. ff. de successo. edic. per totum. & de suis & legi. l. j. §. sciendum. & insti. de succes. cogna. §. placebat. & vt dixi hoc cõpetit filijs ex persona sua, etiam si velint esse hæredes patris, vt. C. vnde lib. l. qui se patris. & de in of. testa. l. si quis filiũ. ¶ Hoc ꝑmisso quãdo Forchabrancha renunciat omni iuri quod habebat vel quod habere poterat in dictis bonis, non præiudicat huic Colę qui est de descendẽtibus eius: quoniã iste Cola venit ad ista bona ex persona sua, non ex persona aui vel patris, † & cùm
7 ista bona iste Cola habiturus sit à iure naturali vel lege, etiam si non sit hæres patris: renunciatio vel factum patris ad istud non porrigitur, vt. ff. de interdi. & releg. l. eum qui ciuitatẽ. ex hoc apparet quòd. §. duo fratres. l. qui Romæ. de verbo. obl. & ibi materia nostra nõ fecit ad propositũ: quia ibi loquitur de iure fideicommiss. quod debeat diuidi in quo sunt opinio. in iure verò succedendi ab intestato quod venit ex legis dispositione per illam diuisionem, & per aliquod pactum in ea appositum non videtur renũciatum, vt no. ff. de transa. l. qui cum tutoribus. in solutione illa dum dicit, ꝙ non per fideicõmissum fuit hæres, sed directò. ¶ Et ideo huic successioni quę venit ex dispositione legis, non videtur renunciatũ. ¶ Prætereà quãdocunque res emergit ab aliquo ex facto emergẽti post contractum, contrahens non tenetur, vt. ff. de euict. l. lucius. & dè pericu. & commo. rei vend. l. j. & hæc est vna regula. Item quandocunque res euincitur ex facto emptoris, actor eius non tenetur, vt. ff. de euic. l. fundum. de dot. præleg. l. licet placeat. ad legem falci. l. si auiæ. sed in proposito iste Cola euincit ex casu superuenienti: quia ille decessit sine filijs masculis. Itẽ ex facto prioris: quia ipsa mulier est, vnde ꝓpter qualitatem personæ suæ. Item ex facto dicti Francisci qui dictę mulieri reliquit cùm non deberet. simile nota. per Iacob. de are. in. d. §. duo fratres. & sic concluditur ꝙ dictus Cola, de euictione non tenetur, & dicta bona pòsset petere secundũ formam dicti primi instrumenti, non obstante instrumento diuisionis, & his quæ in eo continentur. Bar.

¶ An procurator cõstitutus in absentia, si tamẽ est certificat⁹ de mãdato, possit exercere officium, etiam si non habeat instrumẽtum mãdati. Item per quæ signa apparet de certificatione. Item an per acceptationem ꝑbendæ secundo vocantis ꝑiudicetur primæ acceptationi alterius ꝑbendæ si fiat cũ ꝓtestatione. Item an dñs potest probare tertiũ aliquem fuisse suum procuratorem ex confessione ipsius procuratoris.

SVMMARIVM.

1 *Procurator si non est certificatus per nuncium uel per literas se fuisse procuratorem, nihil agit in causa.*
2 *Si est certificatum procuratori, q eum uolebat quis facere procuratorem, an sufficiat?*
3 *Acceptando præbendam an per acceptationem alterius ex post facto cum protestatione si sibi uidetur, præiudicet quò ad primam.*
4 *An per confeßionem domini q aliquem constituit procuratorem, probat contra tertium.*

¶ CONSILIVM. LXXIII.

Quæritur vtrum procurator cõstitutus in absentia, & certificat⁹ de ꝓcuratione possit officium procuratoris exercere ante scripturæ seu instrumẽti procurationis susceptionem? ¶ Secũdò quæritur an acceptando aliquã prębendam per acceptationem alterius ex post facto in eadẽ ecclesia, cum protestatione si sibi debetur de iure facta & subsecuta collatione à possessionis apprehensione præiudicetur quo ad primam ꝑbendam acceptam in primo casu, quo secũda præbenda de iure sibi non debeatur. ¶ Tertiò quæritur an dominus possit probare cõtra tertium, quem fuisse suum a procuratorem, si aliter non constat nisi ex confessione eius quem dicit procuratorem fuisse per literam sibi missam, vt à procuratore. ¶ Et ad primum videtur ꝙ talis possit officiũ procuratoris exercere, per ea quæ not. Io. an. in. c. j. de procu. in cle. super ver. receptis. & eod. ti. c. non potest. & idem tenet Compo. in. c. j. de ele. in. vj. & Spe. in titu. de procu. quorum sñía esse videtur, ꝙ procurator cõstitutus in absentia nõ potest officium procurationis exercere, nisi procuratorium per
1 procuratorem sit receptum, & officiũ sit susceptum. † ¶ Super primo puncto & ad eius declarationem sciendum est, quod contractus mandati qui celebratur inter dominum & procuratorem, solo consensu contrahitur, vt. ff. eo. l. j. in prin.
2 & ideo potest contrahi inter absentes. † In hoc tamen aduertendum est, quod licet inter absentes dicatur contrahi, requi-
a ritur tamẽ procuratorẽ certificari[a] per nuncium, vel epistolã, nec sufficeret, si per quẽdam extraneum certificaretur, vt. ff. de act. & obl. l. cõsensu. & ibi no. per glos. Nũc ad propositũ, si procurator constitutus in absentia certificetur, non tamen per literas domini, vel per nuncium: licet consentiat, non est perfectum mandatum: & per consequens non habet officiũ procurationis nec exercitium. Item no. Compo. Spec. & Ioã. an. & Archi. in. s. alle. locis. sed si certificetur per dominũ ore videlicet vel literis, vel per nuncium: tunc esset mandatum ꝑfectum, & haberet exercitium procurationis si acceptaret. & hoc est quod dicunt doc. prædicti ꝙ requiritur ꝙ ꝑuenerit ad eum mandatum, hoc est aliquod organum medium, quo mediante dictus contractus mandati perficiatur. & hic est sanus & verus intellectus prædictorum. ¶ Sed in proposita quæst. dictus procurator, si bene aduertantur verba in thema te proposita, fuit in presentia constitutus. dixit enim domino ꝙ contemplatione sui vellet esse procurator. quæ verba sunt sufficientia ad inducendum mandatum, vt. ff. man. l. j. ibi, sine dolo &c. & ff. de legat. iij. l. pamphi. §. ꝓpositũ. & procurator constitutus dixit quòd volebat esse procurator suus, quod verbũ similiter est aptum ad susceptionẽ mãdati, vt. d. ll. vnde mandatũ fuit in ꝑñtia, si de hoc ꝙ proponitur cõstaret. & sic valent gesta per eum, tanquam per procuratorem. b ¶ Sed posito quod de prædictis non constaret vidẽdum est an constitutio procuratoris posteà facta per publicũ instrumentum, ita sufficiat ꝙ procurator possit administrare vigore notificationis sibi primò factæ per verba. s. ꝙ volebat eum facere procuratorem. Ad quod dicẽdum est quòd si quidẽ ei notificasset primò quod eum facturus erat procuratorẽ certo & limitato die, posteà eũ fecisset ꝙ sufficit. tex. est in. l. fi. §. si autẽ duos. de ver. ob. Sed cum in proposito ponatur indeterminatè dixerat ꝙ eum volebat facere procuratorẽ, posito ꝙ dicta verba intelligãtur de futura cõstitutione, dictus ꝓcurator nõ est certus de tẽpore, & ꝑ cõsequẽs potest dici dubi⁹ de mãdato, & ideo nõ potest administrare cũ sit dubius propter incertitudinẽ tẽporis. ꝓbatur. in. l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. ꝙ incertitudo impediat administrationem, ꝓbat in. l. sed & si de sua. ff. de acq. her. & qa ignorãs & dubitãs æqparantur, vt. l. fi. ff. de cõd. in de. & l. fi. §. sin autem nesci⁹. C. de furt. Sed ignorãs mãdatum, licet gerat vt procurator nihil agitur licet in quibusdã consilijs reperiatur Dy. aliter tenuisse & sensisse. facit ad prædicta quod no. Inn. extra de offi. de le.
3 c. cum super. ¶ † Super secũdo[b] videretur dicẽdum, ꝙ cùm su-
b pradicta acceptatio ꝑbendę non debitè sit facta per ꝓcur. nisi ad hoc haberet spãle mãdatũ nõ videat cõstitutus ad ꝑbendam indebitè acceptãdã, vt dicũt iura vulgaria. Prætereà acceptauit sub cõditione. s. si sibi de iure debetur. quæ cõditio cùm deficiat de ꝑsenti acceptatio est nulla, vt. l. si cũ ad ꝑsens. ff. si cer. pe. & l. cum in secũdo. ff. de iniust. test. & l. certa. ff. de hæred. instituen. & sic perinde esset ac si non acceptasset.
4 ¶ † Super tertio videtur, ꝙ ea quæ proponuntur non inducãt sufficiẽtẽ ꝓbationẽ cõtra tertiũ, verũtñ si ille q dicit se ꝓ-

a ¶ Procuratorem certificari. Idẽ tedent do. de Ro. in deci. cxlv. ĩ nouis. ĩci. si ꝓcurator. & ibi vide. Adde q̃ all. Bar. ĩ isto cõsi. & ibi vide Pau. de ca. ĩ. l. q abñti. circa fi. ff. de do. vbi facit mentionẽ de isto consi. Bart. & examĩat dcm Bar. & cõcludit cũ Bar. & vide Alex. ĩ. l. q alienã. ĩ. fi. prĩ. ff. de acq. hr̃. & consil. cxlvj. in. v. vo. ĩ cã & lite vertẽte. ĩ vl. col. vbi allegãdo Bar. hoc cõclũdit ꝙ satis ẽ ꝙ ꝓcurator ꝑ lrãs vel nũciũ dñi, sit certioratus de mãdato, licet instrumẽtũ mãdanti, ad illũ nõ ꝑueniat. & ibi limitat dictum Bar. hoc ꝓcedere qñ ꝓcurator habet contradictorẽ q petit sibi doceri de mandato. all. Bal. ĩ l. j. circa prĩ. ff. de ꝓcura. Tho.

b ¶ Super secũdo. No. ꝙ dicit Bart. hic ꝙ acceptatio ꝓcuratoris q̃ nõ valet, non nocet dño. Adde domi. de sctõ Gem. in. c. eũ q. in fi. de ꝑbẽ. ĩ vj. & Lap. in alle. cxxvij. Anastasi⁹ ĩ. iij. col. & sĩr acceptatio bñficij q̃ nõ habuit effectũ, nõ præiudicat, vt no. Ange. ĩ. l. nihil §. si fili⁹. ff. de ĩof. tes. Ro. in consil. cccc xxix. pñs cõsultatio. cum cõcor. de qb⁹ ꝑ Phi. deci. in. c. in lrĩs. in pe. co. de offi. de leg. vbi etiam alleg. Bartol. in isto consil. Thom.

curatorem constitutum probaret tunc se habuisse notitiam
gratiæ factę sic: fortè ex hoc præsumeretur ꝓcurator. ꝑ no.
in. c. coram dilecto. extra de offi. deleg. Bar.

¶ Quod emptor cui primo possessio fuerit tradita ꝑfertur,
nec vr̃ tradita possessio qñ emptor habet eligere locũ incer-
tũ de certis. Idẽ si vendit ad mensurã suã, ante mensuram.

SVMMARIVM.

1 *Possessio licet fuerit tradita tamen si emptio est incerta non transfer-
tur dominium.*
2 *Si possessio est uendita ad mensurã ante mẽsurã: nõ est perfecta uẽditio.*

¶ CONSILIVM. LXXIIII.

IN nomine domi. amen.
Petr⁹ vẽdidit Bertæ suæ sorori & vxori Bartoli
tria staria cuiusdam clausurę, iuxta domũ dicti
Petri positã & c. à quocũq; latere voluerit certo
pretio ad habẽdum tenẽdũ & c. De quo pretio fecit finẽ, re-
futationẽ & c. Et cõstituit se dict⁹ vẽditor noĩe dicti ẽptoris,
possidere donec de ipsis possessionẽ acceperit corporalem,
quã accipiendi licẽtiã concessit & c. Post ꝑdicta dictus Bar.
maritus dictæ Bertæ tanq̃ maritus & coniuncta ꝑsona dictę
Bertæ vendidit dicto Petro fructum, & vsumfructum dicto
rũ triũ stariorũ terræ, à tpe celebrati cõtractus p. xxv. annos
ꝓ certo ꝑtio & dicto emptori fecit finẽ, & q̃etationẽ. ꝙ clau
suram & tria staria terræ, dictus Petrus habuit & possedit p
spatium. xxv. an. & plus pacificè, & quietè. Insuper dictus Pe
trus decessit remanente filio & hærede gentili, qui gentilis
vendidit dictam clausuram Poncio pro certo pretio, ꝓ quo
fecit quietationẽ & c. Et dictus Poncius habuit tenutam &
possessionem dictæ clausuræ pro tẽpore dictæ venditionis:
& tenuit pacificè & quietè nunc tenet & possidet. modo hæ
res dictæ Bertæ, & dicti Bartoli dicunt dictam clausurã præ
dictorum trium stariorum terræ ad se pertinere pleno iure.
Quæritur modo quis istorũ habet iura potiora in dictis tri-
bus starijs terræ: cum ex aduerso pro parte dicti Poncij nege
tur. & dicit ad se pertinere: & an ii dicti hæredes agant cõtra
Poncium rei vendica, ad dicta tria staria terre, de iure debeãt
1 obtinere? ¶ † Super hoc dicendũ videtur ꝙ vltimus priori
est potior: quia sicut de duobus emptoribus ille potior erit,
a cui primò possessio tradita[a] est, vt. C. de rei vendica. l. quo-
ties. & l. siue autem. § si duobus. ff. de publi. sed vltimus qui
emit ab hęrede primi vẽditoris, est ille cui primò possessio tra
dita est: ergo & c. nec põt dici ꝙ dictæ Bertæ fuerit possessio
tradita verè vel fictè. nam dicta tria staria dictæ Bertæ ven-
dita non fuerunt certa: sed posita fuèrunt in electione ipsius
b Bertæ: nec electio facta apparet: & locus incertus[b] nõ põt pos
sideri. vt. l. iij. §. sed incertã & l. loc⁹. ff. de acquirẽ. possessio. er
go ex quo constituit se ipsius noĩe possidere vel ex eo quod
emit dictus vẽditor fructus: non potest dici quod ei sit quæ-
2 sita possessio rei quæ possideri non potest. ¶ † Præterea di-
cta vẽditio primo fuit facta ad mensurã, & sic antequã mẽsu-
retur non est perfecta venditio, vt. l. quod sæpè. §. in his. de
contrahen. emp. & licet ibi loquatur in rebus mobilibus: ta-
men idem est in fundo vendito ad mensuram, vt. l. si in vendi-
tione. §. vbi verò. de pericu. & commo. rei vendi. & de actio.
empt. l. Iulia. §. titius. ¶ Cum ergo non fuerit perfecta vendi-
tio: cum non fuerit mensurata, & sic non extiterit conditio
apposita, apparet quòd non fuerit translatum dominium in
primum emptorem: sed in secundum emptorem sic: vnde se-
cundus emptor erit potior. Bartolus.

a ¶ Possessio tradita. No. duas limitationes ad rłam l. q̃ties. C. de rei vẽ. prima, qñ vẽditio ẽ fcã ad electionẽ, & añ electionẽ ĩcerta vẽditio. serua, qñ vẽditio ẽ ad mẽsurã, & añ mẽsurã ẽ ĩcerta. alˢ litationes ad illã legẽ, vide p Ias. ibi, cui adde Barto. in isto consil. Tho.

b ¶ Locus incertus. Adde Bar. ĩ. l. ij. §. incertã. ff. de acq. pos. vbi facit mentionẽ de isto cõsi. & ibi. d. Alexã. de imo. in. penu. col. Thom. diplo.

c Viso ĩstrõ lcĩatio-nis. Ita all. Ale. de imo. Bar. ĩ hoc cõsi. ĩ cõsil. xj. in. vij. vo. ĩci. alˢ cõsului. Alˢ ĩci. viso ĩstrõ locatiõis. & ita all. idẽ Alexã. ĩ cõs. cl xxij. ĩ eo. vol. visis duob⁹ testĩs. ĩ vlt. col. & ĩ dispu. sua q̃ ĩc. sigismũd⁹. in xxxv. co. posita ĩ l. ĩperiũ. ff. de iu. om. iu. & Ias. ĩ. l. j. ĩ col. ciij. C. de iu. emphy. vbi nõ affirmat, ꝙ sit cõsilium Bart. Tho.

d ¶ Ex lĩmo matrimoĩo. no. decisionẽ Bar. hic, ꝙ ĩstitut⁹ cũ filio lĩmato, non excludit substitutũ qñ dicit ex lĩmo mr̃imonio. vide p Io. an. ĩ addi. Spe. ĩ ti. de suc. ab inte. §. fi. cũ cõcor. de qb⁹ ꝑ Ias. ĩ. l. ij. ĩ. ciij. col. C. de iu. ẽphy. & ĩ l. gñalr. §. cũ aũt. C. de ĩsti. & substi. in. viij. col. & Bar. soci. ĩ. l. cũ auus. in xxviij. co. ff. de cõdi. & de. & Pe. cor. ĩ cõsi. cxcvij. ĩ. iij. vol. & Ale. ĩ. d. §. cũ ãt. & ibi apostillã & ĩ. l. ĩ ꝓuĩcia. §. diu⁹. ff. de ri. nu. & ĩ cõ. xxxviij. ĩ. j. vol. & ĩ cõs. clxxij. ĩ. vij. vo. ĩci. visis duob⁹ testamẽtis. in vlti. volum. Thom. diploua.

e ¶ Quĩtò. vide Ale. d. l. q in ꝓuĩcia §. diu⁹. ff. de ri. nup. & in cõs. xj. ĩci. alˢ cõsului ĩ. iij. col. in vij. vol. vbi ponit plures cõcor. vbi ẽt all. Bar. ĩ hoc cõsil. Tho. diplo.

¶ Si vnus habet certas possessiones conductas, vel alias hac
conditione quod possit eas relinquere si non fuerit sibi filij:
tunc ista conditio intelligitur si non fuerint filij tẽpore mor-
tis. Item an Imperator possit legitimare in terris ecclesiæ, vel
¶ Si statuto cauetur ꝙ maritus debet lucrari tertiã partẽ dotis quã percepit so. ma. per obitũ vxoris, nõ relictis filijs ex matrimonio: tunc maritus debet etiam lucrari tertiam, de dote non soluta, & etiam promissa per patrem qui fuit in mora soluendi.

SVMMARIVM.

1 *Statum q̃ uir lucretur partem dotis, habet locum etiam in dote promissa.*

2 *Qui habet actionẽ ad petendum, non dicitur uerè percepisse, sed uerè & fictè.*

3 *Dotes nomina debitorum possunt esse: quia possunt dari in dotem.*

¶ CONSILIVM. CXXXIII.

c Statuto c ciuitatis Eugubii cauet̃ sic, ꝙ si mulier nupta decesserit sine filijs relictis ex ea, & uiro suo uel etiã nõ relictis liberis masculis, vel fœminis, suo tñ viro viuente ꝙ dictus ei⁹ uir, liberè habeat & lucretur sibi tertiã partẽ dotis, quã recepit in rebus mobilibus, & immobi. æstimatis, uel inæstimatis &c. Cõtingit ꝙ Rigoti⁹ & fratres eius, fuerũt cõfessi se habuisse. a M. iub. pro dotib⁹ dñę Paulellæ, uxoris dicti Rigotij, quã dotẽ promisit restituere uxori, uel eius hæredib⁹ &c. ut cõstat manu talis &c. demũ eadẽ die & anno prædictis Bald. pater dictæ Paulellæ promisit dare dicto Rigotio, & fratrib⁹ de dicta summa. ccc. li. ac expeditũ residuum dare. ix. die mensis Iunij contracto ma. solutæ fuerunt Rigotio & fratribus dictæ. ccc. li. matrimoniũ tãto tpe durauit, ꝙ elapsum est tp̃s dictę solutiõis. s. ix. die Iunij. demum matrimo. solutũ est morte Paulellę sine filijs. Querit̃ an maritus habeat tertiã partẽ dotis sibi solutę tm̃, an tertiã integrę dotis. uerbis

1 statuti diligenter inspectis. ¶ † Dubiũ huius quæstionis, pẽdet ex hoc ꝙ statutũ dicit ꝙ uir lucret̃ b de eo ꝙ percepit. sed nõ percepit, licet fuerit promissum: ergo non debet lucrari: q̃ uerba statuti, debẽt strictè intelligi, & ad aliũ casum nõ expressum nõ porrigi, ut.l. si uerò. §. de uiro. so. ma. ff. de le.j.l. in his. & .l. ꝙ uerò. & .l. quicq̃d. de verb. obli.

2 ¶ † Præterea, q̃ habet actionẽ ad petẽdũ, nõ dicit̃ percepisse uerè rẽ ꝓpriè, sed fictè, & interpretatiuè, ut.l. q̃ actio. de reg. iu. & ibi no. & .l. munus. e. ti. ¶ Præterea ꝙ de dote ꝓmissa nõ lucret̃, uidet̃ casus in corpe in aut̃. de nõ elig. secũdò nub. §. pe. In cõtrariũ est illa ueritas, ꝙ uir lucrari debet tertiã partẽ dotis promissæ, & sic probat̃. ¶ Certũ est, ꝙ p cursum diei appositæ fuerit ĩ mora soluẽ di. dicit Bal. & sic p eũ stetit quominus solueret̃. c perinde debet ergo haberi, ac si dicta dos esset p̃cepta, & conditio statuti impleta, ut.l. labeo scribit si mihi bibliotecã. de contrahen. emp. & .l. in execu. §. fi. ff. de uerb. obl. & de condi. & de.l. iure ciuili. & per Dy. in. c. imputari. & in. c. cũ nõ stat per eum. de regu. iur. lib. vj. ¶ Præterea pro hoc casus est expressus in terminis nostris in aut̃. ut exac. instã. do. §. fin. & not. in aut̃. de non eligen. secũdò nub. §. pe. in gl. mag. nã ille per quem stat quominus dotis solutio fiat, q̃tũ ad ista lucra, habetur solutio pro perfecta: etiã ubi uerè solutio requirit̃, al's sequeret̃ ꝙ eẽt melioris conditionis debitor morosus, q̃ qui fuisset diligens & soluẽdo. cõtra.l. non solũ. de noxa. & .l. seruus. ꝙ ui aut

3 clã. ¶ † Præterea hoc ꝓbat̃ per aliam rationem. certum est ꝙ nomina debitorum possunt dari in dotem, & dotem esse, vt.l. qui se debere. de cõdi. ob causam. & .l. si donatari⁹. & de iure do. & si debitor. solu. ma.l. si prior. de regu. iur.l. nesennius. istud ergo non potest negari, quin hoc nomẽ debitoris. s. obligatio isti⁹ patris sit ĩ dote. & ex hac dote istam obligationem uere percepit, vt.l. ij. §. peruenisse. de hære. uel act. ven.l. si prior. de pet. hære. §. bonefidei. ergo istius iu. seu ob. iste uir debet lucrari tertiam. Et ex his patet responsum ad omnia contraria. ¶ Præterea cõfitendo sibi solutionem, sustulit obligationem. & nouauit eam in secundam: & sic sibi solutũ uidetur, ut.l. dotem. de iure do. & .l. uir ab eo. & facit. ff. solu. mat.l. penul. §. si uir. vbi hoc tenet Iaco. de are. concludit̃ ergo ipsum debere lucrari illam tertiã totius. Bar.

¶ Si statuto ciuitatis cauetur, ꝙ scholaris pro introitu matriculæ soluat uiginti solidos, & vnus soluit, & fuit absens per quinquẽnium, & redijt, d iste debet priuari, sed iterum soluere nõ tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Scholaris si per quinquennium stetit absens à studio, desijt esse de matricula.*

2 *Matriculam non tenetur soluere qui semel soluit, & matriculã intrauit, desijt esse scholaris & postea si reuertat̃.*

¶ CONSILIVM. CXXXIIII.

d Vniuersitatis d nostræ statuto cauet̃ quòd quilibet scholaris pro introitu matriculæ. xx. solidos soluere teneatur. contigit ꝙ quidã scholaris semel soluit,

F

a ¶ Contẽplatione filij. Quod au⁹ dotãdo neptẽ dotet cõtẽplatiõe filij, ad dite ꝙ idem tenet Pau. de ca. cõ. ccc. xxxvij. in. v. colũ. & Ang. cõs. lxxv. inci. salubriter & optimè. & ĩ allega. ibi ante p̃dictum cõsilium cuiusdã d. Ioan. de ricis. B.L.

b ¶ In Dei noĩe amẽ. uide de isto cõ. Bar. ĩ materia Bal. in cõsi. cxix. ĩ. v. li. inci. punctus talis est. & .d. Signo. de homode. ĩ cõs. lix. inci. ĩ qõne qua q̃rit̃. & ĩ cõs. ccl. q̃ dã fecit testm̃ & uide de isto cõs. Bar. d. Frã. de are. in.l. fi. §. si ã socero. solu. mat. Tho.

c ¶ Statuto. aliàs ĩ ci. statuto cauet̃ ꝙ si mulier. & ita al leg. Alex. ĩ.l. si do natur⁹. §. si q̃s. ĩ pe. col. ff. de condi. ob cãm aliàs ĩ ci. statu. cõis Sauiani. secũdũ Ias. ĩ. d.l. si donatur⁹. ĩ. §. fi. ĩ pe. col. ubi vr̃ uelle ꝙ sũt duo cõsilia, & ita ꝓ duob⁹ cõsilijs habeo, & est ĩ sertũ. j. ĩ. ij. vo. cõs. cxij. ici. statu. cõis sauiani. & ibi scripsi. & de isto cõsi. Bar. vide Ale. ĩ.l. iubem⁹. §. sane. in addi. Bar. in addi. magna. & ibi scripsi ĩ apost. mea. & in.l. pe. §. si vir. & ibi ĩ apostil. mea. ff. sol. mat. & vide Alexã. in.l. nõ tm̃. vbi dixi ĩ pri. ĩpe. col. ii. de re iu. & ĩ l. si donatur⁹. §. si q̃s. in pe. col. & ibi vide Ias. ĩ. §. fi. ĩpe. col. vbi plenè ponũt de isto consil. Bar. Tho. Dip.

d ¶ Vniuersitatis. vide de isto. cõsil. Bar. ꝑ Bal. ĩ.l. filio & ibi Paul. de ca. de lib. & apost. & Alex. in.l. aut facta. §. ad tp̃s ĩ addi. Bar. in vlt. apost. ĩ fi. ff. de pe. & ĩ.l. filio. ĩ. ij. co. & ĩ.l. naturaliter. §. apiũ. ff de acq. re. do. & in l. ex eo tpe. ĩ fi. ff. de tes. mil. ĩ addi. bar. & ĩ.l. sci niarios ĩ vl. co. C. de tes. mi. vbi faciũt mẽtionẽ de hoc consi. T.

& matriculã intrauit. deinde fuit absens à studio
per plures annos. nunc de nouo reuersus est, ad
studiũ. Quærit̃ an pro introitu matriculæ iterũ sol
uere teneat̃? ¶ Hæc quæstio habet duo puncta.
Primus, an per absentiã desijt esse de matricula?
Secundus est, si desijt, an iterũ teneatur soluere?
1 ¶ † Sup primo uidet̃ ꝙ sic, ex eo ꝙ deposuit con
a suetudinẽ reuertendi[a] ad studiũ. arg. ff. de acqr. re.
do. l. naturalẽ. §. pauonum. & §. seq. & insti. e. §. in
his, & §. pauonum. finaliter tamen dico, ꝙ si per
quinquennium stetit à studio priuatus est matri-
cula: si minori tempore, retinet matriculã, vt. C.
de pmice. l. fi. circa mediũ. lib. xij. & de dome. l. iij.
2 eo. lib. vbi est expressum. ¶ † Super secũdo[b] pun-
b cto posito ꝙ esset priuatus, matricula, soluere nõ
debet iterum qui semel soluit. casus est. C. de con
su. l. pe. circa finem lib. xij. facit arg. ff. pro socio.
l. si socium pro filia. cum simi. Bar.

¶ Si statuto cauetur ꝙ occupans plateam corio
alicuius animalis, soluat tantum: tũc an tenens in
manibus, debeat soluere?

SVMMARIVM.

1 *Gabellam tenetur soluere tenens corium in manibus, stante statuto de soluente gabellam.*

¶ CONSILIVM. CXXXV.

STatuto castri Plebis ca
uetur, ꝙ quicunq; occupauerit[c]
plateam cum aliquo corio bestię
grossæ, uel minute, soluat tot de-
narios gabellę. Nũc sunt quidã, q
tenent coria ad vendendũ in dicta platea in mani
bus. Queritur an teneant̃ soluere gabellam? ¶ Ad
1 ꝙ † sic dico ꝙ quãdoq; quis tenet in dicta platea
coriũ occasione sui vsus, ut pro fulcimẽto guama
tiæ, uel alio sui corporis coopimento, tũc soluere
non tenet̃, ut. ff. de uerb. sig. l. in lege censori. & de
vec. l. uniuersi. quidã tenẽt causa uendendi uel ob
aliã causam ad nullũ suum usum: & tunc nõ licet
sine solutiõe gabellæ. licet enim ipse teneat in ma
d nibus:[d] tamen non licet tenere in illo loco & occu
pare dicitur plateam. ar. de ser. ru. prę. l. qui sella.
§. quidã. nec ob. si bene inspiciatur, & ibi teneo,
ibi in lecturis &c. Bar.

¶ An ualeat consuetudo uel præscriptio, ꝙ cer-
tum castrum possit eligere Potestatem vndecũq;
uellet. Item an gubernator alicuius prouinciæ
potest statuere ꝙ nulla ciuitas eligat sibi Potesta
tem sub certa pœna. Item quæ sit differẽtia inter
consuetudinẽ, & præscriptionem.

SVMMARIVM.

1 *Constitutiones facere potest legatus sedis apostolicæ.*
2 *Constitutio ꝙ nullus eligatur in Potestatem sine licentia legati uel Capitanei, an ualeat?*
3 *Constitutio generalis, non tollit consuetudinem specialem,*

¶ CONSILIVM. CXXXVI.

e CApitaneus[e] patri
monij, fecit unã suã cõstitutionẽ ꝙ
nulla ciuitas, castrũ, uel uilla, elige-
ret in Potestatẽ aliquẽ ciuitatẽsem
sub certa pœna. deinde cõmune & homines castri
Piscinij q erant pos. sibi eligẽdi Potestatẽ quę uel
lent. à tẽpore cuius nõ extitit memoria, elegit in
Potestatẽ cõmune perusij, propter ꝙ capitaneus
cõdẽnauit eos in dicta pœna. Quærit̃ an dicta cõ
stitutio ualeat? & posito pro constanti (prout est
de consuetudine obseruatũ) ꝙ capitaneus patri-
monij, & certi pręsides prouinciarum qui ab ec
clesia in Italiam destinant̃ possent facere constitu
f tionẽ[f]: sicut posset quilibet episcopus, & aposto
licæ sedis legatus, ut extra de maio. & obe. c. ij. de
consti. c. animarum. lib. vj. de offi. leg. c. fi. & sicut
alij maiores iudices, ut. ff. de legi. l. nõ ambigit̃. &
1 C. de offic. pręfe. l. formã. ¶ † Hic solũ uidet̃ quæ
rere utrũ dicta cõstitutio ualeat, per iura p̃dicta.
Item pro hoc extra de loca. c. j. ubi licet quis ha-
beat liberã potestatem locandi & cõducendi: tñ
potest limitari per constitutionẽ legati: & pœna
imponitur. ad idẽ facit ꝙ no. de maio. & obe. c. ij.
Pręterea cuilibet magistratui licitũ est, defendere
iurisdictionem suam pœnali iudicio. ff. si quis ius
2 di. non ob. l. j. † Sed per hãc constitutionẽ defen-
ditur iurisdictio Capitanei & Romanæ ecclesiæ:
ergo &c. nam si ciuitatis Perusij quæ est tãtę po-
tentiæ, recepit potestariã unius castri. Capitane⁹
non potest ibi liberè suam iurisdictionẽ exercere
sicut decet. ar. ad hoc de resti. spo. c. Pisanis. circa
fin. Pręterea, hoc uideo in domino qui põt pro-
hibere emphyteutã alienare in potentiorem per
sonam, per quam ipsius ius deterioretur, & ex ea
nõ possit ita libere uti, ut extra de loca. c. potuit.
& ibi not. facit ꝙ no. de uerb. obli. l. si ita quis. §.
3 ea lege. & x. col. de alie. feu. c. j. ¶ † Et sic conclu-
ditur ꝙ illa constitutio generalis, non tollit con-
suetudinem specialem, quam habebat dictum ca
strum, vt extra de consti. c. licet. lib. vj. qa dicta cõ
suetudo non est propriè cõsuetudo, sed magis p̃-
scriptio. Nam consuetudo est cùm ex tacito con-
sensu populi, & cursu temporis inducit̃ aliquod
e ius, ꝙ populus expresse cõsentiẽdo facere potuis
set & ita loquitur. l. de quib⁹. ff. de legi. & C. q̃ sit
lon. consue. l. j. Sed quando ego præscribo cõtra
alium, ꝙ si uellem statuendo non possem induce
re, vt ꝙ habeam ius eligendi potestatem: tunc est
præscriptio. & ita loquitur totus titulus de p̃scri.
Modò in proposito consuetudo quam dictũ ca-
strum allegat, ut posset Potestatem eligere magis
est quædam pręscriptio cuiusdam iuris. Sed po-
sitò ꝙ istud ius uerè competeret posset limitari.
vt. s. pbatum est: ergo &c. Et prædicta est vera
differentia, inter consetudinem & pręscriptionẽ,
f licet quidam ponant aliam extra de consue. c. fi.
& C. quæ sit lon. consue. l. ij. &c.

¶ Si statuto cauetur ꝙ non implens uoluntatem
testantis, intra annum incurrat pœnas legales ꝙ
non requiratur monitio, an hæres non soluens le
gata incurrat pœnas. aut̃. hoc amplius. C. de fidei
com. Item stãte dicto statuto, si testator dedit cer
tos executores pro legatis particularibus. an hæ
redes excusent̃ propter illos executores sibi cõ-
iunctos à pœnis legalibus. Item an agens ad pœ-
nam dicti statuti uel præfatæ authẽticę excludat̃:
quia non pręstitit cautionem de supplenda uolũ
tate defuncti. Item quomodo probatur legatum
non esse solutum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ut hæreditate priuetur, requiritur iussus iudicis, & cursus unius anni.*
2 *Hæres non implens uoluntatem defuncti, excusatur à pœna propter alios executores deputatos in testamento.*
3 *Hæres qui non dat cautionem de implendo uoluntatem testatoris, an priuetur hæreditate?*
4 *Legatum factum si non ostenditur esse solutum, an sufficiat contra hæredem?*
5 *Negatiua debet probari per illum qui asserit, & maximè quando arguitur alicuius delictum.*

¶ CONSILIVM. CXXXVII.

g STatuto[g] commu
nis Gualdi cauet̃, ꝙ q nõ ĩpleuerit
uolũtatẽ defuncti intra annũ incur
rat pœnas legales, & cursus anni
habeat̃ pro legitima monitiõe, nec
alia monitio expectet̃. cõtingit ꝙ quidam in testõ
fecit plura legata, ad quæ legata exequẽda dedit
quosdã executores patruos dictorum legatario
rum, quæ legata non fuerunt soluta intra an-
num. Nunc dicti legatarij maioris emolumen-
ti petunt hęreditatem ex uigore aut̃. hoc ampli⁹.
C. de fideicom. & in corpore vnde sumit̃ coniun-
cto

a ¶ Reuertẽdi. adde Bar. in. l. ex eo. ff. de test. mil. & ꝙ no. idẽ Barto. in. l. naturaliter scriptũ ff. de re. diui. & sequit̃ Ang. de are. in. §. pauonũ. ĩsti. de re. di. & in. l. aut facta. §. ad tẽpus. ff. de pen. Bald. in aut̃. habita. C. ne filius pro patre Io. de pla. in. l. fi. C. de primice. lib. xj. & in. l. si qs. C. de dome. li. xij. Do. in. l. scriniarios. C. de re. mi. & ibi Alex. in vlt. co. Et adde ꝙ hoc tp̃s qnquẽnij dat̃ scholari ꝙ possit doctorari si studuerit p qnquẽniũ. ar. in. §. sed qa ver. qbus in pe. ff. de quo plenè per Car. flo. ĩ cle. ij. de magi. & ibi Io. de imo. & in pe. sexti. adde bo. gl. i. §. fi. ĩ pe. ffo. & Bar. in. l. petitiones. ff. de aduo. diuer. iu. dixi plenè in tractatu meo de p̃stãtia doct. in. iij. libr. in prĩ. & uide bal. in. l. fi. ĩ addi. Bart. C. de colle. illici. vbi alleg. hoc cõsi. Bar. hic dicit ꝙ p hoc facit tex. in. l. iij. C. de dome. lib. xij. & uide. c. ex literis. de cõsti. & faciũt p̃dicta ad qõnẽ quã uidi de facto, de eo q p qnq; annos non faciẽs artẽ. priuat⁹ ẽ matricula. Itẽ de eo q reqsitus à supiore collegij, si p qnq; annos fuerit cõtumax, desijt esse de collegio. Tho.

b ¶ Sup secũdo adde ꝙ notat Bar. in d. l. pe. C. de cõsulib⁹. li. xij. & p. Ioã. de platea. & in. l. interdũ. §. quoties ff. de pub. Tho.

c ¶ Quicũq; occupauerit. adde ꝙ istud statutũ concor. cũ dispõne iuris cõis. vt ĩ. l. fi. ff. de uia pub. Tho.

d ¶ In manibus. adde ꝙ de isto cõsil. facit mẽtionẽ Bar. ĩ. l. q sella. ff. de ser. ru. p̃dio. licet ibi dicat ꝙ ille hẽbat coria ĩ bãcho: licet dicat ꝙ hẽbat ĩ manib⁹. & seqt̃ Ange. de pu. ibi, licet de cõsi. Bar. nõ faciat mẽtionẽ, & dicit etiã ꝙ q põt uẽdere carnes uel coria in platea, põt tenere sup bancho. & nota ista cõtra cõsiliũ ꝙ accepit, ille notabilis Gõnella cũ eẽt aãnitus p dñm Ferrariæ. in capi. si pedẽ mitteret ĩ territorio suo & ipse fecit se ducere sup plaustrũ explanatũ de terra territorij Veronẽsis & ita cõparuit corã dño, asserẽs sed nõ posuisse pẽdẽ in suo territorio. & vide de materia p Cy. in. l. j. C. de interdictis. Tho.

e ¶ Capitaneus. ass ĩci. qdã capitane⁹ secũdũ Alexã. de imol. in. l. ij. in. vj. colũ. ff. de iurisdi. om. iud. de isto cõsil. uide Alex. in. l. oẽs populi. in additio. Bar. i. ix. co. ff. de iust. & iur. in cip. limita vbi plura. & in. l. qui sella. Tho.

f ¶ Constõnẽ. vide Pe. de anc. in. c. canonum statuta in xj. char. de consti. & vide Io. and. & alios. ĩ. c. ex literis de cõsti. cũ cõcor. de quibus p Fely. in. c. cũ oẽs. ĩ ix. co. de consti. et vide Alex. de imo. in. l. ij. in. vj. colũ. ff. de off. ei⁹ cui mand. est iuris. et in cõsi. ccvj. in. ij. vo. perspectis. in. vj. col. col. in versic. p id quod cõsuluit. ubi allegat Bart. hic, & ibi uide plenè. Tho.

g ¶ Statuto. vide Lud. ro. in consil. ccxxviij. & vide plenè p dñm meũ dñm Iaso. in aut̃. hoc amplius. in. j. colũ. & seq. C. de fideicõ. vbi plene examinat materiã istius consilij. Bar. Tho.

cto statuto, nec p̄stiterūt aliquā cautionē de implēda volūtate defuncti.
In nomine dñi nostri Iesu Christi. Ex isto themate multa dubia oriunꝫ.
Primò, an cursus vnius anni, priuet hæredē non implentē uoluntatem
defuncti hæreditate. Secundò, an hæredes prædicti excusenꝫ propter
alios executores, ad hoc à testatore deputatos. Tertiò, an dicti executo
res excludanꝫ: qa nō prestiterunt cautionē de implēda volūtate defun-
cti. ¶ Quartò an eo ipso ꝙ nō ostenditur legatū factū, & solutum non
esse, sit ꝓbata intētio ipsorū agētiū. Quintò an releuet in aliquo dictū
hæredē cōuentū: qa dicti fideicōmissarij & executores electi à testato-
re erant sic coniuncti dictis actorib⁹. ¶ Super primo puncto videꝫ de
iure fore dicendum, ꝙ inspectis uerbis dicti statuti, cursus primi anni
opereꝫ tm̄ unum effectū: ꝙ probatur ꝓ legitima monitiōe, vt iussus iu
dicis, sed ꝓ legitima monitione expectabiꝫ cursus secūdi anni, ut qs hę
reditate priuetur. hoc clarè apparet ex uerbis ipsius statuti. hoc etiā ꝑ
suadetur rationibus sic: si quis bñ uerba legis inspiciat, in corpe, de hæ-
redi. & falci. §. si quis aūt non implens. &, C. de fideicō. auꝫ. hoc ampli⁹.
Duo successiuè reqrunꝫ, vt qs hæreditate priueꝫ. s. iussus, seu monitio iu
dici s. ¶ † Secūdò successiuè cursus tēporis. s. anni. sed de iure hoc est ꝙ
1 vnum & idē tēpus, nō potest operari effectum, circa duos actus, quorū
unus successiuè uenit ad aliū, ut. C. qui admi. ad bon. pos. l. fi. in fi. & de
inof. test. l. cōtra maiores. als, eū q. & ꝓbaꝫ in simili tps quo cōpleꝫ lęsio
cœpta in absentia. & sic operatur unum effectū, non computatur in tē-
pore petendę restitutionis: & sic non operatur alium effectū successiuū
ad primū no. ff. ex q. cau. maio. l. ab hostibus. §. sed si simpliciter. per gl.
ad hoc etiā facit ꝙ no. ꝑ Dy. in. c. sine pos. de reg. iur. circa fi. lib. vj. ꝙ pri
mò reqriꝫ cursus unius tēporis ad inducēdā aditionem. Secūdò abinde
incipit currere aliud tēpus ad prescriptionē. facit ꝙ not. C. de ser. fugi,
l. j. in fi. gl. mag. ita in proposito primū tēpus operaꝫ, ut habeat legitimā
monitionē, abinde incipit currere annus ad priuandū quē hæreditate.
a & sic requiriꝫ bienniū: ergo illi nō sunt hæreditate priuati[a]. ¶ † Super
2 secūdo pūcto dico, ꝙ hæredes p̄dicti excusanꝫ ꝓpter alios executores
à testatore deputatos à pœna p̄dictæ legis. maximè si nō apparet ipsos
hæredes nō fore certificatos ꝙ dicti executores nolebāt implere. ꝓ hoc
induco casum expressum. ff. de cōdi. & demō. l. mulcta. expressi⁹ in auꝫ.
de eccle. ti. §. si quis autem. qui hoc facere. unde sumiꝫ auꝫ. licet. posita su
per. l. nulli. C. de epis. & cle. ubi dicitur ꝙ quādo sunt appositi executo
res in testamēto ipsi debēt implere: aliâs ipsis imponitur pœna ꝙ pri-
uentur omni cōmodo quod percipere debent ex testamento. & sic hoc
casu uidetur ꝙ pœna non imponatur hæredibus. pro hoc facit: quia te
stator ponendo certos executores ad hæc legata exequenda, uidetur ip
sos hæredes prohibuisse, ne se impediant de ipsa executiōe, ut. ff. de au
tho. tuto. l. si pluribus. & ibi no. per gloss. hoc etiam probatur. ff. de ali-
men. & ciba. lega. l. iij. nec ob. iura quæ dicūt ꝙ licet datus sit executor
nihilomin⁹ teneaꝫ hæres, ut. ff. de leg. j. l. si à pluribus. qa uerū est ꝙ lega-
b tarij p̄nt petere[b]: nō aūt ꝙ hæredes nō implendo sine monitione in ci-
3 dūt in pœnā, ut expressē ꝓbaꝫ in. d. l. mulcta. de cōdi. & demō. ¶ † Sup
tertio, an dicti executores excludanꝫ ꝓpter nō p̄stitā cautionē. & dico ꝙ
sic: qa hoc est expressum in corpore de hæredi. & falci. §. si uetò nullus.
ibi cautione pri⁹ ab ipsis facta &c. si ergo prius cautionē nō prestitit de
bet succūbere, ut, C. de usufr. l. j. simile in cōtumacibus, & alijs in qb⁹ iu-
ra dicūt nō audiri nisi p̄stita cautione. posset etiā iudex ferre sn̄iam sub
cōditiōe. s. si oīa q̄ dicta cōstōne caueñ fuerint obseruata, ut. ff. de fideic.
lib. l. iiij. §. illud uidendū. sed illud puto uerū, qn̄ lex simplr̄ loquiꝫ. Sed
in casu nostræ legis exprimiꝫ. s. ꝙ prius caueat. si ergo de hoc nō facit fi-
4 dē, debet actor succūbere. ¶ † Sup quarto puncto, uideꝫ dicendū ꝙ ipsi
actores debēt probare illud legatum nō esse solutū per cōfessionē hæ-
redis, uel alio modo. nec sufficit solū legatū relictū esse: hoc ꝓbaꝫ ex his
quæ no. ꝑ Inn. c. super his. de accusa. & Cy. C. de iure emphy. l. ij. ꝙ cor
5 robaꝫ p. l. hoc iure. de uer. ob. ibi nisi exploraū sit &c. ¶ † Ille enim q ali
quod negatiuū asserit, ad ꝙ aduersari⁹ nō est obligat⁹, debet id ꝓbare.
ꝙ maximè arbitror esse uerū, cū ex tali negatiōe alicui⁹ delictū arguiꝫ,
ubi est p̄sumptio ꝓ conuēto. s. ne delinquat, ut. ff. ad. l. iul. maie. l. fi. & ꝑ
regulā generalē, ꝙ qlibet p̄sumiꝫ bon⁹, & nō peccasse. ꝓ hoc qa cū agiꝫ
de tutore remouendo à tutela, ꝓpter aliquod omissum, istud debet ꝓ-
bari videlicet ꝙ inuētariū nō fecit, nec alia sibi incūbētia, uel ꝙ est negli
gens, uel iners, uel similia q̄ priuationē, & negatiuā cōtinēt, ut. l. iij. §. tu
6 tor q ad alimēta. &. l. fi. cū. l. seq. de suspe. tuto. ¶ † Sup quīto, satis puto
hæc hæredib⁹ conuentis ꝓdesse ut opposita doli exceptiōe, dicti acto
res repellanꝫ quasi executores, ꝓpter coniunctionē eorū ad quos spe-
rabāt dictā hæreditatē deuenire, hoc omiserint ꝓ hoc ꝙ tali fraude fa-
ctum præsumaꝫ ex coniunctione sanguinis induco, vt. ff. de bo. lib. l. pe.
post prin. ibi, facilior q̄ p̄sumptio &c. & expressius extra de testi. c. cō-
stitutis. §. in presentia nostra archiepō. & facit ad hoc qa ex coniūctiōe
præsumiꝫ unus, scire de facto alterius, ut. ff. vñ cog. l. octaui. &. C. de in
integ. rest. l. de tutela. pro hac p̄sumptione fraudis. rōne coniunctionis,
facit optimè in auꝫ. de alie. & emphy. §. economus. vnde sumitur auꝫ. q-
buscūq;. posita sup. l. iubem⁹. C. de epis. & cle. Itē ꝓ hac fraude p̄sumen
da, facit expressè in auꝫ. vt hi qui ob. res se habe. per. §. si quis. colla. vj.
Et ex his apparet, ꝙ si tales agāt petendo dictam hæreditatem, possunt
exceptionem doli opponere, qui dolus probatur ex coniunctione, &
propinquitate tēporis: vt. s. dictum est. Ex quolibet ergo predictorū concludiꝫ, dictū hæredē esse absoluendū &c. Ego Bar. de saxoferrato ita consulo.

¶ Si statuto cauetur ꝙ decedēti ab intestato sine filijs legitimis succedāt ꝓpinquiores de linea paterna tm̄: an pupillo decedēti, qa nō pōt facere testamentū, succedant illi propinquiores, vel sola mater. Item quot modis diciꝫ intestatus, & de intellectu, scilicet triū legū, & de cōi vsu loquendi.

SVMMARIVM.

1 *Verbum intestatus, an cadat in pupillum.*
2 *Habitus non potest esse ubi non est priuatio.*
3 *Habitus consideratur duobus modis. uno modo secundū naturā indiuidui, alio modo secundum naturam speciei.*
4 *Omnino dictio, quam significationem habet.*
5 *Communis usus loquendi, non est propria significatio.*

¶ CONSILIVM. CXXXVIII. c

c HAEc est copia[c] cu
iusdā statuti sancti Seuerini. Itē sta
tuimus, & ordinamus ꝙ si qs uel si
qua de terra sancti Seuerini, & eius
districtu decedat intestatus uel intestata sine filijs
legitimis, ꝙ bona oīa, & iura sic ab intestato mo-
1 rictis deueniant, & deuoluanꝫ, † & sint apud dece
dētes ab intestato ꝓpinquores cōsanguineos, ex
paterna, uel auia paterna linea descēdētes. cū sa-
tis sit cōueniēs rationi ꝙ talia bona reuertanꝫ ad
pristinū statū. vnde principiū habuisse noscūtur,
& predicta locum habeant &c. Quæstio talis est.
Quędā puella de dicta terra minor. xij. an. sue ęta
tis decessit nullo cōdito testamēto: qa erat pupil
la superstitibus sibi ꝓpinquioribus matre sua, &
fratre carnali ipsi⁹ pupillæ nato ex eodē patre, &
eadē matre. Modò quæriꝫ, vtrū dicta mater succe
dat ei in aliqua parte uel nō propter verba dicti
statuti? ¶ In prima. q. facit dubiū tex. q est de suis
& legi, l. j. in prin. vbi innuiꝫ ꝙ ille q nō pōt face-
d re testm̄ vt pupill⁹, nō diciꝫ propriè intestatus[d].
Cū igiꝫ uerba statuti debeāt intelligi secūdū pro
priā significationē, & illud verbū intestatus, non
cadat in pupillo: ergo relinquitur determinationi
iuris cōis. & sic mater succedet, & ex hoc iam mo
tus est anim⁹ quorūdā ad cōsulēdū, ꝙ mater ad-
mittatur. Cōtrariū tn̄ est ueritas. Pro cuius intelli
gētia vidēdū est de intellectu triū legū, q̄ ponunt
significationē hui⁹ verbi intestatus. Primo de in-
tellectu. l. j. in prin. de suis & legi. Secundò de in-
tellectu. l. intestatus, Tertiò de intellectu insti. de
hæred. q̄ ab intest. in prin. q̄ leges vñr sibi contra
riari. nā due vltimę dicūt eū simpliciter intestatū
qui testm̄ nō fecit. sed. d. l. j. de suis & legi. dicit ꝙ
pupill⁹ nō est ꝓpriè ītestat⁹, postea dicit sed hos
2 pro intestatis accepim⁹. ¶ † Pro cui⁹ intelligentia
sciēdū est, ꝙ nō pōt esse priuatio ubi nō pot esse
habitus. vnde non rectè diceretur equus est mu-
tus: quia habitus loquendi non cadit in eo. nec
lapis dicitur rectè cecus, & similia & isto respe-
ctu pupill⁹ nō potest facere testm̄. & sic ī eū non
cadit habit⁹, nec ꝓpriè diciꝫ intestatus. & ita loqꝫ
3 d. l. j. de suis & legi. † Itē sciēdū est, ꝙ habitus pōt
considerari dupliciter. Vno modo strictè secūdū
naturā vni⁹ indiuidui. Alio modo largè secundū
naturam speciei, sub qua est illud indiuiduum, vt
hoc exemplo aliquis est mutus à natiuitate. certè
licet in eo nunq̄ fuerit habitus loquēdi: tamen di
citur mutus respectu speciei humanæ, cui cōpetit
habitus loquēdi, vt. C. qui test. fa. pos. l. discretis.
idem in eo qui natus est sine oculis, rectè dicitur
cecus. hoc est priuat⁹ lumine eo respectu: qa spe-
ciei humanæ congruit uidere, vt in euangelio de
ceco nato. & hoc est communis modus loquendi
& hoc est ꝙ vult dicere. d. l. j. dum dicit, sed hos
pro intestatis accepimus. q. d. in eis cadat istud
verbū intestatus, respectu speciei humanæ cui cō

a ¶ Priuati. vide So. cōs. ccxvij. vbi allegat hoc cōsiliū & concluditur ꝙ licet executor vel hæres non priueꝫ hæreditate, tn̄ priuatur officio exequendi, ꝑ constitutionem quæ est valida. B. L.

b ¶ Legatarij p̄nt petere. No. ꝙ dicit Bar. hic: qa nō obstāte ꝙ executores sint dati ꝓ legatis nihilomin⁹ hæres pōt à legatarijs cōueniri. & ita habui de facto. Tho. Di,

c ¶ Hæc est copia, Aliâs incipit, qō talis est, q̄dā puella. & de isto cōsil, vide Alex, ī, l. j. in prin. in addi. Bar, ff. de suis & legi. & ibi apostillā meā, Et vide dñm & preceptorē meū Perusinum. d. Pe, phi. cor. in. l. generaliter. in. iiij. colū. C. de insti. & substi. vbi alle. Barto. in hoc cōsi. & vide Bar. in consi. cxlj. incip. statuto vrbis, & ibi scripsi. Tho.

d ¶ Propriè intestatus. Colligēdo mētē doct, ea vr̄ cōis opi. ꝙ pupill⁹ possit dici ītestat⁹ decedere, non ex vi verborum, sed ex cōi vsu loquēdi. iō petēs aliq̄ hrdditatē, hr̄et necesse ꝓbare illū cōem vsū, vt colligiꝫ ex mēte Ang, cōs. c. inci. statuto cōis burg, & cōs. xcv. ici. Pe, de vrb. Pau. de ca. cōs. cclxxvj. & ibi refert ꝙ aliq cōsuluerūt contrarium Ang. tn̄ cōs. xxv, ici. iudex noīe &c. statutū excludens matrē & ibi dicit ꝙ ipē & Bal. pluries cōsuluerūt ꝓ hac pte. & ita tenet Bal. ī. l. si arrogatorū. ff. de ado. vide latè Imo. iuniorē in. l. gn̄alr̄. C. de hę. īsti, & vide īfinitas cōcordantias ī. l. j. ff. de suis & legi. hæ. ī apostil. per me. & Ro. consil. iiij. & xxij. B. L.

a ¶ Sicut aliud. vide Barto. in consi. cxlij. constitutione. & ibi scripsi. Tho.

b ¶ Quidam. De isto cōsi. vide Bar. in.l.j. in fi. ff. de publi. & ibi vide apostillā vltimam. T.

petit ius testandi. Et hoc est ꝙ voluit imperator insti. de hære. q̄ ab inte. in prin. vbi dicit intestat⁹
4 est omnino, qui testamentum non fecit &c. † Nò. quòd dicit omnino. q. d. siue, quia noluit, siue qa non potuit. idem in. d. l. intestatus. de verb. signi. nam verba legis, debent intelligi prout loquunť generaliter de omni homine: non singulariter de hoc, vel de illo, vt. ff. de legi. l. iura nō in singulas. sed respectu speciei humanę in qua cadit habitus pupil. rectè dicitur intestatus: ergo &c. ¶ Nunc ad propositum adijcimus pupillum intestatum propriè: quia est priuatus eo habitu, qui cōgruit suæ speciei, vt homini, qa secundùm propriā significationem dicetur intestatus: & sic status in
5 eo locum habebit. † aut dicimus ipsum intestatū impropriè: & tunc remanet ꝙ est intestatus secūdùm communem vsum loquēdi, vt. d. ll. ꝓbatur quoniā communis vsus non est propria significatio, vt. l. labeo. §. idem. de sup. leg. & statuta debēt intelligi secundū communē usum loquendi, qui preualet omni significationi propriæ, ut. d. l. labeo. de leg. iij. l. librorum. §. ꝙ tamē cassius. & ibi no. & sic statutum habebit locum in pupillo. & hæc fuit mens statuti, ut patet in ratione quæ reddiť in statutis: & sic mater omnino excludeť &c.

c ¶ Nō in eorū fauorē. No. ꝙ dicit barto. ꝙ statutum disponēs ꝙ idem ius seruetur forēsi, ꝙ sit in terris ei⁹ ipsis statuētibus, est factū ī odiū forēsiū & contra forēses, ꝙ nota pro statuto Pisauri, & habui al's de facto, & adde ꝙad dicta per Bar. hic de statuto, ꝙ pro homicidio debeat imponi pœna pecuniaria, ꝙ si ptās nō obstāte dicto statuto fecerit decapitari aliquē, ꝙ ipse similiter ī sindicatu est de capitād⁹. nec iuuabitur ex beneficio dicti statuti. secūdū Bart. in. l. j. in fi. prin. ff. ꝙ quisq; iu. & ibi sequunť Ange. & Moder. & dicit ibi Fulg. ita aliâs fuisse obseruatū, & vide Bal. ī rub. C. de pœna iudi. qui malè iud. in. ij. col. Tho.

¶ Si datur potestas aliquibus prouidendi, & ordinandi, & executioni mandandi, certum quid tunc si per primum ordinamentum, non potest fieri plena executio, possunt iterum prouidere quousq; exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Aliud est prouidere, aliud est prouisa & ordinata executioni mandare.*

2 *Functus non dicitur aliquis officio suo, nisi plenam executionem faciat, & semper potest prouidere exequendo. nume. 3.*

¶ CONSILIVM. CXXXIX.

STatuto communis Perusij caueť ꝙ singulis annis detur & fiat eleemosyna per commune de centum libris percipiendis ex uenditione bladi cōmunis Perusij, ꝙ venditur, & uendi cōsueuit annuatim in platea communis Perusij. Item per adunantiam generalem artificum ciuitatis Perusij, super quadā petitione oblata communis Perusij, per prefatū capitulū. s. Francisci fratrum minorum Perusij, continens ꝙ aliqua eleemosyna ipsis fratribus sufficiens pro reparatiōe dictæ ecclesiæ fiat, super qua petitiōe per adunantiam super dandis dictis fratribus dictam eleemosynam ecclesiæ prædictæ fuit reformatū ꝙ liberè remanere in dominos priores, & camerarios artiū, q̄ priores & camerarij possent, & eis liceret oīa & singula ꝓuidere & executioni mādare q̄ viderint cōueniri satisfactioni & cōplemento parti dictorū fratrū, & possent concedere de quacunq; pecunia, uel bonis communis Perusij, & solui facere, & expendi & conuerti in actitationē & reparationē dictæ ecclesiæ, prout in ordinamēto ꝙ premittiť pleni⁹ cōtinetur. post modū dicti priores & camerarij ex arbitrio predicto prouiderūt ꝙ certā partem dictarū centū. li. officiales campiones bladi cōmunis Perusij tenerent, & deberent dare & soluere in dicto opere, prout in ordinamēto per dictos priores & camerarios facto ꝙ permittitur plenius contineť. post ꝙ ordinamentū dicti dn̄i priores & camerarij fecerūt aliā prouisionē: videlicet ꝙ officiales communis bladi perusij dare deberēt ꝓ dicto opere dictę ecclesiæ sancti Fran. bladum prout in dicto ordinamento ꝙ hoc permittit, plenius contineť. ¶ Modo quæritur utrum domini priores & camerarij potuerūt facere vltimū dictum ordinamentum, uel non: cum dicatur ꝙ in prouidendo semel non potuerunt secundo? Item si & inquātū secundū ordinamētū facere non potuerunt, quæritur utrum sit aliqua uia propter quam dicti priores & camerarij possunt habere dictam pecuniam. ¶ In nomine domini amē. Viso puncto prędicto, & reformationib⁹ de q̄bus ī eo fit mētio dicēdū est, ꝙ dicti dn̄i
1 priores & camerarij potuerunt facere dictū ultimū ordinamētū. † nam ipsi habuerūt potestatem prouidendi & executioni mandandi, & faciē dissolui, & conuerti ad dictas causas vt. s̄. narratum est. unde constat de
a iure, ꝙ sicut aliud[a] est sententia re aliud sententiam executioni mandare: ita aliud est prouidere & ordinare, & aliud prouisa & ordinata executioni mandare, ut. l. executorem. C. de exe. rei iudi. Si igitur dicta ordinamenta bene aduertantur, primum ordinamentum factum per priores & camerarios, respicit primam partem. s. quod prouiderunt ꝙ tanta pecunia expendatur in dictas causas. Item in dicta reformatione tetigerunt quædam, quæ respiciunt executionem. s. quod officiales campiones dare teneanť &c. Secūdū uerò ordinamentum circa executionē tantum loquitur. s. ꝙ illa pecunia detur in frumento, cum frumētū vē-
2 di non possit. ¶ † Nunc ad propositum, licet contra sententiam, seu ordinamentū q̄ semel iudicat sit functus officio suo: tam circa executorē illi cui cōmissa est executio, si executionē incipit uno modo, & illo non potest de facili executionē perficere: recedit ab illo modo cœpto, & assumit aliū modū in alia re. nec enim est functus officio suo, nisi cum executio est perfecta. ꝙ patet: qa q̄ cœpit in executione unā rem & illa nō potest fieri executio sine controuersia, dimittit illam, & aliam assumit, vt. ff. de reg. iur. l. à diuo pio. §. si super rebus. ibi, sed & illud debet. Itē si incipit uendere, & emptorem non inuenit, postea dat in solutū, ut. e. l. §. si pignora. Item in proposito cum frumentum non posset uendi, dat
3 ipsum frumentum in solutū in dictā causam. † Item si execcutio incipit à mobilib⁹, si illa nō reperianť sufficientia, licitū est deuenire ad immobile, & postea ad nomina, ut. l. eadē. §. in uenditione. Ratio est dicta: qa non sunt functi officio suo, donec de facto exequentur. Concludiť ergo dictos priores, & camerarios potuisse circa executionē prædictā semel & pluries & quoties opus fuisset, facere dicta ordinamēta, donec executio fuerit perfecta &c. Ego Barto. de saxoferrato ita consulo. & ꝙ prędictum est. s̄. consuluimus nos Franciscus tigrini & Ange. de amelia.

¶ Si statuto cauetur ꝙ quarta pars condemnationis debeatur proximiori consanguineo occiso, an debetur ista quarta pars cōdemnationis proximiori forensi?

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, q̄ idem ius seruetur forensibus q̄ seruatur in terra sua, est factum contra forensem.*

¶ CONSILIVM. CXL.

b QVidā[b] de narnia fuit occisus in castro plebis, & occisor fuit condemnatus, & soluit condēnationem. Queritur cū ex forma statuti quarta pars cōdemnationis debeatur ꝓximiori cōsanguineo occisi, an si
1 proximior consanguine⁹ sit forensis, debeať ei quarta prędicta. † Viso statuto ꝙ dicit ꝙ idē ius seruetur forensi ꝙ fuit in terris eorū, nostris castellanis. ad ꝙ sciēdum est, ꝙ dictū statutū est factū contra forenses non
c in eorū fauore[c]: ꝙ patet ex sequētibus uerbis statuti, & probatur in. l. j. ff. ꝙ quisq; iuris. in simili. aut ergo in terra unde est talis forensis, est tale statutū ꝙ si seruaretur esset magis fauorabile ei q̄ statutū hui⁹ terræ: & non seruabitur sibi: qa statutū nō est factū ad hoc vt dictū est. aut est minus fauorabile q̄ sit istud: & tūc illud seruaretur. Nūc ad propositum, si quidem in terra illa, unde est forensis imponiť pro homicidio facto in forensi pœna iuris cōmunis, uel alia corporalis: & tūc illud statutū magis est fauorabile illi proximiori consanguineo interfecti: qa maior vindicta, & maior satisfactio sibi sit pro homicidio, cū quęlibet pœna corporalis sit maior q̄ pecuniaria, ut. l. in seruorū. ff. de pœnis. & ideo tunc ista nō est seruāda per Potestatem castri plebis, sed seruabitur pœna statuti ipsius castri quæ minor est: & hoc casu cōsanguineus habebit quartam condemnationis prædictæ. Si uerò in dicta terra, vnde est forensis imponitur pro homicidio facto in forēsem pœna pecuniaria, sicut hic: tunc forensi proximiori consanguineo ita debetur quarta sicut si in ei⁹ terra debetur forēsi: non aliter. Si verò nihil cōstat de statuto: tunc statuta cum sint stricti iuris non præsumuntur nisi probētur, vt in. c. licet romanus. de consti. lib. vj. Et sic presumitur, ꝙ ibi seruetur ius commune, & nō deberet proximior habere quartam condemnationis &c.

¶ Si statuto cauetur, ꝙ decedenti ab intestato sine filijs, in bonis paternis, succedunt propinquiores ex linea paterna: & in maternis ex linea materna: tunc si pupillus decedit viua matre, an veniāt agnati proximi in bonis paternis, uel maternis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum loquens de intestato, an habebit locum in pupillo?*

2 *Communis usus loquendi, & intellectus præualet omni propriæ significationi.*

3 *Substantiua duo, uel adiectiua neutraliter posita, sunt copulatiua in quolibet, & in quolibet*

libet, & in quolibet per se uerificãtur.
4 *Viua matre, quis potest habere matrimonium.*

¶CONSILIVM. CXLI.

a STatuto [a] vrbis veteris caue
tur, ꝙ si qs decesserit sine liberis ꝓximiores ex ꝑte pa-
tris succedãt in patrimonio, proximiores ex parte ma-
tris, succedãt in matrimonio. Modò quidam pupillus
decessit viua matre. Quæritur quis præferatur in bonis
1 paternis vel maternis, uel proximio. ex parte patris? ¶†In quæstione
ista primò facit dubium: qa pupillus non est intestatus, vt.ff. de suis &
legi.l.j.in prin.& insti.de hære.quæ ab inte.defer.in prin.& sic statutũ
non vendicat sibi locum: qa debet intelligi secũdũ propriam significa-
tionem. Rñ. ꝙ communis vsus loquẽdi, & cõmunis intellectus, hos pro
intestatis accipit, ut.d.l.j.de suis & legi.& insti.de hære.q̃ ab inte. defe.
2 in prin.†qui communis vsus loquẽdi, & intellectus prȩualet omni pro-
priæ significationi, vt.l.librorũ.§.quòd tamẽ cassius.ff. de lega.iij.& ibi
no.&.l.cum de lanionis.§.asinam.de fun.instru.& de supel.leg.l.labeo.
¶Secundò dubitatur: qa statutum videtur requirere ꝙ ille q decedit,
habeat patrimonium, & matrimonium. sed uiua matre non dicitur ha-
bere matrimonium prima facie, ergo &c. vnde respondetur ꝙ uiua ma
3 tre potest habere matrimonium, vt.j.dicetur. ¶†Sed huic dubitationi,
respondetur ꝙ vnum sufficit: qa duo substantiua uel adiectiua neutra-
liter posita, sunt copulatiua in quolibet per se prĩcipaliter: ergo in quo
libet per se uerificantur, ut.l.ea tamen. de leg.iij. &.l. qui concubinam.
in prin.j.eo.tit.&.l.falsa.§.fi.de condi.& demon. Nec ob.l.si hȩredi plu
res.de condi.insti.quia ibi copulant̃ accessoriè: hic principaliter: ergo
4 &c. ¶†Tertiò dubitatur, ex uerbis.d.statuti unde non videt̃ exclusa:
quia filium habere non potest. Bar.

¶Si statuto episcopi cauetur, ꝙ executores testamentorum exequãtur
testamenta intra annum, & postea non se possent intromittere, an exe-
cutor datus ad declarandum voluntatem defuncti, potest declarare vo
luntatem post annum & concluditur quòd sic. ¶Item quis propriè di
citur executor. Item an dictus executor, potest declarare tali modo ꝙ
non debeatur quarta episcopo secundùm.c.fi.de testa. Itẽ an dicta con-
stitutio, liget executores qui sunt extra diocesim constituentis, & alte-
rius diocesis.

SVMMARIVM.

1 *Executor est ille qui uoluntatem certam, & declaratam ad effectum producit.*
2 *Fratres minores prohibiti esse executores ultimarum uoluntatum, an poßint dare con silium?*
3 *Canonica portio, non debetur de his quæ soluuntur pro ornamentis, & fabrica.*
4 *Constitutio non ligat ignorantes, nec existentes extra diocesim.*
5 *Ius declarandi seu arbitrandi, durat post tempus statutum.*

¶CONSILIVM. CXLII.

b COnstitutione [b] camerinen. epi
scopi cauetur, ꝙ quilibet fideicommissari⁹ ad pias cau-
sas ordinatus, studeat voluntatem defunctorum, & pro
curet executioni mandare intra annum à morte testato-
ris, alioquin anno transacto, executoris officium pro-
pter ipsorum negligentiam ad ipsos uolumus pertinere, nec à dicto tẽ-
pore in anno sequenti in ipsa executione, se nullatenus intromittant: &
ad nos ipsa executio deuoluatur. caueant tamen fideicommissarij, exe-
cutores vltimarum uoluntatum, & hæredes defunctorum, quod cano-
nicam portionem nobis debitam de relictis & relicta nobis f[illegible]
cui non persoluant & dent nisi nobis uel nuncijs nostris ad hoc specia-
liter deputatis. Et prædicta mandamus obseruari, ab ipsis fideicommis
sarijs & executoribus & hære. defunctorum sub pœna excommunica-
tionis: & in eo si secus fecerint, nihilominus volumus nobis de eorum
proprio ad prædicta teneri &c. Demum accidit ꝙ Cecus Diotæ salutæ
de villa colleuæ districtus Saxoferrati camerĩ. diocesis condidit testa
mentum. & Boñ. Iaco. de saxoferrato Nucerinæ diocesis suum hæredẽ
fecit: & fideicommissariũ, & cætera alia sic disposuit. Item voluit & ius
sit ꝙ per suum fideicommissariũ distribuãtur de bonis suis, pro ipsius
anima, & etiam animabus suorum parentum defunctorum. centum li-
bra. ibi & vbi melius, & vtili⁹ uidebitur ipsi suo fideicõmissario, ad ip-
sius arbitrium, & voluntatem computatis in ipsis centum lib. relictis in
dicto testamento declaratis: vt in dicto testamento plenius continetur.
Demum accidit, ꝙ dictus Bo. post annum à morte testatoris declarauit
suum arbitrium, & voluntatem esse, quod. lxxv. li. de supradicta sum-
ma dentur pro anima dicti testatoris, & suorum parentum fratribus mi
noribus de saxoferrato pro ornamẽtis & paramẽtis & continuatione
loci prædictorum fratrum, & dictam quantitatem syndico dicti loci, sol
uit ex causa prædicta, vt hoc constat publicis instrumentis. Nunc Lu-
pinus hæres prȩdicti Bo. molestatur à vicario dñi episcopi cameri. di-
centis ꝙ vigore dictȩ constitutionis post annum
dictus Bo. non potuit declarare, nec soluere: & si
soluit, iteratò teneatur soluere domino episcopo.
¶Modò quærit̃ quid iuris? Et dico saluo sanio-
ri cõsilio, dictum Bo. potuisse post annum suam
c voluntatem & arbitrium declarare [c]: & si soluit
iteratò camerĩ. episcopo soluere non teneatur.
hoc esse verum ostendo iuribus prȩdictis. ¶Ad
prȩdictam veritatem inuestigandã, primò opor-
tet videre quis sit ille qui de iure vocatur execu-
1 tor. ¶†Ad hoc respõdetur: executor est ille qui
voluntatem certam & declaratam ad effectũ pro
ducit. casus est de exec. rei iud.l. executorẽ. ergo
d ex ista diffinitione, ꝙ alius est actus exequendi [d],
alius est actus declarandi, sicut enim alius est act⁹
sententiandi, & alius est actus sententiam exequẽ-
di, vt.d.l. executorẽ.&.ff. de re iu.l.à diuo pio. in
prin. ita est diuersus actus declarandi cui & qua-
liter debeatur legatum de quo actu loquitur.ff.
de leg.ij.l.j.&.l.cũ qdã.in prĩ. de leg.iij.l. fideicõ.
§.cũ si. ab actu exequẽdi. de quo loquit̃ prȩ
2 sens cõstitutio dñi episcopi Came. ¶†Præterea,
hoc manifestè colligit̃ ex.c.exiui de paradiso. de
ver.sign.in cle.in quo licet fratres minores prohi
beant̃ esse executores vltimarum voluntatum: tñ
eis permittit̃ dare consilium, & suã uoluntatem
cui & qualiter per soluant̃. Cũ ergo ex prȩdicta
declarare cõstitutione, solũmodo actus exequen
di post annũ sit interdictus: & actus declarãdi vo
luntatẽ defuncti, remanet sub dispositione iuris
communis, vt.ff.so.ma.l. si cùm dotem. in princ.
de lib.& po.l. commodissimũ. maximè cùm istȩ
constitutiones, & ista statuta extensionem non
recipiãt, vt.ff.de exer.l.j.§.si is qui nauem. & qui
& à qui.l.prospexit.circa prin.cum si. Sed de iu-
re communi, illud est ꝙ iste actus declarandi cui
debeatur legatum debet impleri statim cum po-
test, aliâs est in mora: tamen illa mora potest pur-
gari usq; ad illud tempus, quo hæres conuenitur
pro illo legato in iudicio. ita intelligit̃.ff. de lega.
ij.l.cùm quidam. & ita intelligit̃ ibi gló. cui acqe
scit Dy. & hoc colligitur clarè ex tex. dum dicit
si uno petente iam eligere nõ potest cui dẽt &c.
quasi innuit ꝙ ante petitionẽ, posset eligere. sed
iste Bo. eligit anteꝗ pro isto legato conuenitur.
ergo &c. ¶Et si dicis, licet potuerit, declarare, ta
men non potuit soluendo exequi post annum.
Respon. non est uerum. nam dictus Bo. habebat
duplex ius exequendi: unum ius: qa fideicommis
sarius & executor. & istud ius uidetur tolli post
annũ per ostensionẽ. nã si qs uerba dictæ consti-
tutionis benè inspiciat, non prohibet hæredem
soluere legata illis personis quibus derelicta sunt
nisi ad canonicam portionem episcopo debitam
3 de relictis & relicta ipsi episcopo. ¶†Itẽ epõ de di
cto legato nõ debetur legitima, seu canonica por
tio, ut probabo, ergo &c. hoc sic probo: canonica
portio non debetur de his, quæ relinquuntur in
ornamentis, seu pro eis, seu pro fabrica. vt extra
de test.c.fi. Sed hoc est relictum in ornamentis &
fabrica: ergo &c. ¶Et si opponis: imò est relictũ
incertum, cũ testator non declarauit. Rñ. cũ Bo.

a ¶Statuto. adde Bar. in consi.cxxxviij. inci. hæc est copia. vbi idẽ consu
luit ꝙ hic. & de isto consil. meminit. d. Alex. in.l.j. in addi. Bart. in apo-
stilla magna, & ibi scripsi.ff. de suis & legi. & in consi.lxxix. in.vj. volu.
incip. Franciscus & Beneuenuta in.iij.col. vbi plenè examinat doc. Bar.
hic. d. Pe. Phi. cor. ĩ.l. generaliter. in.iiij.col.C. de ĩsti. & substi. sub cõdi.
fac. ubi allegat Bar tol. hic, & in alijs pluribus cõsilijs. & inquantũ Bart. hic disputat an pupillus dicatur intestatus decedere, adde ꝙ Bal. consuluit ꝙ pupillus nõ dicitur propriè intestatus: sed intestabilis, & aliter tenet cꝫ Barto. hic. Tho.

b ¶Constitutione. adde Bart. in.l.cũ quædam. in fin.ff. de lega.ij. ubi meminit de hoc cõsi. & uide Alex. in.l. ciuitatibus. in addi. Bar.ff. de leg.j. vbi alleg. Bar. hic. & apostillam in.l. quinquaginta.C. de excu.tut. in addi. Barto. & vide plenissimè ꝑ do. Andrȩ. Barba. in capitulo. dos quidam. in.xv. col. & seq. de testamẽtis. Tho. Dip. cõstãtinopolitanus. I.V. Docto.

c ¶Declarare. ostenso ꝙ dat⁹ ad declarandum voluntatem defuncti, sit executor remanebit confutata consultatio Bartol. ꝙ d. executor post annum, non poterit declarare. & ꝑ consequẽs ad diocesanũ spectabat distributio, ad ꝙ demonstrandũ dico ꝙ non solũ executor dicitur qui voluntatem certã & declaratam, ad effectũ producit: sed etiam q habet aliquid adimplere, vel expedire nutu testatoris, dicitur executor, declarãdo ergo, erit executor. hoc probatur per text. in aut. licet. C. de episco. & cle. & ĩ cor. vñ sumit̃. & ita tenet Ioã. and. in ti. Spe. in tit. de instru. edi. §. nunc aliqua. in prin. Ioã. de lig. in trac. suo executorem. Bald. in. d.l. executorem. per. c. cum in tua. &. c. Ioan. & ita tenet Ange. consi. suo. xciij. incip. quoniam nihil. Vbi dicit ꝙ semper in hoc tenuit cõtra Bar. nõ ob. modo.l. executorem dicit Ang. qa alius tractat⁹ est. & tractatuũ diuersitas, tollit contrarium, & ex vno ad aliũ non infert̃, propter diuersitatem naturæ: & hoc etiã videtur esse de mẽte Bal. in. d.l. executorem. si ergo. d. Bo. erat executor elapso anno: nõ poterat pl⁹ declarare, ut est tex. ĩ. d. c. tua. &. c. nos qdẽ. & ꝑ cõsequẽs ad diocesanũ spectabat distributio. vide ẽt de hoc Ro. q tenet cũ Bart. cõsi. ccxxviij. sed Pe. de Anch. consi. ccclxxxviij. tenet cõtrarium.

d ¶Exequendi. vide Bar. in.l. executorem. C. de execu. rei iud. & in cõsi.

cxxxix.inci.statuto communis Perusij. Tho.
a ¶ Ex ptāte sibi cōcessa. No. ꝙ dicit Bar. hic. & adde Bar. in. l. vnū ex familia. §. j. ff. de leg. ij. & d. Alex. ī c. causis. ī. iij. col. de elec. licet de Bart. hic non faciat metionē. & plenè p Fely. ī. c. cū. R. canonic⁹. in. ij. colū. de off. deleg, & ibi ponit an noīatus in mandato alterius, dicatur noīatus à mandante. Tho.

b ¶ Paulus. huic cōsultatiōi addite q̄ uoluit do. Benedi. de plūbino inter cōsilia Angeli cōs. cccliiij. incip. Pet. Paulus. & cōsilio se. p Ang. allegātē in fi. quoddā cōsi. Dy. dicētis ꝙ spurius nullā cognationē uel cōiūctionē habet ex parte pr̄is. uide ēt Ang. cōsi, xxx. & cxcj.

c ¶ Suscipe nō pn̄t. uide Bal. in cōsil. ccxliij. ī. j. vo. īci, ī qōne ista. & ibi ponit an laic⁹ possit esse tu. legitim⁹ sacerdotis uel clerici, & qs iudex dabit talē tutorē? & uide Ang. de are, §. sed hoc iure īsti. de attil. tut. & Bal. in auē. p̄sbyteros. C. de episc. & cle. & Bar. in. l. legitimos. §. fi. ff. de legiti. tut. Tho.

d ¶ Iudex. Adde ꝙ de hoc cōsi. meminit idē Bar. ī. l. fi. §. sed antiqtas. C. de cu. fu. & istud cōsiliū seqt̄. d. Frāc. de are. ī cōsi. xj. inci, pcedēdū. & ī cōs. cliiij. īcip. cōsultatio proposita do. Ale. ī cōs. cxxxij. ī. j. vo. īci. uisa facti narratiōe. & ī cōs. xxxix. ī. iij. vo. īci. visis & cōsideratis d. Ias. ubi pōit plures cor. ī. l. rēnō nouā. ī. ij. co. C. de iu. & Fel. i. c. j. in. iiij. co. & se, de treuga & pace, qb⁹ adde Alexā. de Imo. in cōsil. lxxviij. ī. vj. vol. inci. dicit̄ prima. ī pe. col. Tho.

e ¶ Cōsuetudo. No. ꝙ dicit Bar. hic ꝙ q̄uis. l. fi. C. de cu. fu. reqrat ꝙ qn̄ dat̄ curator furioso, adsit pn̄tia epi: sed qa istud nō est morib⁹ uiuētiū receptū, ualet sine sn̄ia epi. uide Ias. ī. d. l. rē si nouā. ī. ij. col. C. de iudi. Tho.

f ¶ Codicē. Not. ꝙ Bar. hic vult ꝙ li. C. fuerit factus an̄ librū instōnū: sed postea fuerunt additę quīqua. decisio. tn̄ aduertēdū puto ꝙ secūda cōpilatio. C. fuit facta post librū institutionū. sed prima cōpilatio fuit facta ante. §. sed cū sacratissimas. & ibi gl. in proe. insti. & est tex. in. l. meminim⁹. C. de legi. habet̄. & l. j. C. de uete. iu. enucl. p q̄ iura. Ia. de Ra. ī. d. §. sed cū sacratissimas pbat secūdā additionē Codicis fuisse factā post instōnes. & iō si aduersarentur adinuicē, debet stari magis libro. C. q̄ libro instōnū. vbi in illis casib⁹ ī libro institutionū fit mētio. dixi plenè ī tract. meo de præstātia do. in. ix. lib. declaris. iuris. in Iustiniano qui cito dabit̄ imp̄ssorib⁹. tn̄ Bar. hic est alterius opinionis: & dicit ꝙ stādū est libro institutionū, tāq̄ vltimo: qa prim⁹ codex fuit primò factus, & post ea fuerūt additę. l. decisiones p Iustinianū, & si nō cōstaret ꝙ sit de illis l. decisionib⁹ staret̄ ī libro instōnū quare cogita. Th.

g ¶ Factū sic se habet. adde ꝙ istud consilium est. nu. xxxix. secūdū ordinē Perusinū in prima parte iudiciorū & incipit ibi, Ioānes de districtu nucerij, & dicit do. Alex. ī auē. matri & auiæ. in addi. Barto. C. qn̄ mu. of. tut. fun. potest. in fin. ꝙ istud consi. nō est Bart. sed. d. Frā. tigrini. tamē Bart. se subscripsit. tamen in rei veritate est Bartol. est bene uerū ꝙ. d. Frāc. se subscripsit. & ita inueni in pluribus lib. antiqs manu scriptis, & in isto cōs. apparet de subscriptione. d. Frā. de isto consi. uide apost. ī addi. Bart. in. l. j. C. de tutore & cura. q non satisdc. & in. l. tutor ff. de tu. & cu. datis ab his. Tho.

¶ Diſputata fuit per me Bar.de Saxoferrato minimum inter legum doctores, in regia ac nobiliſsima ciuitate Piſarum circa annos domini.Mcccxl.die.xv.menſis Ianuarij.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra principalem, mandať executioni contra fideiuſſorẽ iudicatum ſolui.*
2 *Fideiuſſor iudicatum ſolui,tenetur ſiue ſit res iudicata contra præſentem, ſiue contra abſentem,re non defenſa.*
3 *Sicut de iure cōi pater ex contractu filij obligatur de peculio , ita ex forma ſtatuti ex delicto filij,pater obligatur in portione dicta.*
4 *Dolus rei conuenti,iudicio pendente ſi commiſſus eſt,facit ſententiam latã mandari executioni,contra eum contra quem aliâs nō mandaretur.*
5 *Sententia lata contra procuratorem,uel tutorem,de iure cōi,mandatur executioni contra dominum & pupillum.*
6 *Diſpoſitio conditionalis,adueniente conditione ſumit effectum.*
7 *Quando per eum qui ex euentu conditionis læditur,fit quominus conditio impleatur,habetur conditio pro impleta.*
8 *Sicut per ſtatutum inducitur ficta confeßio, ita de iure communi reducitur quædam ficta filiatio per actum adoptionis.*
9 *Iuramentum eſt quædam ficta ſolutio,& habet uim ſolutionis.*
10 *Confeßio ficta tantùm operatur quantùm uera.*
11 *Contra purum debitorem condemnati, alijs bonis ceſſantibus fit executio & ipſius nomen in cauſam iudicati capitur.*
12 *Sententia quantumcunq; legitimis probationibus contra unum lata,ſuum effectum retrò ad ipſius authoritatem non porrigit.*
13 *Sententia lata contra unum,alijs non præiudicat,quando effectus alicuius facti extenditur contra plures ratione connexitatis,niſi contra eum de nouo probetur.*
14 *De iure communi,aliquo condemnato exiſtente non ſoluendo peruenitur ad bonorum poſſeßiones.*
15 *In unoquoq; iudicio, præſentes ſunt ſententiandi , uel legitimè citati,aliâs ſententia nocet inter præſentes ,& non nocet abſentibus.*
16 *Sententia an & quando lata contra filium patri præiudicet?*
17 *Vera confeßio filij patri non præiudicat.*
18 *Dictum & confeßio alicuius deponentis maioris authoritatis eſt quàm ſit ſimplex confeßio.*
19 *Statutum diſponens quòd contumax habeatur pro confeſſo, quid importet?*
20 *Confeßio unius ficta,non extenditur ad alias perſonas.*
21 *Statuti uerba debent intelligi,ſecundum propriam ſignificationem.*

QVAESTIO. III.

a PErusinæ[a] ciuitatis ſtatuto cauetur ꝙ ſi filiuſfa. cōmiſerit maleficium pater tenetur pro eo ſoluere condẽnationẽ,aſsignando filio dimidiã eius ꝙ habiturus eſſet ab inteſtato,ſi tunc pater decederet,&c. Alio ſtatuto cauetur,ꝙ ſi quis pro maleficio paſſus fuerit ſe poni in banno elapſo termino banni,habeatur pro confeſſo.Contingit ꝙ quidam filiuſfami.de maleficio accuſatus,paſſus eſt ſe poni in bãno,& elapſo termino banni:habebitur ꝓ confeſſo cōdẽnatus in certa quantitate pecuniæ, nec aliter de eius maleficio conſtat.Quæritur an pater teneatur ad ſoluendum cōdemnationẽ de eo factam vel non,pręſuppoſito ꝙ proceſſus & ſñia teneat ſecundum formã ſtatuti ciuitatis prædictæ. & ꝙ pater teneať
1 probať pluribus rationibus.¶ †Primò probať ſic.certũ eſt ſecundum cōem opi.ꝙ ſñia lata cōtra principalẽ, mandať executioni cōtra fideiuſſorem iudicatũ ſolui.l.j.de fideiuſ.l.gręcè. §.& poſt litẽ.in fi.§.& no.in.l.fi.C.de vſu.rei iud.& ibi ꝑ glo. & doct.& no.extra de iniuriis & dá.da.c.j.lib.vj.ſed hic pr̃ ęq parať fideiuſſori filij,vt.ff.de ver.ob.l.cũ filius.& de fur.l.eum qui.§.an pater.& poteſt dici fideiuſſor de iudicato ſoluendo, vt patet ex verbis ſtatuti,cum dicit teneatur ſoluere cōdemnationẽ,&c.ergo cōtra eum fiet executio,& tenetur ad ſoluendũ
2 cōdẽnationẽ.¶ †Secũdò probať ſic. fideiuſſor iudicatum ſolui,teneť,ſiue ſit res iudicata cōtra præſentem , ſiue contra abſentem re non defenſa,vt.ff.iudi.ſol.l.iudicatũ ſol. l. cũ quærebať.&.l.ſi ex duobus.cum ſi.Sed hic pater æquiparatur fide-

a ¶ Peruſinæ. De iſta.q.Barto.vide Bar.in.l.cũ filiuſt. ff.de ver.ob.& ibi vide apoſt.meã in prin.& vide alex. & Ia.plenè & An. bar. in.l.ſi qs mihi bona.§.ſi qd verò. ff.de ac.hære.ĩ addi.Bar. & vide alc. in cōſil.lxxxiiij.in iij.vo. & ĩ cōſi.lx. viſis dubitationibus.in eo.vo. ver. ſi verò illud . vide Alexã.l.ſępe.xxj. col.& in verſ.ij.limita.ff. de re iudi. Tho.diplo.

iuſſori iudicatum ſol.ergo tenetur ad ſoluendum cõdemnatio
nem.etiam ſententia lata contra contumacem.& hoc eſt ꝙ di-
citur in.l. iudicatũ ſol.ff.iudi.ſol.ſ.ꝙ iudicatum ſolui ſtipula-
tio expeditam habet q̃titatem in tm̃ inq̃tũ iudex pronuncia
uerit.Ex quibus concluditur ꝙ pater teneatur ſoluere dictam
3 condemnationem.¶†Tertiò probatur ſic.ſicut de iure com-
muni pater ex contractu filij obligatur de peculio,vt.ff.de pe
cu.l.j.§.fi.&.l.iij.§.ſed ſi fili⁹.C.ꝙ cũ eo.l.j.Ita hic ex forma ſta
tuti,ex delicto filij pater obligatur in portione prędicta. hoc
præmiſſo ſic arguo.In danda actione iudicati,contra patrem
de peculio,ſolũ hoc inſpicitur,an ſit iudicatũ,& filius cõdẽna
tus,vt.ff.de pecu.l.iij.§.idẽ ſcribit.& de noxa.l.noxali.cũ dua
bus ſeq.ſic ergo in propoſito:cum filius ſit cõdemnatus,pater
4 de dicta portiõe,tenetur ſoluere cõdemnationem.¶†Quartò
ſi dolus rei conuenti iudicio pendente, commiſſus eſt tantæ
potentiæ ꝙ facit ſententiã latam mandari executioni cõtra eũ
cõtra quẽ aliâs nõ mandareť.ff.vt in poſ.leg.l.ſi legato.§.fina.
C.e.l.certa forma,quę.ll.probant ꝙ ſententia lata contra eum
qui dolo deſijt poſſidere,mandatur executioni cõtra poſſidẽ
tem.& hoc not.per Cy.C.de aliena.iudi.mu.cau.fac.l.j.ĩ.viij.
q.ſed certum eſt,ꝙ ſi de maleficio filij cõſtaret legitimè: pater
teneť ſecũdũ formam ſtatuti: ergo multòmagis in caſu noſtro
vbi filius pendente iudicio,dolum & cõtumaciam adhibuit.
5 ¶†Quintò ſic,prẹmitto ꝙ filiusfa.in hac lite habet legitimam
perſonam,etiam in prẹiudicium patris.nam ſicut de iure com-
muni ſententia lata contra procuratorem vel tutorẽ,q ſunt le-
gitimæ perſonę,mandať executioni cõtra dominũ & pupillũ
vt.ff.de procu.l.plautius.de re iudi.l.iiij.in princi.ff.&.§.j.ita
ĩ noſtro ex forma ſtatuti ſententia lata cõtra filiũ,mandať exe
cutiõi cõtra patrem. Nũc arguo.pœna quæ rõnę contumaciæ
tutoris,vel procuratoris inferť,nocet domino & pupillo, vt.
C.de procu.l.eum qui res.de digni.l.quoties.lib.xij.ergo hoc
caſu pœna quæ inferť huic filio ratione contumaciæ, nocebit
6 patri:& ſic tenetur ſoluere cõdemnationẽ.¶†Sextò ſic,diſpo
ſitio conditionalis adueniẽte conditione ſumit effectum, vt.l.
cedere diem.de verb.ſigni.l.pecuniã.ſi cer.pe.de condi.& de-
monſt.l.qui hęredes.§.fi.& quaſi per to.ti.ſed ſtatutũ hic diſ-
ponit conditionaliter ꝙ pater teneatur ſoluere cõdẽnationẽ,
ſi filius cõmiſerit maleficiũ.ſed iſta conditio extitit quia filius
cõmiſit maleficiũ.ergo,&c.hoc ſic probo.Aut dices hunc filiũ
cõmiſiſſe maleficiũ de quo accuſatus eſt.& habeo propoſitũ.
Aut dices non commiſiſſe,ſed ratione contumaciæ eſſe condẽ
natum.& tunc idem:quia contumacia eſt delictum ſeu malefi-
cium,vt.ff.ſi quis ius di.non obtempe.l.j.de re iudi.l.cõtuma-
cia ergo patet filium commiſiſſe maleficium:& ſic pater,teneť
7 ſoluere condemnationẽ.¶†Septimò ſic.quando per eum qui
ex euentu conditionis læditur,fit quominus conditio implea
tur:habetur conditio pro impleta,vt.ff.de condi.ob cauſ.l.iij.
in fin.de reg.iur.l.iure ciuili.extra de regul.iur.c.cum ſtat per
eum.lib.vj.& ibi per Dy.ſed in quæſtione noſtra per patrem
qui ex euentu læditur,ſtat quominus filius cõpareat,vt male-
ficium probetur.& probatio quantũ ad patrem,habetur pro
impleta,ꝙ ſtet per eum patet:quia habet eum in poteſtate, &
ipſum iure patriæ poteſtatis vbiq; exiſtentem poteſt capere,
& præſentare:vt.ff.de re iu.l.qui cum vno.§.j.& ibi à pr̃e poſt
ea exhibit⁹,&c.C.de pa.po.l.iiij.ſi ergo nõ exhibet:ergo ſtat
per eum,& ſic conditio habeť pro impleta : & teneť ſoluere
8 condemnationem. ¶ † Octauò ſic.ſicut in quæſtione noſtra
per ſtatutum inducitur ficta confeſsio : ita de iure cõmuni re-
ducitur quędã ficta filiatio per actum adoptionis vt in toto ti.
de adop.ff.&.C.de inſti.& not.ff.de adop.l.ſi pater.§.fi.ĩ glo.
quæ incipit,vtilis enim . ſed illa ficta filiatio per adoptionem
inducta,porrigitur ad omnes qui non veniunt per contuma-
9 ciã, etiã cõtra patrẽ:& ſic teneť.¶†Nonò ſicut iuramentũ eſt
quædam ficta ſolutio,& vim ſolutionis habet,vt.ff. de iureiu.
l.eum qui iuraſſe.in fi.&.l.qui duobus.§.j.l.tutor.§.j. ita hic p
ſtatutum induciť ficta confeſsio ex contumacia.ſed virtus illi⁹
fictæ ſolutionis,quę venit ex iuramento porrigitur etiam ad
alios:quia ſi iurat principalis,prodeſt fideiuſſori,& econuer-
ſo.l.duobus.§.j.e.ti.&.l.fi.ita in propoſita.q.virtus huius fictę
confeſsionis porrigitur ad patrem , & ſic pater teneť ſoluere
10 condemnationem.ergo,&c.¶†Decimò ſic. tantum operatur
ficta confeſsio,q̃tum vera,vt.ff.de his qui not.infa.l.quoniam
&.C.de aſſeſ.l.conſiliarios.de hęre.auť.credentes.Sed certum
eſt ꝙ ſi filius cõdemnatus eſſet ex vera confeſsione:pater tene
retur ex forma ſtatuti,ſoluere cõdemnationẽ.ergo & nũc,quã
11 do eſt ficta confeſsio. ¶ † Vndecimò ſic.certum eſt ꝙ contra
purum debitorem condemnati,alijs bonis ceſſantibus ſit exe-
cutio:& ipſius nomen in cauſam iudicati capitur. nã inſpecto
qualiter principalis fuerit cõdẽnatus,vt.C.ne fiſ.vel priua.l.j.
& per totum.ff.de re iud.l.à diuo pio.§.ſic quoq;. ſed in pro-
poſito pater in illa portiõe de qua fit mentio in ſtatuto eſt de
bitor filij purè:quia lex oẽm cõditionem & dilatiõem ſuſtulit,
vt patet ex verbis ſtatuti,& probať in ſimili.C.de cond.ex le-
ge.l.j.per quam illud iudicať.ergo in patrem fiet executio.

QVod pater non teneatur ſoluere condemnationem, probatur. Primò:quia ſi eſſet plenè probatũ
filio defendente per teſtes:ſententia contra eum lata,patri nõ
præiudicaret,niſi contra eum probaretur.Secundò : quia po-
ſito ꝙ ſic præiudicaretur:tamen ſententia diffinitiua lata per
legitimas probationes filio abſente patri non præiudicaret.
Tertiò:quia vera confeſsio filij patri non prẹiudicaret.Quar-
tò:quia poſito ꝙ vera confeſsio noceret:non tamen nocet iſta
12 ficta confeſsio.¶†Primò probo ſic, Sententia quantuncunq;
legitimis probationibus contra vnum lata,ſuũ effectũ retro ad
ipſius authoritatẽ nõ porrigit,vt.ff.de re iu.l.ſi à te.§.fi.facit.ff.
ꝙ quiſq; iuris.l.iij.§.fi.& de pac.l.fideiuſſor.ſed nõ poteſt ne-
gari ꝙ in omni ꝙ filius habet re vel habere ſperatur,in bonis
paternis pater fuit & eſt eius author:ergo ſententia lata cõtra
ipſum filiũ etiã legitimis ꝓbationibus aduerſus patrem, non
13 porrigit ſuũ effectũ.¶†Secundò ꝓbo ſic.qñ vnius facti effect⁹
extenditur contra plures ratione connexitatis:tunc probatio
talis facti,& ſententia lata contra vnum,alij non p̃iudicat,niſi
cõtra eũ de nouo probeť,vt.ff.de adul.l.denunciaſſe.§.fin.vbi
ſententia lata contra adulterum, non nocet adulterę.& ecõtra
& tamen vnum non poteſt eſſe verum ſine altero. pro hoc.C.
de fal.l.j.& ꝙ ibi no.vbi ſnĩa partus ſuppoſiti cõtra matrem,
non nocet partui.pro hoc.ff.de iureiur.l.iij.§.pe.facit.C.q.res
iu.nõ no.l.j.& ꝙ ibi no.res inter alios acta.per to.ſic in propo
ſito,maleficiũ filij extendit effectum ſuum, tam contra filium,
q̃ contra patrem.probatio q̃tuncunq; veriſsima. & ſententia
lata contra filium patri non præiudicabit,niſi contra eum ꝓ-
14 betur.¶†Tertiò ſic,ſicut in quæſtione noſtra ex forma ſtatuti
filio condemnato,& ſoluente peruenitur ad patrem:ita de iu-
re communi aliq̃ condemnato:exiſtente non ſoluendo perue-
nitur ab bonorum poſſeſſores.vt.C.de pig.auť.hoc ſi debitor.
ſumpta ex corpe,de fideiuſ.§.ſi neq;.&.ff.de iure fiſ.l.moſchis.
in prin.Hoc prẹmiſſo arguo ſic:ſententia lata contra actorem
meũ,quãtũcũq; veriſsimis probationibus poſt ius & poſſeſsio
nem tranſlatam,mihi non nocet , niſi contra me de nouo pro-
betur eo iudicio quo poſſet contra me agere,vt.ff.de exce.rei
iudi.l.ſi mater.§.fi.l.iudic.§.fi.de pig.l. ſi ſuperatus.in prin.er-
go in propoſito,ſententia lata contra filium non debet nocere
patri:quia ante dictam ſententiã,in bonis ſuis plenũ ius habe-
bat,& habet:nec ad eum poteſt perueniri niſi de nouo probe
15 tur.¶†Quartò hoc probo per regulam generalem quæ eſt ꝙ
in vnoquoq; iudicio debeat ſententiari prẹſentibus,vel legiti
mè citatis his quos cauſa tangit:aliâs ſententia nocet inter prẹ
ſentes, & non nocet abſentibus,vt.ff.de re iudic.l.de vnoquo
que.de adopt.l.nam ita diuus.de natali.reſti.l.fina.de mi.l.in
cauſæ.§.cauſa cognita.C.ſi per vim vel alio modo.l.fin.ſed in
hoc iudicio pater non fuit citatus,monitus,nec requiſitus:er-
16 go talis ſententia,non ſibi debet nocere. ¶†Quintò probať
illud ſecundum quod dixi:quia poſito quòd ſententia lata cõ
tra filium,patri præiudicaret: hoc eſt verum,ſi eſt lata filio p̃-
ſente.ſecus ſi contumace.ꝙ ſic probatur.per hanc ſententiam
latam contra filium,tractatur de abſorbendo & perimendo iu
re patris in bonis ſuis:ſed ſententia lata contra vnum,p ius al-
terius confunditur,& perimitur:& ita demum aduerſus alios
ſuum operatur effectũ,ſi eſt lata contra prẹſentem.ff.de inoffi.
teſta.l.papi.§.meminiſſe.&.l.qui repudiantis.§.fi.eo.tit. ergo
in propoſito,ſententia lata contra filium abſentem,patri non
prẹiudicat.¶ Sextò probatur ſic.Nos tractamus in quæſtio-
ne noſtra quod lata ſententia contra filium parat fiſco actionẽ
contra patrem.hoc præmiſſo ſic arguo. quando ex ſententia
lata contra vnum,paratur actio contra alium:illud ita demum
eſt verum : ſi ſententia feratur contra illum præſentem.ſecus
ſi contra contumacem , vt.ff.de euict.l.ſi ideo.C.de peri.& cõ
mo.rei vend.l.j.Sed hic eſt ſententia lata contra filium contu-
macem:ergo non debet fiſco contra patrem actionem parare.
17 ¶†Septimò probatur illud tertium quod dixi,quòd vera cõ
feſsio filij patri non præiudicaret.quod ſic probatur.filiusfa-
mil.confitendo, paciſcendo,iuramentum deferendo, vel alio
modo patris conditionem deteriorem facere non poteſt,vt.ff
de ſolut.l.filiusfami.de iureiurand.l.quantò magis.C.de pact
l.filius.&.C.de iureiurand.l.neque filius. Si ergo poneremus
filium verè confeſſum eſſe, talis confeſsio patri non poſſet
præiudicare : ergo multòmagis non præiudicabit iſta ficta cõ
18 feſsio. ¶ † Octauò idem probatur ſic.certum eſt quòd ma-
ioris

ioris authoritatis est dictum, & cõfessio alicuius deponentis,
vt testis legitimè receptus quã sit simplex cõfessio. nam dictũ
testis, prȩiudicat ei contra quem examinatur, vt in tit.ff.de te.
&.C.eo.sed simplex confessio alicuius non præiudicat, nisi so
lum confitenti, vt.ff.de interrog.actio.l.si defenso. Sed de iure
testimonium filij contra patrem non valet, vt.ff.de testi.l.ido-
nei.&.l.testis ideoneus.C.eo.paren. Si ergo testimonium non
valet, ꝙ est maioris authoritatis, multòminus admittitur con-
19 tra patrem simplex confessio filij, ergo, &c.¶ †Nonò probo il
lud quartũ ꝙ dixi: quia posito ꝙ sufficeret illa vera confessio
non tamẽ sufficit ista ficta, quod sic probo. Statutum quod ha
bet contumacem pro confesso, aggrauat contumacem in hoc
ꝙ contra eum sufficit leuior probatio, & sic sola contumacia
habeatur pro cófessione. hoc prȩmisso sic arguo. Quando ali-
quis propter ipsius dolum vel cõtumaciam aggrauatur, vt cõ
tra eum leuior probatio sufficiat: talis probatio, solum ipsum
contumacem aggrauat, & suas vires contra alios non extendit
vt patet in prob. quæ fit per iuramentum in litem, vt.ff.de in
litẽm iur.l.j.quando ex facto tu.l.j.& de fideius.l.fi. Sic in pro
posito, ista contumacia aggrauat filium, vt habeatur pro con
fesso, & sic ista ficta confessio, non extendit suas vires vltra per
20 sonam ipsius filij contumacis: & sic patri non nocebit.¶ †De-
cimò probo sic. ficta confessio vnius, non extenditur ad perso
nas: aliâs & si iure, fisco habeatur loco eiusdem personæ, vt.ff.
de iure fis.l.eius qui delatorem. vbi si aliquis habeatur pro cõ
fesso, ꝙ delatorem corrumpit, talis ficta confessio, non transit
ad hæredes, vt eos aggrauet, quãꝗ̃ censeatur vna persona cum
defuncto: ergo in casu nostro, talis ficta confessio filij non se
21 extendit ad patrem, &c.¶ †Vndecimò probo sic. verba statu
ti debent intelligi secundum propriam significationem: non
secundum fictam, & impropriam, vt.ff. de exerci.l.j.§. si his ꝗ
nauem. de leg.iij.l. non aliter.cum simi.& ꝙ illud ꝙ est secun-
dum fictionem non intelligatur in statuto, nisi exprimatur, est
tex.& glo.ff.de nego.gest.l.iij.§.hæc verba. Cùm ergo statu-
tum dicat, quòd filiusfami.commiserit maleficiũ: intelligatur
verè & non fictè. Sed hoc casu eum verè commisisse non con-
stat: ergo, &c.

☞ *SVMMARIVM.*

1 *Statuti uerba quãdo arctant partem soluere condemnationem pro filio, qua liter sint intelligenda?*
2 *Sententia lata contra filium an & quando, faciat fidem contra patrem.*
3 *In quibusdam criminibus, sententia lata contra criminosum habet effectum reuocãdorũ omnium bonorũ alienatorũ à die commissi criminis.*
4 *Sententia lata contra unum, alteri præiudicat quando est lata contra præsentem. secus si contumacem.*
5 *Ficta solutio, an sit sufficiẽs ad dandam actionem contra principalem.*

SOlutio. Domini nostri Iesu Chri-
sti nomine inuocato. Istã
quæstionem tangit Dy. ff.quando ex fac.
tu.l.j.& ibi videtur tenere ꝙ talis ficta cõ-
fessio, non prȩiudicat patri: sed contrariũ
videtur innuere ipse idem de ver.obl.l. cũ
filius.in princi. Ad pleniorem ergo intelle
ctum nostrȩ qstionis, & solutionem oĩm cõtrariorũ, dico iudi-
cẽ debere verba statuti diligẽtius intueri. An verba statuti co-
arctẽt patrẽ ad solutionẽ cõdemnationis simpliciter, an sub cõ
ditione, si filius cõmiserit maleficiũ, vt in casu nostræ quæstio
1 nis proponitur. ¶ † Primo casu, quando verba statuti coar-
ctant patrem simpliciter. verbi gratia: dicit statutum ꝙ in casu
maleficiorum teneatur pater soluere condemnationem pro fi-
lio vsq; ad legitimam ipsius filij, vt vidi ĩ multis ciuitatibus: &
isto casu verba statuti non requirunt, ꝙ filius cõmiserit malefi
cium, sed sufficit solùm ipsum filium pro maleficio condemna
tum, siue commiserit, siue non: & tunc pater tenetur siue præ-
sens, siue ex cõtumacia fuerit condemnatus fili⁹. Et isto casu ꝓ
priè ȩquiparatur fideiussori iudicatum solui, cuius stipulatio
ex ipsa condemnatione committitur, siue præsens, siue contu-
max condemnatur, vt.ff.iud.solui.l.j.&.l.iu.sol.stipulatio ex-
pedita.l.cum quærebatur.in princip.coniuncta.l.cum filijs.in
princip.de ver.obliga.& de fur.l.eum qui.§. an pater.quæ.ll.
ȩquiparant patrem fideiussori. Et isto casu procedunt duȩ pri
mæ rationes pro parte affirmatiua. ¶ Secundo casu: quando
verba statuti coarctant patrem cõditionaliter si filius commi-
serit maleficium, vt in quæstione proposita: tunc oportet ꝙ
2 de maleficio filij constet.¶ † Et ideo est aduertendum, an sen
tentia lata contra filium, faciat fidem cõtra patrem. Ad quod
plenè inuestigandum sciendum est, ꝙ filium condemnari po-
test accidere quatuor modis. Quandoq; enim filius se prȩsen
tat, & maleficium negat, & contra eum probatur plenè, quan-
doq; fili⁹ cõparet, & negat contra eum, non probat̃ plenè, sed
probant̃ indicia sufficientia propter quæ ponit̃ ad torturã, &
confitetur. & cõdemnatur. Quandoꝗ cõparet & cõfitet̃ spon-
tè. & cõdemnatur. Quandoq; filius est contumax, & eius con-
tumacia habetur pro confesso secũdum formã statuti. & cõdẽ
nat̃. & hic est casus noster. de quolibet ergo videamus. ¶ Cir-
caprimum, quando filius cõparet, & negat. & contra eum pro
batur, & condemnatur: tunc omissis distinctionibus, quas po-
nunt doct. specialiter ponit & refert Cy.C.quib.res iudi. non
nocet.l.j.quantum ad propositum dico, ꝙ quandoq; de vno
maleficio plures cõdẽnantur, & pariter principales: & isto ca-
su probatio cõtra vnũ lata, aliis nõ prȩiudicat, vt.l.denũciasse.
§.fi.de adul. Quandoq; ex vno maleficio vnus cóuenitur prí-
cipaliter. ad alium verò peruenitur per quandam consequen-
tiam: & contumacia, seu condemnatio vnius, quæ est præam-
bulum executionis faciendæ in alium ex quadam consequẽtia
respicit principaliter commodũ & vtilitatem priuatã. & tunc
ꝓbationes factȩ cõtra vnũ, & sñía contra vnũ lata alij non no-
cet, vt.C.de fa.l.j.& ꝙ ibi no.s.ꝙ sententia lata cõtra matrẽ in
accusa.de partu supposito, non p̃iudicat filio in quȩstione bo
norũ. Si verò illud prȩiudicium ꝑ ꝙ peruenit̃ ad aliũ ex qua-
dam cõsequentia respicit vtilitatem publicã, seu bursam publi
cam: tunc probationes & acta facta cõtra illũ principalẽ, faciũt
fidẽ cõtra illũ ad quẽ ꝑuenit̃ ex quadã consequentia. casus est.
C.vbi caus.fisc.l. j. vbi sententia lata contra homicidas, habet
effectũ cõfiscãdorũ bonorum contra hæredes. & ita intelligit
gl.ff.ad sylla.l.ĩ cognitiõe. ꝓ hoc satis aptè facit.C.ad.l.iul.ma.
l.quisꝗs. vbi sententia lata contra patrem, habet effectũ inferẽ-
dȩ penȩ ĩ personas filiorũ. nec dicet aliquis ꝙ noua probatio
delicti requiratur contra filios: sed satis est de hoc patrem esse
conuictum & cõdemnatũ, vt ibi patet dum dicit, paterno ẽm
3 dñt perire supplicio, &c.¶ †Pro hoc facit, ꝙ in quibusdã cri-
minibus sententia lata contra criminosum habet effectum re-
uocandorum omnium bonorum alienatorum à die cõmissi cri
minis, & sic p̃iudicat̃ tertio, vt.d.l.qꝗs.&.l.fi.ad.l.iul.maie.ff.
de accu.l.ex iudiciorum. expressi⁹ extra de hȩreti.c.cũ secũ dũ
leges.in fi.lib.vj. Et sic in quȩstione nostra: cũ ad patrem perue
niatur per quandã cõsequẽtiam: & hoc respiciat vtilitatem pu
blicã sententia lata contra filium: & probationes factȩ contra
eum patri prȩiudicabunt, per dicta iura vltimò allegata.
¶ Et licet hȩc sint vera: puto iudicem cautius & consultius fa-
cere si eo tempore quo agitat̃ iudicium contra filium, moueat
patrem vt intersit iudicio, si sua interesse crediderit, per.l.si su-
specta.in prin.ff.de inofficio.testament.&.C.de litigiosis. aut̃.
nũc si hæres. tunc enim ei præiudicaret sine dubio, vt.l. sæpe.
ff.de re iud. vt nota.in fine per Cy.C.de aduo.diuer.iu.l.j.circa
fi.¶ Circa secundũ, quando filius comparet, & negat & contra
eum probantur indicia sufficientia, per quæ ponitur ad tormẽ
ta, & confitetur, & condemnatur: tũc idem puto ꝙ hoc suffi
ciat contra patrem, per dicta iura quæ videntur velle ꝙ suffi-
ciat principalem esse conuictum. pro hoc specialiter induco.
l.cùm probatio.ff.de prob. vbi videtur casus.¶ Circa tertium
quando filius comparet & spontè confitetur & condemnatur
credo idem multòmagis, vt.d.l.cum probatio. & ꝑ alias leges
allegatas. Nam si statur dicto cum tormentis: multòmagis sine
tormentis, hoc casu cum filijs interrogatur principaliter con
tra seipsum, vt lege prima.§.diuus.& quod ibi not.ff.de quæ-
stio.pro hoc de ȩdil.edi.l.quæro.§.fin.pro hoc quia confessio
filij & serui prȩiudicat patri & domino, quando habet liberã
administrationem peculij, vt.ff.de iniur.l.seruus quod detulit.
cum duabus.ll.seq.hoc verũ, nisi pater vellet probare contra
rium. ꝙ dic vt no.ff.si ex noxa.cau.aga.l.ij.§.j.vbi est not.glo.
ad istud.¶ Circa quartum, quando filius est contumax, & ex
forma statutorũ habetur pro confesso, & condemnatur, vt in
casu propositȩ quȩstionis: tunc dico ꝙ talis ficta confessio, &
sentẽtia contra filium lata, patri non præiudicat, sed est neces-
se ꝙ cõtra eũ ꝓbet̃ maleficiũ, hoc probat̃, quia ficta cõfessio ẽt
vbi de publica vtilitate tractamus non egredit̃ personam eius
qui habet̃ pro confesso, vt.ff.de iure fis.l. ei⁹ qui delatorem.in
4 prin.¶ †Prȩterea illa est regula ꝙ quoties sententia lata con-
tra vnum præiudicat alteri: illud intelligitur esse verum, si est
lata contra prȩsentem, secus contra cõtumacem, vt.l.qui repu
diantis.in fi.l.papinianus.§.meminisse.de inoffic.testa.de eui.
l.si ideo.in princ.C.de peri.& cómo.rei vendi.l.j.in fi. ꝓ hoc ĩ
duco glo.quæ est.ff.de iureiur.l.duobus.§.j.super ver.solutio
nis.hoc modo: sicut hic ex forma statuti peruenitur ad patrem
sub conditione si filius commiserit maleficium: ita de iure cõ-
muni fideiussor agit contra principalem si soluit, vt.lege lu
5 cius.ff.mand. ¶ †An ergo sufficit ad dandum actionem con-
tra principalem, quædam ficta solutio. s.iuramentum? certè

non:vt ibi no.pro hoc facit optimè gl.inſti.de noxa.in fi. & ꝑ
alias rationes.ſ.pro hac parte allegatas.hoc tenet Cy.in fin.C.
vnde vi.l.ſi quando.nec curo iſto caſu,vtrũ pater fuerit ſciens
necne.quia quando ſentẽtia fertur contra contumacem, dicta
diſtinctictio ſcientię & ignorantiæ non habet locũ.C.de pign.
l.ꝑſes.& ibi no.Ad contraria ex prędictis de facili apparet re-
ſponſio.

¶ Diſputata fuit hæc quæſtio per me Barto.de Saxoferrato minimum legum doctorem in felici ciuitate Peruſij,anno domini.Mcccxliiij.xvij.menſis Ianuarij,me tunc ibi.ff.vetus ordinariè legente.

☞ SVMMARIVM.

1 *In contractu emptionis,periculũ rei uenditæ pertinet ad emptorem.*
2 *Ius quando emitur, ſufficit uenditori præſtare ꝙ illud ius ſit, nec curatur ꝙ ex illo iure aliquid percipiatur.*
3 *Spes qñ emitur uel futurus euentus,ſi nil percipit̃ periculũ eſt emptorum.*
4 *Dominium utile habet non ſolum qui emit aliquam rem,ſed ille qui cõducit ad non modicum tempus.*
5 *Emptio una tãtũ eſt,qñ pretiũ unũ ab initio conſtituitur,licet præſtatio ſit diuiſa.*
6 *Emptio non contrahitur,ſi uendantur fructus, fructibus non natis.*
7 *Poteſt uerbum de ſui natura,quid ſignificet?*
8 *Quæſit ratio ꝙ in emptiõe & uẽditione, uenditor conſequit̃ prætium etiã re amiſſa.*

¶QVAESTIO. IIII.

a ¶Publicanus. de iſta.q. vide Bar.in l.fi.ĩ prĩ.C.de ꝑd. de curi.lib.x.& in l.ij.in.ij. colum.C. de iur.emphyt. & ibi apoſtil.meã,& ibi etiam vide do. Ia.in.xx.col.& vide Pau.de caſt.ĩ.l. cotem. §.q maximos.ff.de pub.& ibi vide Bar.ĩ.j.colũ.& Alex.ĩ addi. & vide Bart.Tho. Soci.in cõſ.lxxxviij.& Alex.ĩ con. xcviij.& in conſi. cviij.in.iij.volu.& Pet.de Anch.ĩ cõ. cccxv. & conſil. cccc. Tho.diplo.

a PVblicanus[a] quidã emit à cõmu
ne Peruſij pedagiũ,& oẽs fructus & vſuſ-
fructus,reditus:& prouentus, qui perci-
pientur & percipi poterunt ꝑ ipſum pu-
blicanum ex ipſo pedagio, & prædijs,&
molendinis dicti communis,poſitis in cu
ria caſtri foſſati vſ ad.x.an.& non vltra pro pretio mille lib.
ſoluendarum quolibet anno,prout capit pro rata. Contingit
ꝙ vno anno propter guerrã,ex dicto pedagio nihil eſt perce
ptum,& propter ſterilitatem ex dictis prędijs nil percepit.&
propter inſolitam ſuperabundantiam aquarum dicta molen-
dina,& ædificia ſunt deſtructa: nec poſſunt refici ſine magna
impenſa,vnde ex eis ſimiliter nihil perceptum eſt.quęritur an
1 pro dicto anno debeat fieri remiſſio pretij, vel non? ¶ †Et
primò quod remiſſio fieri non debeat. probatur.nam natu-
ra contractus emptionis,& venditionis eſt vt contractu cele-
brato,periculum pertineat ad emptorem,vt.ff.de peri.& cõ-
mo.rei ven.l.id ꝙ.& l.neceſſarie.in princ.&.C.eo.l.j.inſtit.de
contrahẽ.emp.§.cum autem.per Cy.cũ ſi.ſed hic eſt huiuſmo
2 di:ergo,&c. Secundò probatur ex natura rei emptæ. nam qñ
ius aliquod emitur, ſufficit venditori præſtare ꝙ illud ius ſit,
nec curatur qd ex illo iure percipiatur,vt patet ĩ emptiõe no
minis vel hr̃ditatis,vt patet.ff.de hære.vel ac.vẽ.l.ſi nomẽ &.l.
cũ hæreditatis.cũ ſi.ſed hic empta ſunt iura.ſ.padagiũ ꝙ eſt ius
ꝑcipiẽdi tm̃ à trãſeuntib9,vt.C.de ve.& cõ.l. ve.C.de noua ve.
l.j.in fi. Item eſt vendit9 vſusfructus q eſt ius,vt.l.j.de vſur.er
go non eſt curandum quid ex ea percipiatur,ſed ſufficiat hoc
3 ius conſtitutum eſſe.¶†Tertiò probatur eodem modo.ex na
tura rei emptæ quando emitur ſpes,vel futurus euentus,ſi nil
percipitur periculum eſt emptorum.ff.de hære.ven.ꝙ ſi ĩ vẽ-
ditione.&.l.ſeq.&.l.nomine.de contrahen.emp.l.nec emptio.
de actio.emp.l.ſi iactũ. ſed hic empta fuit ſpes,ſeu futurus euẽ
tus ꝙ apparet ex eo ꝙ dictũ eſt in contractu.ſ.qui percipi po
terunt.quæ verba ſignificant ſpem & futurum euentum,vt.ff.
de iniu.teſta.l.j.& ibi no.Item apparet ex eo quod dicit peda
gium:ꝙ poteſt ſignificare ipſum actum percipiendi,vt.l.cum
in plures.§.penul.& ꝙ ibi not.ff.loca.&.C. de vect.& cõ.l.ex
pręſtatione.Sed quando ipſe actus percipiendi emitur, ſemꝑ
videtur emi ſpes,vt.d.l.nec emptio.de contrahe.empt.&.l.ſi
4 iactũ.de actio.empt.ergo periculum eſt emptoris.¶†Quar-
tò probatur ex longinquitate temporis:quo non ſolum ille q
emit,ſed ille qui conducit ad non modicum tempus, puta in
x.annos habet vtile dominium:vt.ff.ſi ager vect.l.fi.de ſuperf.
l.j.§.quòd autem ait.ſed ſi dominium emiſſet:nõ eſſet dubium
ꝙ eſſet periculum emptoris:vt.s.in primis alleg.ergo,&c.
5 ¶†Quintò probatur ex vnione emptionis, conſtat enim ꝙ
hic pro omnibus annis vna eſt emptio:propter vnum pretiũ
conſtitutum ab initio.licet præſtatio ſit diuiſa:& propter vnã
annorum numerationem:vt.l.cum eiuſdem.de ędil.edi.de cõ-
trahen.emp.l.ſi duos.de in diem adie.l.ſi duo.de lega.j.l. ſi ex
toto.§.ſi ita &.l.ſtichum.§.ſtipulatio.de verb.obliga.Sed & ſi
ponamus eſſe vnam locationem vnius anni, & percipitur de-
cima pars fructuum,minus ſolito:certum eſt ꝙ non fiet remiſ
ſio mercedis in aliquo,vt.l.ſi vno.§.cum quędam.loca.ita licet
decima pars fructuum totius temporis ſit perempta:nulla fiat
diminutio ergo, &c.

COntra Quod debeat fi
eri remiſſio,probatur.Primò ex natura cõtra
ctus locationis & cõductionis:quę eſt vt pro
pter ſterilitatem,& alios caſus ſimiles,fiat re-
miſſio mercedis:vt.l.ex cõducto.§.j.&.l.mer
ces.§.vis maior.locati.&.C.eo.l.licet,&.l. excep.cũ ſi.ſed iſte
eſt contractus locationis,vt probo.Hoc ſic probatur.quando
dominium ad emptorem non transfertur:non poteſt dici em-
ptio & venditio,vt.ff.de contrahen.empt.l.conuenit.&.l.cum
manu ſata.§.fi.ff.de contrahen.emp.inſti.de loca.§.item quęri
tur.ſed hæc eſt huiuſmodi:ergo,&c.Præterea ad idem quãdo
pretium ſoluitur annuatim,non poteſt dici emptio & vendi-
tio,vt not.C.de iure emp.l.j.Et hic eſt modus cognoſcẽdi em-
ptionem à locatione,vt ibi not.&.ff.de ſuperfi.l.j.§.j.in gloſſ.
6 ſuper verbo,agendo.ſic eſt locatio.ergo,&c.¶Secundò pro-
batur.ex natura emptionis & venditionis.nã poſito ꝙ ſit em
ptio.eius natura ſic eſt:vt ſi fructus venduntur fructibus non
natis,emptio non contrahatur,vt.ff.de contrahen.empt.l.nec
emptio.de ver.ob.l.interdum.in prin.de cond.& demon.l.j.in
fi.ſed hic fructus nõ ſunt nati:ergo nõ eſt emptio.& ſic pretiũ
nõ debet̃ pro illo anno.¶Tertiò probatur.eodem modo.ſ.ex
natura venditionis,q̃ eſt vt ſi ſub conditione fuerit celebrata:
ad emptorem nõ pertineat periculũ conditione ceſſante,vt.ff.
de peri.& cõmo.rei vẽ.l.neceſſariò.§.ꝙ ſi pẽdente. de cõtrah.
emp.l.ꝙ ſępe.§.in his.ſed iſta venditio eſt cõtracta ſub cõdi.ꝙ
pt ex illis verbis q percipi poterũt, q̃ faciũt cõditionẽ,adeò
vt eis non perceptis emptio non ſit facta,& pretiũ non debea
tur,vt.l.ſi debitor.§.veriſimile.de contrahen.emp.de vino tri.
& oleo lega.l.cũ certum.& ꝙ vulgariter dicitur relatiuum qs
vel qui,iunctum verbo futuri temporis facit conditionẽ.l.ſti-
7 chum qui meus erit de leg.j.cum ſi.¶†Quartò probatur ex
ſignificatione iſtius verbi poteſt. ꝙ de ſui natura non ſignifi-
cat quandã poſſibilitatẽ, ſeu fortunã: ſed requirit actum per-
fectũ,vt.l.ſtatuliberos.§.ſi quis ſic acceperit.de ſtatu libe.facit
de ver.ſigni.l.inter illã. Et alibi verbum poterit,intelligitur re
bus ſic ſe habentibus,& eodẽ ſtatu durante,vt.l.ꝙ ſeruius.in fi
de cond.ob cau.& ibi no.ſed hic eſt mutatus ſtatus:quia guer-
ra,ſterilitas,& deſtructio ædificiorum ſuperuenit.ergo,&c.
8 ¶†Quintò probat̃ ex identitate rationis.nã q̃ eſt ratio ꝙ ĩ em-
ptione & venditione venditor conſequitur pretium etiã re a-
miſſa,ſed in locatiõe & conductione ſit remiſſio mercedis glo.
aſſignat vnam rationem:quia vẽditor certat de damno.nam ſi
non haberet pretiũ:damnum ſuæ rei pateret̃.Sed locator cer-
tat de lucro,cum nil de ſuo amiſerit.ita no.ff.loca.l. quæro.§.
item cum quidam.poſt mediũ glo.magnæ.Et idem not. Roſ.
in ti.de act.ex lo.circa fi.certè in iſto venditore eſt illa eadẽ rõ
ergo,&c.¶Aliã rõnem aſſignant doct.ſ. quia de natura ẽptio
nis eſt,vt cõtractu celebrato res perpetuò ſit penès emptorem
& eius ſit emolumentum.non eſt igitur mirũ ſi eius eſt pericu-
lum,ſed de natura conductionis eſt,vt emolumentum ſit con-
ductoris ad tempus.& ideo non debet inconueniens reputari
ſi damnum ſterilitatis:vel ſimile cõicat cũ locatore, ad quẽ res
locata debet peruenire,vt perpetuò ſit penès eũ:& ita no.per
Cy.C.loca.l.legẽ.ſed in hoc emptore,eſt eadẽ rõ q̃ eſt in cõdu-
ctore.ergo,&c. ¶Aliã rõnem ponit Iac.but.quia res vendita
debet̃ ſicut ſpes:ideo eius interitu,debitor liberatur,vt.l.ſi ex
legati cã.de ver.ob. Sed in locatione debet̃ patientia, quæ eſt
de futuro:ideoq; nec perire põt ꝙ nõ eſt: ſed quia per eum fa-
ctum non eſt,tenet̃ ad intereſſe,ſecundum mercedis remiſſio-
nem,vt ipſe not.in.d.§.item cùm quidam.ſed in hac emptione
eſt eadẽ rõ quę in cõductiõe & locatiõe:ergo,&c.Et ſic breui-
ter propter omnimodam ſimilitudinem cõcluditur, ꝙ illo an
no debet fieri remiſſio pretij.

☞ SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis,qualiter cognoſcatur à contractu emptionis.*
2 *Ex modo contrahendi,inſpicitur quis contractus ſit.*
3 *Ciuitas qñ uendit pedagium,in quibus caſibus ſit fienda remiſsio pretij.*
4 *Refectio alicuius proprietatis ſi requirit magnam impenſam,ad quem pertineat,domino an uſufructuario?*
5 *Vſufructuarius qua actione poſsit repetere expenſas per ipſum factas à domino proprietatis.*

SOlutio. Domini noſtri Ieſu Chriſti nomi-
ne inuocato ſaluo ſemper iudicio
cuiuſlibet melioribus rationibus mouentis.¶Vi
detur quòd dictus contractus locationis fuerit,
&ſic

& sic debeat fieri remißio pretij pro illo anno:sicut in locatione fit remißio mercedis:vt dictum est.s.in prima ratione facta pro illa parte. ¶ † Et quia dico hunc esse contractum locationis. Ad hoc ostendendum præmitto ꝙ quando agitur vt in alium tranferatur dñiũ rei vel vsu capiendi conditio,pro certo pretio. Et tunc constat ꝙ est emptio,vt.l.conuenit.&.l.cum manu lata.in fi.ff.de contrahen.emptio. Et sic loquitur totus ti.ff.de contrahen.empt.C.de inst.idem si agitur vt transferatur aliud ius:vt seruitus,vsusfructus.vt.d.l.cum manu fata.§.j.de peri.& cõmo.rei vendi.l.necessariò.§.j.ĩ.de vsufruc.l.iij.¶ Aliquando agitur vt ille qui pecuniam recipit,nullũ ius in alium transferat:sed tantũ ꝙ aliquid faciat,vel operetur.& isto casu non potest esse emptio,sed locatio & conductio.vt,l.item si p̃tio.§.j.loca.ff.de contrah.empt,l,conuenit. &.d.l. cum manu sata.in fi.& isto casu non refert annuum pretium,seu pensio cõstituat̃ toto tempore:an annuatim,vel singulis mensibus,vt.l.qui operis.ff.loca.l.ea lege.§.locatum. aliquando conuenit ꝙ ille qui pecuniam recipit, aliquid faciat& ꝙ aliquid det,& sic vtrũq;: & tunc aut dare,seu rem transferre venit principaliter aut fieri per consequentiam:& erit emptio,vt.ff.loca.l.ij.§.j.in sti.eo.§.item quæritur,nam ibi hoc principaliter agitur,vt artifex det mihi annulos certę formæ,ꝙ autẽ ipse faciat hoc venit ex quadam consequentia:quia ipse aliàs dare non potest. aut fieri,venit principaliter.rem tradi,venit per consequentiã & erit locatio & conductio,vt.ff.loca.l.item si pretio.§.insula. nam ibi opera principaliter locatur.dare autem venit ex quadam consequentia.f.quia ædificat in alieno,quando dubitatur quod istorum veniat principaliter,vt ĩ casu ꝓposito.nam hic est dubium,vtrum principaliter veniat datio, siue translatio dominij fructuum percipiendorum,vel iure vsusfructus.patientia autẽ.f.ꝙ patiantur istum emptorẽ vti frui,veniat ex quadam consequentia.sicut in vsufructu,vt.l.iij.§.dare. ff. de vsufru.an econtra.f.ꝙ patientia principaliter, fructus autẽ faciat suos ex quadam consequentia:sicut in quolibet alio colono q conducit fundum:& dominus principalis tenetur ad patientiam,vt.l.qui merces.§.qui fundum.&.l.si in lege.§. colonus eum.ff.eo.tit.& sic potest esse dubium,an sit emptio vel locatio.& isto casu gl.singularis dat doctrinã.f.ꝙ pretiũ & mercedis quantitas,faciat discerni emptorem à conductore.ita no.ff.
a de supfi.l.j.§.j.in glo.super verbo agendo [a] ,quid vult dicere? certè non curant de nomine.f. an fuerint contrahentes vsi nomine pretij,vel mercedis : quia in hoc non est vis, vt in dicta
b gloss.sed hoc alia gloss.declarat.f.ꝙ pretium est vnum[b] & certum.merces verò per singulos annos soluitur,ita not.C.de iure emphyt.l.ij.& quod ibi tenent doct.si ergo pretium vnum esset constitutum,ꝙ non solueretur annuatim:esset emptio & vẽditio.& q̃d si esset emptio,dicã.j.sed qñ p̃tium debet annuatim solui:appet ꝙ est mercedis cõstitutio,q̃ fit ꝓ patiẽtia quę singulis annis p̃stat̃:& sic erit locatio & cõductio:& sic debet fieri remißio sicut ĩ locatione.hoc ꝓbat̃ p dictas glo.hoc suadet ẽt rõ,qñ pretiũ seu merces soluit̃ singulis annis,nõ vr̃ dñs velle trãsferre aliquod ius ad hoc,vt si ille cesset in solutione poßit eum de prędio expellere,vt.l.quæro.§.inter locatorem ff.loca.de publi.l.vectigalia.§.fi.secus qñ pretium simul soluitur. & hoc etiam probatur in.l.item quæritur.§.qui impleto. vbi de locatiõe fundorũ semper habet̃ respectus ad annuam præstationem.¶ Et hoc mõ debet intelligi.ff.de iure do.l.si vsusfructus.vbi dicit tex.vel locet,vel vendat: intelligendũ est locet.f.certa mercede constituta singulis annis,emptione constituta,pro toto tẽpore,& ita reperi postillatum p quosdã do. antiquos.sic intelligi debet de vsufr.l.arboribus.§.vsufru.ibi, locare vel vendere.de bon.auto.iud.pos.l.si venditis.§.j.&.l. ait pretor.in cã etiam sic debet intelligi in cle. de reb.eccle.nõ alie.c.j.ĩ fi.dum ponit de locatione & cõductione fructuũ.hoc etiã patet eo ꝙ oẽs leges loquentes de locat. fundi regulariter
c loquunt̃:cũ merces annua,vel mestrua [c] cõstituitur,vt.C.loca. l.licet.ff.e.l.item quærit̃.§.qui impleto.&.l.si in.l.§.si domus.& §.seq.de pu.l.vectigalia.§.fi.de fideius.l.si à colo.&.l.fideiussores.§.pro aurelio.cum infinitis si.similis arguendi modus ad cõtractus cognoscẽdos, fit per gloss.& Cy.C.de re.permu.l.
2 j.in vlti.glo.¶ † Cum dubitatur qualiter cognoscitur contractus permutationis à contractu do vt des,inspice qualiter loquuntur leges de hoc tractantes.Idem habemus in cognoscendo vectigal à tributo.Inspicimus,quomodo loquuntur leges de hoc tractantes,vt.l.ij.§.j.ff.de publ.ita hic ex modo contrahendi inspicimus quis contractus sit.Nã si solũ inspiceres verba vendo vel loco,esset imponere legem verbis : & quod ista verba non sunt curanda : quia si dicatur, do ad affictum. licet non vtatur verbo locationis:tamen erit locatio,non venditio, vt extra de loca.c.ij.sic & Spe.cũ tractat de loca. ponẽdo formas cõtractus semper ponit de annua præstatio.in ti.de loca. Sed cùm ponit de venditione fructuum ponit de vno pretio quod ab initio soluitur.in tit.de emptio.& vendi.§.j.Et sic apparet quòd est locatio & conductio:& sic debet fieri remißio pretij pro illo anno.nõ ob.ꝙ pretium vnum fuit cõstitutũ ab initio:quia si solutio diuisa per annos soluat̃:non curat̃ de modo constituendi.ex hoc enim apparet illud vnum pretium cõstitutum non esse,ex pretio singulorum annorum,& sic perinde est acsi pretium esset constitutum singulis annis , vt.l.ędiles aiunt.§.fi.in glos.quæ incipit.f.vnico.de ędil.edic.Nec ob. quod dicitur in contractu emit,&c.quia accipitur.i.conduxit vt.C.loc.l.hi qui.ff.eo.l.ea.§.locaui.de publi.l.quotiẽs.§.fina. facit de actio.emp.l.veteres.&.l.seq.Nec ob.quòd vsi sunt verbo pretio,&c.quia pretium ponitur pro mercede, vt.ff.loca. l.ea lege.§.locaui.&.l.insulam.§.qui ędem.¶ Sciendum tamen est,ꝙ est quædam gl.quæ videtur aduersari prædictis.ff.quib. mod.vsusfru.amit.l.pompo.quærit.§.j.in gl.quæ incipit, sed quid nocet.quæ videtur velle ꝙ pretium constituitur singulis annis,& tamen sit emptio:tamen illa non puto benè dicere,vt ex prædictis patet.est quædam alia.ff.de contrahẽ.emp.l.fundi partem.secundum vnam lectu.quæ videtur sentire contra. tamen illa lectu.non placet,posito tamen quod tanq̃ iudæus nolens à verbis recedere.sed si velles dicere hunc esse contractum emptionis:tamen adhuc dico idem iuris esse quo.s.dixi: quia iudicabitur sicut de locatis propter solutionẽ quę annuatim fit,quod sic probo.¶ Certum est quod superficies trãsfertur in alium,vel per loca.vel per venditionem.l.j.§.j.de super fi.Sed constat quod si superficiarius superficie non potest vti,
a fit ei remißio eius quod annuatim est soluendũ.l. inter quos. §.dãni.& ibi no.de dam.infect.ergo apparet ꝙ non est hoc p̃cipuum in loca.sed idem in emptio quæ habet similitudinẽ cũ ea.pręterea emptio & venditio,locatio & conductio eisdem iuris regulis consistunt,vt.ff.loca.l.ij.in princ.maximè vbi est eadem ratio:sed in emp,est per omnia eadem ratio quæ in conductiõe,vt probatum est.s.ĩ vltima ratione facta pro ista parte
b ergo,&c. Pro hoc faciunt leges.s.allegatæ quæ hoc videntur põere pro eodem.f.locare vel fructus vendere.vt in.d.l.in vẽditore.§.j.&.l.prętor.§.in eum.de bo.aut.iudi.pos.& in.c.j.in fi.de reb.eccle.non alie.in cle.& de vsufru.l.arboribus.cum simi.Præterea etiam si poneremus hunc non esse contractum locationis & conductionis,nec emptionis & venditionis, sed in
c nominatum in quo aliquid annuum præstatur : tamen ꝓ illo debet fieri remißio,vt.C.loca.l.licet.& est casus & glo.expressa.C.e.ti.l.excepto.& sic apparet quòd non est pręcipuũ ĩ cõtractu locationis & cõductionis,sed idem in aliis cõtractib⁹ habẽtibus eãdẽ rationem.¶ Pręterea hoc video in tributis quæ annuatim soluuntur,vt si fructus percipi non possunt non debeantur,vt.ff.de censi.l.forma.§.illam.& tamen constat ꝙ tributum non debetur ex contractu emptionis,sed ex lege.¶ Et prędicta vera,quando pretium annuatim soluitur,sed si ponã totum pretium vno tempore,vt in prin.esset solutum:tunc dicerem esse emptionem & venditionem.per glo.&.ll.s.alle.An autẽ tunc debeat fieri remißio:& quid iuris:tunc est aduertendum,quod sit illud ꝙ emptum est.¶ Et primò videam⁹ depedagio. & certè pedagium potest accipi pro eo ꝙ ex pedagio percipitur,sicut dicitur de vectigali,vt.ff.de pub.l.j.§.j.in glo. ibi,vectigal est ꝙ præstatur.&c.Itẽ no.C.de vecti.& cõmi. in rub.& si hoc modo accipitur,venderet̃ ipsum corpus nummorũ,ꝙ perciperet̃ ex vectigali.sed istud verũ esset:cum pedagiũ seu vectigal perciperet̃ à ciuitate.& ita daretur ipsi emptori:& sic id ꝙ pcipit̃ non videtur emptum:cùm nunquam fuerit ciuitatis:vt statim dicam in fructibus.Secũdo modo potest accipi pedagium , vt dicatur emisse ipsum ius percipiendi pedagium,ꝙ ipsi ciuitati cõpetit.Tertiò modo potest intelligi , vt dicitur emisse ipsam perceptionem pedagij & cõmoditatis percipiendi:sicut videmus ĩ vsufru.aliud em̃ est emere ius vsusfructus.aliud perceptionẽ fructuum , seu commoditatem vtendi istud enim facti est,vt,ff.de iure dot.l.si vsusfructus.de peri. & cõmo.rei ven.l.necessariò.§.fi.& ibi no.de vsufru.l.arboribus §.vsuf.Quod istorum sit emptum posset dubitari.Dico quòd licet quando proceditur contractus habilis & traditio , vt res tradita perpetuò sit penès recipientem,in dubio videatur trãsferri plenum ius.ff.de iure do.l.fructus.§.fin.cum.l.seq.& pro dote.l.j.tamen in casu proposito,cum ista iura nõ poßint trãsferri nisi ad tempus,vt.ff.de serui.l.iij.intelligã venditam esse ipsam perceptionem fructuum, seu percipiendi cõmoditatẽ, vt.d.l.necessario.in fi.cũ gl.& de peri.& cõmo.rei vend,&.l.si vsufructu.ff.de iure do. Ad hoc induco.ff.de do. prę leg.pe.& ꝙ ibi not.in vl.gl.sic debet intelligi.l.cum in plures.§.penu.ff. loca. ¶ Idem si diceremus venditũ ius per id quod allegatum

a ¶ Sup verbo agẽdo.Vide Ia.sãdo in rub.ff.de re.du. vbi plenè ponit istam materiã in.ij. col.Tho.diplo.

b ¶ Scilicet ꝙ p̃tiũ. Vide Alex.in cõs. lxxxiiij.ĩ.vij. vol. incip. ponderatis. his.in.ij.col. Tho.

c ¶ Vel menstrua. vide Bar.in.l.fi. C. de prędiis curi.lib. x.& Alex.in cõs. lxiij.inci . in cã ãs vertẽte.in.j.col. in vij.volu.Tho.

est supra. Cum autem ipsa perceptio, seu commoditas vendatur, spes seu alea videtur empta, vt.l.nec emptio. de contrahend. emp.de actio.emp.l.si iactum. Aliud est enim emere ipsam perceptionem, aliud est emere illud quod percipitur, vt ex dictis
3 legibus colligitur. ¶ †Et sic apparet quòd periculum est emptorum: nec debet fieri remissio pretij propter guerram, vt dictis legibus. hoc autem verum intelligo, si guerra est sine culpa ciuitatis vendentis, vt puta propter guerram quę est in marchia ex pedagio nihil percipitur. Sed si ciuitas ipsa inferret guerrã alteri: vel alia ciuitas sibi, siue iustè, siue iniustè: videtur perdi pedagium culpa ciuitatis. & sic deberet fieri remissio pretij: vt ff.loca.l.si merces.§.culpæ.& quod no.sol.mat.l.pe.in princi. de illis autem verbis quæ consueuerunt adijci.s.vendo pedagium, & fructus qui percipiuntur ex eo, non curo: quia videntur adiecta, causa tollendæ dubitationis. & idem important quod ipsum pedagium. argu. eorum quæ statim dicentur, &c.

SEcundo videndum est de eo quod dicitur fructus, & vsusfructus, reditus, & prouentus qui percipientur ex prædijs. & hic aduertendum est: Aut enim venduntur fructus percipiendi ab ipso venditore tradente emptori: & tunc ipsum corpus fructuum videtur deductum: quibus non perceptis debet fieri remissio pretij pro rata, quasi venditio pro illo anno non sit cõtracta, vt.d.l. nec emptio. de contrahend. empt.&.l.debito.§.verisimile.cum si.allegatis.s̈.in secunda ratione pro parte affirmatiua. aut venduntur fructus percipiendi ab ipso emptore. & sic ad ipsum pertinet cultura & cura: & tunc ipsum ius vsusfructus, videtur venditum, siue apponantur dicta nomina, siue alterum tantùm non curo quantum ad propositum, vt.ff.de vsufruc.leg.l.cum ita. & de vsufru.l.si quis ita.& ibi glo.facit ad istam distinctionem ff.vsufru.quemadmo.caue.l.idem est.& ibi no. Et isto casu, periculum est emptoris, sicut in eo qui emit proprietatem, vt.l. necessario.§.fi.de peri.& commo.rei vendi. prędicta vera quñ ciuitas vendens erat domina illorum prędiorum. Sed si haberet vsumfruc.tantum: tunc videtur vendidisse solam pceptionem fructuum tantum. idem videtur etiam ĩ.d.l.necessario.§.fi.& quod ibi no. Super tertio, quando venduntur fructus percipiẽdi ex ędificijs et molẽdinis, secũdũ verba.s̈.scripta, dico vsũfructum venditum esse per eadem iura quæ supra dicta sunt in prędijs. tamen in effectu iuris est diuersitas. nam si quedã ædificia, & molendina sunt ita destructa quod desierint totaliter esse: tunc vsusfructus est extinctus, vt.l.repeti.§.rei mutatione.ff.quibus modis vsusfru.amit.de vsufru.leg.l.si cui insulæ.instit.eo.§.pe.& si reędificarentur, non deberetur vsusfru.vt.ff.de verbo. oblig.l.inter stipulantem.§.sacram.in fin.§.& ideo hic non est tractandum de refectione. dico ergo quod periculum est ẽptoris, sicut si emeret proprietatem, vt.l.necessario.§.fi.de peri.& commo.rei vend.& de vsufru.lega.l.si cùm vsufructua.§.fina. Si verò aliqua pars remanet. tunc vsusfructus integrè remane-
4 ret, vt.l.si cui insulæ.& de vsufru. ¶ †Et ideo est videndum ad quem pertineat refectio, cum requirat magnam impensam: & videtur quòd dominus proprietatis non cogatur reficere, vt l.hactenus.de vsufruct.&.l.si cum vsufructuarius.in fi. ¶ Primò videtur, quòd ad ipsum vsufructuarium talis impensa pertineat, licet impensam à domino repetat, vt no. dicit glos. de dam.infect.l.damni.§.ei cui. Et econtra videtur, quòd dominus teneatur reficere. aliâs teneretur ad interesse, vt.l.ex conducto.in prin.e.ti.Sol. dico quod cum iste sit fructuarius, omnem rei curam recepisse videtur, vt.l.j.in fi.&.l.seq.ff.vsufru.quemadmo.cauea. Et in hoc videtur à domino proprietatis, procurator constitutus in rem suã, vt.l.j.in fi.&.l.seq.ff.de op.no.nun. ¶ Ex hoc concludo, quod ipsa cura & solicitudo refectionis indistinctè pertineat ad vsufructuarium, vt.l.inter fructuariũ. de dam.infect.vbi casus. vnde si vsufructuarius vult agere contra dominũ proprietatis, pro pecunia refectionis, ne forte ipse pro illa pecunia habenda, cogatur vendere res suas, potest, vt ff.manda.l.si verò non re.§.fina.&.l.si mandato meo.in princ. cum habeat ad hoc mandatum, vt.s̈. probatum est. non enim est facile soluere, & postea repetere, vt.d.l.si dubitetur. in princ. de fideius.&.l.si stipulatus.in prin.eo.ti.de compẽ.l.j.&.ij. Si verò ipse fructuarius, vellet reficere sua pecunia, posset: nec posset à domino prohiberi, vt.l.hactenus.§. Neratius. de vsu-
siæ & idẽ ꝙ nõ valet:nã hęreditatis aditio requirit animã &c.
Præterea decretalis.exiui.videt̃ velle ꝙ eiusdẽ cõditiõis sint
ecclesiæ fratrũ,cuius sunt fratres,sed fratres nõ possunt acci
pere pecuniã:ita nec ecclesijs eorũ debet offerri,vt dicto.§.de
niq;.Itẽ sicut ipsi,ita eorũ ecclesiæ debent esse humiles & nõ
excessiuè,vt in.§.hic est etiã.ergo sicut fratres sunt incapaces:
ita eorum ecclesiæ.¶ Ecõtra ꝙ valet institutio,nã declaratũ
19 est in illo.c.exijt q seminat.†ꝙ dominiũ ecclesiarũ, & fratrũ
minorũ pertinet ad ecclesiam Romanã.Idẽ postea dicit Ioã.
Papa.xxij.in illa extrauagãti quæ inci.Ad conditorẽ,in ec-
clesijs,& alijs q̃ vsu nõ consumunt̃. Si ergo,sunt ecclesiæ Ro-
manæ:igitur ecclesiæ Romanæ acquirit̃,& sic valet.pręterea
ecclesia est vsus publicus,& in ea versat̃ cõmunis vtilitas,vt
l.j.§.ius publicũ.ff.de iust.& iu.ergo posito ꝙ ecclesiæ Roma
a næ[a] non quęreret̃:saltẽ quæreret̃ reipublicæ illius ciuitatis:cũ
in eius honorẽ videat̃ facta talis institutio,casus est in.l.ciuita
tibus.de leg.j.&.l.si q d.&.l.lucia.ff.de au.& arg.leg.¶ Solu.
20 †dicendum est,ꝙ licet in religiosis & alijs collegijs, hoc sit ꝙ
ipsi non habẽt ius in ecclesia,& ideo quod cõcedit̃ ecclesiæ,
videt̃ concedi collegijs de fratribus hoc dici nõ põt:qa nullũ
b ius habet ecclesia,sed solũ simplicem vsum facti:[b] & ecclesia
& locus videnẽ vti precario,& recessuri inde cum dominus
mutauerit voluntatẽ,vt.d.c.exijt q seminat.vnde quod dicit̃
de fratribus,nõ põt referri ad ecclesiam,vt extra de priui.c.
per exemptionẽ.libro.vj.licet ergo statutũ sit,ꝙ fratres non
sint capaces:tamẽ hoc de ecclesia nõ põt intelligi:ergo rema-
net in iure cõmuni.secundũ quod ecclesia põt institui,vt.C.
sac.sanc.eccle.l.j.&.l.generaliter.¶ Non ob.j.ratio:qa seruus
regitur à domino iure proprietatis:ideo ipsius domini capa-
citas & incapacitas inspicit̃,sed fratres in ecclesiã,nullum ius
c habent.Non ob.secũda ratio:[c] qa cũ dico ecclesiam fratrum
minorum,appono vt certa ecclesia demonstret̃,nõ vt fratrum
contẽplatione relinquat̃.sed secus cũ dico, instituo titiũ filiũ
sempronij,cũ iam sempronius esset mortuus,vt.C.de vsuf.l.
fi.in fi.&.ff.de hære.insti.l.his verbis.§.fin.cũ fratres quo ad
ipsa tẽporalia habeant̃ pro mortuis.Nõ ob.tertia ratio:aliter
enim habẽt se ciues ad ciuitatẽ:qa ciues habent ius in ea,& iu-
risditionem,sed fratres nullum ius habẽt in ecclesia:vnde illa
æquiparatio procederet in alijs religiosis. Non obst.quarta:
quia bene erit ꝑsona quæ poterit adire,vt dicet̃ in seq.q.Nõ
21 ob.quinta†ideo qa fateor,quòd ibi nõ debet offerri pecunia
conuertẽda in vsum pauperũ:qa illud esset cõtractatio pecu
niæ non ꝑmissa,nec per regulã, nec per declaratores, ut ibi
dicitur:sed si ibi ponit̃ pecunia in fabricã ecclesiæ conuertẽ
da ita ꝙ fratres nil haberẽt facere:tũc hoc non reperitur pro
22 hibitum.nec†ob.quod dicitur ꝙ ecclesiæ eorũ debẽt esse hu-
miles & non excessiuè:qa fateor hoc tamen ad fabricã & su-
stentationẽ locorũ & ecclesiarũ humilium,potest quis institu
tionem facere,sicut ad aliam piam causam,vt.j.proxi.di.satis
enim mihi est dicere ꝙ illa ecclesia est capax:& sic valet insti-
tutio.Quid autẽ fiet si ecclesia nõ indiget refectione vel fabri
ca,dicam in seq.lib.dum de leg.tractabimus

¶ CAPITVLVM. II.

d SEd quis[d] petit seu adit hanc hæreditatem in qua ecclesia fratrũ mino
23 rum est instituta.rñd.dicta†quorundã videmus indu
cere,ꝙ hæreditatis aditio nõ sit necessaria.ꝙ patet:qa dicunt
in hæreditate delata fisco nõ esse necessariã aditionẽ,vt pro-
batur.ff.de iure fisc.l.prima.§.an bona.eadẽ ratione hic enim
instituitur ecclesia fratrum minorũ,& per cõsequens ecclesia
Romana,cuius est dicta ecclesia.sed cõstat ecclesiam Romanã
in prædictis obtinere fisci locũ:ergo &c. ¶ Contrariũ tenet
glo.in dicto.§.an bona.eadẽ ratione,& requiritur aditio per
l.j.C.de offic.procu.Cęsa.& est casus.s̃.de fideicom.lib.l.iiij.
§.eadem constitutio.&.§.seq.& idẽ vbicunq; in pias causas
relinquitur hæreditas,vt.C.de episco.& clericis.l.si qs ad de-
clinandam.§.si quidẽ.ibi,si hæreditatẽ recipiãt &c.quod de-
notat aditionem hæreditatis.Cùm ergo necessaria sit aditio:
24 videndũ est primò per†quẽ fiat aditio.& dico summus pon-
tifex est principalis dominus, & rector ecclesiarũ dictorum
fratrum,ipsi verò fratres habent simplicẽ facti vsum,vt dictũ
est:ideo procurator seu syndicus Romanæ ecclesiæ poterit
indubitanter adire,& petere & vendere secundũ formã man.
quos procuratores possunt nominare fratres ex vigore lite-
rarum Papæ Martini quas literas in prædictis quæ fratribus
relinquuntur nõ puto corruptas,vt plenè dicam in sequen.
libro distinctio.viij.& sic nomine ecclesiæ adibunt, petent,
distrahent.Sed si dictus syndicus non posset haberi,quia fra
tres eum nominare nolent,vel esset eis interdictũ:tũc posset
adiri episcopus.nã dicta fabrica.s.ecclesiæ constructio seu fa-
brica ideo instituta est vbi alius non reperit̃, tunc episcopus
potest hoc facere,vt.C.de epis.& cle.l.nulli.&.l.si quis ad de
clinãdam.& in aut̃.de eccle.ti.§.si quis in nomine.adire enim
Papam propter hoc,est adeò difficile ꝙ reputat̃ impossibile
l.apud iulia.§.fi.de leg.j.& ibi not.& licet ecclesia fratrum sit
exempta,tamẽ episcopus potuit prædicta facere sicut si esset
relictum ad aliquã piã causam, & nihilomin⁹ pertineret hoc
ad curiam episcopi vnde testator originẽ trahit,vt.d.l.nulli.
§.j.Sed si episcopus non faceret vt negligeret hæreditatem:
adire posset ciuitas in qua est ecclesia:cũ ibi etiã ecclesia perti
net ad honorẽ & vtilitatẽ ciuiũ,vt.l.prima.§.ius publicum.
& ibi no.ff.de iustitia & iure.& sic ad honorẽ & vtilitatem ci
uitatis videtur facta institutio & sic ciuitas poterit adire & pe
tere,vt.l.ciuitatibus.&.l.si aliquid.de legatis primo.l.lucius.
de auro & argento legato.vel potest dici ex prædictis ꝙ sunt
plures hæredes insolidum,quod est contra.l.in cõdemnatio-
ne.§.vnicuiq;.de regu.iur.quia vnus solus est hæres.s.illa pia
causa:& cuius hæreditatis iura exercet ecclesia Romana ratio
ne pleni iuris ꝙ habet in ecclesia instituta,& episcopus ratio
ne generali,quam habet in institutiõe facta ad pias causas &
ciuitas:quia pertinet ad honorem ciuitatis.

¶ CAPITVLVM. III.

25 PEr quem bona †Dictæ hæreditatis petantur & in vtili-
tatem ecclesiæ conuertant̃?respon.quãdo fit ꝑ syn
dicum Romanæ ecclesiæ est clarũ,& quando per
episcopum similiter est clarũ,vt.d.l.nulli.&.l.si quis ad decli
e nandã.Itẽ quãdo fit per syndicũ cõmunis[e] idẽ:sed ad hoc mã
datum habet.puto etiã ꝙ quilibet iudex singularis ex officio
suo poterit constituere vnũ,per quẽ prædicta fiant.ar.l.iij.de
ali.& ci.le.& de admi.tu.l.quintus.§.fin.in.d.c.exijt qui semi-
26 nat.§.ad hæc dicit̃ quia fratribus.Itẽ†quilibet de populo,po
terit hoc deferre sicut bona quæ deferuntur in fiscum cũ.l.ff.
de iure fis.& in.l.nulli.C.de episco.& cle.in aut̃.de ecc.titu.§.
si autem.qui hoc facere ibi alijs sic licẽtiã mouendi huiusmo
di quæstionẽ &c.respon.qa omniũ interest,vt.l.in prouincia
li.§.fi.&.l.seq.de ope.no.nun.& extra de re.ec.nõ alie.c.si qs
27 presbyter.¶ †Quãdo autẽ aliqs petit vt quilibet de populo,
concludit sic:& peto pronũciari hæreditatẽ perditã pertine
re ad dictã ecclesiam & piã causam,& illũ possessorẽ condem
nari ad restituendũ legitimæ personæ ad hoc deputatę &c.li
cet enim ipse agat nõ debet cõcludere ꝙ sibi restituatur,vt.l.
hoc iure.ff.de sol.&.l.sed si tantũ.de pac.sicut dicimus in cõ-
iuncta ꝑsona,vt no.in.l.vero procuratori.ff.de sol.nullus ta-
men prędictorũ absq; mãdato sedis apostolicę poterit ad hoc
se intromittere absq; fratrũ voluntate: vt dicã in seq.lib.&c.

¶ QVINTA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

f QVid si fratres [f] Minores † vel aliquis
28 ipsorum hæres institua
tur adiecta causa,ꝙ hæreditas vendat̃ & in necessi
tatem dictorũ fratrũ cõuertatur,an talis institutio
valebit?videtur ꝙ nõ.nã quãdo instituit̃ ille qui est omnimo-
do nõ capax,& rogatur de restitutione ei qui capere nõ po-
test:testamentũ est nullum:vt.C.de fideicõ.l.eam quam.& ibi
no.per glo.& doc.& ibi patet:quia illud testamẽtũ nõ potest
valere,ex quo non potest adiri hæreditas.l.si nemo.de testa.
tu.& de his quę in testa.delen.l.proxi.de regu.iu.l.nemo &c.

¶ CAPITVLVM. II.

COntrarium Puto verum.ad cuius inue-
stigationem oportet ꝙ prius
alterius qõnis veritatẽ inuestigemus.pone ꝙ aliquis
29 †nullum facit hæredem in suo testamẽto:sed suam hæreditatẽ
relinquit ad pias causas vel relinquit eã vendendã vel distri-
buendam inter fratres.an valeat?& videt̃ ꝙ nõ quia nõ subest
persona in qua ius & nomẽ hæredis cadat:sicut quando insti
tuitur hæres ille qui iam est mortuus nõ valet:sed pro nõ scri
pto est:vt.l.j.in prin.& de cadu.tol.¶ Contrarium puto ve-
rum,nam in istis pijs causis,sufficit ꝙ hæreditas ad piam cau-
sam relinquatur:vt in redemptione captiuornm,& in cõstru-
ctione ecclesię vel in alimentis pauperum & similiũ:vt.C.de
episc.& cle.l.si quis ad declinandam.& in authen.de ec.tit.§.
si quis etiam pro redemptione.¶ Pręterea constat quòd fra-
tres minores sunt pauperes:& in summa paupertate.sed quã
do pauperibus & in eorum alimentis & necessitatibus relin-
quitur videtur relictum toti ciuitati cuius interest, vt pau-
peribus alimenta non desint:vt.C.de sacrosanctis ecclesijs.l.
priuilegia. & est expressum.ff.de legatis primo.l.ciuita-
tibus. non obstat quod dicitur quòd non subsit perso-
na:quia

a ¶ Ecclesiæ Romanæ.Adde ꝙ cõtra Bar.consuluerunt multi docto.vide An.Barb.in.c.vos quidẽ.in vlt.co.de testa.vbi plenissimè disputat intellectũ & veritatem doctri.Bar.hic.T.

b ¶ Simplicẽ vsum facti.Vide Abba.in cõsil.lxiiij.in.ij.vol.inci.quędam dicta.Tho.

c ¶ Non ob.secũda ratio.Vide Bar.in in.l.legatum.ff.de vsufruc.leg.& ibi Alexã.in apos.& Raph.cu.in consil.clix.inci.viso testamento,circa med.Tho.

d ¶ Sed quis petit.Vide Bar.in cõsil.v.& ibi scripsi,& vide Abb.in cõsil.xxxij.in.j.vol.incip.casus cõtingẽtia.in.ij.col.Tho.

e ¶ Per syndicum communis.Vide Bart.in consi.inci.visa quadã petitione.in fi.& in cõsil.seq.inci.viso testamẽto.& vide Abba.in consi.xxxij.in.j.vol.casus contingentiam.Tho.

f ¶ Quid si fratres.Vide Ioan.cal.in consil.xx.in ti.de testa.& est cõs.Pe.de anch.vbi plenè de isto dicto.Th

na: quia hāc nego: quia personam sustinebit episcopus, vel respublica, vt dixi. §. in proxi. distin. & omnia q̄ ibi dixi, hic pn̄t
30 repeti. ¶ Nunc † ad solutionem. q. primæ præpositæ redeo, & dico ꝙ talis institutio valet licet persona fratrum minorū, q̄a nō sunt capaces subducatur & pro nō scripto habeatur: tamē remanet cā ꝓpter quā institutio valet & cōsolidatur, vt. s. dixi
31 pro hoc † facit in authē. de ec. ti. §. si qs aūt oīm sanctorum. vbi si aliquis instituit aliquem sanctum, cuius ecclesia, vel oratoriū non reperietur: tn̄ capiet eṗs instituendo aliquem sanctorum de necessitate: intelligitur instituta memoria seu reuerentia ei⁹ s. vt in eius laudem & reuerentiam hæreditas expendatur. nec obst. quod dicebatur in contrarium: quia fideicommissum nō potest per se subsistere, nisi adeatur hæreditas, vt. l. ille à quo §. si de testō. ff. ad trebel. sed in talem causam potest sustinere institutio heredis, licet p̄sona nō sit, & sic ex tali cā institutionis poterit adiri hæreditas. ¶ Sed contra prædicta facit ꝙ dictum est. s. in prima, distinctione, vbi dixi ꝙ si fratres instituantur, non valet institutio: & tamē cōstat ꝙ illa institutio non fuit facta ad alium finem, nisi ꝙ hæreditas in necessitatem fratrū expendatur. respond. ꝙ testator ad hunc finem reliquerit, est q̄dam presumptio verbis non expressa: nec de necessitate intellecta: ideo institutio hæredis illa causa subintellecta, non sufficit: quia debet testator id quod institutio continet ꝓpria voce exprimere: vt. C. de testa. l. iubemus. & . ff. de test. l. hr̄des palam. in princ. sed in casu nostro, causam exprimit. ergo, &c. sed contra prædictam solutionem facit. d. §. si quis autem vbi cām non expressit: & tamen sufficit solutio, vt de necessitate intelligatur relicta hereditas ob memoriam, vel reuerentiam sancti. stultus enim fuisset testator qui cogitasset sanctum, qui est in vita æterna acceptare hæreditatem. sed quando instituūtur fratres minores, potuit testator aliter sentire: vt not. in illa constitutione, exijt qui seminat. §. ad hæc &c.

¶ SEXTA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

32 QVæro In quibusdam † ecclesijs fratrum minorum, consueuerunt proponi homines seculares ad custodiam altaris, seu alterius beneficij vl' ecclesiæ. modo pone ꝙ aliquis instituit hæredem guardianū altaris seu ecclesię fratrum minorum: an valeat talis institutio? respon. cum talis instituitur ipsum altare seu ipsa ecclesia institui videtur, vt expressè dicitur in tex. & glo. ff. de an. le. l. annua. §. titia. sed. s. determinatum est. valere talem institutionem factam de ecclesia. & idē puto de altari eadē rōne: & hęc institutio debet valere: & oīa quæ ibi dixi, pn̄t repeti. hoc tn̄ hæc si plus est: quia iste guardianus laicus videtur executor electus: & debet talem distributionē facere: & posset actiōes mouere vēdere oīa, & singula facere: vt. d. l. nulli. & . l. si qs ad declinādā. C. de epis. & cle. & in auth. de eccle. tit. §. si quis autem pro redemptione. Hortor tamen fratres minores, ob reuerentiā domini nostri Iesu Christi, & beati Francisci, vt tales guardianos in fraudem non habeant & eos institui non procurent, hoc enim puritati eorum regulæ repugnaret.

¶ CAPITVLVM. II.

32 QVid si talis guardianus † ecclesiæ, vel altaris esset vnus de fratribus minoribus? Respond. puto talem institutionem valere: quia subducta persona talis fratris, remanet instituta ecclesia cuius institutio valet: sicut dixi de ea supra proxi. & sic testamentum est diligenter aduertendum: an dicat testamentum, instituo guardianum fratrum minorum. & tunc non valet vt dictum est. an dicat, instituo guardianum ecclesiæ vel altaris. & tunc valet, sicut si esset instituta ecclesia.

¶ CAPITVLVM. III.

34 AN autem effectus talis † institutionis, trāseat ad alios guardianos ecclesiæ vel altaris q pro tpe subrogantur in dictis ecclesijs? puto ꝙ sic, vt expressè dicit tex. in. d. l. annua. §. j. sed contra. hoc facit, ꝙ no. per Inno. extra de offi. dele. c. fi. sed alio casu loquitur, si bene aduertatur. Item contra prædicta facit. ff. de leg. ij. l. si augustæ. sed solue vt ibi no. per glo. & docto.

¶ SEPTIMA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

35 QVid si instituantur fratres minores sancti Francisci? ¶ Ista † quæstio habet plus dubij: quia fratres sancti Francisci sunt fratres minores de quib⁹. s. diximus. Item sancti Francisci, sunt fratres de pœnitentia tertij ordinis sancti Francisci: & sic potest dubitari de quibus intelligatur. & videtur ꝙ debeat intelligi de fratribus tertij ordinis. Nam debet intelligi in dubio, eo modo quo valeat, non eo modo quo pereat, vt. l. quoties. & in. l. ambiguo. de reb. du. & de verb. ob. l. quoties. sed si intelligimus de fratribus minori-
36 bus non valeret, vt dictum est. Si enim intelligamus † de fratribus tertij ordinis valet quia prædicti fratres possunt habere in proprio & communi, vt dicitur extra de senten. excom. c. cum ex eo in cle. & ibi no. ergo videtur ꝙ de eis debeamus intelligere. Contra: quia hæc appellatio fratris sancti Francisci proprius dicitur de fratribus minoribus, & per posterius dicitur de fratribus pœnitentiæ: ergo de illis debet intelligi: vt. ff. si arg. vec. vel emph. pet. l. j. in fi. de legat. ij. l. legatis. & de verb. signi. l. lege censoria. ¶ Præterea communis vsus loquendi sic se habet, ꝙ fratres minores appellātur fratres sancti Frācisci, illi verò fratres de pœnitentia, vt. d. c. cum ex eo ergo,
37 &c. huic autem vsui stare † debemus: vt. l. cum de lanionis. §. asinam. de fun. instr. & . l. librorum. §. quod tamen cassi⁹. & ibi no. de leg. iij. & . l. labeo. & de suppel. le. & hæc puto vera, nisi ex aliquibus coniecturis apparet ꝙ de fratribus pœnitentię senserit. puta si in aliqua parte testamenti de eis fecerit mentionē arg. de leg. j. l. qui filiabus. in prin. vel si aliquæ aliæ coniecturę legitimæ appareant, &c.

Explicit liber Primus.

¶ Incipit liber Secundus Minoricarum, cuius distinctiones & capitula sunt hæc.

¶ PRIMA DISTINCTIO.
¶ Quando fratribus relinquitur pecunia.
¶ Quando relictum valet, in quantitate moderata.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Quis arbitrabitur. an moderata sit quantitas?
¶ CAPITVLVM. II.
¶ Quando est quantitas immoderata, quid fiet de superfluo?
¶ CAPITVLVM. III.
¶ Quid si legatū pecunię est soluēdo, & nō sub est necessitas?
¶ CAPITVLVM. IIII.
¶ SECVNDA DISTINCTIO.
¶ Quando relinquuntur ea, quę vsu nó consumuntur adiecto modo illicito.
¶ Quòd non valet relictum, si modus est illicitus secundum regulam.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Quando non valet relictum si modus est illicitus aliter quā per regulam, & transmutabitur in modum licitum.
¶ CAPITVLVM. II.
¶ Per quem fiat ista transmutatio, seu commutatio?
¶ CAPITVLVM. III.
¶ TERTIA DISTINCTIO.
¶ Quando relinquuntur aliqua ad modum licitum, ꝙ in eo casu valet relictum.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Quid fiet ex eo quod superest, allegata causa finita.
¶ CAPITVLVM. II.
¶ Si causa ob quam relinquitur nō est necessaria, non potest in aliam commutari.
¶ CAPITVLVM. III.
¶ Decisio quarundam quæstionum, quas omiserat in primo libro.
¶ CAPITVLVM. IIII.
¶ QVARTA DISTINCTIO.
¶ Quando fratribus generaliter aliquid, absq; modi expressione relinquitur?
¶ Quòd relictū fratribus simpliciter, valet, moderatè tamen.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Apud quem, est dominium rerum legatarum fratribus.
¶ CAPITVLVM. II.
¶ Quis potest res legatas fratribus, vendere.
¶ CAPITVLVM. III.
¶ Quid si prædicta legata, relinquuntur ecclesiæ fratrum.
¶ CAPITVLVM. IIII.
¶ QVINTA DISTINCTIO.
¶ Si legatum vni particulari fratri, fuit relictum.
¶ Quòd valet legatum vni fratrum, & debet conuerti in eius vtilitatem.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Quid si ille frater, non æget tanta pecunia.
¶ CAPITVLVM. II.
¶ SEXTA DISTINCTIO.
¶ De relictis annuis.

O

¶ Quòd relictum annuum non valet, etiam quo ad æstimationem.

¶ CAPITVLVM. I.

¶ Idem de relicto diurno menstruo, vel simili.

¶ CAPITVLVM. II.

¶ Quid si annuum relinquatur, non in perpetuum?

¶ CAPITVLVM. III.

¶ Quid si annuum, in vim conditionis relinquatur?

¶ CAPITVLVM. IIII.

¶ SEPTIMA DISTINCTIO.

¶ De modo petendi, dicta relicta.

¶ An ille à quo dicta legata relinquuntur, sit ad ea obligatus fratribus.

¶ CAPITVLVM. I.

¶ An sit obligatus alijs, quam fratribus.

¶ CAPITVLVM. II.

¶ Per quos, dicta legata petantur.

¶ CAPITVLVM. III.

¶ OCTAVA DISTINCTIO.

¶ De syndico Innocentij, & de syndico Papæ Martini.

¶ CAPITVLVM. I. ET II.

¶ De syndico & constitutione Papæ Nicolai, ad libros vendendos.

¶ CAPITVLVM. III.

¶ Constitutio Papæ Ioannis.

¶ CAPITVLVM. IIII.

¶ De syndico generali, qui est in curia Romana.

¶ CAPITVLVM. V.

¶ De fratre minore, qui constituitur procurator per conuentum.

¶ CAPITVLVM. VI.

¶ De syndico procuratoris, qui constituitur per communitatem, & statuta eorum.

¶ CAPITVLVM. VII.

¶ De syndico & procuratore fratrum, laico qui constituitur à capitulo fratrum.

¶ CAPITVLVM. VIII.

¶ Quòd relictum pecuniæ, debeatur, moderatè.

SVMMARIVM.

1 Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus tenet, si non est in maxima quantitate: & conuertitur per alios, in eorum necessitates.

2 Legatum pecuniæ factum minoribus in maxima quantitate, præsumitur in fraudem.

3 Declaratio quantitatis pecuniæ relictæ fratribus, an magna uel parua sit, pertinet ad ministrum uel custodem.

4 Quantitas immoderata si legata est fratribus, superfluum reseruabitur pro necessitatibus futuris. & nume. 6.

5 Legatum pecuniæ factum fratribus minoribus simpliciter, intelligitur pro necessitatibus imminentibus.

7 Fratres imminente necessitate, petent superfluum extraiudicialiter per modum eleemosynæ.

8 Fratres non possunt recipere diuersa legata in diuersis testamentis eiusdē, facta, quæ coaceruata faciunt summam immoderatam, sed necessitate superueniente, recipiant quæ primo uenerunt ad soluendum.

9 Legata re immobili fratribus quæ usu non consumuntur, adiecto modo illicito contra eorum regulam, tunc non debetur æstimatio. secus si aliter est illicitus: quia tunc debetur.

10 AEdificium si legatur fratribus minoribus, ubi id construatur locus, uel diuinum officium celebretur per fratres, uidelicet ibi intrantes: legatum non quod iussit testator obseruetur, sed ut in aliam causam transferatur. & numero. 12.

11 Impossibile de iure uidetur, quod per solum principem expeditur.

13 Translatio legati facti de ædificio relicto fratribus minoribus, ut ibi constituatur locus per quem fieri possit. & numero. 15.

14 Iudex magis fauere debet uoluntati eius cui relinquitur, quàm eius à quo relictum est.

16 Legatum factum fratribus de re mobili uel immobili ob causam uel modum licitum, quòd teneat.

17 Legatum factum fratribus ad unam causam, quòd illa causa finita, superfluum debeat commutari in aliam causam.

18 Legatum factum fratribus ad unam causam, si illa cessat, commutatur in aliam, & legatum tenet.

19 Legatum generaliter factum fratribus, sine modi expressioue ualet: & intelligitur expressus modus qui personæ legitimæ congruet, dum tamē moderata sit summa.

20 Dominium rerum legatarum fratribus minoribus, quòd remanet apud hæredem.

2 Relictum factum pro necessitate pauperum, uidetur factum illi ciuitati, cuius pauperibus relinquitur.

22 Dominium rerum legatarum, recta uia non transit in legatarium quando relinquuntur per quandam consequentiam. Sed seruitute tacitè & sic in consequentiam legata, mortuo testatore non debetur, nisi ab hærede constituatur.

23 Dominium panni pro uestimentis: uini & frumenti legati fratribus, penes quem remaneat?

24 Pecunia legata in specie pro usu fratrum, transmutatur in aliam speciem.

25 Res legata fratribus minoribus, cuius pretium conuertitur in eorum necessitatem uendi potest per hæredem per executores, per episcopum & iudicem secularem ex officio.

26 Iudex sæcularis uendit ex officio res legatas fratribus minoribus, quando hæredes & executores fuerunt in mora constituti, saltem bina monitione.

27 Conuentus fratum minorum, licet non habeat dominium rerum legatarum habet tamen actionem personalem.

28 Legari uel donari quòd possit uni fratri singulariter, & per guardianum, uel custodem in utilitatem dicti fratris primò conuerti.

29 Legatum singulariter factum uni fratri, non debet ad petitionem ipsius soli sed guardiani.

30 Frater minor, non potest esse executor.

31 Relictum factum uni fratri singulariter, ultra eius necessitatem, conuertitur in utilitatem communem conuentus.

32 Legatum annuum factum fratribus minoribus licet non ualeat: ualet tamē quòd ius percipiendi uenditur, & in necessitatem eorum conuertitur.

33 Reditus annui reditus, computantur inter immobilia.

34 Legatum diurnum uel menstruum factum fratribus, quomodo ualeat?

35 Legatum annuum factum fratribus minoribus usq; ad certum tempus, q̄ non ualeat, & fratres à dicto legato, debent abstinere.

35 Legatum annuum factum in uim conditionis non ualet, nec fratribus licet accipere.

37 Ille à quo facta sunt legata relicta fratribus minoribus, ipsis fratribus non est obligatus & quomodo sit obligatus.

38 Obligatio, duobus modis intelligi potest.

39 Legatum factū pauperibus alicuius ciuitatis, censetur factum ciuitati & ipsi ciuitati acquiritur obligatio.

40 Fratres minores petere possunt extraiudicialiter, legata eisdem facta, in iudicio uerò non.

41 Respublica uel eius syndicus uel quilibet de populo, potest petere in iudicio legatum factum fratribus minoribus.

Item episcopus & iudex sæcularis ex officio.

Fratres minores caueant, ne assistant petentibus pro eis legata eisdem relicta.

42 Innocentius Papa quartus. concessit fratribus minoribus posse constituere syndicum.

43 Martinus Papa, eandem concessionem & ampliorem fecit dictis fratribus.

44 Ioannes Papa. xxij. aliqualiter dictas concessiones reuocauit.

45 Fratres minores, possunt absq; licentia sedis apostolicæ constituere syndicū ad uendendum libros.

46 Fratres minores habent generalem procuratorem in curia, electum in capitulo generali per generalem ministrum.

47 Fratres minores habent etiam procuratores speciales, quos procuratores conuentus appellant.

Officium procuratoris conuentus quale sit?

48 Communitates terrarum per statuta possunt constituere syndicum, qui relicta obuenientia fratribus minoribus petat, & alijs necessitatibus fratrum prouideat.

49 Fratribus licet procurare, ut eis syndicus constituatur non tamen ad litigia.

50 Ciuitas potest constituere syndicum, fratribus minoribus, quem ipsi fratres nominabunt.

Cautela in constituendo syndicum, ne repugnet regulæ fratrum. & numero. 58.

51 Syndicus potest constitui, ut etiam alium loco ipsius substituat.

52 Statutum quod in iudicio fratrum minorum nomine compareat, non ualet.

53 Potestas syndici pro fratribus constituti à ciuitate, qualis sit?

54 Guardianus cum capitulo & custodibus, quomodo possunt facere laicum eorum procuratorem & syndicum.

55 Verba in contractibus impropriantur, ut ad materiam adaptentur.

56 Caueant fratres ne constituant syndicum ad lites. & numero. 57.

57 Syndicus à fratribus constitutus, non potest nomine fratrum agere contra hæredem à quo factum est legatum, & quomodo agere debet?

59 Si syndicus à fratribus nominatus eisdem legatum contra noluntatem hæredis uendidit, dominium non transfertur in emptorem: & qua exceptione erit tutus emptor, si per hæredem uendicatur.

60 Fratres minores contra syndicum per eos nominatum, nullam habent actionem.

¶PRIMA DISTINCTIO.

1 PRimo† quæro quando fratrib⁹ minoribus legatur, seu relinquit᷑ pecunia, an valeat? & videt᷑ ꝙ nõ, cũ in regula sit expressũ ne fratres recipiant ꝑ se, vel per alios pecuniã vel denarios vllo modo: tñ Nicola⁹ determinauit ꝙ talia legata valent si ĩ fratrũ necessitatem conuertantur per alios prout in eleemosynis quæ à viuentibus largiuntur. ¶ Idem videtur expressum in. di. c. exiꝫ qui seminat. §. cæterum cum in eadem regula. §. ad hæc quia fratribus. hoc
2 tamen intelligi debet† dummodo quantitas non sit tantum excessiua, quod possit præsumi in fraudem, vt dixi in præcedenti lib. ij. distin. hoc etiam dicitur in. c. exiui. §. cupientes. ibi, nec licet eis valorem, &c. & d. c. exiꝫ qui seminat. §. item similia. & c. §. ad hæc quia fratribus. vbi solũ restringit ad ea q̃ fratribus pro eorũ necessitate sunt necessaria: debet tamen hoc ĩtelligi in quantitate moderata.

¶CAPITVLVM. I.

2 QVis[a] arbitrabitur an quantitas sit moderata? Circa hoc Nicolaus prędictus in. d. c. insuper. versi. hoc autẽ loquit᷑ secundũ exigentiã personarũ, & ministri custodis simul & separatim in suis administrationibus & custodiꝫ: cũ de talibus interdũ ꝑsonarũ qualitas, temporũ varietas, locorũ cõditio, & nonnullę alię circũstantię plus minus úe actualiter requirãtur prouideri: ita tamẽ sic faciãt ꝙ semper in eis & eorum actibus
3 paupertas perfecta reluceat, &c. ¶ Ex prędictis liquet† ꝙ declaratio quæ fit quãtitas moderata, ad ministros seu custodes pertinet. non posset igitur facere guardianus, & conuentus si super hoc emergeret dubitatio. Apparet igit᷑, ꝙ siue dicta q̃titas sit exponẽda in necessitate conuẽtus siue ĩ necessitate certi fratris, dicta declaratio ꝑtinet ad ministrũ & custodes, si sup hoc dubitet᷑ ꝙ apparet ibi dũ dicit, personarum qualitas.

¶CAPITVLVM. II.

4 QVando autem esset † q̃titas ĩmoderata q̃d fiet de superfluo? & hic diligenter attẽdenda sunt verba capituli, exiui de paradiso. §. cupiẽtes. vbi Papa sic ait: Neq; licet eis valorẽ hęreditatũ taliũ, vel tantam earum partem ꝙ præsumi potest hoc in fraudem fieri q̃ sub modo legati relĩqui sibi facere aut sic dimissa recipere, &c. Aduertendum est igit᷑, ꝙ hic Papa nõ irritat legatũ, nec hæredes eorũ à quibus relictũ est liberat sed limitat receptionem fiendam à fratribus. vult eñ ꝙ fratres nõ possint recipere quando talis receptio præsumeret᷑ in fraudẽ vt in pręcedenti lib. ij. distin. est declaratũ ꝙ tunc dicit᷑ fieri in fraudẽ, q̃ñ esset tanta q̃titas, ꝙ eius receptio magis saperet thesaurisari q̃ ob imminẽtes necessitates recipere. ¶ Itẽ expressè
5 sciendũ est, † ꝙ relictũ factũ fratribus, q̃tuncũq; simpliciter intelligit᷑ factũ ob necessitates imminentes. d. c. exiꝫ q seminat. §. ad hæc q̃a fratribus. & de iu. ciu. dispositũ est, ꝙ relictũ factũ ob aliquã necessitatẽ imminentẽ debet᷑. non al᷑. ff. q̃ñ dies leg.
6 ce. l. nec solent. §. si habitatione. ¶ In proposita ergo. q. † ab initio, de quantitate legata dabitur fratribus per personas constitutas. ab hoc secundum formam illius constitutionis exiꝫ q seminat. dabit᷑ moderata. dico ꝙ dabit᷑, secũdũ ꝙ ĩminẽs necessitas reqrit, siue sit necessitas q̃ instãtissimè habeat tractatum, vt in. d. constitutione exiui. declarat᷑. residuũ verò tunc fratres nõ possunt recipere. & si nunquã superuenerit necessitas, nunquã recipere possent, sed alia necessitate superueniente licitè illud supfluum possent recipere. nec eñ receptio posset præsumi in fraudẽ nec aĩo thesaurisandi cũ ob imminẽtẽ necessita
7 tẽ recipit᷑. illud † ergo supfluum imminente necessitate petant fratres per modũ cuiusdã eleemosynę confidenter extra iudiciũ: cũ in iudicio nullo modo possint, vt. ĩ. dicetur. ¶ Quid aũt
8 † si in diuersorũ testamentis: variæ quantitates fratribus relinquantur quarũ quælibet per se immoderatam quantitatem nõ facit, sed omni cumulatione facta efficit᷑, quãtitas immoderata, an fratribus accipere liceat? respó. non puto, quia si omnia verba regulæ dictarum decretalium diligenter inspiciantur: semp se referunt vt liceat recipere pro fratrum necessitatibus, vt. d. §. insuper. & c. §. ad hæc quia fratribus. ab eis ergo puto ꝙ pro sua necessitate tunc imminente recipiant quę primò venerunt ad soluendum. argu. C. de iu. deli. l. scimus. §. & si imperfectã. ab aliꝫ non recipiant: tunc recepturi, cum necessitas superueniat. vt in pręcedenti. c. dictum est.

¶SECVNDA DISTINCTIO.

¶CAPITVLVM. I.

9 ALiquando Contingit† ꝙ immobilia & ea q̃ vsu non cõsumunt᷑, fratribus relinquunt᷑ adiecto mõ secũdũ quẽ fratrib⁹ nõ licet exigere: an valeat relictũ? vt saltem æstimatio fratribus debeat᷑? ꝙ videt᷑ secundum ꝙ etiam in pręcedenti libro dictũ est q̃ñ hęreditas fratribus per fideicommissum relinquit᷑. Præterea de legato subducitur omnis impossibilitas, vt. l. obtinuit. de cond. & demon. & C. de inst. & sub. l. reprehẽdẽda. ergo ille modus q fratribus est de iure impossibilis, reꝫcietur: quasi modus legati nõ pot̃ cõseruari, debet trãsmutari in aliũ modũ possibilẽ. l. legatum. de vsufru. leg. Contrariũ videt᷑ expressè in. d. §. ad hæc q̃a fratrib⁹. vbi Papa sic ait dicẽs, ꝙ si testor modũ secũdũ quẽ fratribus eorũ cõditiõe inspecta recipere nõ liceret: exprimat [a] in legando. vt si legaret fratribus vineã vel agrum colendum, vel domum locandã. & similia verba in similibus proferret in modos similes, aut relinquendo reseruaret à tali legato & eius receptiõe per omnem modũ fratres abstineant, &c. Ex eo, eñ [b] ꝙ dicit per omnem modum, apparet ꝙ etiam ęstimationem recipere non debeant. nã modus recipiendi legatum, est ęstimationem recipere. l. si domus. §. qui confitetur. de leg. j. l. non dubiũ. §. fi. de lega. iij. ¶ Sol. dicendũ est, ꝙ si modus adiectus est illicitus fratribus minoribus inspecta cõditione ipsorũ. & no. [c] tunc etiam ęstimatio nõ debetur: nec potest recipi. intãtũ enim sanctissimus pontifex odit eũ, qui modũ repugnantem regulę adꝫcit: vt pro eo talem eleemosynam omnino fratres recipere prohibeat, vt. d. verba manifestè dicunt. ¶ Si verò modus esset illicitus fratribus: non quia cõtra regulã fratrũ minorũ: sed qa sic esset ĩ quolibet religioso: tũc tale legatum licet recipere: vt in se. c. dicetur. Non ob. ratio prima in contrarium: quia vbi retentio ipsius rei relictæ repugnat fratribus: ipsum legatum nõ est modificatum aliquo modo repugnanti ipsi regulæ: & ideo à iure modificatur modo licito. In quęstione verò nostra secus non ob. secunda ratio: quia hoc speciale: quia impossibilitas non subducitur ratione prędicta. Non ob. tertia ratio: quia illud verum, vbi modus esset illicitus ratione regulæ, vt. s. dictũ est, & . ĩ. proxi. dicetur, &c.

¶ Quis arbitrabit᷑, vide Rapha. cu. in consil. clxix. ĩcip. viso testõ. Tho.

¶ Pone aliqs. vide plenè ꝑ Andr. barb. in. c. vos qui dem. in. v. col. de testa. Tho.

¶ Per quẽ autem fiat. vide per And. barb. in. c. vos q̃dẽ in. ij. col. & seq. de test. vbi plenè examinat doctrinam Bar. hic ad quẽ me remitto. Tho.

¶CAPITVLVM. II.

[b] 10 POne Aliquis [b] reliquit † fratrib⁹ ędificia vt ibi cõstruat᷑ locus fratrũ, vel vt ibi diuinũ officium celebretur per ipsos fratres ibi intrãtes. an valeat tale relictũ? & videtur ꝙ nõ quia fratrib⁹ non licet recipere hoc, sine summi pontificis licentia speciali, vt extra de exces. pręla. c. j. lib. vj. Sed istud ꝙ non potest ex-
11 pediri † nisi ꝑ solum Papam, videtur impossibile de iure. vt. l. apud iulia. §. fina. de leg. j. & not. per glos. de verbo, oblig. l. cõtinuus. §. cum quis. & per Dynum de regul, iur. c. quod semel Deo dedicatum est. lib. vj. & istud videtur relictum sub modo impossibili: ergo secundum ea quæ dicta sunt nullo modo fra
12 tribus per illum modum licet recipere. ¶ Econtra videtur ꝙ † legatum valeat, nõ vt illud ꝙ testator iussit obseruetur, sed vt in aliam causam transferatur, vt memoria & salus animæ defuncti seruetur, vt. l. legatum de vsufru. lega. & de admi. re. ad ciuita. perti. l. legatum. secundò respon. & istam partem puto veram: non ob. cõtrarium. illud verò quando modus continet impossibilitatem vigore regulæ & conditionis fratrum minorum. sed hoc. s. capere nouũ locum non est eis interdictum: iõ quia fratres minores, quia sic est in quolibet mendicante, vt dicto. c. j. extra de priuileg. li. sexto.

¶CAPITVLVM. III.

[c] 13 PEr quem autem fiat[c] ista† talis commutatio in aliud, dubitatur nam quædam iura videntur velle ꝙ posset fieri sine authoritate principis, siue põtificis, vt. l. prima. & . l. legatum. in principio, de admi. re. ad ciui. pertinen. secundò respon. & de religio. domi. c. j. circa princip. in cle. ¶ Quędam alia videtur velle, ꝙ fiat de voluntate vtriusque partis, scilicet eius cui relinquitur, & eius à quo relinquitur, vt. d. l. legatum de vsufruct. lega. In eo quòd dicit, adhibitis primatibus ciuitatis. hoc est his qui regunt ipsam ciuitatem cui est relictum & hæredibus à quibus est relictum, vt. d. l. legatam. secundò repon. de admi. re. ad ciui. pertinen. ¶ Quędam iura viden᷑ velle quòd stetur voluntati ei⁹ cui relinquit᷑, vt. d. l. legatam. secũdò

rñ.versi.si verò plures.ibi,in opus ꝙ ciuitas velit erogari,&c.
Solu.dicendum est,ꝙ quandoq; illud ꝙ testator iussit fieri ĩ re
vel de re quam relinquit,potest licitè fieri de iure & de facto
& tunc illud non potest in aliũ transferri,sine permissione
principis.Ita loquuntur iura primò allegata.¶ Quandoq; nõ
potest fieri de iure:& tunc debet fieri transmutatio de consen
su vtriusq; partis:vt dicta.l.legatam.de vsufru.leg.quandoq;
potest fieri de iure,sed non de facto.& tunc idem:quia potest
fieri transmutatio de consensu vtriusq; partis:puta si pecunia
legata non sufficit, vt.d.l.legatam.ij.respond.de admini.re.ad
ciui.perti.Idem si aliud esset impedimẽtum facti,eadem ratio
ne.sed si partes essent in discordia:tunc iudex erit medius,cu
ius authoritati stabitur arg.C.de nupt.l.prima.&.l.in conuen
14 tione.quia iudex † magis fauebit voluntati eius cui relinquiť
quàm eius à quo relictum est,vt dicta.l.legatam.§.si verò plu-
15 res.& argumen.l.de die.qui satisda.cogan.¶ Nunc ad † pro-
positum dico,ꝙ illa trãsmutatio fiet ad alium vsum pium per
iudicem volente hærede,& ministro,seu custode fratrum qui
bus hoc permissum.argumen.eorum quæ dixi in præcedenti
distinctione.& si essent discordes.iudex erit medius nõ quod
ipse minister,seu custos prouocetur ad iudicium:quoniam ad
iudicium pro nulla re temporali,esse possunt:sed quando hę
res prouocaretur ab alio cui hoc permittitur secundum ea q̃
in præcedenti libro dicta sunt.&.j.dicentur : tunc ipse mini-
ster, seu custos poterit esse coram iudice & super hoc volun-
tatem declarare.Nam esse in iudicio hoc ipsi non est prohibi-
tum.non enim in ei⁹ persona substantiatur iudicium:sicut po
test esse ĩ iudicio vt testis,vt extra de testibus.capitulo nuper.

¶ TERTIA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

16 QVandoque Relinquũtur † fratribus res mobiles:vel immobi
les ob causam vel modum licitum,an valeat?vt
puta si relinquatur vt res vendetur,& in necessi
tatẽ cõuertatur.hoc Nicolaus Papa in.d.c.exijt
qui seminat.§.ad hæc quia fratribus.determinauit ꝙ valet,sed
tamen si pretium ipsarum rerum faceret quantitatem immo-
deratam,dic vt dixi in prædicta distinctione quando relĩquiť
pecunia.Item non intelligas,ꝙ dominium earum rerum trans
eat in fratres,sicut in alios legatarios.sed cuius sit dominium,
dices statim in sequen.distinctione.

¶ CAPITVLVM. II.

17 SEd pone ꝙ † dictæ res relinquuntur fratribus ad vnam certam
causam,puta pro fratribus induendis,& tota
quantitas quæ ex dictis rebus redigitur,non
expenditur in illam causam: quid fiet de su-
perfluo?Respon.hoc in legato non habemus
expressum,sed ĩ eleemosyna data inter viuos,bene declarauit
dictus Nicolaus Papa in.d.c.exijt qui seminat.§.quia verò pu
ritatem.vbi sic ait.Cum ad determinatam necessitatem,vt prę
dicitur pecuniam per aliquem concedi contingeret, pecunia
erogari posset à fratribus,ꝙ si quidem de ipsa pecunia habita
necessitate determinata supererit,concedat ipse concedens ꝙ
residuum dictæ pecuniæ in res alias pro alijs ipsorum fratrum
necessitatibus conuertatur quo non consentiente pro prædi
ctis ipsum residuum, si quidem fuerit restituatur eidem, &c.
Ex quibus videtur.ꝙ remanere debet dominij residuum apud
hæredem si rogatus à fratribus consentire voluerit.¶ Contra
rium tamen est verum, nam licet ille qui concedit dum viuit
posset reuocare tamen hoc hæredi eius non permittitur,vt.ff.
de ser. expor.l.iij.& qui sine manu.ad li . perue.l.iij.§. finali.
& hoc etiam videtur declarari in.d.c.exijt qui seminat.§.in eo
verò casu.ibi non obstante concedentis morte, vel hæredis cõ
ditione.cum ergo hæres contradicere non potest & in dictam
causam conuerti non possit:quia causa est finita,debebit com
mutari in aliam causam,eo modo quo dixi.s̃.in præcedenti di-
stinctione.

¶ CAPITVLVM. III.

18 POnamus † quod pecunia vł aliud
relictum ob certam quantitatem, quæ ta-
men necessitas non ĩminet:vt puta relicta
est pecunia ꝓ fratribus induẽdis,eo anno
cùm alius de hoc iam fratribus prouide-
rat.¶ Nam ista legata alimenta, quæ reci-
piunt , non possunt diu circa idem duplicari, vt,ff, de ali . &
ciba.le.l.alimenta.§.basilicę.vel pone quod relicta est pecunia
pro emendo vnum calicem , vel pro emendo paramenta cùm
habent calicem,& paramenta sufficientia; quid fiet de illo re-
licto? hoc videtur declaratum in illa constitutione, exiui de
paradiso. §. cꝫuis etiam paramenta.ꝙ superfluitas aut nimia
curiositas in his & in alijs non potest eorum statui conuenire.
¶ Ex his videtur, ꝙ tale legatum fratres nullo modo recipe-
re possunt.nam videtur expressus modus illicitus , ex illa re-
gula,& ex conditione fratrum nam & in alijs religiosis fratri-
bus,ista duplicitas vasorum & paramentorum non damnať,
C.de sa.san.ecc.auť.igitur prȩterea.vt dixi in prȩcedenti distin
ctione. contrarium dico,& est casus.ff.de ope.pu.l.fi.in prin.
non ob. contrarium:quia in casu nostro nõ expressit testator
modũ illicitũ ex ipsa regula,imò licitũ,licet em̃ fratrib⁹ para-
menta habere,& calicem,& dicta causa efficitur illicita ex an-
tecedenti.s.ꝙ fratres reperiuntur habere alia vasa secus si testa
tor dixisset,lego pro emendis paramentis,& vasis superfluis:
quia tunc præsumeretur modus ex virtute ipsius regulæ re-
probatus.

¶ CAPITVLVM. IIII.

EX prædictis manifestè apparet decisio illa
rum quæstionum quas tetigi
in præcedenti lib.s.quando ecclesia ĩstituitur hr̃s,vel
facta ipsius ecclesiæ refectione pecunia superfluat , vel eccle-
sia seu locus est adeò perfectus ꝙ refectione non æget cum sit
declaratum in dicta constitutione,exiui de paradiso . hinc est
etiam ꝙ fratres deinceps tẽperatis & moderatis ædificijs, sint
contenti : certè dicta pecunia in alios vsus conuertetur. vt ex
prȩdictis patet.

¶ QVARTA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

19 COntingit quod Aliquando † ipsis fra
tribus aliquid genera
liter absq; modi expressiõe relĩquitur,an valeat?Rñ.
sic.& est declaratum in.d.c.exijt qui seminat.§. ad hæc. quia
fratribus vbi Papa sic ait:Vbi fratribus ipsis generaliter abs-
que modi expressione aliquid legeť.hoc in legato sic indeter-
minatè relicto in omnibus,& per omnia ĩtelligitur seruare vo
lumus & in perpetuum p̃nti constitutione iubemus.ꝙ ibi ĩ pe
cunia seu eleemosyna fratrib⁹ indeterminatè relicta, voluim⁹
ac expressimus obseruari:videlicet vt sub modo licito fratri-
bus intelligatur esse relictum:ita ꝙ legans meritò : nec fratres
ipsi effectu relicti fraudentur,&c.Ex quibus apparet ꝙ legatũ
valet & intelligitur modus expressus qui personæ legitimæ
congruat.ff.de vsu & hab.l.plenum.§.equitij.sic ergo videtur,
ꝙ pretium in necessitatem fratrum conuertetur , vt.s̃.dictum
est,quod intelligitur,nisi summam immoderatam excederet:
& tunc serua ꝙ.s̃.dixi.

¶ CAPITVLVM. II.

20 SEd mortuo testatore † ad quẽ spe-
ctat dominiũ dictarũ
rerum?Circa ꝙ sciendum est:ꝙ res sic relictæ
possunt esse triplicis generis.¶ Primò potest
esse ꝙ relinquunť res fratribus,quæ vsu nõ cõ
sumuntur,quarũ vsus nõ est fratribus interdi
ctus,vt si relinquãtur libri theologię,& similia : & tũc non est
dubiũ ꝙ dñium pertinet ad ecclesiã Romanã.hoc est declara-
tũ per Nicolaũ in.d.c.exijt qui seminat.§.fratres ipsi.vbi loqť
sic.cum aliquid ꝓpter Deum ipsis confertur,conceditur , vel
donatur,& ibi omniũ vtensiliũ & librorũ ac eorũ mobiliũ prę
sentium,& futurorũ q̃ & quorũ vsus fructus ordini,vel fratri-
bus ipsis licet habere proprietatem & dominium.Quod autẽ
Inno.Papa quartus prædecessor noster, fecisse dignosciť:etiã
& nos Romanam apostolicam ecclesiam ante recipimus,& ad
nos & ipsam plenè & liberè pertinere hac prȩsenti cõstitutio
ne in perpetuum valitura sancimus,&c.¶ Quodq; prædictis
rebus quæ vsu non cõsummunť Federico scripsit Io.xxij.Pa-
pa in constitutione quę incipit, Ad conditorem tamen confir
mat aliâs cõfirmauit.cuius verba quantũ ad hoc inferius referi
mus.¶ Sol.potest esse,ꝙ fratribus relinquunť res quę vsu non
consumuntur,sed eorum vsus est fratribus interdictus:vt si qs
reliquerit domum,agrum,& similia,quæ res debent vendi,&
in necessitatem fratrum conuerti : & ad quem pertineat do-
minium illarum rerum,non reperio constitutionem aliquam
declarantem,posset tamen ad hoc in argumentum & similitu-
dinem adduci,ꝙ idem Nicolaus Papa ĩ.d.c,exijt q seminat.§.
cæterum.quasi in eadem regula in pecunia concessa ab aliquo
viuente fratribus sic ait . Ita tamen quòd penes ipsum donan-
tem vel donatorem domus,proprietatem ac possessiõem ipsi⁹
pecuniæ , cum libera potestate reuocãdi pecuniam ipsam sem
per vsque ad cõuersionem ipsius & rem deputatam plenè ac
liberè ac integrè remanentibus in ipsa pecunia nil omnino fra
tres iuris habeant,&c. ¶ Ex quibus videtur quòd dominium

remanet

remanet penes ipſum hæredem,maximè cùm idē Papa ī ver-
bis quæ pręſenti.c.retulimus,in tali legato idem per omnia ꝙ
in pecunia,ſeu eleemoſyna fratribus oblata voluit obſeruare.
Sed hæc ratio non videtur bona.nam cum Papa dixit ī omni
bus & ꝑ oīa.ſtatim ſe reſtrinxit,videlicet ſub modo licito fra-
tribus intelligat̄ eſſe relictū.non ergo quo ad dominiū.¶ Præ
terea nō videt̄ eſſe idē in hęrede ꝙ ī defuncto,vt dixi.s̄.ī ꝓxi.
di.cū ergo nulla ſit cōſtitutio deciſiua ꝗd iuris ſit, videam⁹ &
videt̄ dn̄im dictarū rerū ad ciuitatē vbi ſunt illi fratres qb⁹ eſt
21 relictū ꝑtinere:ꝙ probo.†fratres minores ſunt pauperes & in
paupertate arctiſsima cōſtituti, vt in eorū regula, & declara-
22 tores prędicti dicunt,ſi aliqn̄ †aliqd relinquat̄ pro neceſsitate
pauperū,videt̄ relictū illi ciuitati,cuius pauperibus relinquit̄,
vt.l.ſi cui relictū.& in.l.ciuitatibus.de lega.j.ſi ergo ciuitati vr̄
relictū.ergo in ea tranſit dn̄iū recta via.C.cōmunia de le.l.j.&
ij.ff.de furt.l.à titio.& inſtitu.de leg.§.noſtra autē,nec eſt etiā
incongruū,vt vnus legatarius à teſtatore nominetur,alteri ve
rò q̄ratur .ff.de leg.iij.l.fideicōmiſ.§.interdū.& de le.j.l.ſeruo
legato.§.ſi teſtator.& de cōdi.& demon.l.titio.§.titio.¶ Cō-
trariū tn̄ puto.ſ.ꝙ dn̄iū remanet apud hęredē. Nam qn̄ legat̄
res cuius commercium non habet legatarius:proprietas apud
hr̄dē remanet,& debetur æſtimatio.l.apud iul.§.fi.cum.l. ſeq.
23 de leg.j.ita in propoſito.Pręterea† in rebus quæ non relinquū
tur directò,ſed ꝑ quandam conſequentiā non procedit illa re-
gula ꝙ dominium tranſeat recto iure,in legatariū hoc ꝓbatur
ex coniunctione duarū legū ex.l.j.de ſer.le.&.ff. quemadmo.
ſer.amit.l.ſi partem.§.j.ſed qn̄ ſeruitus legatur tacitè ꝑ quādā
conſequentiā, mortuo teſtatore non cōpetit ius ſeruitutis niſi
cōſtituat̄ ab hr̄de,vt.d.l.j.& de ſeruo.l.ſeruum filij.§.fi.& ibi ꝑ
Iac.de are.de leg.j.Ita ergo dicimus in propoſito, ꝙ dominiū
rei legatæ tranſeat recta via in legatarium cui legatur expreſsè
in eo verò cui legatur per conſequentiam,non tranſit niſi per
hæredē tradat̄.& ſic apparet ꝙ remanet penès hæredē: ita in
propoſito cum illi ciuitati non legatur expreſsè,ſed ꝑ quandā
conſequentiam.¶ Præterea hoc videtur in ſimili,ſi aliquis le-
gat filio vel ſeruo:videtur legare pr̄i vel dn̄o,ꝙ patet.qa pater
vel dn̄s,pōt onere fideicōmiſsi grauari.ff.de lega.j.l.cum filio.
cū ſi.Sed ſi legatum eſt tale ꝙ non poſsit q̄ri dominium patri
vel ſeruo.ſed ei⁹ ęſtimatio debet̄: tunc non quærit̄ dn̄ium pr̄i
vel dn̄o.ſed debet̄ ęſtimatio,vt.ff.de leg.ij.l.debitor.§.ſeruo.&
l.fideic.§.ſi ſeruo.de le.iij.ita in propoſito,cū fratribus minori
bus non poſsit q̄ri dn̄ium:nec reipub.cui per cōſequētiā vr̄ re
lictū eſſe.& huic opi.vident̄ adhibere verba decretalis.s̄.alle-
ga.& relatæ.& ꝑ hoc patet rn̄ſio ad rōnē ī cōtrariū.¶ Tertiò
24 contingit† ꝙ fratribus relinquunt̄ res,q̄ vſu cōſumuntur, vt
vinum,frumentū,pannus pro indumentis,& ſimilia.quorum
vſus fratribus non eſt interdictus quorū dominium dicebant
qdā ad eccleſiā Romanā pertinere,ex verbis Nicolai Papę.s̄.
relatis.dum dicit,vtenſilia,&c.Sed Ioan.Papa dicit dicta ver-
ba debere intelligi de rebus quæ vſu non conſumuntur,& de-
clarauit in dicta decretali quæ incip.Ad.cōditorem.in multis
partibus ipſi⁹ decretalis dum ait:qs ſanæ mentis credere pote
rit ꝙ intentio fuerit tāti patris,vnius oui,vel caſei, ſeu fruſtri
panis,& aliarū rerū vſu conſumptibiliū,q̄ fratribus ipſis & ad
conſumendū eueſtigio conferunt̄ dn̄iū Romanæ eccleſiæ, &
vſum fratribus pertinere?profecto laudabile non videt̄,vt Ni
colaus ait.s̄.¶ Nec ob.ſupradictis ꝙ idē ꝑdeceſſor noſter ī or-
dinatione prædicta etiā illorū quę ad ſuſtentationē pertinent
niſi Romanæ eccleſiæ dn̄ium reſeruet̄.hoc em̄ de rebus illis dū
taxat debet intelligi q̄ vſu non ſunt cōſumptibiles, ſine qbus
humana vita,non eſt ſuſtentabilis q̄ vtiq; non ſunt paucę:vt in
eo.c.idem Papa declarauit.ſed in hoc idem conſtituit,dum ſic
ait:ſancimus ꝙ in bonis quę in poſterum conferentur,vel offe
rentur,aut quolibet alio modo obuenire contigerit fratrib⁹,
ſeu ordinibus.s̄.dictis exceptis eccleſijs oratorijs officijs & ha-
bitatiōibus,vt libris,veſtimetis diurnis,& officijs dedicatis vel
dedicandis.& quæ ad ipſos obtinent in futurum,ad q̄ ſe nō ex
tendunt in conſequentiā ſupradictam,ꝓpter ꝙ cōſtitutionem
iſtam ad aliam extendi volumus nullum ius ſiue dominium ali
quod occaſione ordinationis prędictę ſeu cuiuſq; alterius,à q̄-
cunq; prędeceſſorum noſtrorum ſup hoc ſpecialiter,dictę ſan
ctæ Romanæ eccleſiæ acquiratur .ſed quo ad hoc habeantur
ordinationes huiuſmodi pro non factis,&c.Ecce apertè liquet
ꝙ eccleſiæ Romanæ non quæritur dominium : nec etiam rei-
pub.rationibus prędictis.Dicendum ergo videtur ſi quidem
vinum , frumentum & ſimilia legantur in genere:tūc non tra-
ctatur de tranſlatione dominij,antequam perueniatur ad tra-
ditionem,vt not.C,communia de lega.l.ij.& inſtit.de leg.§.no
ſtra. Sed ſolùm tunc eſt videndum de perſonali obligatione.
de qua infra dicetur.ſi verò legaretur in ſpecie vel cum perue-
niretur ad traditionem cui⁹ ſit proprietas,& dominiū,& qua-
lem vſum habeant fratres dico prout colligitur ex iſtis conſti
tutionibus Ioan.Papæ.xxij.quarum vna incipit.ad condito-
rem.alia īcipit:quia quorundam .quarū verba hic non refero:
quia longum eſſet,ſed prout ipſe declarauit.ita credo ac deter
mino.¶ Illud verò ꝙ.s̄.dixi de rebus q̄ debent vendi vt in ne
ceſsitate fratrum cōuertātur,idē illud dico in pecunia legata ēt
ſi pecunia legaretur in ſpecie:vt patet in dictis authoritatibus
non enim ipſum corpus pecunię in neceſsitate fratrum conſu
mitur,ſed in ſpēm aliam tranſmutatur.& hoc quantum ad do-
minium.nunc verò quātum ad actionē perſonalem,quid iuris
ſit videamus.

¶ CAPITVLVM III.

a
25 QVis ergo [a] Poterit †dictas res vēdere,qn̄ vē
dendę ſunt pro fratrum vtilitate,
vt de hoc Nic.in.d.§.ad hęc. quia fratribus cū permi
ſit de rebus vendendis pro fratrum neceſsitate , ſic ait atq; ad
legata ſoluenda tam hæredes teſtatoris q̄ꝫ executores ſe libera
les exhibeant quàm pręlati ac etiam ſeculares quibus de iure
vel conſuetudine prouiſio iſta cōpeteret cùm expedierit ſe ab
officio ſuo promptos exhibeant ad pias voluntates deficien-
tium ſupplendas.&c.Et ſic manifeſtè apparet,ꝙ hoc poſſunt
facere hæredes.nec mirum:quia apud eos eſt dominium,vt di
xi. Item hoc facere poſſunt executores,licet aliâs ſuper ven-
ditione bonorum requiratur ſpālis permiſsio teſtatoris , vt.l. a
alio.de ali.& ci.leg.&.C.quando decre.opus non eſt.l.pen.&
ibi no.hęc ſemper ineſt ꝙ talis res vendatur, vt dictum eſt.&
ſic ſpālis permiſsio non requirit̄. Item hoc poteſt facere ep̄s,
& iudex ſecularis ex ſuo officio:vt dicitur in.d.text. etiam ex
nomine promouentis,ꝙ patet ex vi dictorum verborum , dū
dicit,ſe promptos exhibeant.& facit etiam.l.quintus.de ann.
leg.& in authen.de eccle.tit.§.ſi quis ad ædificādum.& de ali.
26 & cib.leg.l.iij.in princ.¶ Iudices tamen† prędicti,ad hoc ve-
nientes pręcedente mora hæredis vel executoris :puta ſi fuit
bis monitus,vt in authen.de eccle.tit.§.ſi quis autem. ſupradi
27 ctus verò conuentus † licet non habeat dominium,vt dictum
eſt:tamē habet actionem perſonalem,vt.j.dicetur. tamē ſi poſ
ſet poſsidere,haberet dominium,& poſſet vendere,vt.j.dicā.
fratres de hoc nullo modo ſe impediant cùm hoc voto & re-
gulæ repugnaret.poſſunt tamen humiliter ſupplicare hæredi
vel executori extra iudicium,vt votum teſtatoris adimpleat.
vt.j.dicetur ſed ſi prędia legata non relinquuntur fratrib⁹ ſed
eccleſiæ eorū.& tunc puto ꝙ dominium q̄reretur eccleſię Ro-
manæ.& tunc quid iuris ſit,collige ex his quæ dixi in pręce-
denti lib.iiij.diſt.

a ¶ Quis ergo. De iſta deciſione bar. vide plenè ꝑ Ale. de Imo.in.l.j.ī. ix. col . ff.de lega.j.& Bal.in.l.cū qō.ī fi. C.de leg.& gl.ī.c. j.de religi. do . lib. vj.& Lud.ro.ī ſin. ccxciiij.incip.pro hibet̄. & ſic habes ꝙ ipſis fratrib⁹ po teſt reliqui vt ven dat̄ fundus, & eis ſubueniatur ex il- lis pecunijs,et non ſunt multi dies ꝙ fuit alleg. ī fauorē fratrū minorū de obſeruantia ſancti franciſci de Padua cōtra preſbyterū Io . an.de curte de padua ꝑ me, &c. tn̄ in priuilegijs Si xti.iiij.ſummi pō- tifi.ī mari magno, aliter diſponitur Tho.

¶ QVINTA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

28 DE his quæ Fratribus largiuntur ſingulariter
† quòd valeat relictum factū vni
fratri,qualiter fratres in hoc ſe habere debeāt expreſ
ſè determinauit Benedictus Papa in conſtitutione quam edi-
dit circa ſtatutum fratrum minorum.cap.xiiij.aliâs exiui. vbi
ſic ait.Quilibet autem frater ſupradicti ordinis,qui aliquid ſci
uit determinato vſu donari vel legari vel pro quo deponi cō-
tigerit , poſtq̄ꝫ huiuſmodi donatio legatum vel depoſitum ad
eius notitiam peruenerit , cuſtodi vel guardiano ſuo vel eius
vicario,q̄ꝫ cito poterit commodè debeat reuelare fideliter hoc
quilibet facere debeat ſi habet notitiam prædictam.Guardia-
nus autem ſiue frater cui donatum vel depoſitū fuerit,ſit habi
lis ad ſcientiam capiendam : prouideat ei ſeu prouideri faciat
ſecundum donationis legati vel depoſiti quantitatem: & ſecū
dum fratris ipſius idoneitatem, ad eius ſtudium oportunè ex
his apparet.ꝙ legatum debet in fratris vtilitatem primò con-
uerti & licet hoc exprimat,de libris in.c.proxi.exprimit etiā
29 de alijs neceſsitatibus:apparet ex †prædictis ꝙ quando alicui
ſingulari fratri legatur , non debet ad petitionem ipſius ſoli,
30 ſed ad petitionem guardiani.¶ †Item ex prędictis patet ꝙ fra
ter minor poteſt eſſe diſtributor.& prętorum officio fungunt̄
fratres,vt dicetur in ſequenti libro.

¶ CAPITVLVM. II.

31 SEd ſi frater †ille de tot denarijs pro ſuis
neceſsitatibus non indigeat
idem prædictus Papa immediatè poſt prædicta ſic
ſubdit , ſi autem fratres prædicti his libris non in-
digerent ac vbi de libris indigerent prouiſio de libris ſufficiēs
idem aliquid de legato donato,vel depoſito huiuſmodi ſuper
eſſet, guardianus omne huiuſmodi legatum vel donatum vel
depoſitum,vel id quod facta prouiſione eius fratri erit in com
munem ſui conuentus neceſsitatem conuerti,ſeu diſpenſari ꝓ
curet & neceſsitati eius cuius contemplatione donatum legatū

vel depoſitum fuerit,fauorabilius ſtudeat ſubuenire. per hoc
enim vel conueniens aliȷs,vel infraſcriptę conſtitutioni felicis
recordationis Bonifacȷ papæ octaui quę inci.Prius debet ſub
ueniri fratri ſupraſcripto,ſecundò conuentui.Ex quo patet ꝙ
relictum fratri hoc eſt cõuentui:& ſic in petendo hoc legatum
erit idẽ ꝙ in eo quod relictum eſt conuuentui fratrũ. ĵ.dicet.

¶ SEXTA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

32 INterdum Etiam† euenit vt fratribus mi
noribus aliquid annuum relin
quatur.an valeat quæritur:& videtur ꝙ non,vt ha
betur in conſtõne,quæ inci.Exiui de paradiſo,vbi
ſic ait cumq; annui reditus inter mobilia cenſeantur à iure,ac
huiuſmodi reditus retineri paupertas & mẽdicatio repugnet
nulla dubitatio eſt ꝙ dictis fratribus reditus quoſcunq;,ſicut
in poſſeſsionibus vel eorum vſus in eis non reperiatur eſſe cõ
ceſſum,liberè recipere vel habere conſiderata conditiõe ipſo
rum non licet,&c. Ex quibus verò colligitur. ꝙ legatum non
valet.Econtra ꝙ dominȷ legatum valeat,probatur ex autho-
ritate prædicta ſic:non eſt dubium ꝙ immobilium poſſeſsio-
num fructus fratribus legatus non valet vt ipſas poſſeſsiones
fratres retineant,ſed vt vendantur,& in neceſsitatem fratrum
33 conuertantur.vt eſt expreſsè declaratum:ſic cùm† reditus ĩ ter
mobilia computentur de ſacroſan.eccl.l.iubemus.& in authẽ.
de non alie.§.hoc ergo.&.§.nos igit.& ſic videtur ꝙ tale lega
tum valeat non vt ipſos annuos reditus ipſi fratres habere vel
retinere poſſent: quia hoc eſt eis prohibitum ſed vt illud ius
percipiendi vendatur & in fratrum neceſsitatem conuertatur
vt dictum eſt de rebus immobilibus. Sol. dicendum eſt,quod
legatum annuum non fratribus interdicitur ratione rei lega-
tæ,ſed ratione modi à teſtatore expreſsi.ſ.quòd annuatim det
qui modus regulæ, & conditioni eorũ repugnat: & ſic videt
ꝙ nullo modo valeat,&c.

¶ CAPITVLVM. II.

34 PEr omnia †Putarem idem ſi fratribus relin
queretur aliquid diurnum vel
menſtruum,vel per alias diuiſiones temporum vt pu
ta decennio vel triennio,vt.ff.de tranſact.l. cùm hi.§. ſi cui. &
de ali.& ciba.lega.l.libertis quos.in princip.&.l.diarȷs,de an
nu.leg.l.penultima.

¶ CAPITVLVM. III.

35 QVid ſi fratribus †Relinquatur aliquid
annuum non ĩ perpe-
tuum,ſed vſq; ad certum tempus,an incidit in prohi-
bitionem prædictam? videtur ꝙ non propter limitationem
temporis,non videtur legatum annuum,ſed dicitur vnum le-
gatum.ſ.pręſtatio diuiſa,vt.ff.quando di.le.ce.l.ſi cum præfi-
nitione.¶ Contrarium videtur.ſ.ꝙ valeat in dictam prohibi-
tionem per generalia verba dictæ conſtitutionis .ſ.alleg.nam
relictũ fratribus,ſperatur relictũ pro ipſorũ neceſsitate, vt ꝓ
alimentis, & ſimilibus ſed in relicto cauſa alimentorum, licet
ſit frumentum tpis pręfinitione: tñ annuũ dicet:vt.d.l. ſi cum
pręfinitione:ergo,&c.ſed ſi relinqueretur cum temporis pręfinitione
vni fratri ſingulari.tamen dicetur legatum annuum
per rationes.ſ.dictas.¶ Si verò relinquatur fratribus vnius cõ
uentus:tunc facit dubium:quia conuentus non moritur.& ſic
ceſſat ratio quæ eſt in alimentis relictis certæ perſonæ. finalr
puto tamen ꝙ fratres debeant à dicto legato penitus abſtine-
re.nam hoc ſtatui eorum & mẽdicitati repugnat:nam non vi-
uerent ſimpliciter in ſpe Dei propter ſpem,quam haberẽt in
dicto legato intra pręfinitum tempus,ſi in eo eſt eadem ratio,
quod in legato annuo ſimplici.

¶ CAPITVLVM. IIII.

36 QVid ſi non directò ſed in vim † conditio-
nis aliquid annuum fratribus
relinquatur,puta aliquem hæredem inſtituo ſub con
ditione ſi aliquid annuum dederit fratribus minoribus? certè
idem eſt quod.ſ.vt fratribus nullo modo liceat accipere.hoc
enim videtur in fraudem fieri,vt.l.quod conditionis.de dona
tione cauſa mortis & de condi. & demonſtratio.l.meuius.ille
tamen vt impleat conditionem, debet anferre,vt.d.l.meuius.
¶ Sed cõtra prędicta videtur,ff.de iure fiſci.l.in fideicommiſſ.
vt ibi patet,&c.

¶ SEPTIMA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

QValiter autem petantur dicta relicta ab
his qui ad ea præſtanda
tenentur videndum eſt, pro cuius declaratione eſt di
37 cendum. ¶ Primò vtrum ille à † quo legatum relinquitur, ad
id præſtandum ſit obligatus,& cui? Nam pro rebus fratribus
ipſis relictis, ipſis fratribus nullum ius ſeu obligatio quæritur
de prędictis.dictus Nicolaus tertius in.d.c. exȷt qui ſeminat.
§.cæterum.ſic ait nec contra perſonam nominatam ab eis vel
non nominatam cuiuſcunque conditionis extiterit, in iudicio
vel extra actionem proſequatur.vel aliquod ius qualitercunq;
perſona, pręd icta in commiſsione huius ſe haberet,&c.

¶ CAPITVLVM. II.

EX hoc patet quòd obligatio fratribus
non quæritur. Præterea
quòd obligatio eis quæratur.videtur contra prin-
cipale fundamentum regulæ quę eſt vt fratres ſibi
nil approprient, nec domum, nec locum vel aliam rem.vt di-
ctis declarationibus ſummorum pontificum continetur. Si di
ceremus ꝙ ſibi acquiretur obligatio, aliquid ſibi appropria-
rent ꝙ eſſet contra vota, cum iſta regulariter obligatio ſit de
rebus ſine quibus vita poteſt ſuſtentari humana. ¶ Præterea
in.d.regula exȷt qui ſeminat.§.ad hæc quia fratribus. dicitur
quòd iudex officio ſuo ſe promptum exhibeat.quæ verba re-
tuli.ſ.in diſtin.iiȷ.huius.ȷ.lib. ſed ea quæ iudicis officio expe-
diuntur, non præſupponunt obligationem:vt.l.qui per col-
luſionem.§.j.ff. de act. empt.& de ann.lega.l.quintus.& con-
clude ꝙ fratribus,obligatio non quærit.& ſic hæres vel aliȷ q
bus relinquitur,non ſunt obligati ad talia relicta.¶ In contra
rium videtur regula generalis, quæ eſt ꝙ legatario competit
obligatio,& actio perſonalis,& hypothecaria,& actio in rem,
vt.C.communia de lega.l.j.&.ȷ.& inſtit.de lega.§.noſtra autẽ.
¶ Secundò dicendum eſt,ꝙ in hoc,an ille à quo relinquitur le
gatum ad hoc ſit obligatus poteſt cõſiderari quo ad ipſos fra
38 tres:&† tunc dicendum eſt,ꝙ obligatio poteſt intelligi duobꝰ
modis.Vno modo propriè & ſtrictè,prout eſt iuris vinculum
quo quis neceſsitate aſtringitur:vt inſti.de obli.in prin.& hoc
modo requiritur ꝙ ſint duo:vnus qui tenetur,& eſt obligatus
alius cui, & habet obligationem.vt.ff.de accep.l.j.& ibi not.ꝑ
glo.& hoc modo ſumendo,hæres vel alius à quo legatum relĩ
quatur non eſt obligatus fratribus:& fratres ipſi propter pau
pertatem vitæ & regulæ eorum neminem tenent obligatum:
vt.ſ.dictum eſt.¶ Secundo modo poteſt ſumi obligatio largè
& impropriè ex quadam æquitate in qua quis in ſeipſo tene-
tur ad dandum aliquid vel ad faciendum.& ad hoc ipſe videt
ſe obligatum,licet à nemine teneatur: & iſta talis ęquitas parit
officium iudicis:vt.l.quintus.de annu.leg.&.l.hęreditas.de pe
ti.hære.& iſto modo hęres,vel alius à quo eſt aliquid relictum
poteſt dici obligatus & per hoc competit officium iudicis, vt
ſ.dictum eſt.¶ Tertio modo conſiderari poteſt, an ille à quo
eſt legatum relictum ſit obligatus reſpectu aliorum quã ipſo-
rum fratrum:& tunc eſt dicendum ꝙ eſt propriè obligatꝰ. Nã
certum eſt, ꝙ vita fratrum minorum in altiſsima paupertate
39 eſt fundata.ſed quãdo aliquid† ob neceſsitatem fratrũ vel pau
perum relinquitur illi ciuitati in qua ſunt pauperes. videtur
ipſis fratribus vel pauperibus relictum.l. ſi cui &.l. ciuitati-
bus.ff.de legat.j,cum reipublicæ interſit, vt pauperes ſuſten-
tentur.C.de ſacroſan.ecc.l.priuilegia.Idem in eo,quòd relin-
quitur propter ſubſidium ſtudȷ ipſorum fratrum,vt.d.l.ſi cui
&.l.ciuitatibus.¶ Ex quo concludo,ꝙ licet ipſius ciuitatis no
men in teſtamento non ſit inſertum:tamen ipſe qui reliquit le
gatum,obligatur ipſi ciuitati ad illud.vt.d.l.ciuitatibus.&.l. ſi
cui coniuncta.l.ſeruo alieno.§.ſi teſtator.eo.ti.&.l.fideicõ. de
leg.iȷ.§.plerunq;.&.§.interdum.de condi.& demon.l.titio ge
nero. Huic igitur ciuitati,hæres ad hoc obligatur ciuiliter &
naturaliter.ex qua obligatione,oritur actio,vt.ĵ.dicam.

¶ CAPITVLVM. III.

PEr quos Ergo dicta legata & qualiter petan
tur & exigant ſatis patet ex ꝓdictis
quod diligenter debemus inquirere vel diſtingue-
40 re.nam ſi quidem † quæratur an ipſi fratres petere
poſſent, dicendum quod duplex eſt petitio.¶ Eſt enim peti-
tio extra iudicium.& iſtam fratres licitè facere poſſunt. nam
dictus Nicolaus Papa in.d.c.exȷt qui ſeminat.§. cæterum.cũ
in eadem ſic ait.poſſunt tamẽ fratres ſuas neceſsitates inſinua-
re ac etiam ſpecificare, vel exponere perſonæ prædictæ ac ẽt
rogare quod ſoluat.poſſunt etiam eam perſonam exhortari
ac dicere.quod fideliter in re commiſſa ſe habeat & animę ſuę
ſaluti in commiſſa ſibi ſua executione prouideat,&c. Ecce a-
pertè liquet quod extra iudicium petere & exhortari poſſunt
ſicut quando ab herede legatur aliquid ſeruo ꝓprio ſine liber
tate .l.quidam.§.illo.C.de nece.ſeruis hæ.inſt.¶ Quædam eſt
petitio quæ fit in iudicio, & iſta nullo modo poteſt fieri per
fratres,vt

fratres, vt probant verba prędicta.s.in.j.distinct.c.j.Nulla em est in eis actio, seu persecutio, hoc est iudicis officium. hoc probatur ex verbis cle.in.d.c.exiui.§.nostra.ibi dũ dicit ordinis, fratres vbicũq; dicti ordinis professores pro nulla re tẽporali pñt in iudicio experiri, &c. Ecce satis liquet, ꝙ dicti fratres in
41 iudicio petere non pñt. Si verò† q̃raẽ an petere possit res publica seu syndicus ipsius, patet ꝙ sic: quia ei competit obligatio & actio contra hęredem, vt.d.l.ciuitatibus.de le.j. Ex hoc etiã sequiẽ, ꝙ qlibet de populo hoc poterit petere.ff.de ope. no.nũ.l.in prouinciali.§.fratrum.&.l.se.& in auẽ.de eccle.tit. §.si quis autẽ.q hoc facere, &c. Et hoc dixi plenius, in pręcedẽti lib.iiij.distin.vbi etiã potest colligi modus formandi libellũ. Caueãt fratres ne pdictis sic petentibus assistant. hoc em statui eorũ repugnat, vt in.c.exiui.ibi, etiã ex talibus existentijs & in curijs, vt.ff.ad Tertul.l.j.§.incidit. expectẽt em ꝙ aliqs ad hoc faciendũ, ex deuotiõe moueatur. ¶ Poterit etiã exigi istud legatũ ex officio epi, vel etiam iudicis secularis, vt ĩ.d. declaratione Nicolai cõtineẽ: cuius verba quantũ ad hoc retulim⁹.s.in.iiij.di.huius.ij.lib.in.c.quis ergo poterit dictas res vẽdere. & dic vt ibi. & dabitur pecunia illi quem iudex deputabit vel etiam ipsis fratribus, vt in sequenti distinctione dicam.

¶ OCTAVA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I. ET .II.

DE syndicis Verò fratrum minorum sciẽdum est, per quosdam summos pontifices fuisse concessum fratribus quòd nominarent quosdam qui administrarent nomine ecc. ro. quæ concessiones fuerunt primò per Ioan. Papam.xxij.in aliquibus reuocatę. ideo vt prędicta clarescant primò priuile
42 gia antiqua ad literam referamus. Et primò † Inno.iiij.literas fratribus concessit in hęc verba: Inn. eps seruus seruorum Dei dilectis filijs generalibus & prouincialibus ministris fratrum minorum, salutem & apostolicam benedictionem. Quãto studiosius dominicæ contemplationi vacatis, famulando tanto quieti vestræ libentius prouidemus, ne pedes quos lauisse videmini effectu & officio omnia relinquendo cogantur, ꝙ absit, iterum inquinari. cum enim lecta à nobis vestra petitio contineat de rebus omnibus ordini vestro concessis, vel in posterum cõcedendis per vosipsos, prout exigi necessitas iuxta vestri ordinis statuta disponere nequeatis, nec velitis pro cõsciẽtiæ vestræ puritate seruanda, ne vobis odiosa vagandi tribuatur materia, sed oporteat vos per hoc, ad sedem apostolicam ad quam rerum ipsarum spectat proprietas habere recursum: nos quieti dicti ordinis & necessitatibus vestris, paterna volẽte solicitudine, prouidere præsentium authoritate concedimus, vt singulis vestris liceat in prouincijs eis commissis per se vel per alios fratres suos, quibus iniunxerit committendum constituere aliquos viros idoneos Deum timentes qui pro locorum indigentia, singulorum res huiusmodi concessas vel etiam concedendas authoritate nostra petere, vendere, tractare, commutare, expẽdere permutare, ac in fratrum vsum cõuertere valeant: secundum dispositiões vestras, ꝓut necessitatibus vel commodis fratrũ ordinis memorati: sicut vobis pro loco & tempore videbitur expedire. liceat quoq; vobis eosdẽ viros sic constitutos à vobis, amouere aliosq; ad pręmissa exequẽda sine difficultate qualibet subrogare quoties videbitur opportunum. Nulli ergo, &c. Data Auinioni.iij. Calend. septembr. pontificatus nostri anno.v.

¶ CAPITVLVM. II.

DEinde Martinus quartus Papa eisdem concessit, super prędictis literas largiores ĩ hũc
43 modum: Martin⁹ † seruus seruorum Dei dilectis filijs suis generali, & prouincialibus ministris, ac etiam custodibus vniuersis ordinis fratrũ minorum salutem & apostolicam benedictionẽ. Exultans in domino, ꝙ sacri vestri ordinis professores in Dei beneplacitis confirmari promptitudine deuotionis & opere illius studentes, imitari vestigia eiusdẽ & via summopere custodire, qui descendens à patre luminum & formã serui accipiens se in laudis beneficium placabilem hostiam immolauit, cogitare inducimur honesta remedia quibus dicti ordinis obseruantia pura in sui vigore seruetur. Idemq; fratres q pro nulla re tpali pñt in iudicio experiri, & exclusis quibuscunq; solicitudinibus, libẽtius apertius, & quietius, diuinis vacent officijs, & offerentium donantium vel tradentium atq; in vltima voluntate relinquentium ordini prædicto vel fratribus aliquid propter Deum pia intentio non fraudetur, sicq; vos solicitudini quam prędictus ordo pro suis necessitatibus quoties imminuerit necessitas, vel vtilitas suaderet remittere ad ecclesiam Romanam vrgerentur ad quam omnium rerum mobilium & immobilium quibus fratres vti possunt, ius proprietatis & dominium spectat. nullo modo ĩpensa spectat immoderatè potius quàm per hoc vrgeri possit fratribus.s̃.dictis benignius indulgentes volentesq; hæredum, vel executorum negligentijs obuiare, vt fratres secundum modos licitos, & cõgruos ipsi ordini relicta in testamentis & eleemosynis nõ fraudentur, ac sperantes quod his quæ pro statu prospero dicti ordinis per nos salubrius, & vberius consulẽt quo maiores fueritis vt hic in parte authoritate muniti discretioni vestræ (de qua plenè in domino confidimus) speciales personas quæ nõ sunt de dicto ordine nominandę pro locorum indigentia singulorum quas personas per vos taliter nominatas in his administrationibus legitimis generalibus liberantur: & liberè gerere & ipsos verè & legitimos administratores economos syndicos & actores esse de plenitudine potestatis præsentium authoritate constituendo decernimus, qui res ipsas & pretium rerum & prędictas eleemosynas nomine ipsius ecclesię recipiãt pro eisdẽ, & fratrũ ipsorũ vtilitate prout eis licet regula vr̃ declaratione conuertenda: sicut qñ filij generalis & singularis nostri in prouincia vel custodia sibi decreta, vel ex eisdem fratribus de assensu nostro extiterint requisiti per se petẽdi, exigendi, recipiendi, alienandi prędicta transigendi quoq; & possidendi conueniendi, ꝓmittendi, refutãdi, cõtrafaciendi, agendi defendendi, & in animabus eorum de calumnia & veritate dicenda iurandi: & cuiuslibet alterius iuramenti præstandi cũ illis & cõtra illos qui huiusmodi res mobiles, aut immobiles aut pretium earum vel relictas eleemosynas fratribus in testis occuparent, & violenter auferrent, siue contra voluntatem fratrum quolibet detinerent & generaliter in omnib⁹ casibus pro rebus licitis ad ecclesiam prædictam spectantibus, ipsorum fratrum vsui concessis, nec non pro immunitatibus, libertatibus iuribus ac priuilegijs & indulgentijs eorum siue cuiuslibet satisdationis & cautionis onere plenam & generalem & liberam ac authoritate apostolica & ĩ iudicio & extra iudiciũ potestatem plenam & liberam concedimus authoritate præsentium facultatem. Nulli ergo. &c. Data apud vrbem veterẽ. xv. Calend februa. pontificatus nostri anno.ij. idem etiam cõcessit Nicolaus quartus, quasi de verbo ad verbum, & ideo hic non refero, &c.

¶ CAPITVLVM. III.

POstea vero Ioañ. Papa.xxij. in illa decretali quæ incipit, ad conditorẽ canonum. prędicta in aliquib⁹ reuocauit per hęc ver-
44 ba: Et † quia perfectum prędecessorum nostrorum priuilegiũ dudum seruatum quoad administratores bonorum pręmissorum non extitit: nec seruauit, & ipsorum procuratorum officium qui nominantur à ministris & custodibus dicti ordinis Romanę ecclesię iniuriosum ac multis alijs molestum & etiã inhonestum noscitur districtius inhibemus, vt deinceps pro recipiendis petendis, defendendis, exigendis, seu administrãdis bonis, quę in posterum ordini vel fratribus offerri seu aliãs obuenire contigerit quicunq; nominetur à quocunq; se cõstituatur ammodo nomine sanctæ Romanę ecclesię procurator: nec occasione cuiuscunq; priuilegij apostolici, quicquam administratorum quoruncunque bonorum quæ obuenire fratribus ipsis vel ordini contigerit in posterum in iudicio, vel extra agẽdo vel defendendo, vel aliquo quocunq; modo assumere vel exercere dictæ Romanæ ecclesiæ nomine audeat: nisi sedis apostolicæ mandato speciali decernentes irritum & inane: si secus à quocunq; in posterum contigerit attentari: non obstantibus quibuscunque priuilegijs à Martino Papa prædicto vel ab alijs prædecessoribus nostris ipsis fratribus, vel ordini sub quacunq; forma verborum vel expressione concessis. ¶ Per hoc autem dicti ordinis regulæ non intendimus in aliquo derogare: nec priuilegijs fratribus ipsi seu eorum ordini seu ab apostolica sede, concessis nisi duntaxat quo ad præmissa tangentia præiudicium aliquod generet. Nulli ergo, &c. Data Auinioni.vj. Calendas. Decem. pontificatus nostri anno.vij. ¶ Si igitur prædicta inspiciamus non cassauit Papa prædictus prædictam concessionem nisi solum in bonis quæ in posterum fratribus vel ordini offerri contigerit: ergo in his & ꝓ his quæ dictis fratribus erant concessa ante dictam constitutionem, vt pro ecclesijs domibus, oratorijs, & similibus possunt nominari procuratores secundum formam prædictarum literarum fuit facta dicti Ioann. constitutio, anno domini Mcccxxvij. die & mense prædictis. ¶ Item est aduertendum, quod dicti Ioan. constitutio reuocat præcedentem solum in his quæ fratribus relinquuntur. vnde super his quæ non relinquuntur fratribus, sed ecclesiæ fratrum potest fieri dicta nominatio ex vigore illius generalis clausulæ positæ in literis

Mart.aliud est enim relinquere fratribus,aliud est relinquere
ecclesiæ fratrũ, vt dictũ est in pręcedenti lib.in.vij.distin.& ꝓ
iuribus ecclesiæ,fratres possunt agere vt.s̈.patet,nec est reuo-
catum,ergo.&c.Itẽ diligenter est aduertendũ,ꝙ ex p̄dicta cõ-
stõne nullo modo liceat dictas res fratribꝰ relictas,cõtra volũ-
tatẽ fratrũ occupare,vel detinere:& ĩ hoc dictę regulę nõ sunt
correctę.ꝙ facit ad multa dicta & dicẽda in hoc capitulo.

¶ CAPITVLVM. IIII.

45 REperio etiam ꝙ per † Nicolaũ Papam in illa decretali,exiij qui se
minat.§.quia verò dominium librorum.fit mentio de
quodam procuratore spãli ad recipiendum pretium librorũ,
qui venduntur per fratres. & illud in rem licitam expenden-
dum per hæc verba.¶ Si verò res huiusmodi æstimata pretio
vendi contigerit cũ fratribus ipsis per se vel per alium reci-
pere pecuniam regula prohibente non liceat:ordinamꝰ & vo
lumus,quòd talis pecunia seu pretium recipiatur & expenda-
tur in rem licitam,& in vsum fratribus, licet habere procura-
torem præfata sede,vel cardinali gubernatore per seipsam se-
dem gerenti eiusdem ordinis deputandum,&c.Et sic videtur,
quòd ad istum certum actum,datur procurator ab apostolica
sede.in eo ꝙ dicit de Cardinalibus,videtur correctum per de-
cretalem Ioan.Papę, cuius verba.s̈.proxim.retuli.vbi dicitur
quòd nullus potest institui procurator dictorum fratrum no-
mine Romanæ ecclesię,nisi de sedis apostolicæ licentia specia
a li. Vnde esset necesse [a] ꝙ Cardinalis conseruator haberet de
hoc speciale mandatum:aliâs de hoc procurator citare,aliás cõ
stitui non posset.¶ Postea verò Nicolaus Papa.iiij.in suis con
stitutionibus quas circa statum fratrum minorum edidit in il-
lo.c.quod incipit.¶ Rursus ordinarius circa venditionem di-
ctorum librorum sic ait,per illos quibus fuerunt dicti libri di-
stributi:dicti libri possunt distrahi commutari vel vendi, seu
quomodo libet alienari:nisi pro melioribus & vtilioribus li-
bris:& tunc de consensu & licentia monasterij,& illorum per
quos fuerunt distributi,&c. Ecce ergo videtur promittere ꝙ
ex causa legitima possunt vendi.Ministri autem vẽditio,præ
supponit pretij perceptionem secundum modum & ordinem
eorum statui congruentem : & sic videtur ꝙ talis procurator
ab apostolica sede non sit necessarius.graue enim esset,eis ꝓ-
curatorem ab apostolica sede exposcere super istis ĩ quolibet
conuentu:& ita vt audio fratres obseruant.

a ¶ Necesse. Vide Rapha.cu.in cõsil. clxix.incipiẽ.viso testamento, Tho.

¶ CAPITVLVM. V.

46 EST etiam quidam procurator † generalis ordinis,qui semper in curia Ro-
mana moratur.vbi ordo minorum in communi, &
particulari semper habet multa facere.vnde ibidẽ
vnus procurator de ipso ordine ad ista negotia pertractãda q
eligitur per generalem ministrum in generali capitulo,dequa
constitutione præfatus Benedictus Papa.xij.in prædictis suis
constitutionibus super statu fratrum minorum.cxxiiij. quæ-
dam & ad ipsius officium procuratoris pertinẽtia posuit. Et
idem Benedictus in.xij.ca. de liberis.cuius procuratoris offi-
cium ad nostrum examen non pertinet,&c.

¶ CAPITVLVM. VI.

47 HAbent etiam fratres in multis locis, ali-
quos ex his fratribus† qui
vocantur procuratores conuẽtus.horum officium est
ꝙ cum in regula contineatur ꝙ fratres vadant pro eleemosy-
na confidenter.vnde cum ipsis conuentibus sit necessitas mul
ta,secundum quod ordo exigit,frater ille qui dicitur procura
tor habet illas eleemosynas procurare, potest etiam hoc hu-
militer extra iudicium procurare,vt fratribꝰ relicta legata pe
tantur,vt.s̈.in præcedenti distinctione dictum est. Potest etiã
sibi procurare eleemosynas,pro fratribus induendis,& neces-
sitatibus fratrũ.licet em̃ in regula diceret,ꝙ de fratribus.& ne
cessitatibus infirmorum ministri & custodes solicitã curam ge
rãt,&c.& sic videbat ꝙ alijs nõ posset cõmittere,tñ quia ordo
exigat ita ꝙ custodes & ministri hoc expedire non pñt,cõces-
sit p̄dictus Nicolaꝰ in.d.c.exijt.§.q̄cꝫ.regula. ꝙ ipsi ministri &
custodes pñt hmõi curã & solicitudinem exercere:& sic super
hoc debent habere mandatum à ministris & custodibus, & illi
qui tenent ad dandũ ꝓ fratribus induendis,non debẽt solue-
re guardiano.nec alteri de eius mandato vł ministro vel custo
di:nisi guardianus habeat super hoc mandatũ à ministro vł cu
stode, sed debet soluere ipsi procuratori vel alteri de eius mã
dato,vel ministro vel custodi,& talis procurator nullo mõ in
iudicio põt eẽ:nec litigãtibꝰ ꝓ re tpali assistere,vt de alijs fra-
tribꝰ supiꝰ est dictũ,& ꝙ iste talis appellat ꝓcurator, ꝓut vł
põi ĩ dicta cõstitutiõe.c.v.vbi sic ait,de q̊ cõi pãno,ministri,&
custodes,guardiani,lectores,prædicatores procuratores & cæ
teri fratres omnes induantur , & in eo quod dicit procurator,
intelligimus de prædictis,vt puto.

¶ CAPITVLVM. VII.

48 POssunt etiam per † statuta terrarum,& communitatum cõstitui
ꝓcuratores & syndici,q nomine ciuitatis,pñt relicta
& alia obuenientia fratribus petere,exigere,defendere,guber
nare,vẽdere,& in necessitate fratrũ distribuere,cũ pleno man
dato.ꝙ iuridicè arbitror esse factũ.Primò.quia ipsi cõmunita-
ti videtur relictum:vt.s̈.in pluribus partibus huius operis est
probatum.Item quia concedentes possunt in ipsa concessiõe
exprimere.p quem res dictę vendantur:nec aliâs in necessita-
tem fratrum cõuertant patet in illo.c.exiijt qui seminat. cuius
verba statim scribam. Sed statutũ ciuitatis,est cõis vtilitas oĩm
ciuiũ.l.j.ff.de leg.ergo ipsi ciues pñt cõstituere aliquẽ procura
torem,qui de relictis concessis ab eis hoc faciat, & iste procu-
rator vel syndicus dicitur syndicus seu ꝓcurator,ciuitatis.ap-
pellatur autem in vulgari,syndicus fratrũ minorũ q ad ipsorũ
vtilitatem est constitutus.Circa quem autem syndicum,plura
sunt videnda. ¶ Primò. an eis liceat procurare ꝙ ciuitas fa-
ciat talem syndicum?videt ꝙ sic ex verbis Nicolai in.d.c.exijt
§.cæterum cùm in eadem.vbi sic ait.Quo casu procuret fratri-
bus ꝙ ille qui dabit eleemosynam per se vel per alium non no
minandum ab ipsis si fieri poterit,sed ab eo potius iuxta suũ
beneplacitum ad sumendum huiusmodi satisfactionem faciat
in totum,vel partem,prout sibi dominus inspirauerit.si tamen
ipse hoc noluit facere,vel non posset,vel quia recessionis vel
necessitatis casus immineat,aut quia cuilibet hoc committere
notitiam non habeat fidelium personarum,seu quacunq; alia
occasione vel causa declaramus & dicimus,ꝙ in nullo regula-
riter puritas infringatur,aut qualibet ipsius obseruantia dema
culetur,si fratres ipsi alicuius vel aliquorum curẽt sibi dare no
titiam,vel aliquem seu aliquos nominare ac etiam præsentare,
cui vel quibus si eleemosynam facienti placuerit cõmitti,pos-
sit executio prędictorum ac ipsius habeatur assensus sup sub-
rogationibus inscriptis,&c.Ecce ex prædictis, liquet ꝙ ciues
qui istas eleemosynas,& legata concedunt possunt per suam
49 legem syndicum facere ad prędicta.¶ Item †ex prędictis liq̃t
ꝙ ipsi fratres possunt procurare ꝙ hoc fiat:ꝙ intelligo q̃tum
ad actus extraiudiciales,sed quantum ad iudicium,& litigia ꝓ
istis temporalibus non credo, ꝙ hoc eis procurare liceat,imò
vt puto statui eorũ omnino repugnat, vt dixi,s̈.proxi.dis.c.fi.
50 ¶ Itẽ ex p̄dictis liquet,† ꝙ ciuitas ad p̄dicta põt cõstituere syn
dicum vel syndicos noĩatim exprimendo & si nominatim nõ
vult exprimere,põt cõstituere illum quem fratres noĩabũt seu
presentabũt in hac tñ forma in cõstituẽdo adhibeatur talis cau
tela.vt constituentis verbis congruis & statui fratrũ non repu
gnãtibus vtant.nõ em̃ licet fratribus noĩare aliquẽ ad litigãdũ
vt dictũ est.dicat ergo sic:Ille vel quis inter fideles deuotos du
xerint nominandos ad percipiendũ ea q̄ sibi relicta & conces-
sa fuerunt dans licentiã & ptãtẽ eligendi & petendi eos syndi
cos & ꝓcuratores cõstituimꝰ,&c.vt sic fratres ipsi eos non no
minẽt nisi ad rẽ eis licitã statutum tñ eis sic nominatis vel ita cõ
51 cedere pñt.Itẽ ex prædicta authoritate† patet,ꝙ dicimus ꝙ di
ctus syndicus nõ solũ põt cõstitui vt ipse p̄dicta faciat,sed etiã
vt aliũ seu alios loco suo constituat.¶ In aliquibus tamen ciui
tatibus sunt statuta ꝙ fratres minores habeant syndicos sicut
alij religiosi:& ꝙ eorũ syndici in iudicijs audiantur.Et statutũ
52 ꝙ aliq̄s† in iudicio noĩe fratrũ minorũ cõpareat,nõ puto vale
re:repugnat em̃ statui & regulæ eorũ & p cõseq̄ns sacris cano-
nibꝰ q eorũ statuta & regulã approbarũt.Is aũt modus facien
di syndicos noĩe cõitatis,vt.s̈.est dictũ iuridicus est & iustus.
vt arbitror,istiꝰ aũt syndici cõitatis ipsius nomine cõstituti po
53 testas, apparet ex his q̄ in præcedentibus sunt relata. ¶ † Nã
si in aliq̊ sit hr̃s instituta ecclesia,dictꝰ syndicus ciuita. poterit
adire hęreditatẽ,petere,vẽdere,& in vtilitatẽ ecclesię cõuerte-
re,& ĩ aliũ cõmutare ex cã vt dictũ est.s̈.in.j.lib.ij.di.Idẽ si iu-
re legati relinq̄t ecclesię:vt dictũ est.s̈.dist.iiij.c.fratres,al's filij.
ij.sed si relictũ esset:tũc ꝓ tali legato,siue sit q̄titas seu species
cõpetit ciuitati actio psonalis nõ actio in rẽ cũ in ciuitatẽ nul-
lum transeat dñium,vt dictũ est.s̈.dist.iiij.& disti.vj.& iõ si res
legata syndico traderet,efficeret,dñs traditiõe,& posset de ea
disponere prout vellet antecꝫ sibi tradat,sed alienando nõ trãs
feret dominium,quia dominus non est.Sed si alienasset,an hæ
res posset ab emptore recipere aliâs repetere,dicam ĩ seq.cap.

¶ CAPITVLVM. VIII.

54 IN multis Locis † vidi quòd ipsi fratres videlicet guardianus cũ capitu.
& custodes faciunt aliquos seculares suos syndicos
ad lites & causas: etiam ad vẽdendum alienandũ,&
pretium

ꝑtium recipiẽdum, & eis dát plenam poteſtatem ꝙ vtrũ procedat & qualiter videamus. ¶ Ad ꝙ ſciendũ eſt, ꝙ prout in pręcedenti.c.dixi, quãdo ille q dat eleemoſinã nõ vult, vel nõ poteſt eligere perſonam quæ excuſatione prędictam faceret, ipſi fratres ipſum eligere poſſunt, vt.ſ. verba relata manifeſtè dicũt. ſicut ergo vnus poteſt nominari per fratres in vna ſingulari eleemoſina: ita poteſt vnus nominari per fratres, vt eorum obuentiones recipiat, in quibus certa perſona per cõcedentem non deputatur: & iſtum quidam nominant ſyndicũ fratrum, quidam depoſitarium de quo fit mẽtio per clemen. in.d.c.exiui.&.c. porrò cùm fratres. vbi ſic ait ad amicos, ſiue ſint dati procuratores, ſiue deputati per eos, vel nuncij, ſiue depoſitarij, ſiue quouis alio nomine nuncupentur. ¶ Nunc ad propoſitum dico, ꝙ quando tales fratres faciunt ſyndicos quibus dant illam poteſtatem, nõ bene faciunt. & verba non bene ſonant. poſſunt tamen habere ſanũ intellectũ, vt intelligátur ꝙ fratres faciant talem eorum ſyndicum .ſ. ad ipſorum fratrum vtilitatem. & illud ꝙ dicti ſyndici faciunt ſyndicario nomine fratrũ, debet intelligi ꝙ hoc faciũt tanꝗ nominatim à fratrib⁹ nomine eorum, qui eleemoſinas cõceſſerunt ad vtilitatem tamen fratrum. Similem expoſitionem facit gl.C. de his quibus vt indig.l.polla.&.ff. de his qbus vt indig.l. tuto-
55 res. verba † enim in cõtractib⁹, intelligũtur impropriè, prout adaptari poſſunt ad materiã de qua agitur, vt.l.ſi vno.ff.loc. in prin.&.l.ſi ita ſtipulatus.de vſur.&.l.damni infe.quidã.ff.
56 de dam. infec. ¶ Item verba ſyndicatus ꝓdicti, quãdo † porriguntur ad lites & cauſas omnino reprobo: quia fratrib⁹ ad hoc nominare non licet, vt in ꝓcedenti.c.dictũ eſt. vnde quãtum ad illa verba inſtrumentum ſyndicat⁹ haberetur pro nõ ſcripto, quãtũ ad illos qui eleemoſinas cõceſſerũt, vel quantũ ad hæredem eius q̃ ſoluit legatam rem: quia pro illa re legata poſſunt in iudicio defendẽdo, & agendo: ſicut dicimus de eo apud quem res eſt depoſita ſiue ſequeſtrata, vt.ff. vt lega.nomi.cauea.l.poſtꝗ.§.imperator.verſ.ſed nec ipſe cõtra ipſum verò recipientẽ eleemoſinam nullo modo poteſt agi: cũ apud eum remaneret libera poteſtas reuocandi, vt.ſ.in hoc.ij. libr.
57 diſtin.iiij.c.ij. ¶ Item nec cõtra hæredẽ à † quo legatũ relictũ eſt, ſi hæres ipſe noluit aliquem actũ, vel officiũ, vt dicit intẽtari poſſunt nomine fratrũ minorũ: quia ipſis fratrib⁹ nõ cõpetit, vt ſuperius eſt probatum: & ſi qua actione iſte ſit elect⁹ debeat agere nomine eorũ qui eleemoſinas tales conceſſerũt, ſequeretur ꝙ cõtra eundẽ ipſius nomine ageretur, ꝙ fieri nõ poteſt, vt.l.ij.de oper.no.nũcia.poſſet tamen agere, vt quilibet de populo: vt.ſ.dictũ eſt. & hæres cogeretur ſoluere tanꝗ perſonæ nominatę à fratribus, quãtum verò ad alia acta quæ veniunt expedienda extra iudicium: vt recipere à ſpontè ſoluentibus, & res receptas vẽdere ex pecunia ſibi data, al's emere, & in fratrum neceſsitatem cõuertere puto dictum ſyndicatum ſufficere intelligendo eum vt.ſ.dixi. quia tamen illa verba dicti ſyndicatus ſtatuti fratrũ non cõueniunt, dico fratres ab ipſorum confectione abſtinere. nam clemens in.d.c.exiui. §.deniq; cum idem cõfeſſor. dicit ſic. In omnibus ſe gerant, ꝙ ſe cunctis oſtendát in dictis pecunijs, ſicut non habent penitus nil habẽrent. vt dicta verba ſonant prima facie eos aliqd
58 habere: ergo &c. ¶ Cautius † ergo facerent, ſi ſimpliciter aliquem vel aliquos nominarent ad recipiendas res legatas fratribus, & relictas ſeu aliquo modo conceſſas, & conuertẽdas eas in fratrum neceſsitates, ſecundum concedentis voluntatem, & ſecũdum ꝙ à iure ꝑmittitur. iſtud ergo eis licet in his q̃ cõceduntur inter viuos: vt.ſ.probatum eſt. & etiã in his quæ conceduntur in vltima voluntate, eodem modo, vt dictũ eſt in.d.c.exijt qui ſeminat.§.ad hæc quia fratrib⁹. & tales ſic no-
59 minati poſſunt facere omnia quæ.ſ.dixi. ¶ Sed pone † ꝙ talis ſyndicus, ſeu ſic nominatus contra voluntatẽ hæredis rem ſic fratribus relictam vendidit, & tradidit, & ꝑtium recepit, quid iuris? Reſpon. ex tali cõtractu, emptori non quæreretur dominiũ, nec ius in re ex quo agere poſsit ſi alius poſsideret: quia ille qui vendidit, ius vendendi non habuit, vt.ſ. eſt expreſſum. ſi tamen ipſe emptor poſsidet, & hæres vẽdicat, habet exceptionẽ per quam poteſt retinere rem emptã, donec ſibi reſtituatur ꝑtium quod ſoluit. quòd apparet in fratrum neceſsitatẽ expẽſum. hoc enim ſolo cõmodo hęredis cedit merito reſtituendum.ff.de rei vendi.l.emptor.&.C.de ꝑdi.mi.l.
60 ꝑdia.l.vnum.ff.de rebus eorũ. ¶ An autem contra † talẽ ſic nominatũ, fratres habeant aliquam actionem? Rñ. nõ. hoc probatur in.d.c. exijt q ſeminat.§.cæterũ. vbi ſic ait: ita tamen ꝙ ab eiuſdẽ pecunię diſtractione, ſeu diſpẽſatione, & cõtra pſonã ꝓdictam actione, ſeu pſecutione, vt dictũ eſt fratres abſtineant omnino. Ecce apertè liquet ꝙ cõtra ꝓdictos nullã habeát actionem, nec cõtra aliquos pro aliqua re temporali, vt dictum eſt. illi tamen qui dictas res conceſſerunt, poſſunt ab eo recipere, & petere, & etiam reſpublica. argumen. eorum quæ dicta ſunt, ſ.&c.

¶ Explicit liber ſecundus Minoricarum.

¶ Incipit liber Tertius minoricarũ, cuius diſtinctiones ſunt hæ quæ ſequuntur.

¶ PRIMA DISTINCTIO.

¶ De executionibus vltimarum voluntatum.
¶ Quòd fratres minores nõ poſſunt eſſe executores, quãdo vicem hæredum ſuſtinent.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Quòd fratres minores nõ poſſunt eſſe executores, quãdo ibi venit diſtributio pecuniæ in alios.
¶ CAPITVLVM. II.
¶ Quòd poſſunt eſſe executores ad diſtribuendum inter fratres vel ſorores, ſui ordinis.
¶ CAPITVLVM. III.
¶ Quòd poſſunt eſſe executores, quando ſola perſonarum electio eſt fienda.
¶ CAPITVLVM. IIII.
¶ Si eis electio perſonarũ & diſtributio iniungatur, præfertur perſonarum electio.
¶ CAPITVLVM. V.

¶ SECVNDA DISTINCTIO.

¶ De conſilio dando executoribus.
¶ Poſſunt fratres dare conſilium executoribus, & exactoribus.
¶ CAPITVLVM. I.
¶ Executor qui eſſet fratrum ordinem ingreſſus, non poteſt dare conſilium.
¶ CAPITVLVM. II.

¶ TERTIA DISTINCTIO.

¶ An ille cui executio committitur cum conſilio fratrum teneatur illud requirere, & an teneatur illud ſequi.

SVMMARIVM.

1 *Fratres minores non poſſunt eſſe executores teſtamenti, in quo pia cauſa uel pauperes, ſimpliciter ſunt inſtituti.*
2 *Fratres minores, non poſſunt eſſe executores teſtamenti, in quo res uendenda uenit, & prætium in alios diſtribuendum.*
3 *Frater minor non poteſt eſſe executor teſtamenti, in quo relicta eſt pecunia diſtribuenda in neceſsitatem fratrum, arbitrio talis fratris.*
4 *Item poteſt eſſe executor ad diſtribuendum inter fratres moniales, & ſorores ſui ordinis.*
5 *Executor poteſt etiam eſſe, quãdo ſolum perſona eligenda eſt in quã fieri debet diſtributio.*
6 *Electio perſonarum, & diſtributio pecuniarum, ſi eſt collata in fratres minores, an teneat? & ſic reſpectu perſonarum.nu.9.*
7 *Executore non eligente, quis eligat?*
8 *Executore non diſtribuente, cuius arbitrio res erat diſtribuenda, non ſuccedit legitimus, ſed lex ipſa diſtribuit.*
10 *Frater minor in quibus non poteſt eſſe executor, poteſt tamen conſilium dare ut exequatur.*
11 *Executori teſtamenti ingreſſuro ordinem fratrum minorum, nõ poteſt frater minor dare conſilium.*
12 *Executor datus in teſtamẽto, qui habet exequi cum conſilio fratrum minorum, quando teneatur illud requirere?*
13 *Executor qui requiſiuit conſilium fratrum minorum, quando teneatur illud ſequi?*

¶ CAPITVLVM. I.

De executionibus vltimarum voluntatum quæ fratribus relinquuntur, an per eos exerceri valeant? videtur quòd non, & ſic videtur declaratũ per clemẽ. in dicto capitulo exiui de paradi. vbi ſic ait: cum prędicti ordinis profeſſores pro nulla re temporali poſsint in iudicio experiri, prædictis fratribus non licet, nec competit quin potius conſiderata ſui puritate ſtatus ſcire debeant ſibi interdictum, quòd huiuſmodi executionibus ſeu diſpenſationibus ſe exponant: cum hoc ſepius abſq; litigio, & con-

ditione, & administratione pecuniæ nequeant expedire.&c.
a ¶ Econtra videtur ꝙ possunt[a] : quia in quibusdã casibus cessant rationes prædictæ. ideo quid iuris sit per singulos casus
1 prosequamur. Quandoque†enim executores vltimarum voluntatem, vicem hæredis tenent,& ipsi habent actionem mouere,&in iudicijs respõdere:ꝙ est quãdo pauperes vel captiui vel aliqua pia causa, sunt simpliciter instituti: vt de episc.& cleri.l.si quis ad declinandam. & extra de test.c. cùm tibi . & ibi no.per Inno.& isto casu non est dubium, ꝙ fratribus minoribus est executoris officium interdictum , tam ex verbis, quàm ex eo ꝙ hæreditatis non sunt capaces.

¶ CAPITVLVM. II.

2 QVandoque †isti executores vicem hæ-
b redis[b] non sustinẽt nec aliquod litigiũ sperant: & tunc si quidem est aliqua res vẽdenda, vel pecunia distribuẽda in illo executoris officio, non licet eis se intromittere: vt verba.s̃.relata ostendunt.nec ob.ꝙ posset dici, ꝙ p̃dicti poterũt administrare per personas nominatas eo respectu quo.s̃. dictũ est in legatis: quia illud verũ est pro eorũ necessitate. sed si fieret ista distributio pro alijs idoneis: nullo modo licet.hæc probãtur in.d. c.exiui.§.porrò. vbi sic ait Papa: Attendant fratres p̃dicti ꝙ nullis alijs causis q̃ prædictis, vel similibus in via, vel alibi, liceat recurrere ad amicos huius siue dantis pecuniam, siue deputati per eos &c. Apparet ergo manifestè, ꝙ ex nullis alijs
3 causis licet.¶ Ex his puto†quòd si relinqueretur pecunia distribuenda in necessitate fratrum, arbitrio talis fratris minoris, quòd talis executionis officium possit implere hærede sol uente sponte.fiet enim administratio per personas.s̃.positas, vt ipse frater arbitrabitur. hoc enim eorum statui non repugnat, vt dictum est.& rationes proximè dictæ cessant.

¶ CAPITVLVM. III.

4 IDem dico si pecunia†veniat distribuẽda inter moniales,& sorores monasteriorum, quæ reguntur per ipsos fratres.nã Benedictus Papa.xij.in constitutionibus quas fecit circa statum fratrum minorum , hoc videtur exponere in c.exiit.vt dixi in alio lib.dist.v.c.j. hoc etiã probatur in eiusdem constitutione.c.xxxij. quæ incipit, Insuper quia decet Christi famulos &c.vbi expressè permittit fratribus vt rationibus,& computationibus,& distributionibus bonorũ temporalium inter ipsos intersint, vt eas pertractent, vt ex multis partib⁹ illius capituli colligitur.vbi sic ait:In singulis monasterijs, eiusdem per prouinciales &ministros eiusdem ordinis minorum de consensu Abbatissæ & conuentus, seu maioris partis numeri eorum de authoritate apostolica certus monialium numerus statuatur iuxta monasterium ipsorum sub pœnitentia obuentuum,& etiam facultatum, ita ꝙ ex his cõgruè valeant sustentari &c.¶ Ecce apertè liquet ꝙ talibus distributionibus,& computationibus. scilicet q̃tum pro quolibet detur, possent interesse. Idem etiam probatur in eo.c. vbi ait:nisi adeò ipsorum monasteriorum facultates excrescerent ꝙ pluribus possent sufficere competenter. sed tunc talis excrescentia referatur capitulo generali fratrum minorum à quo ordinari habet, quot personas de ipsis fructibus vel obuẽtibus excrescẽtibus vltra statum monasterij &c. Et in plurib⁹ alijs partibus eiusdem capituli. prædictis autem casibus. vt.s̃.&.j.dicetur, fratres posse se de executione intromittere intelligatur, habita licentia superioris, vt extra de test.c. religiosus.lib.vj.

¶ CAPITVLVM. IIII.

c
5 QVandoque [c] committitur†eis, aliquod executionis officiũ, in quo nullum litigium, nulla pecuniæ exactio, seu dispẽsatio vertitur, verbigratia:ꝙ.x.floreni expendantur inter.x.pauperes, vel vt vnus florenus, pro quolibet qui pauperes eligantur per talem fratrem.¶ Item nulla fit distributio pecuniæ, sed testator ipse distribuit, sed per fratrẽ fiet sola electio personarum. an possit fieri per eum ? puto ꝙ sic. nam cessant rationes prohibentes. Prætereà, ex hoc fratribus nullum cõmodum quęritur. Est enim ista ęlectio meri facti: ꝙ patet: quia cadit in deportatum qui non est capax eorum quæ sunt iuris ciuilis, vt.l.Imperator.§.hæreditatẽ. de legat. ij.ff.ad treb.l.ex facto.§. si quis rogatus. hoc enim si fideliter fiat, meritorium est. ipsi enim propter secreta quæ audiunt in confessionibus, melius cognoscunt pauperes vocandos q̃ alij homines. hoc enim nec malum est, nec species mali. habet tamen hortari eum secundum Deum, ne eligat personas in quibus possit esse sinistra suspicio.

¶ CAPITVLVM. V.

6 SEd pone ꝙ aliquis reliquit † pecuniã vel res distribuendas arbitrio executorum, & inter pauperes quos executores ele-
d gẽrunt[d] sunt fratres minores in dicta constitutione continentur duo s. electio personarum. & hæc est fratrib⁹ licita. Item distributio pecuniæ & hoc est fratribus interdictũ: An poterunt dicere fratres non volumus pauperes eligere? distributionem autem pecuniæ faciat ille ad quem spectat ꝙ videtur quasi vt vtile per inutile non vitietur, imò separetur. vt in.c.vtile ꝑ inutile.lib.vj.de reg.iur.& quia sunt duo, ergo potest vnũ amplecti, & aliud respui.l.ij.de lega.ij.cũ similib. ¶ Econtra videtur, quia si eligãtur personæ impeditur distributio, quæ alteri deberet cõpete.alr enim cogitur quis distribuere inter plures, alr inter pauciores: ergo videt̃, ꝙ nõ possit.l.ij.§.q stichũ.ff. de eo quod cert.lo.ibi dum dicit, alioquin tollis actionẽ dũ vis reseruare reo electionẽ. ¶ Secũdò dicen-
7 dum est† ꝙ fratres poterũt eligere ꝑsonas, pro cuius intellectu est sciẽdum, quãdo relinquitur ꝑsonæ incertæ, vt pauperibus. vel captiuis: tũc si executor testamẽtarius nõ eligit, succedit legitimus.s.episcopus.l.nulli.&.l. si quis ad declinandã C.de episco.& cle.& in aut.de eccle.ti.§.si quis autẽ hoc facere. quãdoq; ꝑsona est certa. sed res quæ relinquitur est incer-
e ta: tũc executor non declarat[e] rem si quidẽ debet eligere vnã de certis ipsi succedit in arbitriũ, & electio fit ipsius legatarij executore non eligẽte, vt.l.fi.§.fi.C.cõmu.de le.si verò executor debeat arbitrari simpliciter quatenus sibi videbitur: tunc succedit arbitrium boni viri, hoc est iudicis, vt.l.j.de leg.iij. quãdoque contingit ꝙ personæ & res sunt incertæ. sed qua-
8 liter inter † personas prædictas distribuantur dictę res, arbitrio executoris committitur:& tũc executore cessante distribuere, non succedit legitimus distributor: sed lex ipsa distribuit, vt quilibet æqualiter admittatur, qui venit ad petendũ vt.l.si quis duos.§.fi.de leg.ij.&.l.cum quidam.&.l.vnum ex
9 familia.§.si duos.eo.tit.& ibi per gl. At nunc†in proposito, si frater nominet personas, licet ipse non posset inter eas distribuere: tamen distributionem facit lex, ne aliquis posset conqueri, ne sibi facultatẽ distribuẽdi abstulerit: cũ lex ipsa hoc fecerit. Præthereà in legato illo primo debet attendi persona, vt.l.quidã referũt.ff.de iure codi. debet ergo electio personarum p̃cedere.& pręferri: æquius enim est ꝙ per electionẽ personarum impediatur distributio q̃ per distributionem impediatur personarum electio, vt ex prædictis patet.

¶ SECVNDA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM. I.

f
10 AN autem [f] in istis† executorib⁹, si reperiãtur fratres possint dare consiliũ? videtur enim ꝙ sic. licet enim Clemens statim post verba prædicta in.c.j.præcedentis di. subdit sic. Verũtamen in his exequendis dare consilium eorum statui non ob. cum per hoc ipsis circa temporalia bona, nulla iurisdictio, actio in iudicio siue dispensatio distribuatur. quæ verba intelligo ge-
g neraliter prout iacent, siue consilium determinatè[g] siue indeterminatè petatur, siue de ꝑsonis, siue de quantitate. Caueant tamen fratres, & faciant taliter ꝙ in talibus consilijs suis cesset suspicio. & prædicta vera, nisi persona prædicta quæ cõsilium super distributione peteret ordinem minorum ingressura esset, vt in seq.c.dicetur.

¶ CAPITVLVM. II.

11 SEd si persona † quæ à fratribus consiliũ peteret esset ipsorum fratrum ordinem ingressura: tunc fratres super eo cõsilium dare non possunt: vt colligitur ex his verbis cle.j.d.c.exiui.§.dubitarunt. vbi sic ait. ¶ Dubitauerunt & dubitant fratres, multum an liceat eis de bonis ingredientium quicq̃ recipere si donetur,& si ad dandũ personis & conuentui eos possint inducere sine culpa.& sic etiam ad disponendum de distributione talium rerum debeant ipsi ministri vel fratres dare consilium . dicimus tam ministros, quàm fratres cæteros adiectis inductionibus ad sibi dandũ,& suasionibus , necnon à dandis circa distributionem consilijs abstinere &c. licet verba p̃dicta solum videantur referri quã-
h do ingrediẽs de bonis suis[h] voluit distribuere. ¶ Verũtamen idẽ puto, si vellet distribuere de bonis alienis: quia fortè fuisset executor relictus in bonis alterius: quia rationes quæ ponuntur in illa decretali etiam hęc locũ habent, videlicet ꝙ fratres debeant magis habere effectũ ad ꝑsonam quàm ad bona tẽporalia.¶ Pręthereà, subest alia ratio: qa cũ sit ingressus religionem, & sic in ptãte monasterij, & fratrũ ipsorũ rogamẽ, & suasio esset p̃ceptũ, & sic ille liberè nõ distribueret: ideo papa voluit ꝙ hoc casu à dandis consilijs abstinerent, arg. ad hoc ff. de adult.

a ¶ Quod pñt. vide plenè p Iaso. in.l. prẽ furioso.in.iiij. col.ff.de his q sunt sui vel alieni iur.in ver.secundo facit. vbi videas. Tho.

b ¶ Vicem hęredis. Vide Bart.in.l.à filio.in prin.ff. de ali.& ciba.lega.& ibi Ale. de imo.in addi. Et vide Andre.sicul.in.c. tua nobis.in v.co.extra de test.& Bar. in cõs.vj.inci. viso testamẽto. & vide Ludo.ro. ĩ cõs.cccix. inci. quo ad primũ.in.ij.dubio vbi cõsuluit ꝙ licet fratres p̃dicti non pñt esse exequutores, si tñ fuerĩt exequuti, valet exequutio. Tho.Dipl.

c ¶ Qñque . Vide Bar.in cõs.vj.post pri.ĩci. viso testõ. Lu.ro. ĩ cõs.cccc-ix.ĩci.q̊ ad primũ. in.ij.dubio.Tho.

d ¶ Elegerũt . vide Pet.de ancha.cõs. ccliij. Ro. cons.ccxxviij . & ccccix. B.L.

e ¶ Non declarat. vide plenè de dicto Bar.hic ꝑ do. Frã.de are. in cõs. lxviij.inci.do.Ioãnes.in vlt, colum. Tho.diplo.

f ¶ An autẽ. Vide Ale.in.l.j.§.si plures, ĩ additi.Bar.ff. de exercit. in apostil. quæ incip. seruandum. Tho.

g ¶ Determinatè . Vide Bart.in.l. quidam.§. Papinian⁹ ff.de admini.tuto. & ibi apostil. Ale. & ibi scripsi. Th.

h ¶ De bonis suis. Vide Ias. in aut. si qua mulier. ĩ prin. C. de sac. sanctis ęccle. Tho.

ff.de adulte.l.si postulauerit.§.vt autem publicandorum.

¶TERTIA DISTINCTIO.

¶CAPITVLVM. I.

12 AN autem Ille tertius † cui executoris officium & distributio est iniuncta in testamento, cum consilio fratrum minorum debeat eorum consilium requirere de necessitate? ¶Breuiter omissis multis dictis.j.in præsenti.c.sic dico: aut testator iniunxit ꝙ fiat cum consilio fratrum minorum, eo casu quo ipsi fratres nõ possunt esse executores & de vrbanitate debet eorum cõsilium requirere de necessitate non tenetur.l. quidam decedens.§.quidam papi.de administratio.tuto.argu.eo casu ꝙ ipsi fratres possint esse executores: tunc debet eorũ consilium requiri.ff.mãda.l.idemque.C.si quis.&.l.sed & si pupillus.§.conditio.ff.de instit.&.l.si quis mihi bona.§. iussum.ff. de acqui.hæred.&.l.coram titio.ff.de verbo.significa. ¶Sed cõtra prædicta facit.ff.de administra.tuto.l.titiũ & meuium. vbi reperitur ꝙ etiã qui non potest esse particeps officij, non tenetur quis eius cõsilium requirere. sed ibi loquitur in curatore cuius potestas est à lege, licet à testatore detur. Sed hic loquitur in executore cuius potestas est ab homine, sicut potestas procuratoris & cir. hæc & alia quæ.j. dicam proxi. lati⁹ dixi in quodam commento ꝙ feci in.l.ij.§.si plures.ff. de ex-
13 ercito. hæc verò hic dixisse sufficiant. ¶Sed an † ille qui ipsorum requisiuit consilium, teneatur illud sequi de necessitate? dic aut loquimur eo casu quo consilium requirere non tenetur de necessitate: & tunc non tenetur illud sequi, vt patet ex his quæ dixi. s. proxi. etiam si testator dixit ꝙ hęc faciat de consilio & cõsensu ipsorum, ne ꝙ vna via prohibetur id fiat alia vt.l.scire oportet.§.j.ff.de excusa.tuto.extra de reg. iuris c.cum quid vna.libr.vj. aut loquimur eo casu quo tenetur requirere consilium, quòd est quando ipse potest executor esse, si quidem est frater minor assumptus vt executor & consultor simul, tenetur illud sequi, vt dicta.l.si titiũ. ff. de administra.tuto. aut fuit assumptus vt simplex consultor: & tunc sufficit ꝙ eius reqratur cõsiliũ: nec tamẽ sequi debet: vt extra de arbi.c.cũ olim.& ar.ff.man.l.ij.ĩ fi.& reprobatur distinctio eorũ q dicũt: aut dixit cõsilio, aut cũ cõsilio. & tãgitur p gl.ĩ.l. id ꝙ pauperib⁹.C.de epis.& cle.&ego pleni⁹ in.d.§.si plures. vbi rñdeo ad oĩa iura si qua possunt in cõtrarium facere &c.

¶Explicit liber tertius.

¶Incipit liber Quartus Minoricarum. cuius distinctiones sunt hæ, videlicet:

¶PRIMA DISTINCTIO.

¶De hæreditatibus quæ ab intestato fratribus minoribus vel alijs obueniunt.

¶Quòd fratres minores non succedant ab intestato parentibus, vel alij si veniant ad sequentem in gradu.

¶CAPITVLVM. I.

¶Etiam si in dicta hæreditate sunt res quas fratres possunt licitè retinere, non succedunt fratres.

¶CAPITVLVM. II.

¶Fratres nouicij succedunt.

¶CAPITVLVM. III.

¶SECVNDA DISTINCTIO.

¶De bonis eorum qui fratrum regulam profitẽtur, possunt de bonis suis habita licentia disponere.

¶CAPITVLVM. I.

¶Et ordini fratrum minorum iure institutionis, nil tenetur relinquere.

¶CAPITVLVM. II.

¶Quòd hæredes instituti, in eorum testamento capiunt etiã naturali morte non secuta.

¶CAPITVLVM. III.

¶TERTIA DISTINCTIO.

¶Cùm ingrediẽs faciat ꝓfessionẽ, de bonis suis nil disponat. Postq̃ quis fecit professionem in ordine minorum, non potest de bonis suis disponere inter filios.

¶CAPITVLVM. I.

¶Qui recuperent ius succedendi parentibus, & cognatis?

¶CAPITVLVM. II.

¶Ponit aliquas quæstiones de fratribus, quas non determinat: quia non pertinent ad fratres.

¶CAPITVLVM. III.

¶DISTINCTIO PRIMA.

¶CAPITVLVM. I.

SVMMARIVM.

1 *Fratres minores non succedunt ab intestato, nec per ipsos etiam ecclesiæ Romanæ acquiritur, sed hæreditas uadit ad sequentes in gradu.*

2 *Non succedunt fratres minores ab intestato, etiam in his rebus quæ licitè retinere possunt.*

3 *Fratres minores nouitij, ante professionem succedunt ab intestato: quia sunt liberi.*

4 *Profitentes regulam fratrum minorum, liberè de bonis suis disponere possunt.*

5 *Filius præteritus à patre, profitente regulam fratrum minorum, rumpit testamentum.*

6 *Hæres institutus in testamento ingredientis religionem fratrum minorum statim capit hæreditatem, aliter morte non expectata naturali.*

7 *Ingressus & professus religionem fratrum minorum, ꝙ non possunt bona sua diuidere inter filios suos.*

8 *Bona profitentium religionem fratrum minorum, pertinent ad uenientes ab intestato.*

9 *Professus religionem fratrum minorum si efficitur episcopus, non recuperat bona alij prius quæsita.*

10 *Frater minor effectus episcopus, uel aliter liberatus ab ordine, quando recuperet ius succedendi ab intestato?*

11 *Frater minor remotus ab ordine, propter eius demerita non recuperat ius succedendi ab intestato.*

DE hæreditatibus quæ fratribus ipsis ab intestato ob
1 ueniunt aliqua dubia oriuntur. Primò † an frater minor parentibus & alijs agnatis ab intestato, suc
a cedat[a], sicut monachus, vt dicitur.C.de episc. & cle.l.fi.aliâs Deo nobis.§.etiam. Istam.q.mouet ibi Iaco. de are. & etiam Cy.recitat opi.quorundam. ¶Quidam dicunt, ꝙ per eos acquiritur ecclesiæ Romanæ: alij dicunt ꝙ acquiritur eis, non vt retineant, sed vt uendant: alij dicunt quòd nullo modo habere possunt, sed istorum opi.fuerunt antequã ueniret declaratio cle.in.d.c.exiui.§.cupientes. vt hæc quæstio determinetur dic sic: quia igitur successoribus transit nõ solum vsusfruct⁹ rei sed ẽt dñiũ suo tpe in cõem hæredẽ. fratres aũt præfati nil sibi speciali vel ẽt ordini eorũ est in cõi declarando. dicim⁹ ꝙ successionũ hmõi, q̃ uerisimiliter & indifferẽter ad pecuniã, & alia bona mobilia se extẽdũt, cõsiderata puritate voti, nullatenus sunt capaces &c. Ecce habeo expressè ꝙ his fratrib⁹, uel ordini nullatenus q̃rit.& sic legitimã debitã iure naturæ nõ poterit petere, uel habere: cũ sit tertia eius, ꝙ habituri erant ab intestato. Sed ab intesta. nihil habituri sunt: ergo &c. Item ex eo ꝙ dixit eos nõ capaces, apparet ꝙ non quæritur per eos ecclesię Romanæ, vt.l.si in metallum.ff.de his quę pro nõ scri.hab.& de hęre.insti.l.j.& de bo.liber.l.necesse.§.si deportat⁹. venit ergo dicta hęreditas ad sequẽtes in gradu.

¶CAPITVLVM. II.

2 SEd quid si in dicta † hæreditate est dom⁹ contigua loco fratrum minorum, uel ibi sunt res quas fratres ad vsum possunt licitè retinere, an in illis succedunt? Rñ. non vt patet ex prædictis uerbis, dum dicit, nullatenus ergo &c. Et sic in nulla parte uel re. Præterea non dicitur quis propriè succedere in rebus certis, sed in hæreditate quę est quoddam incorporale, licet contineant res corporales, vt.ff. de rerũ diui.l.j. in fi.& institu.de re.cor.& incor.§.j. per totum tit. Cùm igit̃ ipsi non sint capaces istius successionis, hoc est ipsius uniuersalis iuris: ergo nec eorum quæ in.d.iure continentur.& prædicta uera in fratribus iam professis &c.

¶CAPITVLVM. III.

3 SEd nouicii ante factam † professionem expressè, uel tacitè sunt liberi homines. extra de regula.c.non solum.lib.vj. & est hodie in fratribus minorib⁹ expressè declaratum per Benedictũ Papam.xij.in dictis constitutionibus:
b vbi sic ait. Caueãt aũt Guardiani, & ipsi nouicij[b] & magistri eorum, ac fratres alij, ne contra constitutionem.i. probatiõis annum aliqualiter impedire præsumant, quominus si ad aliã religionem transire maluerint transeant, uel etiam ad seculũ redeant, sicut de sua processerit uoluntate &c. Ecce apparet, ꝙ sunt in sua libertate: ergo sicut alij liberi, & seculares possunt succedere qui non postea fecerũt professionem: & erũt de istis bonis, si prædicta successione ei quæsierint: sicut de alijs bonis proxima distinctione dicetur.

¶SECVNDA DISTINCTIO.

¶CAPITVLVM. I.

4
c DE bonis † vero eorum[c] qui prædictorum fratrum regulã imitant̃, vel ꝓfitentur quid iuris sit, uideamus. Constat enim ꝙ ipsi

a ¶Succedat vide Ro.cõs.cclxviij. & ccxcvj. Ber. Lan.

b ¶Nouicij. an nouici⁹ habeat̃ ꝓ clerico vel laico? uide Pe.de ancha.cõsi. lxxij.Ber.Lan.

c ¶De bonis verò eorũ. Sed si monach⁹ uel frater vni⁹ monasterij detinet bõa fide ĩ alio monasterio tanq̃ frater ipsi⁹ monasterij detinentis, & emat vnã rem q̃ tradita est Abbati, vel Guardiano ipsius monasterij, secũdi detinẽtis, & nõ apparet ex cuius pecunia monasterij ipse emerit de qua ĩtelligit̃? vide Pau. de ca.& Ale.ĩ.l.cũ fund⁹. §. seruũ. in vj.col.ff. si cer.pe. Tho.diplo.

nil retinere posſint omnino, & ſi quid ipſi ante ꝓfectionē de bonis ſuis diſtribuerint, ſeu diſpoſitionē fecerint, hęc rata eſſe debet, & firma cũ ipſa rřa adijciař, ꝙ liceat ingrediētib⁹, & ſic liberũ facere de bonis ſuis ſecũdum ꝙ dñs ſpirauerit. hoc etiam dicitur in.d.c.exiui.§.dubitauerũt &c. & licet in his quę aliâs religionem ingrediuntur conſueuerit dubitari, an in eorum teſtamento ꝙ ante fecerunt debeant aliquid iure inſtitutionis relinquere monaſterio ꝙ ingrediuntur: vt.C.de ſac.ſan. eccle.auř. ſi qua mulier.&.xix.q.iij.c. ſi qua mulier. tamen in eo qui profitetur regulam minorum, hoc expeditum puto.

5 Ille † enim filius præteritus rumpit teſtamentum, qui poteſt ſuccedere. aliâs ſecus, vt.l.ſi neceſſe.§.j, de bo.li.&.l. gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de libe.& poſthu.

¶ CAPITVLVM. II.

6 ISti etiam hæredes † inſtituti in teſtamēto talis, ſic ingredientis capiēt ipſius hæreditatem ſtatim, non expectata morte naturali, licet in ingrediētibus ařs

a religiones, conſueuerit dubitari in.d.auř.ſi qua mulier[a].ratio: quia ibi ciuilis mors quo ad abdicationem bonorũ ab eo habet per omnia eundem effectum, quem habet mors naturalis: ergo idem ius, vt.l.Deo nobis.in prin.C.de epiſ.& cle.&.l.ex ea parte.§.inſulam.ff.de verb.obli.ad ꝙ etiam per Dy.in.d.l, neceſſe.& vtputo iſtam ſuam voluntatem non poterit reuocare, vt ſtatim dicam &c.

¶ CAPITVLVM. III.

7 QVandoque contingit † quòd ingrediētes dictam religionem fratrum minorum, fecerunt profeſsionem.& de bonis ſuis nullo modo diſponunt. ¶ Dubitatur primò an poterunt bona ſua diuidere inter filios, ſicut poſſunt alij qui alias religiones ingrediuntur, vt.d.auř. ſi qua mulier? Reſpondeo non puto: quia poſt profeſsionem, non poſſunt ſe impedire, de talibus conſtitutionibus: cùm non faciant ob ſuas neceſsitates ſed ob alias: & hoc verum eſſe probatur, per ea quæ dixi in præcedenti libro de executoribus vltimarum voluntatum, dixi in.c.iij.& per hoc puto, quòd voluntatem propriam reuocare nō poſſunt, quicquid ſit de iure in alijs religioſis, hic non dico &c.

¶ TERTIA DISTINCTIO.

¶ CAPITVLVM, I.

8 SEd ad quos pertinebunt † bona ipſorũ ingredientium prædictam religionem, & non diſponentium? iſta eſt antiqua quæſtio eam tangit Innoc. extra de probat, c. in

b præſentia[b] & hodie Ioan.and.recitat opi.& eam tangit Spe. in titu.de ſta.mo.c.j.ij.iij.&.iiij. Breuiter quid iuris ſit in alijs religioſis hic non dico, ſed q̄tum ad fratres minores, dico ꝙ eorum ordo ex prędictis bonis nil debet vel poſsit petere, vt expreſſè colligitur in.d.c.exiui.§.dubitauerunt. Vnde puto ꝙ q̄tum ad iſtam materiam, penitus habeatur pro mortuo, vt dictum eſt. ꝙ dicta bona pertineant ad venientes ab inteſta. ſicut ſi mortuus eſſet. facit ad hoc.C.de bo.dam.auř. bona damnatorum &c.

¶ CAPITVLVM. II.

9 COntingit interdum, † quòd illi qui regulam fratrum minorum ſunt ꝓfeſsi, tranſeant ad epiſcopatum, [c] vel aliam regulam, quæ poſſunt in communi habere. Quæritur primò an eorum bona alicui quæſita poſsint recuperare. & videtur ꝙ ſic, ſicut dicimus de reſtituto, vt.l.ij.C. de ſen.paſ. &.l.j.ff.de ſen.paſ.contrarium dico: quia ſiue dicas ꝙ hæc reſtitutio ſit in priſtinum ſtatum repoſitio, ſiue ꝙ indulgentia, ſeu permiſsio tranſeundi ad alium ſtatum ſeparatum, non recuperat bona tam alijs quæſita quàm fiſco, vt.l.gallus.§.& qd ſi tantum. de libe.& poſthu.& ibi no.in fin.mag.glo. & ideo, bona non recuperat, vt.C.de ſen.paſ.l.j.&.l.tutor.cum ſi.

¶ CAPITVLVM. III.

10 QVæro an talis frater † minor fact⁹ epiſcopus, vel ad aliam religionem legitimè tranſlatus, ſuccedat ab inteſtato parentibus agnatis, & cognatis? & videtur ꝙ ſic: vt.ff.de ſenten.paſ.l.j.contra videtur, ꝙ non.caſus eſt.ff.ad Tre.l.ij.§.j.vbi loquitur de filiofa.facto ſeruo: & poſteà liberato. Solu.putarem dicendum ſic, aut iſte liberatur ab ordine authoritate ſummi pontificis, & puto ꝙ ius ſuccedendi recuperet, vt.l.j.de ſen.paſ.ad trebel.l.j.§.filius qui mortis. Idem puto ſi aliter legitimè ab aliquo Archiepiſcopo vel prælato promoueretur ad aliquam dignitatem: per hanc enim cōceſſionē beneficij intelligo eũ ad oĩa reſtitutũ, vt.d.ll. cũ ius ſuccedēdi recuperet, nec in eo ſtatu in q̄ erat ante ingreſſum, facit.xix.q.j.c.ſtatutum.per ꝙ.c.& multas alias rōnes reuerendus pater dñs Franciſcus de Aſsiſsio decretorum doctor Abbas monaſterij campi regij, in medium adducit q iſtũ paſſum ad mei interrogationem ſic diſputãs determinauit. Si verò reperiretur alius modus licitus, quàm ex p̄ſſa cōfeſsione beneficij, vel dignitatis per quã ab eo ordine abſolueretur: tunc ius ſuccedendi, non recuperaretur, vt dicta.l.j.§.j.ad trebel. & dicta.l.j.§.filius qui mortis.eo.tit.vbi tex.facit iſtã diſtinctionē,

11 & bene. aliâs aduertatur. Hoc autē † poteſt cōtingere ſi aliquis propter eius demerita ab ordine licentiaretur, & ab ordine ei permitteretur vt tranſiret ad aliam regulã, ꝙ eo caſu ei licet, non aliâs: vt per multa priuilegia Romanorum pontificũ fratribus eſt conceſſum, quæ hic non refero: quia longũ eſſet eo caſu non puto eos recuperare ius ſuccedēdi per iura p̄dicta illa enim abſolutio magis eſt ad pœnam q̄ ad premium &c.

d POſſet Queri[d]: aliquis erat grauatus reſtituere, ſi decederet ſine liberis qui deceſsit inſtituto filio fratre minore, an talis filius facit iſtam cōditionem deficere &c. vel pone per Italiam ſunt ſtatuta ꝙ filiæ fœminæ non ſuccedãt extãtibus maſculis, vtrũ filius maſculus frater minor, facit fœminam non admitti.& plura alia poſſent q̄ri, quę licet ſint dubia propter ſtatum fratrum minorum, tamen quia hæc ad eos non pertinent (non eſt enim eorum commodum vel incōmodum) ideo ad præſens opus non pertinent, ſed hæc in alijs locis debitis ſunt tractanda.

a ¶ Si qua mulier C.de ſac.ſan.eccle. & ibi uide Iaſo.in viij.co. & ibi ſcripſi.& vide.d.Bar. ſoci.in cōſi.xcij.in prin.inci.circa primum.Tho.

b ¶.C. in p̄ntia. vide Lud.ro. in cōſ. ccxcvj.incip.circa declarationē. vbi plenè. Tho.

c ¶ Ep̄atũ.vide Fely.in.c. inter quatuor.in.iij.co. vbi plenè de ma.&ob. & Iaſ.ĩ.l.gall⁹.§.& qd ſi tm̃.ĩ.xj.co.& ſequē.ff.de lib. & poſt.Tho.

d ¶ Poſſet q̄ri. ad de Bal.ĩ.l. filiuſfa. §.cũ qs. in fi.ff. de le.j.& ĩ.l.iij.ĩ fi.ff. de bo.poſ.contra tabu. & ĩ.l.j.§. filiũ.e.ti.& ĩ.l.fi. C. qñ & q.quarta ps. & Ang. in auř. de nō eligē. ſecundò nubē.in fi.prin.& in.l.j.C. de condi, inſer.Tho.

¶ Explicit quartus liber, & ſic totum opuſculum minoricarum, per ſubtiliſsimum ſplendidiſsimumq́ue illuminatorem iuris ciuilis do.Bartol.de Saxoferra. editum, cuius anima requieſcat in pace. Amen.

Incipit tractatus de duobus fratribus.

SVMMARIVM.

1 *Filius qui ex re patris, ipſo uiuente percepit fructus, patre mortuo, debet alijs fratribus communicare.*

2 *Filius qui lucratur cum pecunia patris, & opera ſua, partem lucri reſpectu pecuniæ communicabit, partem uerò reſpectu perſonæ, tanquam proprium retinebit.*

Lucrum proueniens ex perſona filij, dicitur aduentitium.

3 *Filius exercens uſuras patre mandante, tenetur lucrum ex eis proueniens communicare: ſecus ſi ſua ſponte exercet.*

4 *Filius qui lucratus fuit, & dubitatur unde, ex quibus bonis præſumatur quæſiſſe?*

5 *Quæſitum per filiam, in dubio præſumitur quæſitum ex bonis patris.*

6 *Stante ſtatuto, q uxore prædecedente ſine liberis uir lucretur dotem, & uxor filij uiuo patre decedat, an tale lucrum alijs fratribus communicetur? in tracta. Baldi.nu.27.*

7 *Donatum uel relictum filiofa. per extraneũ patre uiuente, quòd ſi factum eſt contemplatione patris, non communicatur.*

8 *Donatum filiofa. quando in dubio uidetur datum contemplatione patris, uel filij, ſi eſt datum ab extraneo.*

9 *Vſufructu donato, uel legato filiofa. cuius contemplatione uideatur donatus uel legatus, & an communicetur?*

Intellectus ad.l.fi.C.de uſufru.

10 *Donatum filiofa. pacto appoſito, quòd habeat in caſtrenſi peculio uel quaſi: quando erit caſtrenſis peculij, uel non?*

11 *Donatum filiofa. exercēti mercantiam cum pecunia patris cuius contemplatione uidetur donatum, ad hoc ut communicetur uel non.*

12 *Ad cognoſcendum quando aliquid eſt factum contemplatione alicuius, inſpicitur cauſa proxima.*

13 *Lucrum factum per filiumfa. cum pecunia caſtrenſi, uel quaſi caſtrenſis peculij, tale lucrum quando ſit aduentitium, uel caſtrenſe?*

14 *Filio hærede inſtituto à matre uel aſcendente lineæ maternæ cum conditione, quod ad patrem non perueniat uſuſfructus, an dicta cōditione non obſtante, pater ſaltem in legitima habeat uſumfructum: & in tracta. Bald.nu.5.*

15 *Filius an teneatur communicare libros eidem emptos, per patrem: & in tracta.Bal.nu.33.*

16 *Si pater dedit pecuniam filio in ſtudio, quando filius teneatur illam imputare in eius partem.*

Si pater

17 *Si pater incepit expendere in studio pro filio, quòd eo mortuo non debeat perficere studium de communi.*
Pater si aliquid incepit pro filio, quando hæredes eius teneātur illud perficere. & nu. 19.
18 *Si filius licitè contraxit aliquod debitum in studio, q̃ patre mortuo illud de communi solui debeat.*
20 *Si pater fecit expensas in nuptijs alterius ex filijs, quòd alter frater debet de proprio & non de communi facere. & in tracta. Bal. nu. 31.*
21 *Vestes uxoris alterius ex filijs factæ per patrem nō conteruntur. secus festiuæ, & ornamenta pretiosa. & in trac. Bal. nu. 32.*
22 *Expensæ factæ per fratrem in rebus aduentitijs filij, in quibus pater habet usumfructum, quando imputabuntur in partem filij in diuisionibus?*
23 *Datum per patrem filio, quando ueniat communicandum?*
24 *Pater si facit filium stipulari ab aliquo debitore, quando uideatur facere animo donandi.*

a ISte tractatus [a]
in duas principales partes diuiditur. nam quādoque inter
eos contenditur de his, quę in
vita patris contingunt: quandoque de his quæ post mortem eius cōtingunt. Circa primum plura sunt inspicienda. Nam quādoque vnus ex his acquirit
sua opera, vel ex aliquo euētu. quandoq; acquirit:
quia extraneus sibi donat vel relinquit. quādoq;
ipse pater filio concedit. quādoque ipse filius paternū patrimonium diminuit: & sic sunt quatuor
quæstiones principales, de quibus per ordinē videamus. ¶ Primò igitur quæro quādo vn⁹ ex fra
b trib⁹ viuo patre aliquid ex opera lucratur [b], vtrū
illud post mortē patris sui teneatur fratribus suis
1 cohæredibus cōmunicare? Et circa hoc † occurrit.
Primò illud vidēdum, quādo ex re patris sine vlla opera sua fructus percipit: tūc non est dubium
quòd venit cōmunicandum sicut alię res patris, &
sicut alia profectitia, vt. C. de colla. l. si donatione
de rei vendi. l. emptor. in fi. C. de bonis quæ libe. l.
cùm oportet. in princi. prædicta vera, nisi passus
sit pater vnū ex filijs percipere animo eidē donādi: quia tunc quid iuris sit dicemus in. iij. quæstio.
2 prin. ¶ Secundò † quęro [c] quid si acquirit cum pe-
c cunia patris, & lucretur negotiando: & sic opera
sua interuenit. gl. in. l. cùm oportet. de bonis quæ
libe. videtur velle q̃ istud lucrum sit profectitiū,
& totum veniat communicandum. hoc etiam tenuit Iaco. Bal. & etiam Specu. de iudi. §. sequitur.
versi. videamus. aliâs est versi. quid si alter filiorū,
& allegat pro determinatione. ff. de vsu & habitatio. l. si ita. §. fin. & de re iudi. aliâs de acqui. rerum
dominio. l. per seruum. §. fi. ¶ Mihi autē videtur
dicēdum, q̃ lucrum q̃ fit cum pecunia patris, pro
parte attribuatur pecuniæ patris, & pro parte psonæ lucrantis, vt insti. de socie. §. j. C. eo. titu. l. j. ff.
eo. l. & si non fuerit. vnde videtis q̃ quandoque
vnus ponit pecuniam, alter operam & lucrum inter eos æqualiter vel inequaliter, secundū q̃ inter
eos conuenitur, vel consuetum est diuiditur. Item
certum est q̃ omne lucrū proueniens ex persona
filij, est aduentitium, vt. l. cum oportet. post prin.
Dico igitur q̃ illa pars lucri quę attribuitur pecuniæ tanq̃ profectitia, venit cōmunicāda. illa verò
quæ attribuitur psonæ filij propriam retineat vt
aduentitiā, nec conferat, vt. l. fin. C. de colla. & hoc
modo debent gl. & docto. intelligi. s. q̃ cōmunicetur lucrum perceptū ex pecunia patris, deducta
etiam æstimatione oneris personæ & operæ, quæ
remanet præcipuum apud filium. de hoc glo. in. l.
illud. in princ. C. de colla. in. ij. gl. nec ob. l. si ita. §.
fi. & l. per seruum. in fi. quas alleg. Specu. quia loquūtur in seruo qui acquirit alteri, etiam ex per-
3 sona sua, & ex sua opera. ¶ Tertiò quæro † quid
si filius ex persona patris facit vsuras, an illas teneatur communicare. glo. in. d. l. cum oportet. dicit q̃ sic, sicut alia profectitia. Cyn. ibi tenet contrarium. Tu dic q̃ aut filius facit vsuras sua spontanea voluntate, patre non mandante: & tūc non
venit cōmunicanda: quia est turpe lucrū, & prohibitum, vt. ff. pro soc. l. quod autē ex futuro fur
to. & fami. ercicun. l. cæteris. §. j. & qa ex delicto
patri per filium non quæritur. l. quòd si vnus. a[rs]
q̃ seruus. ff. de acq. pos. aut fecit mandante patre,
& cogitur cōicare: qa tūc patri per filiū queritur
dñiū & possessio. licet fuerit delictū. l. j. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. & not. in. d. l. per seruū præalleg. Præterea, cū pater teneaẗ ad restitutionē: ergo alteri⁹ fratris interest habere: qa pro ei⁹ parte hereditaria potest conuenire. ¶ Præterea hoc
videmus in socio q̃ sponte communicat q̄sita dolo: qa repetere nō pōt, nisi eo noīe fuerit cōdēnatus, vt. d. l. q̃ aūt ex fur. & seq. Huius aūt lucri illiciti, patri fuit quæsitū dñium, & possessio: & sic
* alteri fratri cōicāda, nec ille frater lucrās poterit
sibi retinere, nisi eo nomine fuerit condemnatus.
d ¶ Quartò q̄ro [d] qd si dubitaẗ vnde filius † q̄siue-
4 rit. gl. i. d. l. cū oportet. ponit duas opi. nec bene se
firmat. & ī. l. itē. de dona. īter vir. & vxo. remittit
se ad no. in. d. l. cū oportet. & docto. moderni inclinant in illam sententiā, vt ex pręsumptionib⁹ iudiceẗ esse pfectitiū, uel aduētitiū, quòd puto esse verū. Tamen ad hui⁹ declarationē distingue, cū
5 quæriẗ an hi qui circa aliqua negotia † versantur,
c vt tutor, p̄latus, vxor [e], & similes. Si tales aliquid
quæsierint, nec apparet vnde, qd debeat p̄sumi:
dic: aut si præsumereẗ ex eis bonis q̄sitū circa huius bona qs uersaẗ resultaret præsumptio delicti,
vel euitatur. aut nec inducir, nec euitatur. Primo
casu nō est pręsumēdū esse ex ei⁹ bonis circa cuius bona quis versatur, vt. l. si defunctus. C. arbitute. Secūdo casu præsumiẗ esse ex eius bonis. l.
quintus. ff. de dona. inter vi. & vxo. & C. e. l. etiā.
Tertio casu, recurraẗ ad cōiecturas. auẗ. licentiā.
C. de episc. & cle. sumpta de corpe in auẗ. de eccle
sia. titu. §. interdicimus. Nunc ad propositum in
filia fœmina, p̄sūmptio in dubio ex bonis patris
quæsitum, causa euitandę turpitudinis quæstus,
sicut in vxore, vt. d. l. quintus. In filio autem masculo, cū habeat dominiū quodammodo patre viuente, si habeat de bonis patris, nō est delictū: qa
ibi non est suspicio turpis q̄stus: ideo recurriẗ ad
6 coniecturas sicut in prelato. ¶ † Quintò q̄ro [f]. qd
f si vxor filij est mortua viuo viro & p̄re: & ex forma statuti vxore mortua sine liberis, debet vir habere certā partē: utrū istud lucrū erit commune,
an erit eius cuius fuit uxor. Istam. q. ponit Dyn.
in. l. si cū do. §. transgrediamur. ff. solu. matri. & uideẗ tenere q̃ uxore mortua uiuo p̄re, lucrū sit cōmune inter heredes patris. p. l. ij. ij. respō. C. fami.
ercis. & ibi hoc tenet Dy. p quo est text. & gl. ī. l.
dotem. ff. de castrē. pecu. ¶ Mihi autem considerandū v̄r, q̃ talia lucra fiunt propter onera matrimonij: & ideo aut p̄r sustinebat onera matrimonij: & sic uera opinio prædicta. uideẗ enim pfectitium ex re patris. aut onera matrimonij sustinet
ipse filius fortè de lucro suo: & tūc lucrū sit ipsi⁹
filij. uideẗ em̄ ex re sua opera ipsius filij pcessisse:
& sic est aduētitiū. sed si p pte sustinuit pater, p
parte filius, dictū lucrū, dicaẗ profectitium, & aduentitiū pro rata oneris quod sustineret, vt. ff. de
vsur. l. sed & si qs. §. ij. & §. quòd si ex re. & ff. de
stipula. seruo. l. si seruus cōmunis meuū. §. fin. pro
7 hoc facit regula iuris, secundum naturam. ¶ † Secundò principaliter uidēdū est, quando extrane⁹
vni ex filijs donat uel relinquit filiofami. patre
viuente, utrum istud debeat postea inter fratres
communicari? uel esse eius precipuū. glo. & doc.
dicunt simpliciter considerandum cuius contemplatione sit datum, ut si contemplatiōe patris sit
profectitiū: & sic sit commune: aliâs sit propriū
ipsi⁹ filij: vt. ff. de vulgari & pupillari substitutiōe
l. si plures. §. ī arrogato. de usufru. l. sed & si quid.
& not. in dicta. l. cum oportet. quod est uerum.
8 ¶ Sed quid † in dubio si non apparet cuius contemplatione? Respondeo: videtur in dubio contemplatione filij, vt. l. fi. C. de vsufru. & in glo. In
cōtrarium videẗ, q̃ in dubio sit relictum vel donatum contemplatione patris, vt. l. si filius. de cō

a ¶ Iste tractat⁹. adde q̃ Bar. composuit istū tracta. & morte p̄uent⁹ nō cōpleuit. ideo. d. Bal. cōpleuit ex dictis p ipm & alios doc. ī. l. si patruus C. cōmu. vtri. iud. & ī. l. filio. C. fa. er. q est imp̄ssus post istū tract. Barto. & sic pfecit istū trac. q̄uis ī imp̄ssionib⁹ nō sit pfect⁹ totus tract. Bal. vt. j. videbitur. Tho.

b ¶ Lucratur. Vide Ro. cōs. ccccl xviij. Bernar. Lan.

c ¶ Secūdò q̄ro. Vide plenè de ista materia p Ale. ī. l. si hęres. ī prī. ff. ad l. fal. Tho. Diplo.

* Pro cōcor. Aduerte q̃ officialis seu thesaurari⁹ q̄n aliqd acqrit: an ītelligaẗ acqrere de bonis suis, an de bonis ei⁹ cui⁹ offm̄ gerit. & Bar. rephendēdo gl. ibidē in. l. facultas. C. de iure fis. li. x. tenuit q̃ p̄sumaẗ acqrere de suis: cōtrariū tn̄ allegaẗ ī hoc trac. de duo. fra. versi. q̄ro qd so. pōt accōmodari secūdū Bal. in c. j. de cōtro. inter do. & vas. ī vsibus feu. quem alle. do. Ale. ī addi. ad Bar. in. d. l. facultas. ī fi. q̃. s. prima opi. loquaẗ post redditionē rōnis. secūda verò opi. an̄ redditionem rōnis. sed Bar. pprię nō loqtur in thesaurario fisci ī hoc tra. licet possit cōpręhēdi sub verbis suis generalibus: & ideo de directo nō posset argui cōtrariū. Adde ad Bal. in. l. si defunct⁹. C. arb. tu. in. l. quisqs. C. si cer. pet. & ad ea q̄ addit. d. Ale. post Bar. de vxore vidua cōcubina. de filiofa. de rectoribus in. l. & si īstrumenta. C. de cōue. fis. debi. e. lib. alle. Inno. in. c. cum ex officijs. de testa. Albe. in. l. etiā. C. de dona. inter virum & vxo. Ang. consi. cxlj.

d ¶ Quartò quęro. vide plenè p do. Bar. soci. in consi. cxlix. in. ij. volu. inci. materia præsens. in vlti. colū. Tho.

e ¶ Vxor. Vide Ange. cōsil. cxlj. Bart.

f ¶ Quintò quæro. vide Ludo. ro. in consil. ccccvj. & Bar. in. l. dotem. ff. de ca. pecu. & ibi Alexā. in addi. & ibi apostil. meā. Et vide And. Barba. in consil. xxxvij. in. ij. volu. in. xiij. col. inci. scribitur sapiē. & vide Bar. in. l. si cum dotem. §. trāsgrediamur. in vlt. q. ff. sol. ma. ibi Alex. ī pe. col. & in. l. j. §. septem nec castrensi. ff. de ope. li. & Bal. in. l. certū. C. fami. er. & in auẗ. de testa. in pe. colum. C. de colla. Tho. diplo.

di.& demon.Dy.in hoc distinguit in.l.filius.ff.de
do.causa mortis. Aut fit mentio patris:& præsu-
mitur eius contemplatione,vt.l.fi.& arg.C.de iu-
re delibe.l.cum aliquis.aut non fit mentio patris:
& presumitur contemplatione filij,vt.d.l.fi.C.de
vsufr.q̃ distinctio nõ placet p.d.l.vbi de vsuf.vbi
innuit ꝙ fuit facta mẽtio patris.Preterea adiectio
p̃ris fit magis ad demõstrationẽ q̃ ad aliud: adeò
ꝙ si in patre erretur,nõ vitiaretur legatũ:vt.ff. de
hered.insti.l.his verbis.§.fi.& ideo sic puto distĩ-
guendum.Aut fit mentio patris,& patriæ ptãtis,
aut patris.vnde primo casu, Aut dispõ confertur
in tẽpore patriæ potestatis:& præsumitur contẽ-
platione patris.vt.d.l.filio.de cõdi.& demõ. Aut
cõfertur in tps sui iuris:& p̃sumitur cõtemplatio-
ne filij.C.de insti.& substi.l.iij.ff.ad trebel.l. vbi
purè.in prin.& l.mulier.in prin. Secũdo casu,qñ
fit mentio patris tantùm,Aut est tale qd,ꝙ nõ po
test acquiri nisi solũ patri:& præsumitur cõtem-
platione patris ar.ff.de sti.ser.l.j.§.cõmunis seruꝰ.
&.l.itẽ si seruꝰ.ij.respõ.&.ff.pro soc.l.verũ.§.si so-
cio.Aut potest quęri tam patri q̃ filio,& in dubio
præsumitur cõtemplatione filij:vt.d.l.fi.C.de vsu
fru.facit.ff.de sol.l.& magis &.l.si ita stipulatꝰ.§.
chrisogonus.de verb.obli.vbi persona nõ subin-
telligitur extrinsecus,sed persona patris,videt̃ ad
iecta causa demõstrationis.¶ Tertiò quæro:quia
ista procedũt in ꝓprietate,quid in vsufructu do-
nato vel legato filio?aduertatis:quia de hoc est ca
sus in.l.fi.C.de vsufru.tñ quia de intellectu illiꝰ.l.
dubitatur, nec bene à doctoribus declarata relin-
quitur,dicitur sic.Aut cùm relĩquitur vsusfructꝰ
filio qa est incertũ vtrũ sibi possit aliquid acq̃ri,
vel non.nam si cõtingeret ipsum filiũ mori in vita
patris:filius nil quæreret.fructus enim sunt pa-
tris.& eo viuo ipsum ius vsusfructꝰ ad heredes nõ
trãsit.Sed si iste pater ante decederet,acquireren-
tur fructus filio integrè.sicut ergo ex futuro euẽ-
tu pendet,vtrũ filio aliquid acquiratur vel nõ:ita
ex futuro euẽtu pẽdet,cuius cõtẽplatione videat̃
relictũ,secũdũ p̃dictã doctrinã.cùm ergo filiꝰ de-
cedit,viuo patre,p̃sumitur contẽplatione patris:
cũ ipsi filio nil potuerit q̃ri.vt.d.l.fi.C.de vsufr.
aut decedit primò pater:& p̃sumitur cõtẽplatio-
ne filij,quasi sibi possit q̃ri,vt.d.l.fi.in fi.& ex p̃di
cta distinctione approbatur.& determinatur ca-
9 sus illius.l.¶ Quartò q̃ro pone†aliqd donatũ fuit
filiofa.pacto apposito ꝙ illud habeat in castrensi
peculio,vel quasi:an erit castrẽse vel quasi?distin-
gue:aut donatur ei filio q non est miles.vel quasi:
qa nõ est aduocatꝰ:nec habet aliquas dignitates q̃
ponũtur in.l.fi.C.de inoffi.test.& tũc nõ erit castrẽ
se.vel quasi sed aduẽtitiũ.veritas enim est inspiciẽ
da nõ verba à donãte prolata vt.ff.de ca.pecu.l.si
fortè.Aut erit miles,vel aduocatꝰ,vel huiusmodi,
& tũc aut est certum,ꝙ nõ donasset nisi occasione
militiæ.& erit castrense,vel quasi.vt.l.cùm alle-
gas.de ca.pecu.&.l.castrẽse,sic etiã debet intelligi
l.diu.e.ti.aut erat dubiũ.& tũc aut donãtur res mi
litię necessarię:vt equꝰ,& arma militi.& aduocato
libri.& erit castrẽse vel quasi à quocũq; concedat̃.
de cas.pec.l.miles.ĩ prin.&.l.castrẽse.aut sunt res
ad militiã nõ necessarię:& tũc aut donãtur ab eo q
in militia notꝰ erat.& erit castrẽse peculiũ vel qua
si.aut ab alio:& nõ erit castrẽse peculiũ,etiã si non
dixit donãs.vt.d.l.si fortè.& ibi no.&.C.eo.l.li-
cet.aut appositio illorũ verborũ nõ valeat facere
esse castrẽse:tñ fortè operabit̃ ꝙ p̃ri nõ q̃ret̃ q̃tum
ad vsumfructũ ꝙ põt facere donãs.C.de bo.q̃ lib.
aut̃.excipit̃.& licet:fortè vitiet̃ exp̃ssum:tñ nõ vi-
tiat̃ tacitũ,vt.l.j.qb.mo.pig.vel hypo.solui.& ꝙ
plenè nota.p Cy.in illa.q.de illo q ex pacto aliqd
10 reseruauit sibi.¶ Quintò q̃ro†qd si filiusf.facie-
bat mercantiã cũ pecunia p̃rna,ꝓpter ꝙ habebat
notitiã cũ quodã dño q sibi donauit aliqd istorũ:
an illud cõicabitur inter fratres? Spec.in ti.de iu-
di.§.seqtur.versic.qd si isti filio,tenet ꝙ queratur
patri,si viuit:aliâs cõicetur inter fratres:qa ꝙ oc-
casione rei meę q̃ritur &c.vt.l.cũ q̃ritur.§.j.de pe
cu.& de dona.l.q mihi donatũ.cũ si.ꝓ hoc facit,

a ¶ Vsusfructꝰ.vide Ale.de imo.ĩ.l.filijs matrẽ.in addi.Barto.C.de inoffi.tes̃.Tho.

b ¶ Libros.vide Bal.ĩ cõs.ccxiiij.j.lib.& an ibi fratres mortuo patre,debeant manu tenere in studio.Bernardi.landr.

licet ipe nõ alleget,ꝙ dixi.s̃.ĩ.j.q.ꝙ illud ꝙ obuenit occasione militię cõ
muneratur in castrẽse, vt.d.l.ꝙ si fortè.& de castrẽ.pecu.l.j.¶ Mihi vi-
detur,ꝙ ipse minꝰ bene intellexit.ideo puto sic dicẽdũ.Quãdoq; extra-
neus donat filio,cõtẽplatione ipsiꝰ filij:& tũc nõ est dubiũ.Quãdoq; cõ
templatione ipsiꝰ patris, ita ꝙ ipse pater est ꝓxima & immediata causa
ipsiꝰ donationis.volebat enim patri acq̃ri:& tunc acq̃ritur patri, vt.d.l.
cùm plures.§.in arrogato.&.d.l.q mihi donatũ.Quãdoq; donat quis ra
tione mercãtię,vel societatis volens societati acq̃ri:& sic causa proxima
donationis est societas:& tũc acquiritur mercantiæ,seu societati,& diui-
ditur sicut alia lucra,vt dixi in.ij.q.huius tractatus.Istã autẽ differentiã,
vtrũ gratia mercãtiæ seu societatis,facit in simili tex.in.l.actione.§.idem
11 labeo.ff.pro socio.†qñque autẽ extraneus donat filiofa.occasione socie-
tatis,vel mercãtiæ,ita ꝙ societas vel mercantia est causa remota,vt in.q.
proximè posita, vt quia ꝓpter mercantiã acq̃siuit amicitiã cum aliquo
dño,quã aliâs non habuisset:& tunc totũ istud dicitur aduentitiũ,& sic
nõ cõicabitur fratribꝰ,vt.ff.pro socio.l.sociũ q in eo.§.fi.& ibi est casus
exp̃ssus,& vltra gl.ibi positã probat hãc distinctionẽ,& ꝙ illa causa re-
mota non cõsideretur in dãnum acquirẽtis.facit.l.j.§.nũc videamus.de
coniungen.cũ eman.liber.tamen q̃tum ad cõmodum ipsius acquirẽtis.
bene consideratur causa remota,vt.l.ꝙ si fortè.&.l.j.C.de castren.pecu.
facilius enim operatur retẽtionem,q̃ acq̃sitionem:exẽplũ,vt.C.de vsur.
l.per retentionem.&.etiam ob chyrogra.pecu.l.j. Ex his enim apparet
12 ꝙ oẽs leges dicẽtes inspiciendũ† esse cuius cõtemplatione detur,debẽt
13 intelligi de causa proxima.per.d.l.sociũ q in eo.§.fi.ꝙ est no.¶†Sextò
quæro quid si filiusfamil.cuius pecunia est castrẽsis vel quasi lucratur:
vtrũ illud lucrũ erit aduẽtitium,vel castrense,vel quasi?Respõdeo,aut il-
lud lucrũ est merè ex illa pecunia,vel ex alia re castrensi,vel opera sua:
quia dat pecuniã mercatoribus:& erit similiter castrense,vel quasi pe-
culium.argu.ff.de castren.pecu.l.pater militis.§.si seruus.aut lucratur cũ
pecunia,& opera:& inquantum pecunia accedit operę erit aduẽtitium
14 per ea quæ dicta sunt.s̃.in.ij.q.¶†Septimò quæro qd si mater vel ascẽ-
dens de linea materna instituerit filiũ hoc addito ne ad patrẽ perueniat
a vsusfructus,[a] vtrum ex legitima quã ille habebat necessariò relinquere
pater habebit vsumfructũ?glo.in aut̃.vt lic.ma.& auiæ.col.viij.dicit ꝙ
non:tamen aliâs cum dispositio valeat:quia per hoc filius non grauatur
imò eius conditio fit melior argu.l.filius matrem.C.de inoffi.testamen.
Sed tex.tam in rubro q̃ in nigro,innuit expressè cõtrarium:quare sic di
cemus.aut mater instituit filiũ sub tali cõditione,ne filius sit hæres,& va-
let:& in legitima.nec filius erit hæres,nisi pater renũciet iuri vsusfructꝰ,
vel eum emãcipet vt.d.l.filius matrẽ.& ita intelligo.gl.aut institutio est
pura,sed per modũ modi fiet adiectio,ne patri acq̃ratur vsusfructus:&
tunc filio adeunte,pater habebit in legitima vsumfructum,in qua testa-
tor non potuit aliquod grauamen imponere.non enim potest facere vt
leges non habeant locum in suo testamento.ita intelligo text.in.d.aut̃.
¶ Octauò quero quid si pater dilapidet bona filij?dic vt dixi in repe.l.
si constante.ff.sol.mat.¶ Tertiò principaliter est vidẽdum quando ipse
15 pater cõcedit filio.† Et primò quæro quid si pater emit filio libros[b],an
b teneatur cõferre?gl.in.l.quæ pater filio.ff.famil.ercis.&.C.famil.erciscũ.
l.filię tangit,& ibi videtur tenere ꝙ non.argu.illius.l. Roffre.disputauit
cõtrarium secundum multas rationes quæ sunt.C.de colla.aut̃.ex test.s.
ꝙ simplex donatio venit in collatione. Vber.de bobio dicit ꝙ de iure
videtur dicẽdum,ꝙ non cõferat cum fratribus.nam si pater donasset fi-
lio multos equos & multa arma non cõferret fratribus tanq̃ castrẽsia,vt
ff.de collatio.bono.l.j.§.nec castrẽse.sed eadẽ ratione,si donat aduoca-
to,erit quasi castrẽse,vt.C.de aduo.di.iudi.l.fori.& non minus militat.
&c.vt.l.aduocati.eo.tit.Idem videtur tenere Dyn.in.d.§.nec castrense.
idem tenet Cy.C.de collatio.l.filię.¶ Mihi autem videtur sic distinguẽ-
dum.aut pater emit solũ nomine filij,nec filio tradidit,nec aliquid ex-
pressit se donare filio:& tunc dictæ res sunt propriæ patris,vt.C.de ca-
strẽ.pec.l.j.in prin.traditio enim req̃ritur,vt videatur donare.C.si quis
alteri vel sibi.l.ij.aut emit nomine filij,& tradidit sibi,vel se donare ex-
pressit illos libros:& tũc aut filiꝰ erat iam aduocatꝰ,vel doc.aut erat scho
laris in studio.p̃io casu,erit quasi castrẽse.ar.d.l.j.ij.rñ.C.de castrẽ.pec.
&.ff.e.l.castrẽse.&.s̃.dc̃m est & ideo nec pater poterit reuocare iam da-
ta,nec fratribꝰ debẽt cõferri,vt.d.§.nec castrẽse.&.C.fa.er.l.si filiꝰ.¶ Se-
cũdo casu,qñ erat scholaris,tũc aut cõpleuit studiũ suũ añ mortẽ patris:
& tũc incipit quasi militare,& efficiũtur quasi castrẽsis peculij & cõfir-
matur donatio.C.de dona.l.siue emãcipatus,&.ff.eo.l.donatio.§.pater.
aut p̃r mortuꝰ est,anteq̃ ꝑ se studiũ cõpleret,& quasi militiã adipisceret̃.
& tũc nõ potest dici quasi castrẽse peculiũ:qa ꝑsonæ cõditio hoc nõ pa-
titur,vt dictũ est in.j.q.in princ.licet enim reperias cõcessum aduocatis,
& doctoribꝰ vt possint habere quasi castrẽse peculiũ:nõ tamẽ reperitur
cõcessum scholaribꝰ,nec debẽt gaudere eodẽ priuilegio quo magistri,vt
C.de stu.li.vr.Rom.l.j.lib.x.facit quod no.C.de iurisdic.om.iudi.l.fi.&
ideo tũc est distinguẽdũ,sicut in alia simplici donatione.aut erat emãci-
patus tẽpore donationis,libris nõ adeptis.aut posteà fuit emãcipatꝰ:&
cõfirmatur donatio,vt.d.l.siue emãcipatꝰ.&.d.§.pater.ita ꝙ pater non
posset eam reuocare:sed tamẽ hoc esset cõferẽdũ fratribꝰ,vt no.ꝑ Cyn.
in aut̃.ex testõ.C.de colla.tamen hoc casu speciali fauore studentium,
cessauit colla.vt.l.quæ pater.ff.famil.erciscũ.aut non fuit emancipatus.
& tunc

&tunc fuit cõfirmata morte,nec venit cõferenda,vt.l.filię.C.
fami.erci.secundũ opi.approbatã in.d.auť.ex testamento.C.
de colla.& istã distinctionẽ de filio addiscẽte,& aduocato,tacit
Iac.de bel.in quadã sua disputatiõe quã ponit.C. de inoff.
test.l.j.in fi.in sol.cõtrarij.§.ornatricibus.in.l.legatis.ff.de leg.
16 ij.cogitabitis. ¶ †Secundò q̃ro qd si pater dedit filio pecuniã
in studio,vtrũ sibi imputetur à fratribus tẽpore diuisionis?dices
tu ꝙ nõ,vt.d.l.quæ pater.C.fami.ercis.sed puto illã.l. debere
intelligi quãdo apud patrem non erat aliquid ꝙ esset filij.sed
si apud patrem esset aliqd castrense,vel quasi,vel etiam
aduentitiũ, puta bona materna cõsistentia in pecunia: tunc in
dubio debet intelligi esse pecuniã ipsius filij,seu sibi debitam
vt.ff.de nego.gest.l.nesennius.¶ Præterea pater est legitimus
administrator: & ideo p̃sumitur in dubio facere administratorio
nomine,vt.l. cũ pať.§.j.de admini.tut.&.l. post mortẽ.
quãdo ex fac.tuto.& ibi not.nec ob.C.de do.promiss.l.fi.quia
illud in dote &donatione propter nup.ꝙ ꝑtinebat ad officiũ
paternũ, propter ꝙ poterat pater cogi.l.qui liberos.ff. de ritu
nup.sed ad istas expensas,non poterat cogi pater : & ideo
in dubio p̃sumitur in bonis filij.ad hãc respõsionẽ facit ꝙ not.
17 in.d.l.fi.ꝙ tene menti.¶ Tertiò q̃ro.pater † incepit pro filio
expendere in studio.vtrũ patre mortuo,debeat studiũ ꝑficere
a re de cõmuni inuitis fratribus[a]? & videtur ꝙ sic:quia munera
cœpta debẽt ꝑfici de cõmuni, licet noua inchoari nõ possint,
vt.l.filiã.§.idem scripsit.ff.fami.er.&ꝙ no.per gl.in.l.originẽ
§.fi.ff.de mu.& hono.&.l.j.§.sed añ.de colla. bo. & ibi videť
tenere Dy.& ad muni.l.lucius.§.idem scribit.& ibi etiam per
Dy.facit ꝙ hæres mandatarij socij,& tutor tenetur expedire
negotia cœpta:vt.ff.pro soc.l.hæres socij.& de hære.tuto.l.j.
& de his qui notã.infa.l.furti.§.j. Sed contrarium puto verũ,
salua reuerentia do.Dy.nam factum patris erga filiũ initiatũ
eatenus obligat,quatenus de necessitate erat astrictus, vel obligatus.
hoc probatur.ff.de mune.& ho.l.& si filiũ. cõiuncta.l.
honores.ff.de decur.§.si his qui.hoc modo inducendo.Decurionatus
est initiũ ad alias dignitates,vt.d.§.si his qui.& tamẽ
si pater assentit decurionatui:successores nõ tenentur de alijs
muneribus post mortem.Ita in proposito licet pater cõsenserit
filio in initio studij:tamen quia pater non tenebatur de necessitate
prosequi:nõ tenentur hæredes patris. hoc probatur
expressè in.d.l.si filia nupta.§. idem scribit.nam eatenus hæres
tenetur , quatenus iam pater erat obligatus . sed hic pater
non poterat cogi ad prosecutionem studij:ergo&c.cum eiusdem
conditionis sit hæres, cuius defunctus,vt.l. hæres. de re
iu.Preterea aũt dices fratres teneri virtute obligationis in eos
transfusæ.& hoc est falsum,vt.s̈.dictũ est.aut vigore cuiusdam
donationis cõfirmatę morte,quæ habet vim relicti.& hoc nõ
potest:cum pro futuro tempore nulla facta sit traditio.l.papi
18 nianus.ff.de do.inter vir.& vxo.Fateor† tamen,quòd si quid
debitũ esset cõtractum occasione studij invita patris,dũ tamẽ
honestè &licitè,ꝙ fratres tenentur soluere de cõmuni,per iura.
s̈.allega.est enim res ęs alienũ patris,vt.l.sed iulianus.§. pe.
19 ff.ad maced.&.C.eo.tit.l.macedoniani.¶ Sed pro† solutione
cõtrarij dic:quãdoque pater aliquid pro filio incipit, vel filio
incipienti consentit,ex quo & propter ꝙ, ad totius actus
cõsumptionem,& pro toto tempore,pater erat obligatus: &
tũc onus trãsit in hæredes,vt.l.si filia nupta.§. idem scribit.ff.
fa.er.&.d.l.hęres socij.cũ si.q̃nque cõsentit filio incipiẽti, seu
incipit ipse aliquid propter ꝙ obligatur ad totũ : & tũc eatenus
transit obligatio in hæredes, quatenus ipse defunctus tenebatur,
vt.d.l.filiũ.de mune.&.hono.&hic est casus questio-
20 nis nostræ. ¶ †Deinde quæro: pone ꝙ pater filio accipienti
b vxorem,fecit expẽsas in nuptijs[b]& alijs tempore diuisionis.
frater vult ꝙ p̃ani & alia ornamenta veniãt in diuisione.quid
iuris? ¶ Circa primũ de expensis in nuptijs dico ꝙ aliter frater
debet facere de suo proprio,non de cõmuni:nisi pater aliter
cauerit in testando.ff.de mune.& hono.l.iiij.§.fi. & ibi gl.
21 tangit istam quæstionẽ.¶ Circa secundũ† de vestibus & alijs
ornamentis vxoris fratris, vtrũ veniant in diuisionẽ & collationem?
doct.dicunt:aut quærimus de vestibus nubilibus, &
alijs necessarijs ad vsum quotidianũ:& illę nõ sunt cõferendæ
sed sunt proprię mulieris,&ab initio fuit donatio inter socerũ
& nurũ.l.ex annuo.in prĩ.ff.de dona.inter virũ &vxo.ad leg.
falci.l.vsufru.§.fi.cum sua glo.& de pecu.l.peculiũ nascitur.
aut de vestibus & alijs ornamentis p̃tiosis & festiuis, & talia
qualia sunt veniant in collatione: remanserũt enim soceri: vt
l.mortis causa.§.fi.ff.de don.inter vir.&vxo.&de pecu.l.illud
vestimẽtũ.vbi videť ꝓbari dicta distinctio nec potest dici ꝙ
morte soceri p̃dicta donatio fuerit cõfirmata: quia nõ fuerũt
res donatę ad vsum traditę:vt.d.l.mortis cã.in fin. Præterea,
posito ꝙ fuerũt donatę morte soceri:cõstãte matrimonio non
firmareť,vt.l.cũ hic status.§.oratio.&.seq.ff.de do.inter virũ
& vxo.facit ad prædicta.l.fi.in prin.ff.sol.mat.& ibi cõsuetũ
22 est dici per doc.¶ †Deinde q̃ro,pater expẽdit in rebus filij
de aduentitijs,in quibus habebat vsumfructũ nunqd fratres
poterunt imputare hoc tempore diuisionis?&videtur ꝙ sic.
l.eum.ff.de vsufr.& quòd dicitur de viro in.l.j.§. sed nec ob
impensas.de rei vxo.actio.Rñ.sic.aut fuerunt expẽsę necessariæ:
& illę non possunt imputari:qa pater habebat necesse facere,
vt.l.j.de bo.ma.&.l.cũ nõ solũ.§.ubi aũt.C.de bo.q̃ lib.
aut loquimur de impẽsis utilibꝰ. & quidẽ tunc si pater fecit,
vel impendit animo repetẽdi,& hoc cõstat:hoc casu filio im
puteť.arg.d.l.cũ de vsufru.secũdũ iura hodierna, secũdũ quę
in aduẽtitijs inter patrẽ& filiũ,põt cõsistere ciuilis obligatio,
etiã ex ipso cõtractu.d.l.cũ nõ solũ.§.fi. & ad treb.l. iubemꝰ.
Aut dubitať quo aĩo fecit:& tũc aut impẽsæ sunt vsq; ad fru
ctuũ quãtitatẽ.& videť pater ei donare : nec sibi imputabiť:
vt ea.l.§.sin aũt res.expendẽdo eñ in re filij,uideť apud eũ di
mittere.aut excedũt fructuũ quãtitatẽ:& nõ videť donare ei
in dubio,sed habere animũ repetendi,nisi in causa alimẽtorũ
& simili expendisset.l.alimẽta.C.de neg.gest.nisi modicitas
impensæ faceret pręsumi donationẽ,vt.ff.de impensis.l.omnimodo.
& de do.inter vi.& vxo.l.vtrũ.aut facit impẽsas voluntatis:
& tũc in casibꝰ in quibꝰ utiles nõ repetunť,nec volũ
tariæ,alꝯ aũt abrasio permittereť sine lęsione prioris status,
vt.l.in fundo.de rei vendi.&.d.§.sed nec impẽsas. Nec ob.ꝙ
diciť de fructuario,& de uiro faciẽte necessarias impẽsas: qa
vir habet dotẽ ꝓpter onera matrimonij:ideo nõ debet grauari
alio onere impẽsarũ.vsufructuarius simplex habet ex alia
causa,vt qa ex cõtractu vel quasi.pater verò habet ex disposi
23 tione legis,cũ hac cõditiõe ꝙ sustineat onera.¶ †Deinde q̃ro
quid si pater dedit filio pecuniã,aut res:an ipsa ueniat cõicãda?
Dic:aut dedit sibi vt habeat in peculio ꝓfectitio:& communicat,
vt.l.certũ.ff.fa.er.& de colla.l. si donatio.ij. rñ. aut
dedit aĩo donãdi:& tũc aut præcesserũt merita filij:& sic do
nauit vt filio extraneo ꝓpter merita.& hic sunt opi.gl.in.d.
l.si donatiõe tenet ꝙ ab initio talis donatio nõ ualet,sed mor
te cõfirmareť.alia gl.in auť.vñ si parẽs.ff.de inoffi.testa. tenet
ꝙ statim valet,& filio q̃riť,sicut alia aduentitia.Et hanc puto
veriorẽ qa hoc videť filiꝰ suis laboribꝰ quæsiuisse ꝓpter seruitia
quæ patri fecit,quę si extraneo cuicũq; fecisset illud ha
buisset:& sic est aduentitiũ,vt.l.cũ oportet.circa prin.&hoc
tenebat Iac.bu.aut donauit sibi vt filio,nõ ꝓpter merita prę
cedentia:& tũc est simplex donatio,q̃ vtrũ veniat cõfereda,
dic vt in auť.ex testõ.C.de colla.aut dubitať quo aĩo dedit:&
tũc aut pater emit noĩe filij,& sibi tradidit:& his duobus casibus,
præsumiť animo donandi,vt.l.filię.ff.fami.er. &.l.ij. si
quis alte.uel sibi.dixi.s̈.ĩ.iij.q.prin.& si præcesserint merita
præsumiť vt extraneo,alꝯ vt filio,vt no.in.d.l. si donatione.
aut tradidit tantũ,nõ autẽ suo nomine emit:& in dubio videť
dare vt habeat in peculio,vt.l.ꝙ fructuariꝰ.in prin.ff. de acq.
rerũ.domi.nisi alia essent indicia ex qbus esset aliter pręsumẽ
dũ:vt quia tradidit filio eunti ĩ castris,vt.l.circa.C.de ca. pe.
lib.xj.aut nomine filij tantũ emit,& non tradidit:& idem:qa
non uidetur donare,sed in peculiũ profectitium concedere,
24 vt.l.fi.ff.de pecu.lega.¶ Deinde† quæro:[c]quid si pater fecit
c filiũ stipulari ab aliquo debitore suo:an pater videať facere
hoc animo donãdi,uel uideať vti solũ ministerio filij?& ꝙ nõ
videatur donare,facit.l.si pater.in prin.ff.de do. In cõtrariũ
facit.d.l.fi.ff.de pecu.lega.& de castren.pec.l.j. sol. aut pater
nomine filij stipulať,uel emit.& loquiť.d.l.fi. de pecu.leg.qa
tũc nullus actus traditionis,interuenit in filio. arg.l. papinia
nus.de don.inter vi.& vxo.aut pater fecit ipsum filiũ stipula
ri,uel emere:& tunc dicit Oldra.ꝙ inspiciendus est numerus
liberorũ,& quantitas patrimonij patris, & quantitas quam
filius stipulatus est,uel alius nomine suo contraxit, vtrum sit
parua uel magna,vt sic his inspectis, videať donare velle vel
non.arg.ff. de leg.ij.l.si filio.de fun.instru.l. quæsitũ.§. sed ꝙ
pomp.de dona.inter vi.& vxo.l.utrum.& Iac.de are.ĩ.d.l.si
pater.de dona.&c.

¶ Explicit tractatus de duobus fratribus inuicem habitantibus,
expositus per dominum Barto.&c.

d ¶ Incipit tractatus domini[d] Bald.de Perusio,de duobus fratribus
simul habitantibus.

ET primo quæritur. Pater emit libros filio studenti, deinde decedit pluribus relictis filijs. Quæritur an hic filius debeat habere

a ¶ Inuitis fratribꝰ. Bal.in trac. q supponiť de duobus fratribꝰ.simul habitãtibꝰ. nu.xix. tenet contrariam opi.quã iste hic dixit in apostil. ad Dy.in.l.luciꝰtitiꝰ. in ver. vt de cõi. ff.ad muni. & ĩ addi.ad istũ in .l.j.§. nec castrẽse.ĩ fi.in ver. nec tenebunť hæredes.ff.de colla. bo. & in addi. ad Bal.in.l.filię cuius.nu.xij. ĩ versi. admuni.ff. de col.

b ¶ Nuptijs. vide Ro.consil.clxxij. Ber.Lan.

c ¶ Deĩde q̃ro. vide Bar.ĩ.l.fi.ff.de pecu.leg.& ibi Ale.ĩ addi.q̃ ponit plura ad materiam. Tho.diplo.

d ¶ Tractatus dñi Bal. vide q̃ scripsi s̈.in tracta.Bart.de duobꝰ fratribꝰ.& istud prĩcipiũ valet, & primò q̃riť: pater emit libros vsque ad.§.primò q̃ro qd sit filiꝰ, nõ fuit imp̃ssus, sed modò ĩprimiť,& istũ tractatũ ꝑfectũ inueni in. xiij. vol. cõsiliorum in char.lxxiiij. in studio excellentiss. doct.Iac.de mõte sperello de Perusio.Tho.Dipl.

illos libros præcipuos: an verò debeat conferre fratribus.gl.
quæ est in.l.filiæ.C.familiæ erciscundę.dicit quòd debet ha-
bere præcipuos. Et hoc videtur probare duabus rationibus.
¶ Prima, quia omnimodo pro filio videtur hoc tacitè velle,
& quasi vltimum iudicium cõferre in eum vt.d.l.filiæ. ¶ Se-
cũdò ꝙ hic videtur operari fauor studiorum.ff.fami.er.l.quę
pater. Tertiò videtur hic operari ratio: quia ob causam stu-
diorũ pater emit,& illa causa non sit finita:ergo cohęredes ab
eo non possunt amouere,seu aduocare libros.ff.fami.ercis.l.si
filius neratius. Quartò:quia pater habet necesse emere libros
pro filio,ex quo eum misit ad scholas,vt not.C.ad macedon.
l.macedoniani.Quintò:quia sicut arma quæ dãtur militi,sunt
præcipua eius.C.fami.ercis.l.si filius.sic & libri qui dãtur stu-
deñ.In contrarium videtur ꝙ libri empti sint patris,sicut re-
liqua empta per patrẽ:ergo pertinent ad omnes hæredes pro
hęreditaria portione.C.fami.ercis.l.cæterum.Prętereà,debet
filius legitimam, & partem suam computare sicut computat
militiam sibi emptam à patre.C.de inof. testamento.l. omni-
modo.§.fi.posito ꝙ ista esset donatio,non est donatio simpli
citer,sed ob causam affectione meritam.Et ideo imputatur in
parte huius filij,sicut donatio propter nuptias.C.de inof. te-
stamento.l.quoniam nouella.Non ob.d.l.si pater.versi. fili⁹.
si imputat sibi sumptus studij: quia intelligitur in sumptibus,
studio consumptis:vt est victus,& vestitus.secus in libris qui
extant: cùm quales sunt, tales debent sibi imputare, vel con-
ferre secundum Guil.primam opin. tenet Dy.ff.de colla. bo-
norum.l.j.§.sed nec castrense.de hoc no.Cyn.C.de colla.l.fra
ter.sed Bar.dicit,aut pater solùm emit nomine filij, nec tradi-
dit, nec expresit se donare filio: & tunc dicti libri sunt pro-
prij patris, vt.l.j.C. de castren.pecu.lib. xij. requiritur enim
traditio,vt videatur donare.C.si quis alteri vel sibi. l. ij. Aut
emit nomine filij,& tradidit sibi vel se donare expresit:&tũc
aut filius aduocatus est, vel doctor, aut scholaris,primo casu,
dicitur quasi castreñ.quia doctor vel aduocatus dicitur mili-
tare.C.de aduo.diuerso.iud.l.fori.&.l.aduocati. ideo non cõ
feruntur:vt.d.§.neque castrense.&.C.fami.er.l.si filius. Secũ-
do casu,aut compleuit studium in vita patris:& sic inci.quasi
militare: & efficitur quasi castrense: & confirmatur illa dona-
tio.ff.de dona.l.dona.§.patri.&.C.de dona.l. emãcipati. Aut
pater decesit,antequam filius studium compleret, & militiã
adimpleret:& tũc non potest dici quasi castrense:quia cõdi-
tio personæ non patitur:quia non reperitur in iure ꝙ schola-
ris dicatur militare sed tãtùm magistri.C. de fun.li.l.ij.libr. x.
facit ꝙ no.C.de iurisdic.om.iud.l.fi.& ideo tũc debet distin-
gui,sicut fit in alia simplici donatione:quia aut erat emãcipa-
tus,aut posteà emãcipauit,libris non ademptis: & non debet
cõferre:quia cõfirmata est donatio, & pater non potest reuo-
care,vt.d.l.emãcipati.§.si pater.etiã nisi alia simplex donatio
esset cõferenda: quod not.Cy.C.de colla.aut.ex testamento.
hoc casu tamen fauore studij,cessabit collatio:vt.d.l.quæ pa-
ter. Aut non fuit emãcipatus:&tũc si talis donatio fuit morte
cõfirmata,nõ debet cõferri:vt hic.s.simpliciter reuocatur. tũc
debet cõferri secũdum Bar.sed Oldra. dicit ꝙ in dubio pater
videtur donare.an autẽ ad vsum tãtum sit donatũ,debem⁹ re-
currere ad coniecturas quę possunt percipi numero liberorũ
& facultatum patris.arg.de leg.iij.l.si filiæ,vbi per Old.& de
fundo instr.l.quæsitũ.§.papi.de donatio.inter virũ & vxor.l.
virũ.¶ Aut cõstat de donatio. & tũc si filius erat emãcipatus,
statim valet donatio.aut posteà emancipatur, & confirmatur
emãcipatio:& tũc aut est doctor,vel aduocatus viuo patre.&
cõfirmatur & transit in speciem quasi castren.peculij,aut pa-
9 poneres † ꝙ in vna vicinia, vel circa partẽ ciuitatis qs assumeret tantã præeminentiam ꝙ vniuersitas ibi nil posset, nisi q̃tum ipse vellet, vt faciũt Romani nobiles. tũc enim rectè dicũtur tyrãni illius partis ciuitatis. ¶ Sed cõtra prædicta posset dici, cõiter contingit ꝙ in qualibet ciuitate sit diuisio p quarteria & parochias, & in qualibet parte sunt aliq q vocãtur capitanei, siue syndici, qui præsunt negotijs illius partis ciuitatis de qbus no. ff. de pac. l. item magistri. certè cum ibi sit regimen, apparet ꝙ ibi posset esse tyrãnus. Respon. tales non habent iurisdictionẽ, licet quãdoq; ei aliqualis prohibitio mittatur pro quibusdam exactionibus fiẽdis, vt in maleficijs denũciandis. isti enim magis dicuntur famulari his qui regunt ciuitates q̃ ipsi regere. & sic non principantur. sed principatibus famulantur vnde non possunt dici tyrãni. sed sunt potentiores rõne officij. & possunt timorẽ incutere, & incidunt in constitutionem illam si per impressionem. C. quod metus causa. & ff. consti. l. iij. Præterea istorum potentiorum q sunt in vicinia, maleficia possunt cito corrigi p eos qui regunt ciuitates. ideo non possunt dici tyrãni. Ideo beatus Grego. ty

10 rãnidem in vicinia non posuit. ¶ Et eadem ratione † dico ꝙ in villis, vicis, & castris, comitatus alicuius ciuitatis, in qbus iurisdictio non exercetur de iure nec de facto, ꝙ ibi non potest esse tyrãnus, licet sit aliquis potẽtior. si tamẽ esset ita fortis ꝙ quis rebellaret ciuitati, & se ab ea defenderet. ita ꝙ propter gẽtes ciuitatis maleficia ibi non possunt corrigi sine magna difficultate: tũc posset ibi esse tyrãnus. de quo habemus. ff. ad. l. iul. maie. l. ij. ibi, aut arcẽ tenuerint. &. C. de fun. li. l. q. cunq;. lib. xj. facit ꝙ no. ff. q satisda. cog. l. ij. in princ. vbi diciᷓ ꝙ non idoneus facilitate conueniẽdi est q est in loco, vel ca-

11 stro inuictissimo. ¶ Quartò quæro † an in vna domo possit esse tyrãn⁹. & vr ꝙ nõ: qa ibi nõ exerceᷓ iurisdictio. ergo &c. vt dictũ est. In cõtrarium sunt verba Grego. relata. s. ij. q. Rñ. in domo propria posset dici ꝙ paterfamilias aliquid iurisdictionis realis exercet. ius enim dicit in filio & in seruo. vt. l. serui & filij. ff. de fur. &. C. de pa. po. l. cõgruentius. Item maior, seu antiquior domus, habet quodãmodo quãdam iurisdictionem in vxorẽ, liberos, & seruos. & etiam antiquior frater, vel patruus in minores. xxv. annis q sunt in illa domo. C. de emẽda. propin. l. j. meritò si in illa domo nõ iure principatur: dicitur tyrãnus. ¶ Et ideo si aliqs de familia faceret aliquem cõtractum, vel aliqd aliud metu talis q est tyrãnus, in domo resciẽderetur: sicut si factũ esset metu tyrãni, vt. ff. qua. re. ac. nõ da. l. j. §. quę onerãde. & ꝙ ibi no. qualiter ꝓbeᷓ metu eorum factum ibi dixi. Si qs tamen in domo habet fratrẽ, vel fratris filiũ minorẽ se, tamẽ maiorẽ. xxv. an. tũc antiquior nõ habet in illũ illam potestatem. cũ p ipsum regere debeat, vt. C. vnde vi. l. j. vnde talis metus non sufficeret, deberet ergo probari dolus, vel metus cõis. si qs tamẽ gesta p talem vellet rescindere nõ potest. possumus etiam dicere tyrãnum in domo propria Abbatem monasterij, si in eo nõ iure principaᷓ: quia intrusus. vt extra de p̃bẽ. c. eũ q lib. vj. vel licet habeat iustum titulum tyrannicè regit, vt dictum est. s. de tyranno.

12 ¶ Quintò quęro † de tyrãno ciuitatis, quotuplex sit eius species, Respõ. ex prædictis cõstat quod tyrãnus ciuitatis est q in ciuitate nõ iure principatur. sicut autem nõ iure principatus multis modis cõtingit: ita multæ sunt tyrãnorum species. nam qdam est tyrannus manifestus. qdam velatus, & tacitus. Item esse quem tyrãnũ manifestè cõtingit. quãdoq; ex parte exercitus. quãdoq; ex defectu tituli. Item eodem modo t yrãnus velatus est, quãdoq; propter titulum. quãdoq; propter defectum tituli. de quolibet ergo videamus. ¶ Sexto quæro

13 † quis est tyrãnus manifestus ex defectu tituli in ciuitate. Respon. ille qui in ciuitate sine iusto titulo manifestè principatur, vt ex prædicta diffinitione patet. hoc autem contingit multis modis. Primò si ciuitas vel castrum in quo manserit nõ habet ius eligendi rectorem si aliquis in illa pro rectore se ge

a ¶ Primo q̃ro. dicit Bal. ĩ. l. decernim⁹ in. ij. col. C. de sac. san. ec. ꝙ Bar. fecit istum trac. tyrãnidis valde verbosũ & addit mlta breuiter ad dicta Bar. hic & ibi vide Alber. de ro. & adde ꝙ de ptãte tyrãnidis, nunq̃ p̃scribiᷓ scdm Bald. in. d. l. decernim⁹. & Alexan. in sua disputatione quæ inci. Sigismũd⁹ posita. in. l. imperium. in xxix. char. in. iij. col. ff. de iuris. om. iud. & qd si met⁹ affuit tpe cõtract⁹ an à tyrãno illatus si postea tradit rẽ ex interuallo, vr̃ subesse metum ex quo nõ est purgatus. vide Ang. i. l. q aliena ĩ. §. celsus ff. de acq. hęr. & ibi vide Bar. an reqratur protestatio. & ibi vide apost. & vide plures qõnes p Bar. sozi. ĩ cõsil. xxij. inci. sequendo in. j. col. in fi. & dicit sanct⁹ Tho. de aqui. in tracta. à principibus ꝙ oẽs principes Italiæ sũt tyrãni præter ducẽ Venetiarum. Tho.

a rit iste tyrannus est: qa nō iure principatur, & tenet[a].l.iul.ma
iesta.ff.ad.l.iul.maiesta.l.j.in fi. Itē si finito officio eo inuito,
ad quem spectat: remanet in eo vt ibidē notatur. ¶ Sed si po
14 nas † quod ciuitas vel castrū habet ius eligendi sibi rectorē,
& ciuitas ei aliquam iurisdictionē dedit, licet per vim nō po
test dubitari: quia facta metu valent licet rescindant per actio
nem quod me. causa ergo interim est rector. nec pōt dici ꝙ sit
tyrannus ex defectu tituli. In contrariū est veritas: nā iurisdi-
ctio debet transferri voluntariè: & si per metū fiat, non valet
ipso iure. ff. de iudi.l.ij.& not.ff. quod met. causa.l.si mulier.
15 §.si duos. ¶ Nunc autē videndum † est, qualiter violentia vel
metus inferatur in populū. Rñ. si exercitus fiat contra ciuita
tem sine consensu superiorū, vt.d.l.iij.ad.l.iul.maie. vel si cū
gente forensi pugnando expugnauit ciuitatē, vt.ff.ad.l.iuli.
de vi pub.l.iij.ver.in eadē causa. Sed si cū hominibus eiusdē
ciuitatis facto rumore, & seditione se faciat eligi in dominū.
tunc plus dubitationis habet: quia maior pars videt hoc face
re: maiorq; pars esse videt ex eo quod obtinet. ¶ Sed dicen-
dum est hoc casu contingere quē non esse tyrannū manife-
stum ex defectu tituli, sed propter vim & metum, esse creatū
Quid enim si cū modica gente quis occupat fortilitia ciuita-
tis alicuius, quibus occupatis, iustus timor cadit in populū?
certè per metum creatus est. arg. extra de rest.spo.c.pisanis.
Vel quid si nō cū maiori parte populi ipse obtinuit. sed fuit
gens vilis abiectæ conditionis, vt communiter accidit? certè
ex hoc nō dicet factus à maiori parte populi. tales enim nō di
cuntur esse decuriones, vel de consilio. vt de digni.l.ne quis.
Item si hoc fecit cū comitatensibus, vt.C.ne ru.ad vl.offi.de-
uo.lib.xj. vel pone cū modica gente eiusdē ciuitatis eleuauit
rumorem, cū alij starent separati per domos. nam pauci vniti
prçualent multis separatis. certè iustus fuit timor in populo.
Vel pone ꝙ primò cū modica gente expulit, vel occidit vnū
vel plures de maioribus ciuitatis, propter quod alius popu-
lus iustè timet: quia est scriptū: Percutiam pastorē, & disper-
gentur oues. hunc esse iustū metū in populis multis antiquis
approbatur historijs, & specialiter in libro iudicum. & simi-
liter dico quòd si facto rumore, vel seditione illicita, quis eli-
gitur; est tyrānus manifestus: & ex defectu tituli. casus est ex
pressus.j.q.j.c.principatus.&.xiij.q.v.c.neq; enim vbi etiā
dicitur ꝙ si ex postfacto bene regat, tyrānus est. quòd intelli-
gendum est nisi ex postfacto dispenset, vt.in.c.nisi cū pridē.
de renun. Prædicta etiam vera apparent ex eo ꝙ appellādo
aliquos de ciuitate indebitè cùm creatur electus illi expulsi
possunt dici cōtempti, debuerūt enim vocari, vt.C.de decur.
l.ij.lib.x. sic ergo electio facta ipsis cōtemptis nō valet, vt ex
tra de elec.c.quod sicut.&.c.venerabilē.&.c.bone.el.ij.& sic
est tyrannus manifestus ex defectu tituli. Apparet ergo ex
prædictis modus, probādi quē esse tyrannū. ¶ Septimò quę
ro an gesta per tales tyrānos manifestos ex defectu tituli, vel
eorum tēpore valeant? ista quæstio habet multos articulos.
16 ¶ Primò † quæro[b] de his quæ fiunt per modū iurisdictionis,
b an valeant. & cōstat quòd ea quæ fiunt ꝑ ipsos tyrānos tanꝙ
iurisdictiones habētes sunt ipso iure nulla. C.de sac.san.ecc.l.
decernimus. vbi tex. dicit vacuatis funditus. quasi dicat fun-
damenta eorū sunt nulla. & sic nullo tēpore valuerunt. Item
de his quæ fiunt ab officialibus positis per ipsos eadē ratio-
ne. & sic est expressum extra de schisma.c.j.& in.c.ordinatio
17 nes. ¶ Sed † dubitandū est de his quæ fiunt in ipsa ciuitate vbi
talis tyrannus est electus ab alijs officialibus, quos ipsa ciui-
tas sibi elegit patiente tyranno, & dic quòd nō valeāt per.d.
l.decernimus. vbi dicit nullum etiā ipso iure quod factū est
tempore tyrāni. & hoc suadet ratio. nullus enim officialis fit
in ciuitate liberè quādo est ibi tyrānus, & videt factū ab ipso
tyranno. pro hoc extra de pręscri.c.cùm à nobis. vbi dicitur
c quod tēpore schismatis nō pōt agi vel præscriptio currere[c].
Sed tēpore tyranni pōt dici tempus schismatis. Scindit enim
Tyrannus & separat communionē vniuersalis imperij: quòd
patet: quia incidit in legē iulia. maiesta. vt dictum est. In con
trarium facit in.d.l.decernimus, non dicitur ꝙ sint nulla, nisi
quæ facta sunt contra ecclesias: ergo alia videntur remanere
valida. Præterea insurgeret iniquitas. Si enim in ciuitate
durauit tyrannus longo tēpore: dicimus ne omnia celebrata
& acta in coram curijs esse nulla? durum videtur ꝙ si aliqui
processus fiant contra rebelles seu inimicos tyranni. ꝙ tales
processus sint ipso iure nulli. nam non debet comparere corā
18 iudice sibi notorio inimico, vel in † loco notorio sibi suspecto,
vt.ff.ad trebel.l.de ætate, qui.ex cau.in pos.ea.l.fulcinius.§.j.
& de legi.l.sciēdū. & est expressum de re iudica.cap.pastora
lis.in cle. Quædā verò ordinamēta sentētię & processus fiunt
cōtra ipsos intrinsecos: & tūc plus dubitatiōis habet, ¶ Sed
aduertendum est in homine libero qui detinetur ab aliquo
sub patria potestate, vel dominica, si sic existēs aliquid facit
scienter, vt.ff.de acqui.re.do.l.liber homo.§.fi. in principio,
& ibi not. de acquiren. hæredita.l.qui aliena.§.j. ita in propo
sito. Quædam facit ipse populus nunc sub potestate tyrāni
detentus, vt officiales à populo electi qui fecissent in omnē
euētum etiam si in potestate sua libera essent. vt decisiōes qua
rūdam causarum contrariarum, quas quilibet tyrannus pati
tur ire sub regulis iustitiæ: & tunc illa valent: quia volunta-
riè facta sunt. Quædam sunt quæ facta non fuissent, nisi pro-
pter tyrānum, & ista nō valent tanꝙ facta nō liberè, sed per
metum tyranni, nisi per iura prædicta, vt.d.l.decernimus. cer
tum enim est ꝙ contra ecclesias non fuisset depositum per
alios ꝙ per prælatos iustos, si tyrannus non fuisset: ideo di-
cuntur prædicta vacuata funditus ex qualitate factorum. ista
ponebantur sicut dicimus in minore, qui fecit ea quę maior
19 diligēs nō fuisset facturus. ¶ Puto † etiam, ꝙ si in causis fiunt
iniurię per iudices his quos tyrannus habet suspectos eis de
tur restitutio ex clausula generali, vt.ff.ex quib.cau.ma.l.j.in
fine, & not. ad trebel.l. seruo inuito.§. cum prætor. & puto
quod tempus petendę restitutionis currat finita Tyrānia, si
cut aliâs finita absentia, vel maiori ætate facit extra de præ-
20 scri.c.cum no. ¶ Secūda inspectio †[d] circa prædicta est quæ
d fiunt per modum cōtractus, & hoc multipliciter. ¶ Nā quā-
doꝗ ciuitas donat, vel aliquid cōcedit ipsi tyrāno: & tūc cō-
tractus est ipso iure nullus. nā si nō valet promissio facta illi
qui alios detrusit in carcerē ab eo qui detētus est: ita nō valet
promissio, vel aliquis cōtractus factus à populo ipsi tyrāno,
q eū detinet captiuatū, & quodāmodo carceratū. Tyrannus
enim dicitur tenere populū in seruitute, vt extra de imu.ecc.
c.nō minus. possumus etiā dicere cōtractus esse nullos, ꝑ.l.j.
C.de cōtracti.iud. Si enim in vero iudice, dicti contractus an-
nullant: multomagis in tyrāno iniustè iudicāte. arg. in authē.
de resti. & ea quæ parit.§.fi.& ꝙ no.C.qñ mu.tu.offi.fun.po.
authē.sacramētū. Qñꝗ fiunt aliq cōtractus inter ipsum tyrā-
num, & hoīes singulares, sub eo extātes: & tūc ēt pōt dici cō
tractus nullus, ꝑ legē primā. C.de cōtrac.iudi. pōt etiā dici di
ctum cōtractum annullandum, vt.l.si per impressionē.C. ꝙ
metus cā. maximè si fecit rē sibi vendi per impressionē: tunc
enim incidit in constitutionem illam, vt rem cogatur redde-
re, & pressuram dicat &c. ¶ Impressionem autem probabit
quis, si ille tyrānus nō permittebat rem colligi, vel possesso-
ri minabatur, nisi venderet, vel alios colores q̃rebat, vel mul-
ta rogamenta fecit fieri ei q nō habebat rem venalem. Roga-
21 mē enim † maioris est iussus, vt.ff. quod iussu.l.j.in prin. in gl.
in verb. quēadmodū. Quādoꝗ talis tyrānus cōtrahit cum ex
traneis nomine ciuitatis: & tunc si quidem ipsam ciuitatem
submittendo, vel obligando alteri, non valet ipso iure. C.ne
quis lib.inuit.ac.reipu.ger.cog.l.j.lib.xj.& extra de schisma.
c.j.& de electio.c.fundamenta.in.vj.in fi. Quandoꝗ submit-
tit ciuitatem alteri, sed contrahit si quidem in fauorē ciuita-
tis tyrannizare videtur: ꝙ non valet, sicut dicimus in malefi-
dei possessore hæreditatis, vt.l.si quid possess.§.sed & si ipsi.
ff.de peti.hę. Cōtrarium determinat Hosti. extra de schisma.
c.j. scilicet ꝙ valeat quantum est in vtilitatem ciuitatis, sicut
dicimus in pupillo. arg. C.de procur.l.non est minus. Sed si
celebraretur vnus cōtractus, partim pro ciuitate, partim con
tra ciuitatem, tunc si quidem sunt diuersa capitula. & idem
quia valet pro ciuitate. ff. de mino.l.etiā.§.j. Si verò sunt plu
ra capitula cōnexa simul: tūc si ciuitas reprobat quatenus est
contra se: non potest approbare quatenus est pro se, vt.ff.ꝓ
socio.l.de illo.§.fi.&.ff.de mino.l.si iudex.&.l.quòd si minor
§.restitutio, ita tenet ipse in.d.c.j.de schisma. Prædicta puto
satis vera, & iuri consona in eo qui non ignorabat talem esse
Tyrānum. huic enim nō subuenitur per titulum quòd fal.tu.
22 aut. Si verò † poneremus ipsum cōtrahentem ignorasse: sub-
ueniretur ei per restitutionem ex illo titulo quòd fal.tut.au
tho.l.j.in fi. quomodo autem possibile sit quem ignorare fa-
ctum ita notorium, sicut est, quem esse Tyrannum no. per gl.
23 ix.q.j.c.ordinationes. ¶ Quādoq; verò nō † cōtrahit Tyran-
e nus sed distrahit[e] ꝑ se, vel suos officiales, solutionē eorū quę
reipublicæ debebant recipiēdo. an sint liberati soluētes. Cir-
ca ꝙ dicendum quòd aliquādo soluūt illi q sunt debitores ci
uitatis contractu celebrato cum ipso tyranno: tunc videtur
ꝙ soluentes sint liberati.l.si vrbana.ff.de condictio.ind. Sed
illa loquitur quando contrahit cum prędone promittendo
sibi proprio noīe: hic loquitur de eo qui contrahit cū tyran-
no nomine ciuitatis. videt tamē ꝙ sibi possit solui, ex suo cō
tractu. sicut seruo & filio, vt.ff.de pac.l.si vnꝰ.in prin. de pœ-
nis.l.quod seruus. de sol.l.quod seruus. Aliquādo soluit quod
debebatur

a ¶ Et tenetur. vide Bartho.soc.ī cōsi.xxij.inci.sequēdo ordinē.in.ij.&.iii.co.in prin.& Rapha.cu.in cōsi.clviij.in.ij.col. Th.

b ¶ Primò quęro. vide Bartho.soci.in cōsi.xxij.incip. sequendo.in.iij.col. Thomas.

c ¶ Currere. Vide Bar.in.l. naturaliter.in pe.co.& ibi Alexā.in addi.ff. de vsucap. Tho.

d ¶ Secunda inspectio. vide Bar.in.l. prohibere.§. planè.ff.de vi & vi arma.& in.l.cū te.C. de his q metu. & Bald.in.l.decernimus. C. de sacro. sanc.eccle.& Pet. de ancha.in consi. ccc. Tho. Diplo.

e ¶ Sed distrahit. vide Bar.in.l. creditor.ff. de solut.& Bal.in cōs.ccccliij. in.ij.vo. factū tale ꝓponit.& in.l.falsus.in pe.co.C.de fur. & in.l. cōmodissimè.ī princ.ff. ꝙ falso tutore. & in.l.si te bonis vbi Pau. de ca. & Ias. C.de iure delib.& Feli.in.c.j.ī.ij.col. de offi.dele.& plenè ꝑ Philip.deciū in cōsil.xxv. inci. pro rerū facultate.& Imo.& doc. in.d.l.creditor.& ibi vide apo, Ale. & meā in ver. illā quæstionē, Tho.

debebat̃ ciuitati alio modo q̃ facto ipſius tyranni:& tunc videtur ꝙ ſolues nō liberat̃,vt.d.l.ſi vrbana.pro quo facit optimè quod no.per Innoc.de electio.c.nihil.vbi videt̃ dicere ꝙ ſoluens prelato intruſo ſine aliquo titulo, non ſit liberatus.
a ¶ Mihi autē videt̃[a] ꝙ prędicta ſunt vera in eo qui ſoluit predoni,vel prelato intruſo,vel tyrāno tali qui ſoluenti metum inferre nō pōt,nec terrorē minari,vti debitor erat alterius ciuitatis. Si autē poteſt ei metū & vim inferre,ſeu minacē ſeruorem ratione iuriſdictionis quam exercet:licet de facto,vt quia erat ſubditus ſibi:tūc ſoluēdo ei vel ſuo officiali,liberatur:vt.l.paulo callimacho.§.fi.de legat.iij.& de adi.lega.l.liberto.§.lucius.hoc etiā probat̃ ratione.Nā iſta violentia exactionis,quæ fit à debitore fit iniuria ciuitati ꝗbus ipſe eſt debitor.ipſam enim ciuitatē tyrannizat.& ideo culpa ipſius videtur cōtingere,vt.ff.locati.l.ſi merces.§.culpę.ſolu.ma.l.pe. ¶ Sed quando quātitas debita in genere,perit culpa creditoris.debitor liberat̃ per exceptionē.l.qui decem.in princ.ff.de ſolutio.ſed ſi ſpecies eſſet debita:tūc minus dubij eſt quod liberaretur ipſo iure,vt.d.l.qui decē.pro hoc.ſ.quādo ſpecies
24 debita vni aufertur ꝑ vim.†facit optimè.ff.de peri.& cōmo. rei ven.l.leges.&.l.ſeq.& quod ibi no.& de pigno.act.l.fi.in fi.facit.ff.de euic.l.lucius.de rei ven.l.itē ſi verberatū.§.primo.Similē diſtinctionē facit tex.ſcilicet aut vis inferat̃ ab eo qui habet iuriſdictionē,vel non.ff.ſi ꝗs cau.l.ſecunda.§.fi.Sed forſan poſſet dici ꝙ ſi talis Tyrannus eſſet talis conditionis à quo ſine magna difficultate ſolutū poſſet repeti:tūc debitori ſoluenti non daretur exceptio.vt no.in.d.l.ſecunda.in fin. ſecus ſi non eſſet facilis repetitio,vt.l.fi.de eo per quē factum eſt.ſed vt puto hæc diffinitio habet locū quādo alicui infertur violentia in iniuriā ipſius cui infertur.ſecus ſi in iniuriam ipſius creditoris ſui per prædictas rationes.& puto in prædi
25 ctis†quòd quis habeat neceſſe dicere metū ſibi illatū à tyran
b no.ſufficit enim ſi legem[b] facit vel preconium quod quilibet ſic ſolueret,qui enim propter prędictū ꝑconiū ſoluit timuit iuſtè ne metus inferret̃ quod ſufficit,vt dicit tex.ff.quod falſo tutore authore.l.nouiſsimè.qui text.multū facit ad excuſandum dictos debitores ſoluentes.nam ibi cogebat̃ tutor in perniciem principalis.ſed hic debitor in perniciem ciuitatis. ¶ Ex prædictis apparet ꝙ axactores,& alij poſiti ab iſtis tyrannis ꝗ pecunias exigūt,& poſtea expendunt eas ad mandatum tyranni,vel ipſi tyrāno tradūt ꝙ ſint liberati. Quādoq;
26 tales tyranni non contrahunt†nec diſtrahunt ſed patiuntur bona & iura ciuitatis deperire,& prę ſcribi.tūc puto ꝙ cōtra ciuitatem non præſcribat̃.vt.C.de ſeruis fugitiuis.l.j.ſecūdū tertiam lecturā.& extra de reſcriptis.c.corā. ¶ Dico etiā ꝙ ſi aliqua iuriſdictione competenti ipſi ciuitati tyrannus vteretur,non vt à ciuitate,ſed ab altero recognoſceret,ꝙ quantum ad ſe,videt̃ vti nomine alieno,ſed q̃tum ad ciuitatē videt̃ vti nomine ſuo,ſi per illum vſum ciuitas retinet ius ſuum.vt no. colligitur.ff.de iti.actuq; priua.l.j.§.ſi tibi fundū. ¶ Octauo
27 quæro†de tyranno ex parte exercitij:licet habeat iuſtū titulum,minus propriè dicat̃ tyrannus.xiiij.q.iiij.c.neq; enim. Dico ꝙ iſte tyrannus eſt ex parte eius qui opera tyrannica facit:hic ex opera eius non cedit ad bonū cōmune,ſed ad proprium ipſius tyranni.iſtud enim non eſt iuſtè principari.& hoc eſt de facto in Italia.ſed vt modus probandi facilius habeatur ad actus magis particulares deſcendamus: qui actus ponuntnr in magna parte.ſ.in lib.j.huius voluminis,ꝗ actus
28 conſiſtunt in hoc quod ſubditos†affligat.quos actus clarius enumerat egregius Plutarcus de regimine principū per decem titulos. ¶ Primò enim eſt tyrāni potentes.& excellētes homines ciuitatis perimere ne contra ipſum poſsint inſurgere.videmus enim ꝙ proprios fratres & conſanguineos occidunt:quod ſignum eſt peſsimæ tyrannidis. ¶ Secundò ſapiētes diſcriminant,ne cognoſcentes eorū mala arguant, & populum contra ipſum prouocent. ¶ Tertiò ꝙ nedum diſciplinam & ſtudium perimant.ſed etiā operant̃ ne fiant ſapiētes. ſemper enim timent per ſapientiam reprehendi. ¶ Quartò ꝙ ſpecialitates,& congregationes etiā licitas non permittunt. timent enim ne contra ipſum inſurgant. ¶ Quintò habet per ciuitates multos exploratores: cùm enim cognoſcat ſe male gerere,ſemper credit ꝙ homines de eo malè loquant̃,& contra ipſum machinentur:& ex hoc tales relatores libenter audit. ¶ Sextò ꝙ tyrannus conſeruat ciuitatem in diuiſione,vt quælibet pars de alia timeat,& cōtra eum non inſurgat. ¶ Septimò,curat ſubditos facere pauperes,vt ſic occupent̃ circa curas eorum vnde viuant,& cōtra eū non cōtingat aliud machinari. ¶ Octauò procurat bella, & mittere bellatores ad partes extraneas,ita ꝙ interim nō cogitēt cōtra eum,& quia propter bella homines depauperātur,& à ſtudijs auocantur quod tyrānus quærit.& etiā vt habeat bellatores pro ſe quādo expedit. ¶ Nonò ꝙ,cuſtodiam ſui non facit per ſuos, ſed per forenſes.timet enim de ciuibus. ¶ Decimò,cùm in ciuitate ſunt partes,ſemper adheret vni vt cū illa aliā fugat.ita di-
29 cunt dicta Plutarci quę examinemus.Primū, excellentes†& etiam fratres perimere eſt actus tyrannicus. verū eſt, niſi ex iuſta cauſa,vt fecit Romulus de Remo, vt.l.fi.ff.de re.di.quis enim dubitat ꝙ ſi aliquis in ciuitate potens ſit rixoſus,& ſeditioſus.de ciuitate debet expelli à quolibet iuſto iudice,vt.ff. de pœnis.l.capitalium.§.ſolent.&.l.ſi quis aliquid.§.actores. eo.tit.de offi.pręſi.l.j.§.fi.tunc enim cum iuſta cauſa fieret,nō eſſet actus tyrannicus. ¶ Secundum.ſ.perimere prudentes, ſimiliter intelligendū eſt ſine iuſta cauſa. ¶ Tertium ꝙ diſciplinam & ſtudium perimunt.iſtud intellige de ſtudijs ipſi ciuitati congruentibus,vt.ff.de excu.tu.l. ſi duas.§.eſt autē.ſi verò perimat ſtudium ad quod ciuitas non eſt apta, non eſt actus tyrannicus.in.j.cōſtitutione.ff.§.hæc autē tria. ¶ Quartum quòd non permittunt cōgregationes etiā licitas, ſi ſemel deliquit,certè poteſt de iure diſſoluere,vt.ff.de re mili.l.iij. §.ſi plures.Vidi enim prætextu religionis aliquos congrega a ri,& ſtatim ciuitatem turbare.ex qualitate ergo perſonarum comprehenditur an iuſta cauſa,ſodalitates diuidere,ſit actus tyrannicus. ¶ Quintum ſcilicet vt habeant in ciuitate multos exploratores,hoc poteſt eſſe actus iuſti Rectoris,ſi ad finem debitum fiat,vt.ff.de præſcri.verb.l.j.§.pen.Rectus enim iudex habet exploratores,& corrigit delicta,& alia q̃ iniuſtè fiunt in ciuitate:Tyrannus verò habet exploratores eorum à quibus ſtatus eius poſſet ledi:tunc refert ad propriā vtilitatem. ¶ Sextum ꝙ Tyrannus ſtudet ciuitatem ſeruare in di b uiſionem hic eſt actus tyrannicus,quoniā ad iuſtum iudicem principaliter ſpectat quietem ciuium procurare,de.l.j.§.quies.ff.de offi.pręſi.l.congruit.in prin.& in aut̃.de man.prin.§. deinde competens.vbi hoc magis expreſſè ponitur. ¶ Septi c mum quòd curat ſubditos facere pauperes,hic eſt ſimpliciter actus tyrannicus.nam rectus iudex nil poteſt ſibi debitè accipere,nec debet ſubditos affligere grauaminibus realibus,vel perſonalibus.C.ad leg.iulia.repe.l.iubemus.&.l.fi.& in aut̃. de man.princ.§.illud tamen. ¶ Octauum,ꝙ procurare bella propter euitare bella intrinſeca,ſimpliciter eſt actus tyrannicus.bella vero extrinſeca quādoq; poſſunt eſſe iuſta.bellum vero iniuſtum ſimpliciter eſt actus tyrannicus.vt.x.col.in ti. hic finitur lex corra.c.domino guerram. ¶ Nonum ꝙ cuſtodiam ſuam nō faciat per ciues,hic actus poteſt eſſe iuſtus.poteſt enim populus ita eſſe indomit9,& ita peruerſus ꝙ dominus etiam iuſtus non poteſt de eo confidere:quod magis contingit in ciuitatibus quæ de nouo recuperātur,per iuſtos dominos.& ideo Imperatores quandoq; expellebant homines de vna ciuitate,& ponebant alibi,vt.C.de iure fiſci.l.j.lib.x. ſicut videmus iuſtos dominos,quandoq; facere munitiones, & fortilicia in ciuitate,& iſta quidē iure regūtur, ſed talia in domino iuſto cauſalia ſunt in tyranno communia. ¶ Decimū ad herere vni parti,& aliam opprimere,eſt ſimpliciter actus tyrannicus,cùm vltimus finis ciuitatis ſit quies,& pax ciuiū,
30 vt dictum eſt.Omnia ergo†prædicta ſunt ſigna ad probandū tyrannidem:ſed principaliter illa duo ſcilicet conſeruare ciuitatem in diuiſione,& depauperare ſubditos,& eos affligere in perſonis,& rebus quod optimè probat̃ in capitulis ſupra relatis.Ex prædictis apparet quem eſſe tyrannum. ¶ Nonò
31 quæro†ſi aliquis eſt Comes,Dux,Marchio,vel Baro qui habet iuſtum titulum,& probetur tyrannus exercitio,quid debet facere ſuperior?R̃n.debet eum deponere.quoniā qui talia agunt detinent populū in ſeruitute,ſed ad ſuperiore pertinet populū de ſeruitute eximere,vt.C.de offi.præfect.afri.l. in nomine domini.in prin.vbi dicit fortiſsimos tyrannos de-
32 iecimus.Sed in†quā legem incidunt hi,qui abſq; iuſto titulo regnant certū eſt ꝙ tenentur.l.iulia.maieſta.l.iij.ff.ad legem
33 iulia.maieſta.de iſto verò tyrāno†qui habet iuſtum titulum, ſed exercitio apparet tyrannus,dico quod ex eo ꝙ ſubditos affligit in corpore,incidit in legem iuli.de vi pub.Itē ex eo ꝙ ciuitatem tenet in diuiſione,& ſic iudicia non patitur fieri vt oportet incidit in eandē legem de vi pub.e.tit.l.qui dolo ma-
c lo. ¶ Item ex eo[c] ꝙ nouas exactiōes,& noua vectigalia ponit in eandem legem incidit,vt eo.ti.l.fi.cuius legis pœna eſt deportatio.inſti.de pub.iu.§.item lex.& ſic amittit omnia quæ ſunt iuris ciuilis,vt.l.quidā.ff.de pœ.& ſic tanq̃ infames perdunt dignitates,& iuriſdictiones.expreſſè dicitur ad.l.iul.de vi priua.l.ij.in prin. Item ex hoc incidit in legē iuliā de ambitu.vt.ff.ad.l.iul.de ambitu.l.j.§.j.& in cōſti.l.fi.C.noua vecti. Item forſam incidit in pœnā capitalem,vt.C.de exact.tri.l.j. lib.x.Dico etiam ꝙ ſi exiſtētes in tali tyrānide,quoquo mo-

a ¶ Mihi autē videtur vide Bart.in.l. ſi vrbana.in fin.ff. de cōdi.inde.& ibi Alex.in apoſti.& ibi do.meum do. Iaſ.plenè & Fely. in.c.fi.ī fi.vbi plenè de accuſa.Tho.

b ¶ Si legē.vide plenè ꝑ Alex.in cōſi. lvij.inci.quoniam in fi.in.j.vol.Tho.

c ¶ Item ex eo.vide Alex.ī.l.imperiū in.xxv.co.iij.folio in.l.col.ff.de iud. om.iu.Tho.

a ¶De Pepulis.vide Rapha.cōsi.clxij.inci.visa copia priuilegiorū. circa fi.& Bar.in.l.filio pterito.in.viij.col.ff. de iniusto rup.test.vbi dicit ita fuisse determinatum Bono.per do.Thadeū de pepulis,dñm Bono.& in.l.j.ī.ix. q. in iiij. col.ff. de iure codicillo.Tho.

b ¶Aliqua magna ardua.vide plenè per Fely.in.c. postulasti.in pe.col. de rescrip.& vide Alexā.de imol.in consi.cxxiij.ī.iiij. vol.in vlti.col. Et adde quòd illud consi.est do.And. Bar.Et adde Philip.frā.in.c.si gratiosè.in.ij. colū. in prin.de rescrip.in vj.& vide apostil. meā ad Bart.in.l. authoritate.C.vñ vi.Tho.

c ¶Cōtra intrinsecos.videFeli.in.c. cū oēs.in.xix. co. de cōsti.&Ias.in.l. barbarius.ī.xviij. colū.in.j.limita.ff. de offi.pto. Tho.

d ¶Retinet.videIas. in.l.barbari⁹ ī pe. col.in ver.quinto limita.ff. de offic. præto. Tho.

e ¶Valeant. Quod illegitimè factum est à tyrāno, adueniēte iustodomīo debere cassari barto.p illū tex.&idē Bal.& Pau.de ca. in.l.decernim⁹.C. de sacrosan.eccle. Philip.dec.plenè in consi.cxc.inci in cā in qua agit̃..iij.col.Tho.

do publicè vel occultè machinantur contra principē,vel eius
officiales,ipso iure sunt rebelles imperij,& dignitatem per-
dunt secūdum.l.nouam Theodosij Imperatoris. ¶Decimò,
34 quid dicemus† de his quæ videmus fecisse summum pontifi-
cem,& Imperatorē,& legatos.nā quosdā quos clarè cognos-
cebant esse tyrannos quos per tyrannidem detinebāt,& eos
episcopos.s.sedis apostolicæ,vel imperij constituebant vica
rios,vt fecit Clemēs.vj.in ciuitate Bononiæ,de domino Tha
a deo depepulis,[a]& eius filijs.Hoc idem fecit Charolus impera
tor cū tyrannis in Lombardia.Hoc idem dominus legatus
cum multis tyrannis fecit in Marchia anchonitana.Rñ.præ-
sumendum est φ tanti domini hoc sine magna causa non fa-
ciunt,& potest esse duplex causa.Prima,propter aliqua ma
b gna ardua[b],que eis expedire incumbūt.sicut enim diligens
nauta proijcit viliora,& saluat pretiosiora, vt.ff.ad.l.rho.de
iac.l.qui leuandæ,& diligens paterfamilias debet prǫeligere,
vt res pretiosiores saluas faciat,vt no.ff.cōmo.l.vt si certo.§.
quod verò senectute.Sic etiam dominus iustus cū vno tyran
no pertransit,& eum vicarium facit,vt ea quǫ sunt magna,&
ardua reformare posset.Tertia ratio potest esse, charitas, &
dilectio eorum qui sunt sub tyranno.sicut enim videmus na-
turaliter phisicos facere quādo vna infirmitas nō potest sine
magno periculo personæ curari:tunc ipsi procurant susten-
tare naturam,ne infirmitas procedat vlterius ex quo contin
git,φ natura semetipsa adiuuat,ita quando rectus princeps
facit videns φ quandoq; vnus tyrannus non potest deponi
sine magno exterminio eorū qui sunt sub tyranno,propter
bona eorum ipsum tyrannū facit vicarium.vt ex hoc ille ty-
rannus minus timeat,minus populum grauet,& interim ca-
sus occurrat per quem suadente iustitia sine populi detrimē
to deponetur tyrannus:propter autē dictum titulum super-
uenientem dicti tyranni non desinunt esse tyrāni,si prǫdicta
tyrānica opera exercent hǫc enim q̃ dicta sunt cōmissione eis
facta nō veniunt,vt.ff.de condi.inde.l.si procurator.ff.de his
quǫ in frau.cre.l.si pater.¶Vndecimò quæro an† processus
35 factus per.s̈.dictos tyrannos qui iustum habent titulū valeat?
& dico φ aut fecit processus cōtra suos exititios, & rebelles,
& non valent:quia non debuerunt comparere coram iudice
sibi notoriè inimico,vt dictum est in prǫcedenti.Ea verò quǫ
c ipse fecit cōtra intrinsecos[c] valent, donec ipsi tollantur cum
ipsa dignitate,vt.l.Barbarius.ff.de offi.prǫto.&.C.de sen.l.si
arbiter.& de test.l.j.& de resti.in integ.c.suscitata.& ibi per
Inn.de re iud.c.ad probandum.& hǫc vera,donec tolleratur.
35 ¶Sed quid si iam† ceptus est processus ex quo ferenda venit
sententia declaratoria contra tyrannum: an facta pendente
processu ante sententiā teneant?Rñ.quando fit processus ex
quo ferenda venit sententia declaratoria,vt qa faciat aliquod
delictū propter quod ipso iure priuatus est iurisdictiōe, vel
dicit̃ seruus,vel infamis:tūc facta post processum inchoatū,
non valēt,vt.C.de testa.l.j.in fi.Nec vsq;adhuc aliquis status
controuersiam mouit.vt.ff.qui & aqui.l.quǫsitū. ¶Si verò
sit processus ex quo priuandus venit per sententiā:tunc in-
d terim gesta per eū valēt:quia interim dignitatē retinet[d].ff.ad
muni.l.lucius.§.in questionibus.& no.C.de reis post.l.j.lib.
x.c.& eodē modo,si quid cōtraheret̃, vel ipsi tyranno solue-
retur valeret,vt no.per Inn.de elect.nihil.quod intellige nisi
faciat contractus submittendæ ciuitatis,vt.j.dicā.& per hoc
37 dico† quod si aliquis est in notabili potestate,& habet iustū
titulum,licet respectu exercitij sit tyrānus:tamē habet benefi
cium.extra de bap.c.j.in cle.donec in dignitate tolleratur.se
cus si esset defectus tituli,vt.j.no.Itē dico,φ postq̃ talis ha-
bens titulum deuenit ad tyrannidē per modum exercitij,si
aliquid sibi plus iurisdictionis cōcedi fecerit à populo, nō va
leret,quasi populus per metū faceret,vt dictū est in prǫcedē
ti.Item omnis cōtractus quē faceret de ipsa ciuitate submit-
tendo,vel obligādo eā non valeret.nō enim loco domini est,
cum ipsam ciuitatē spoliat sua libertate,vt.ff.deposi.l.si fun-
dum.§.si toto & expressius extra de iureiur.c.intellecto.facit
38 de elect.c.fundamēta.§.pe.li.¶Duodecimò quǫro† de tyran-
no tacito,& velato,vt est ille qui sub quodā velamine nō iu-
stè principatur in ciuitate.Istud autē velamen cōtingit duo-
bus modis.s.per titulū quē facit sibi cōcedi.Sciēdū est.quod
s̈.dictum est φ tyrānus propriè opponit̃ Regi, sed de Regia
potestate est φ sit perpetuus.Itē φ habeat omnē iurisdictio
nem,vt patet capitulis.s̈.relatis.Ex his duobus, duo velami-
na tyrannica sunt inuenta.Primū φ quidā faciūt sibi cōcedi
iurisdictionem,& finito tēpore reformari,vt sic regimē eius
39 magis videatur iudicis,quā tyranni,¶Sed circa hoc, dico† si
quidem habeat iurisdictionē,& sibi faciat cōcedi in ciuitate
propria,titulus est nullus:nā nullus potest talem iurisdictio-
nem habere.vt.C.de profes.l.in cōsiliarijs. fallit in vrbe Ro-
mana vbi quis potest esse prǫtor.vt.l.ij.C.de offi.præto.& se
nator per annum tātum& nō vltra.d.c.fundamēta.in si.Item
fallit in defensore ciuitatis,vt in authē.de defen.ciui.§.sed in
term.sed illi nō habet merum & mistum imperium, sed nu-
dam iurisdictionem,& sic de tali qui nullum titulum accepit
esset dicendum idem quod dictum est.s̈.de tyrāno ex defe-
40 ctu tituli.sed si † deponeres ciuitatē ex priuilegio,vel cōsue
tudine,taliter φ potestas populi cōcedentis nō posset in du
bium reuocari,& sic titulus primo loco cōcessus valeret: tūc
videndum est,an ex eo quod fecit reformari sit tyrānus?φ vi
detur de iure cōi:qa talis reformatio non valet,imò incidit in
legem iul.de ambi.vt.C.de leg.ad.l.iul.de ambi.l.j. Sed si po
neres φ tāta esset potestas dicti populi φ posset contra dictā
legē dispensare:tūc videndum an tempore primi regiminis
ita se fortificauit φ populus habeat necesse eum eligere pro
sequēti tempore:& tunc vere tyrannus est electus p metum
ex defectu tituli.Si verò esset sponte electus,sed modo exer
citio esset tyrānus:dic vt in præcedētibus. ¶Secundum ve-
41 lamen est:† quia quidam tyrāni faciunt sibi fieri aliquem ti-
tulum,cui nulla quasi iurisdictio inest:puta facit se creare ve
xilliferum,vel cōfallonerium,vel facit sibi cōmitti custodiā
ciuitatis,vel facit se fieri capitaneum stipēdiariorū:vel gētis
armigerǫ,& ex hoc non dicunt se esse tyrānos,cum ad tyrā-
num debeat spectare omnis iurisdictio sicut ad Regem.non
enim potest dici principalis qui nullam vel modicam iurisdi
ctionem habet.certè ex illo titulo tyrānus nō est: sed hoc φ
quandoq; in tantam venit potentiam quod officium ciuita-
tis ordinat,prout vult φ officiales ei obediūt vt domino:tūc
dico si opera tyrānica facit , vel fieri facit verè tyrannus est,
nam principaliter in ciuitate regimina obediunt.& non iure
principantur:quia opera tyrannica facit,& sic est tyrannus.
¶Sed hoc qualiter poterit probari,cum talis sit velatus ty
rannus,& per se non fecit in palatijs raro intrant,sed suis scri
ptis & nuncijs regimina obediunt?Respond. dura probatio
est,cùm quando fiunt prædicta,testes non vocentur, & hoc
considerans decretalis in certo casu statuit probari per alicu
ius iuramentum,vt extra de rescript.c.j.libro.vj. sed hoc nō
puto generale esse:ibi enim iurans,nullo alio præiudicio gra
uatur:& ideo puto hoc aliter probandum.Sciēdum est enim
φ licet quidam actus per se directò probari nō possunt:pro-
bantur tamen vt dixi in libro de alluuionibus,quæ licet vi-
deri nō possint cùm crescunt:ex eo tamē φ factum est sequi-
tur de necessitate quod flumē attulit. ¶Item licet filij gene-
ratio nō videatur,pro plena tamē probatione est, φ natus in
domo ex muliere cohabitāte cum viro,vt.ff.de his q sunt sui
vel alie.iur.l.filium.cum enim probatio faceret fidem iudici,
ista statim fidem iudici.adducūt.ita in proposito si aliqs pro
bauerit,ciuitatem esse in diuisione:est enim vna pars expul-
sa foris,& quod in ea fiūt maleficia,& enormia,nec puniun-
tur,& φ ciues multū grauātur,& similia ptinēt ad actus ty-
rānicos de quibus diximus.¶Item φ ille talis q habet illum
titulum est potētior homo,qui sit in ciuitate,quòd est publi
ca fama φ facit prǫdicta fieri,satis puto probatam tyrānidē.
Prædicti enim actus ab alio q̃ à prædicto potentiore proce
dere nō possent.satis enim cū fama prǫdicta ad fidē iudicem
inducūt,cui cōgruit id quod dicimus in eo qui iustè princi-
patur.sufficit φ sic habeatur,& sic reputetur,vt.l.Barbarius.
ff.de offic.præto.eadem ratione multum facit quòd quis tan
42 q̃ tyrānus habeatur & reputetur.¶An autem facta † tempo
c re dicti tyranni valeant[c],dico idem quod dixi de tyrāno ma
nifesto,qui facit fieri per officiales electos à ciuitate.Et præ-
dicta vera quando maior pars populi opprimitur,grauatur
vel malè contentatur.Si enim aliqui extra ciuitatem teneren
tur,vel aliqui in ciuitate essent malè tractati ad honores non
vocati:in alijs autem ciuitas bene regeretur,& ad omnem vti
litatem bene attenderetur : tunc talis habens talem titulum.
vel similem per excellentiam non esset tyrannus simpliciter
loquendo,sed per tale regimen,communis vtilitas attendi-
tur,quod directè est oppositum tyranni : sed in his quæ fie-
rent contra extrinsecos & inimicos illius hominis sic prǫcel-
lētis,licet bene regat rem publicam:puto dicēdum idem ac si
à tyrāno factum esset.nullus enim prohibet quòd quis respe
ctu terrarū dicatur tyrānus,respectuverò cōmunitatis iustus
iudex,vt.C.si qua prǫdict.pot.l.j.¶Propter quod sciendum
est,quod sicut raro reperitur . vnus homo sanus per omnia,
43 quin in corpore aliquid patiatur defectus.ita † raro reperi-
tur aliquod regimen in quo simpliciter ad bonū publicū at-
tendatur,& in quo aliquid tyrānidis nō sit.magis enim diui-
num esset quam humanum,si illi q principant̃ nullo mō pro
prium

prium commodum,ſed communem vtilitatem reſpicerent.illud tamẽ
44 †dicimus bonum regimen,et non tyrannicum in quo plus prẹualet cõmunis vtilitas,& publica quam propria regentium.illud verò tyrãnicum in quo propria vtilitas attendit̃.& iſtud dicit Egidius in.iij.lib. de regi.prin.ca.xj.& iſtud eſt prẹcipue aduertendũ quãdo tractat̃ de pro
45 bando an aliqs ſit tyrannus.¶ Tertiũ velamen eſt,†qñ qs nullũ titulũ ĩ ciuitate ſibi concedi patit̃.ſed regimina ciuitatis ita ordinat ꝙ oĩa procedunt ſecundũ velle ſuũ.iſtos eſſe tyrãnos põt probari eo modo,quo ſ̃.proxi.dictum eſt ſcilicet ꝙ ſit homo potentior habens maiorẽ ſequelam.Itẽ ꝙ eſt publica vox & fãma,& facit prẹdicta fieri,& multa oportet ꝙ tpe tyrannidis fiant propter quẹ prauitas tyranni latere nõ põt. & facilius apparebit modus probandi.De his autẽ q̃ fiunt tpe talis tyrãnidis,dico ꝙ.ſ̃.proxi.dixi.An autem in vicinia:vel certa parte ciuitatis poſſet eſſe tyrannus.ſ̃.dixi &c.

¶ Explicit tractatus de tyrannia do.Barto.à Saxoferrato.

Incipit Tractatus Repreſaliarum.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ à quo tempore frequentari cœperunt.*
2 *Repreſaliæ & ſi latè accipi poſſunt,tamen ſunt, quando conceditur licentia capiendi perſonam,uel res alterius pro altero.*
3 *Repreſaliæ ut ſint licitæ in foro conſcientiæ requiritur authoritas ſuperioris,cauſa iuſta concedendi,& intentio iuſta & recta.*
4 *Repreſaliæ de iure ciuili licitæ ſunt duobus concurrentibus,ſcilicet authoritate ſuperioris,& iuſta cauſa.*
5 *Ius concedendi repreſalias,inductum uidetur de iure diuino,& de iuregentium.*
6 *Ciuitas poteſt bellum indicere,ob tutelam unius ciuis.*
7 *Liberi debitoris poſſunt capi qñ alia remedia ceſſant contra debitorem.*
8 *Statuta concedentia repreſalias ultra caſus à iure communi permiſſos,quãdo fieri poſſunt,& ualeant?& nu.10.*
Statutum Florentiæ,ꝙ mercatore fugiente,uxor & liberi teneantur,ualet.
9 *Terræ quæ ſubmittunt ſe protectioni ciuitatis certis pactis,non dicuntur ſubditæ, ſed fœdere æquali & libera ſunt.*
11 *Statutum concedens repreſalias in ſubditos:an exerceri poßit extra territorium.*
Statutũ ꝙ filij cedentis fori,uel rũpẽtis,qñ poßit cõtra filios extra territoriũ exerceri.
12 *Statutum quòd homines unius uillæ,unus teneat̃ pro alio,non comprehendit illũ qui de nouo eſt effectus homo illius uillæ in debitis antiquis.*
13 *Statutum quòd unus homo uillæ teneatur pro alio,intelligitur de debitis contractis intra territorium ſtatuentis.*
14 *Repreſaliæ per pactum,quando licitè fieri poſſunt.*

a REpreſaliarum [a] materia nec frequens, nec quotidiana erat tempore quo in ſtatu debito Romanum vigebat imperium:ad ipſum enim tanquam ad ſummum monarcham habebatur regreſſus.et ideo hanc materiam legum doctores & antiqui
1 iuris interpretes,minimè pertractauerunt.Poſtea verò†peccata noſtra meruerũt quòd Romanum imperium proſtratum iaceret per tempora multa & Reges & Principes:ac etiã ciuitates maximẹ in Italia, ſaltem de facto in tẽporalibus dominũ nõ agnoſcerent,propter quod de iniuſtitijs ad ſuperiorem non põt haberi regreſſus,cœperũt repreſaliẹ frequẽtari.& ſic effecta eſt frequens & quotidiana materia. Ego itaq; Bar. à Saxoferrato ciuis Peruſinus minimus legum doctor,cũ ſpeculationibus ad ius ciuile ſpectantibus operam dans ad cõem vtilitatẽ, & maximè vniuerſalis ſtudij Peruſini,ſuper iſta materia libellũ cõpoſui,quem correctioni cuiuſlibet melius veritatẽ intuentis ſuppono.mihi em̃ ſatis eſt ꝙ hic libellus alijs quos Deus ſui gratia ſublimi manu ingenio altius inueſtigandi materiã tribuat ipſum itaq; libellum ordine infraſcripto tranſcriptum vniuerſitati prædictæ tradidi anno domini à natiuitate. Mcccliiij.die penul.menſis Februarij.

DE repreſaliis tractaturi quæritur de aliquib⁹ quẹſtionibus,principaliter,quas poſtea ꝑ particulares queſtiones clarè examinabimus.Prima qõ eſt,an rep̃ſaliẹ ſint licitẹ.Secũdò quare poſsint cõcedi.Tertiò,per quem iudicẽ repreſaliẹ poſſunt cõcedi.Quartò,qualiter cõcedunt̃.Quintò quibus concedunt̃.Sextò,cõtra quos conceduntur.Septimò,cõceſſẹ contra quas perſonas exerceantur. Octauò,cõtra quas res. Nonò,qualiter exerceantur.Decimò,de remedijs exactis &c.

QVæſtio prima an repreſaliæ ſint licitẹ.¶ Circa quam quæritur,an ſint licitæ in foro conſcientiæ. ¶ Secundò an ſint licitẹ in foro ciuili.¶ Tertiò,an ſtatuta poſſint fieri licitè vltra caſus à iure permiſſos.
¶ Quartò.an ſtatuta quæ circa hanc materiam repreſaliarum fiunt poſsint exerceri extra territoriũ.
¶ Quintò,an per pactum repreſaliæ poſsint licitè fieri?

AD primum an repreſaliæ ſint licitæ.rñ. & ad declarationem huius tracta.& totius queſtionis prẹmitto ꝙ repreſaliẹ
2 poſsint†multũ latè accipi,pro omni eo quod habet poteſtatem,perſonam,vel res alterius capiendi,& ſic comprehenderẽt eum qui habet poteſtatem capiendi ipſum principalẽ debitorẽ,vel res ipſius quod hic non intendo tractare, ſed ſolum quando conceditur licentia capiendi perſonam vel res alterius pro altero,& iſtẹ ſunt quæ in vulgari noſtro vocãtur repreſaliẹ,de iure verò communi vocantur pignorationes,vt in aut̃.vt nõ fi. pignorationes.col.v.&extra de iniur.& dã.da.c.j.li.vj.Alibi verò vt Piſis aliter.Alibi autẽ habẽt alia nomina,de quibus non curo: qa imponũtur ad placitũ.¶ Prout ergo hoc nomen capitur vel
3 exigatur quæro†an ſint licitẹ ĩ foro conſcientiæ? & videtur ꝙ nõ,nam anima quæ peccauerit ipſa morietur:& filius non portabit iniquitatem patris.Eccleſia.xviij.ſic patet ꝙ alius pro alio non poteſt capi.p̃terea,nõ licet ĩ foro cõſciẽtiẹ facere id quod repugnat naturali rõni.ſed iſtẹ repreſaliẹ naturali rõni repugnãt.vt extra de iniu. & dã. da.c.j.li.vj.ergo nõ ſunt licitẹ.In cõtrariũ ꝙ ſint licitẹ,videtur authoritas Auguſti.in libro q̃ſtionum.Iuſta bella ſolent diffiniri q̃ vlciſcunt̃ iniurias,ſi gens vel ciuitas plectẽda eſt,q̃ vindicare neglexerit ꝙ à ſuis ĩprobè factũ.xxiij.q.ij.c.dñs noſter.Secũdò ad hoc vt repreſaliẹ ſint licitẹ ĩ foro cõſciẽtiẹ requirit̃ primo,authoritas ſuperioris:ſecundo cã iuſta cõcedendi:qa denegauit iuſtitiam vt,d.c.dñs noſter.Tertiò requiritur ꝙ intentio ſit iuſta,& recta eius qui habet repreſalias.vnde Auguſti.in lib.cõtra Fauſtũ.Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas,implacat⁹ & implacabilis animus,feritas rebellãdi,libido dominãdi. & ſi qua ſunt ſimilia,hẹc ſunt quẹ in bellis culpant̃. & ſic licet eſſet authoritas ſuperiorũ.& iuſta cauſa .tamen anim⁹ iniquus faceret repreſalias illicitas in foro cõſcientiẹ.Hẹc ſentit Sanctus Tho. in.ij. ij. q.xl.c.j.in foro autem ciuili,de tali animo nõ curatur:qa de cogitatione nõ curatur vt.l.cogitationis.ff.de pœnis.In prædictis tamen eſt ſtandum Theologis[b].

Ad ſecundum an repreſaliẹ ſint licitẹ in foro ciuili?et videt̃ ꝙ non.vt in aut̃.vt nõ fiant pig.col.v.poſita.C.ne vxor ꝓ ma.aut̃.& oĩmodo.& ĩ aut̃.vt nulli.iudi.§.qa verò poſita.C.de act.& obli.aut̃.imo & ad idẽ.C.de decu.l.ꝓuidẽdũ.li.x.& vt nul.ex vi.ꝓ alie.debi.l.j.li.xj.& extra de iniu.& dã.da. c.j.li.vj.&.C.ne fi.ꝓ pa.aut̃.habita.ibi,ex ꝑuerſa cõſuetudine &c.& videt̃ ꝙ ſint licitẹ, cũ gens & populus iuſtitiã requiſiti facere neglexerit.vt xxiij.q.iiij.c.dñs.vbi hoc eſt exp̃ſſum.& facit ꝙ not.C.de iude.l.nullus.ff.de incend.rui.nau.l.ne qd. ꝙ vi aut clã.l.ſi alius.§.belliſsimè.& ꝙ ibi no
4 ta.¶ Sol.†doc.oẽs cõiter ĩ ſnĩam iſtã inclinãt, ꝙ ſi qd eſt.j.illũ hoĩem vł populũ q iuſtitiã facere, & debitũ reddere negligit, põt haberi recurſus ad ſuperiorẽ:tũc repreſaliẹ ſunt licitẹ duob⁹ ĩteruenientib⁹.¶ Primò reqrit̃ ſuperioris authoritas nõ em̃ licet alicui ſua authoritate ius ſibi dicere, vt iura vulgaria dicũt,& eſt exp̃ſſum.xxxij.q.c. ſ.Secũdò ꝙ ſupioris authoritas ĩterponat̃ ſibi ex iuſta cã.nã iſta decreta,niſi ex natura & iuſta cã ĩterponant̃ ſunt ipo iure nulla,vt.l.cũ verò.§.ſubuentũ.ff.de fideicõ.lib.&.l.j.§.hẹc verba.&.ff.ne vis fiat.& ꝑ totũ.cã aũt legitima eſſe videt̃ ꝙ dñs gens,vel populus reqſitus iuſtitiã facere neglexerit,vt.d.c.olim.eo.tit.in aut̃.habita.ne fil.ꝓ pa.in fi.& Iaç.de bel.ĩ.q.ſua diſputata quã ponit ĩ aut̃, vt nõ fi.pig.Hoc idẽ vr̃ tenere Sãc.Tho de aqno, vt dixi in p̃cedenti.q.ſi benè aduertat̃ p̃dicta mi-
5 hi videntur ꝙ†ius condendi repreſalias non iure ciuili, vel canonico ſit inductum, ſed magis iure diuino vt.d.c.dominus noſter.& de iure gẽtiũ,q-

a ¶ Repreſaliarũ materia.Iſte eſt tract. Bart. de quo memi.idẽ Bar.in.l.nã ſeru⁹.in prĩ.ff. de neg.geſt.& ĩ.l.ꝓuinciales.ff.de ver. ſigni.vbi dicit intẽdere facere trac. de repreſalijs.et ad de ꝙ iſtũ tract.cõpoſuit Bart. anno domini.Mccclliij.

b ¶ Theologis.vide Rapha. cu.ĩ cõſil. cxl.inci.dñi. iudicis.in fi.prĩ. Tho.

dam permittunt bella licita, vt. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & quod ibi no. & bellum licitū est ex causis prędictis, ꝙ etiam probatur: quia de iure gentium est ꝙ id quod quis ob tutelam sui corporis fecerit, videtur fecisse iuste, vt. ff. de iust. et iur. l. vt vim. corp⁹ intelligo, siue loquamur de vno in diuiduo, siue de vno corpore misto. ¶ Vnde † ob tutelam vnius ciuis, potest ciuitas indicere bellū, sicut vnus particularis potest indicere bellum contra omnes, ob tutelam personæ suæ, & suarū rerum vbi superioris copia, vel aliud remedium haberi non potest. vt dictis iuribus. & ꝙ vi clam l. si alius. §. bellissimè. & quod no. in. d. l. nullus. C. de iude. & ff. quę in frau. cre. l. ait prętor. §. si debitorem. cum simi. ergo &c. & prædicta puto iure
7 gentium, & veritati ciuili consonare. Nam † vbi alia remedia cessant contra debitorem, possunt capi homines liberi, in quibus debitor ius habebat, vt puta liberi, casus est singularis. ff. de acqui. her. l. pro hęrede. §. si quid tantum. & ibi not. in fi. gl. mag. Sed ciuitas vel dominus iustitiam facere negligens, vel recusans est debitor iustitiam postulātis: ergo homines subditi illi domino, vel populo capi poterunt. ¶ Pręterea propter delictum dn̄i negligentis, facere iustitiam pōt indici bellū, contra totā terrā, & omnes gentes subditas sibi. vt in auē. si verò dominus temporalis. C. de hęr. & cōcludit represalias esse licitas ex causis legitimis. De istis aūt causis dicit latius. j. in. iij. q. principali. sufficiant prędicta quantū ad hūc passum.

Ad tertium

a † an statuta possint fie-
8 ri licitè vltra casus à iure communi permissos? dico ꝙ si statuta fiant cōtra terras, vel villas sibi subditas ꝙ tunc possunt fieri licitè represaliæ, per statuta et extra causas prędictas à iure cōmuni permissas. vnde si ciuitas statuit ꝙ qlibet de villa possit capi pro debito alterius, vt. C. de omni agro deser. l. j. li. xj. sicut qn̄q; statuitur ꝙ vxor teneaē pro viro, vt. C. ī qui. cau. pig. ta. contra. l. satis. & ꝙ filius teneatur pro patre. C. de primipi. l. fi. li. xij. & sic patet, ꝙ statuta cōmunis Florentiæ, quæ dicūt ꝙ mercatore iure fugiente b teneaē vxor & liberi licet nō sint hæredes, procedunt de iure cōmuni. & intelligo terras subdita simpliciter, ita ꝙ sint de comitatu. Ter-
9 ræ † verò quæ submittunt se protectioni ciuitatis certis pactis subditæ non dicunē, c sed dicūtur terrę liberę fœderatę: fœdere ęquali. de qbus loquiē lex non dubito. ff. de capti. & postli. reuer. & in illis puto idē ꝙ in alijs terris, omnino liberis. ¶ Si
10 verò statuta † fiant in vna ciuitate contra aliā terram liberā circa represalias concedendas: tūc aduertendum: quia in causis concedendarū represaliarum vertitur iustitia facta, seu iustitia denegata à terra contra quam represalię cōcedunē, & circa hoc non possunt fieri statuta. Non em̄ ciuitas pōt facere legē sup alterā: qa par in parē non habet imperium. & quia potest extra territoriū suū statuere quæ sunt iurisdictionis alterius & nō suę vt dicunt iura vulgaria. Secundò, vertitur in causa si superioris copia haberi non potest: & circa hoc similiter nō pōt fieri statutū: puta si statutum diceret ꝙ represaliæ concedantur, nec teneaē qs ire ad superiorē, vt extra de iureiur. c. venientes. & argumento. l. pe. ff. de aqua plu. arcen. Tertiò vertitur in causa superioris authoritas id est authoritas ipsius ciuitatis concedentis represalias: & tunc circa hoc, potest facere statutum, an in talibus prædictis concedatur, & quo ordine. Nam cum ista causa, & ista instantia sit sua: potest circa hoc statuere: cum quælibet ciuitas statuta facere circa ordinationem quæ in foro eius agitur possit, vt. ff. de testi. l. iij. §. fin. C. de iuramen. calum. l. ij. §. fi. & quemadmodum testamen. aperi. l. ij.

11 Ad quartum

Sexta principalis quæstio [a] est contra quos represalię concedanť. Circa quòd quęriť primò an cõtra rectorẽ ciuitatis forensem q iniustitiam fecit vel iustitiam denegauit possint cõcedi represalię?Secũdò,an cõtra officiales dicti potestatis seu rectoris, possint represalię cõcedi. Tertiò,an cõtra cõsules:seu priores ciuitatis possint represalię concedi. Quartò quęritur: an contra consules homines qui nihil habent facere in regimine:vel in officio ciuitatis possint represalię concedi. Quintò vtrũ represalię possint cõcedi contra homines terrarũ subditarum quo ad quædã:nõ tamen simpliciter. Sextò:vtrũ represalię possint cõcedi contra certũ genus hominum ciuitatis denegantis facere iustitiam? b

AD primum quęritur, an contra rectorem ciuitatis forensem, q iniustitiam fecit represalię possint concedi? ãd ꝙ dicit Iac.de bel.in.q.sua quam ponit in auť. vt nõ fi.pig. ꝙ contra eum concedi possint.arg.ff.quod quisq; iur.
1 l.j.& extra:de sen.excom.c.Romana.li.vj.Mihi aũt† videť sic dicendum.aut potestas fecit talem iniustitiam, pro qua non c potest conueniri durante officio,vt.ff.de iudi.l.pars literarũ. de iureiur.l.nec magistratibus.& tunc contra eum nõ possint concedi represaliæ.Ratio,qa nec iudex superior potest durãte officio in cuius locum succedit ius concedendi represalias d vt dictum est finito officio,non possunt similiter cõcedi, nisi requisito iudice,qui habet eum syndicare, sicut in quolibet alio priuato debitore:vt dictum est.s.ij.q.iij. ¶ Iudex aũt terrę proprię ipsius rectoris debet requiri.vt.j. dicã. aut rector
2 † ille facit talem iustitiam, de qua durante officio potest cõueniri:& tunc durante officio poterũt represaliæ contra eũ concedi eadem ratione:pręcedẽtib⁹ solẽnitatib⁹ requisitis. Iudex autem ciuitatis proprię illi⁹ potestatis,seu rectoris non debet requiri:quia ibi talis causa nõ debet agitari:imo ad locũ officij oporteret remitti:vt.C.vbi de ratiha.agi.opor.l.ij.&.C.vt oẽs tam ciui.ꝗ̃ cri.iu.post depo.admi.&c.l.vnica.& auth. vt iudi.sine quoquo suf.§.necessitatem.

Ad secundum quæritur: an contra officiales potestates:seu rectores, possint concedi represaliæ.Iacob.de belui.In prędicta. q. dicit quòd
3 sic. Ego† dico, quandoq; sunt aliqui officiales qui expressè iuuerunt rectorem,ad talem iniustitiã faciendam:& contra illos sine dubio possunt cõcedi represalię,vt.C.de aduo.diuer.iu. l.placuit.ibi,aduocatos in eorum &c.C.de excu.mune.l.pe.
d in fi.lib.x. Quidam sunt[d] qui expressè contraxerunt:& cõtra illos non possunt represalię concedi.vt.C. de app.l. quoniã
4 iudices.&.l.omnes.in fi.de decu.lib.x.Et ideo consilium† est officialibus, quando talia occurrunt, ꝙ protestentur ꝙ non consentiunt:& quod illa quæ fiunt nõ fiunt de iure:& de hoc fiat instrumẽtũ hoc ibi videtur requiri:vt.d.l.quoniam iudices.quidam sunt officiales qui nec consentiunt,nec cõtradicunt:quia fortè sunt absentes: vel ignorantes & contra illos non possunt concedi represalię, vt.l.j.in principio.ff.de mag. cõueni.ibi pꝛ̃sentes &c.in gl.ibi posita.qdã sunt officiales pręsentes

a ¶ Ad quintũ q̃riť. Vide Bar.ĩ.l.si marit⁹.§.j.ff. de adul. & ibi Alex.ĩ addi. ff.de adul. & vide apost.meã,& Bar. in.l. heres absens. §.proinde.ĩ.ij.co. & ibi Alex.ĩ addi. ĩ lib.studij.ff.de iudi.Tho.Diplo.

b ¶ Scholares.Not. ꝙ dicit Bar.hic, ꝙ scholaris nõ pôt ĩ loco studij cõueniri ex cõtractib⁹ alibi gestis.& vide Phil.frã.ĩ ca. Ro. §.nec etiã.de foro cõpe.lib.vj. Tho.

c ¶ Differẽtiã.Vide ĩ.l.si marit⁹. §. de adulterijs.ff. de adulte.Tho.

d ¶ Quidã sunt.vide per Bar.ĩ.l.qm iudices.& ibi Alex. ĩ addi.C.de appella.Tho.

ſentes, qui non contradicunt nec conſentiunt. Et tunc eſt aduertendum quod quidã ſunt officiales ad ea quæ ſunt merè facti: nec ad cõſilia requirunt̃, vt notarij berouarij, & ſimiles: & tũc etiã contra hos non poſſunt concedi repræſaliæ: qui non poſſunt reſiſtere domino ſine dedecore. ideo reſiſtere non tenentur, vt. l. vnica. §. offcium. C. vt omnes tam ciui. q̃ crimi. iudic. nec obſt. quòd gloſſ. ibi dicit eſſe correctum, quia verum eſt in caſu illo: quia quilibet poteſt reſiſtere fugienti: non autem in alijs caſibus notatis. Quidam ſunt officiales qui adhibent̃ ad conſentiendum: & contra iſtos ſi non contradicunt, poſſunt concedi repreſaliæ, vt. d. l. quoniam iudices. cum ſimi. & hoc ſi ſciuerunt: aliâs nõ eſt eis quid imputetur. ¶ Sed dubitatur an officialis fuerit præſens, vel abſens, & vtrum fuerit ſciens, vel ignorans quid' præſumatur in dubio cogita per teipſum.

5 Ad tertium † quæritur, an contra conſules, ſeu priores ciuitatis iuſtitiam denegantes, poſsint concedi repreſaliæ. Iaco. de bel. in. q. prædicta diſputata per iura allegata. s̃. in hac. q. j. dicit quòd ſic: quod intelligo verum contra priores, vel conſules præſentes. ſecus cõtra abſentes, vt dicta leg. in princip. ff. de magi. conue. tunc enim contra illos abſentes non poſſunt concedi repreſalię tanquam contra conſules ſeu priores, ſed tanquam contra quoſlibet alios de populo, vt dicam. j. proxi.

a Ad quartum [a] quæritur an contra ſingulares homines. qui nihil habent facere in officio, vel regimine ciuitatis poſsint repreſaliæ concedi. Iac. de bel. in prædicta diſputatione dicit, quòd nullo modo poſsint contra tales repreſaliæ concedi: quia pro debito ciuitatis nõ tenẽtur homines ſingulares, vt. ff. quod cuiuſque vni. not. l. ſi cuius. §. j. quod metus cauſa. l. metum. §. animaduertendum, & de dolo. ſed ſi ex dolo. §. j. & de regu. iur. l. aliud. §. refertur & extra de ſen. excom. c. Romana libro ſexto. Sed mihi vide-
6 tur contrarium † per dictum. c. dominus noſter. xxiij. q. ij. vbi dicit̃ gens vel ciuitas plectenda. tota ergo gens ciuitatis plectitur. ¶ Præterea, licet ſententia excommunicationis non poſſet ferri in vniuerſitatem, vt. d. c. Romana. tamen fertur ſententia interdicti quæ ligat in quolibet populo etiam innocentes, vt. c. ſi ſententia. extra de ſen. excom. lib. vj. Si ergo poteſt hominibus ſingularibus propter delictum interdici eccleſiaſticum ſacramentum, & ſepultura, multomagis poſſunt eorũ bona temporalia auferri: & poſſunt capi propter q̃ interdicitur eis vti propria libertate. hæc enim animum nõ ligãt. Præterea, concedere repreſalias eſt quaſi quoddam bellum particulare indicere, vt. s̃. dictum eſt in præcedentibus, ſed in illo bello, etiam innoxij capiuntur: ergo &c. hoc probatur in. d. c.
7 dominus noſter. Præterea licet ille † qui capitur ſit innocens ciuitas habet ius merum: & tunc ex cauſa neceſsitatis poteſt capi, vt dixi. s̃. j. q. ij. pro hoc in. x. co. de ſtatu. contra libertatẽ eccleſię. §. j. & §. ſi verò dominus. & Cod. de ſac. ſanct. ecc. aut. caſſa. ibi, bona eorum ab omnibus occupantur &c. de hęred. auth. ſi verò dominus. & ſic contra omnes poſſunt concedi. & ita de conſuetudine obſeruatur. Sunt autem quidam qui capi non poſſunt vigore repreſaliarum, ſic generaliter conceſſarũ, de quibus dicemus. j. in ſeq. q. principa.

b Ad quintum [b] quęritur vtrum repreſaliæ poſſint concedi contra homines terrarum ſubditarum: quo ad quędam, non ſimpliciter. reſpond.
8 † quędam ſunt terrę ſubditę alicui domino, terrę, vel ciuitati, vel principi ſimpliciter: ſed in quibuſdam ſunt priuilegiatę vt habeãt certas iuriſdictiones & exceptiones, vt ſunt in multis regnis: et contra iſtos poſſunt concedi repreſalię quia verò ſubditę ſunt. ar. C. de ope. li. l. titius. & de bo. liber. l. fi. Quędam ſunt terrę quę ſimpliciter ſunt liberę, ſed ſe ſubmiſerunt quo ad quędam: et ſunt multę terrę ſubditę huic ciuitati: et cõtra iſtas non poſſunt concedi repreſalię propter delictum ciuitatis vel domini qui eas habent ſubditas. quia illę ſunt liberę vt. ff. de capti. l. non dubito. Propter delictum tamen ipſarum terrarum ſubditarum benè poſſunt concedi: ſicut poſſet eis iuſtum bellum indici: ſi denegarent tranſitum per territoriũ eorum. xxiij. q. ij. c. notandum &c.

9 Ad ſextum quęrit̃ vtrũ † repreſalię poſsint cõcedi cõtra certum genus hominum ciuitatis denegantis facere iuſtitiam. Ad q̃ dico: ſicut iudex q̃ exequitur ſententiam debet capere res quę non ſunt in controuerſia ſi põt: ita concedens repreſalias quantum poteſt cũ minori ſcandalo poteſt concedere vt capiatur certum genus hominum vel res: vel q̃ quilibet homo ciuitatis, contra quem cogatur ſoluere certam quantitatem: cum tranſit pro perſona, uel pro ęſtimatione rerum. Et hęc omnia vidi obſeruari de facto ſecundum diuerſitatem locorum.

a ¶ Ad quartũ. Vide p Paul. de ca. in cccxiiij. incip. ſup eo q̃ primo loco. in ſecũdo dubio. et ibi videas oĩno q̃ cõcludit ĩ ciue, q̃ repreſalię nõ extẽduntur ad filios, et perſonas natas poſt repreſalias et uide Alc. de Im̃. in l. ſi q̃s iniquum. §. fi. in add. Bar. quę inci. facta. ff. q̃ q̃ſque iur. Tho.

b ¶ Ad quintũ. Vide Bart. in. l. nõ dubito. ff. de capt. et poſtl. reuer. et ibi Ale. in addi. et ibi uide meã apoſt. facit q̃ cõſuluit Bar. in fauorem forenſium in cõſ. cxj. in ij. uol. incip. quatuor. in fine. Tho.

c ¶ Ad primũ. vide Bar. in. l. j. ff. ad municipalem. in vl. co. et ibi Al. in addi. et Bar o. s̃. in. q. v. q. prĩ. et in. l. p̃uinciales ff. de ver. ſig. et ibi Al. in addi. et Frã. de are. in. l. ij. ĩ prĩ. in. vj. col. et ſeq. ff. de uer. obligat. T.

d ¶ Florẽtinos. uide Al. in rub. ff. ſolu. ma. in. iij. et. iiij. co. et in. l. j. in. iiij. col. ff. de lega. j. Tho.

e ¶ Ad ſecũdũ. uide Ang. de are. in. §. pauonũ. in fi. inſt. de re. diu. et Bar. ĩ l. p̃uĩciales. et ibi Ale. in addi. et ibi apoſt. meam. ff. de ver. ſig. et Pet. de anc. in. c. ſtatutum §. cùm verò. et ibi Phi. frã. in pe. co. de reſc. li. vj. Tho.

SVMMARIVM.

1 *Repreſaliæ conceſſæ contra ciuitatem, quòd poßint exerceri contra eius incolas ſubeuntes tamen munera.*
Homines de Florentia, & homines Florentinos idem important.
2 *Repreſaliæ an poßint concedi contra ciues, alibi moram trahentes.*
3 *Ciuis florentinus alibi habitans, quòd dicitur florentinus ſi ſui ſubeunt ibi munera.*
4 *Repreſaliæ q̃ non poſſunt concedi contra ciuem ciuitatis concedentis, quis etiam ſit ciuis ciuitatis contra quam conceduntur.*
5 *Repreſaliæ nõ conceduntur contra mulieres, ut perſonaliter capiantur.*
6 *Contra clericos, repreſaliæ exerceri non poſſunt.*
7 *Repreſaliæ non exercentur contra ſcholares, nec contra nuncios, nec famulos eorum.*
8 *Non exercentur, contra ſcriptores & bidellos.*
9 *Non exercentur contra partem ſcholaris, uiſitantem filium in ſtudio.*
10 *Scholarem eſſe probatur, ex qualitate rerum quas defert ex conſuetudine eundi, & redeundi.*
11 *Repreſaliæ non exercentur contra ambaſiatores.*
Quem eſſe ambaſiatorem, probatur per literas.
12 *Non exercẽtur contra teſtes, qui cauſa teſtimonij accedunt, uel contra eos qui inuiti trahuntur, nec contra eius famulos.*
13 *Contra euntes ad nundinas in loco nundinarũ, nõ exercentur: in alio loco ſic.*
14 *Non exercentur contra euntes ad indulgentiam, nec contra eorũ famulos.*
15 *Nec contra tenentes hoſpicium, in loco ubi ſunt indulgentiæ.*
16 *Nec contra applicantes ui uentorum in aliquo loco.*
17 *Nec contra eos qui in ius uocari non poſſunt, de iure communi.*

SEptima principalis quæſtio eſt ſi repreſalię ſimpliciter concedãt̃ cõtra homines & perſonas alicuius terrę, contra quas perſonas poſsint exerceri? Circa q̃ quęruntur plura. Primò, an cõtra incolam ciuitatis poſſunt repreſalię exerceri. Secundò, an contra ciues illius ciuitatis alibi moram trahentes. Tertiò, an contra ciues illius ciuitatis q̃ ſunt ciues vel incolæ illius ciuitatis concedentis. Quartò an contra mulieres poſſunt repreſalię exerceri. Quintò, an poſsint exerceri cõtra clericos? Sextò, an poſsint exerceri contra ſcholares. Septimò, an poſsint exerceri contra ambaſiatores. Octauò, an contra euntes ad nundinas poſsint repreſalię exerceri. Nonò, an contra eũtes ad indulgentiam. Decimò, an contra nauigantes qui vi ventorũ impellũtur in aliquem locũ. Vndecimò, an contra eos qui in ius vocari non poſſunt repreſalię exerceri poſsint. Modo veniamus ad ſingulas per ordinem. Barto.

c AD primum, [c] Quæritur an contra incolam ciuitatis cõtra quẽ poſ-
1 ſunt repreſaliæ exerceri. Ad † declarationem huius queſtionis pręmittendum eſt, repreſalias conceſſas ſimpliciter, vt contra homines Florentinos, vel contra homines. & perſonas de Florentia. ¶ Et ſciendum eſt, quòd iſta verba homines de Florentia, vel homines Florentinos, idem importãt, vt. ff. de excu. tuto. l. ſed reprobari. §. amplius. & ibi no. per gloſſ. ſuper verbo, comentarienſes. ſed iſta verba ho-
d mines Florentinos, [d] referuntur ad municipes ciuita, vt. ff. ad munici. l. j. & ibi campanos, puteolanos etc. in verſicu. ſequen. Sed verbum municipes, eſt genus ad ciues, & incolas: vt no. C. de incol. l. ciues. li. x. & probatur. ff. ad municipa. l. filij. §. ſi municipes: ergo apparet q̃ virtute illorum incolę comprehẽdantur, quod intelligo de incolis ſubeuntibus ibi munera, vt ff. ad municipalem. l. j. ibi recepti etc. et dixi. s̃. iiij. queſtione. j. ſecus ſi munera nõ ibi ſubeunt, et hoc eſſe verũ apparet: quia Poteſtas ciuitatis ſi non vult, quem admiſit recipere poteſt, vt. l. fi. ff. de legi. Sed illud q̃ quis poteſt acceptare antequam acceptem, non dicitur in bonis meis: ita incola antequam recipiatur ad munera, non dicitur propriè ciuis illius ciuitatis: et ſic cõtra eum non potuerunt repreſalię exerceri etc.

e Ad ſecundum [e] quęritur † an contra ciues illi⁹
2 ciuitatis alibi moram trahentes poſsint repreſalię exerceri ſemper, retento eodem themate quòd repreſalię ſint conceſſę contra Florentinos, vel homines de Florentia. eſt dubium vtrum ex eo q̃ ciues de Florentia alibi habitant deſinant eſſe Florentini, vel de Florentia, videtur q̃ nõ, quia origo non mutatur, vt. l. aſſumptio. ff. ad muni. Nec ob. ff. de verb. ſig. l. prouinciales. quia ſubauditur ibi tm̃ ſecundum. j. lect. glo. et hęc eſt vera opi. Vel ſecundũ alios: aut repreſalię ſunt conceſſæ contra homines de vna prouincia, dicitur prouincialis: vt dicta. l. prouincialis. aut contra homines de una ciuitate: et procedit pręcedens op. ita ſentit gl. in

d. l. prouincialis

d.l.prouincialis.quæ opi.non placet.non enim video rationē
diuersitatis inter ciuitatem & prouinciam.vel secundum alios.
¶ Aut habitat in alia ciuitate eiusdem prouincię:& tūc rema-
net Florentinus aut ī alia ciuitate alteri⁹ ꝓuinciæ:& tūc secus
vt.d.l.prouincialis.& ita sentit gl.C.de adopt.l.in adoptione
quidam.ꝙ non placet eadem ratione. Aliȷ̃ dicunt:aut loqmur
secūdū ꝓpriā significationē vocabuli,& remanet Florentinus
vt.d.l.assumptio.aut secūdū cōem vsum loquēdi,& nō est Flo
rētinus:quia ibi non habitat,vt.d.l.prouincialis.& ita dicebat
dñs Iac.de aret.Oldr.sed communis vsus loquendi præualet
omni proprię significationi,vt.l.librorū.§.ꝙ tñ cassi⁹.ff.de le.
iiȷ̃.ergo talis alibi habitans, non poterat capi pro represaliȷ̃s.
Aliȷ̃ dicūt ꝙ hæc verba,Florentinus & de Florentia, debēt in-
telligi de eo qui ibi cōuersatur,& moratur.arg.l.j.§.bestias.ff.
depositi.& magis debemus inspicere accidens,q̄ȝ originē& ita
consuluit dñs Lamb.de ramponibus.Ego aliâs in† discursu le-
3 ctionis in.d.l.prouincialis.ff.de ver.signi.dicebam ꝙ ille talis,
qui alibi moratur non potest capi tanq̄ȝ Florentinus:quia ipse
non fuit in culpa.arg.l.j.in princ.ff.de magi.conue.ꝙ esset ve
rum sine dubio secundum opi.Iac. de bel.quam reprobaui.s̄.
q.iiiȷ̃.& in isto modo videtur sic dicendū,ꝙ Florentinus,siue
de Florētia est qui idē est municeps,vt.dixi.s̄.proxi.q.ꝙ intel
ligit̃ de municipe propriè qui ibi mūera subit.Aut ergo aliqs
habitabat alibi,& Florentiæ munera non subit,nec per se,nec
per patrem,nec per fratres,nec per alios & non dicit̃ Florenti
nus propriè aut ibi subit munera per se, vel per patrē, vł per
fratres,vel per alios:& tunc licet alibi moretur,Florētinus est.
vt.d.l.j.ff.ad munici.& de execu.tut.l.sed reprobari.§.ampli⁹
& videtur hoc expressum.C.de agri.& cen.l.sancimus. libro.
xj.Illud autem quod dicit Iacob.de Aret.de communi vsu lo
quendi est facti,scio quòd hic talis vsus loquendi non est,&c.

4 Ad tertium †quęritur an represaliæ posint exerceri contra ciues illius ciuitatis q̄ sunt
ciues vel incolę illius ciuitatis concedentis?videtur ꝙ sic:quia
si possunt exerceri contra non subditum ciuitati concedenti,
multòmagis contra subditum.Pręterea dominus potest pete-
re vt vsufructuario deneget̃ ius vtendi fruendi, propter eius
contumaciā,& econtra,vt.l.si proprietarius.ff.de dā.infe.&.l.
hoc amplius.§.fi.cum.l.seq.in eo.ti.ita hic poterit capi ꝓpter
ius quod habet in eo ciuitas,cōtra quā sunt concessę,licet etiā
habeat in eo ius ciuitas concedens. In coutrarium videtur, ꝙ
istud ius cōcedendi represalias est īductum in defectum iuris
dictionis,quam ordinariȷ̃ debent exercere, vt in præcedenti-
bus pluries est dictum,sed ciuitas concedens potest ī suum ci-
uem exercere iurisdictionem ordinariè:ergo contra, eum non
extenduntur represaliæ.Pro hoc videtur casus.ff.si quis testa.
lib.esse ius.fue.l.j.§.habet itaq;:arg.l. serui & filiȷ̃. in princi.ff.
de fur.Pręterea ciuitas concedens represalias, tenetur ciuem
vel incolam suum defendere ab iniuriȷ̃s quæ inferuntur per a-
lium,vt dixi.s̄,in quæstione prima: ergo ipsa ciuitas ciui suo
non deberet inferre violentiam,licet sit ciuis alterius ciuitatis,
a argumen.ff.de euictio.l.vendicantem.Pręterea[a] quando ciui-
tas aliquid concedit,intelligitur concedere, vt ille cui conce-
ditur contra se non vtatur,vt.l.in fraudem.§.nequeinstrumē
ta.ff.de iure fis.&.l.si peculium.§.sicut autem.de pec.leg.sed si
ciues possent capi,ergo videretur concessisse contra seipsam.
Pręterea in concessione subintelligitur sine iniuria priuatorū
concedentis,vt.C.de eman.lib.l.nec auus.&.l.iȷ̃.§.meritò.&.§.
si quis à principe.ff.ne quid in loco publ.multòmagis intelli-
gitur concedere ꝙ exerceantur represaliæ sine ipsius ciuis in-
iuria:quia si ciuis caperetur,læderet̃ respublica, cuius interest
locupletes habere subiectos,& istud puto verum,etiam si talis
ciuis fuisset particeps criminis.nam ex vigore talium represa-
liarum,simpliciter concessarum non posset capi, sed deberet
specialiter concedi,vel contra talem ciuem ordinariè procedi
per ciuitatem concedentem represalias.

5 Ad quartum †quęritur an represalię possunt exerceri cōtra mulieres? videtur quòd
sic sicut enim in bello capiuntur mulieres,& habent postlimi-
nium,vt.l.j.C.de cap.cum si.ita in hoc particulari bello.sed di
co ꝙ in persona capi non possent.C.de inoffic.diuer.iudi.au-
thenti.sed hodie.de custodia red.authenti.sed nouo iure. licet
enim quasi de iure gen.concedantur:tamen debent ciuiliter in
telligi.argu.l.si cui simplici.ff.de serui.titu.generali,&c.

6 Ad quintum †quęritur an posint exerceri contra clericos.tex.est expressus ꝙ non
in.c.& si pignorationes.extra de iniur.& dam.dat.lib.vj. Sed
quid de clericis coniugatis non euntibus in habitu? Respō.tūc
priuilegio clericorum non gaudent, vt extra de cleri.coniug.
c.j.lib.vj.¶ Sed dubitatur,quid si vnus episcopus non facit iu
stitiam de clericis,& ad superiorem non potest haberi recur-
sus,fortè quia ille episcopus est tyrann⁹,vel schismaticus,vtrū
contra clericos illius episcopi poterunt concedi & exerceri re
presalię authoritate iudicis secularis vel alterius episcopi? vi-
detur ꝙ sic:q.a.d.c.& si pignorationes.loquitur quādo repre
salię conceduntur propter delictum laicorum, in hoc autem
sto canonistis quibus relinquo.

7 b Ad sextum † quęritur[b] an contra scholares possunt exerceri represaliæ?tex.est quod
non ī aut.habita.C.ne fi.pro pa.siue iam applicuerit ad studiȷ̃
locum,siue peregrinetur studiȷ̃ causa sed nunquid prędicta ha
bent locum in ciuitatibus non habentibus priuilegia studiȷ̃?
Respon.aut loquimur in alia scientia studentibus quam legali
& tunc talis scientia posit vbiq̄ȝ doceri,vt.ff.de excut. tut.l.si
duas.tunc aūt credo idem in omni ciuitate:quia aut.habita.lo
quitur generaliter.aut loquimur de studentibus in scientia le-
gali:& tunc illa non potest legi in ciuitatibus non priuilegia-
tis,& si alibi docetur.delictum est,vt in proemio.ff.§. hæc au-
tem tria.& ideo in aliȷ̃s ciuitatibus non haberet locum tale pri
uilegium,& hoc de iure stricto.Dicunt tamen quidá doctores
quod illi.§.hæc tria.est hodie derogatum per desuetudinē, cū
in ciuitatibus non priuilegiatis docētur iura, & ꝙ hodie ratio
istius.§.cessat:quia cum multi sciant hodie iura,non est dubiū
nec timor ꝙ tradetur adulterina scientia. Ideo æquum putarē
ꝙ euntes ad talia studia gauderēt hoc priuilegio.& ꝙ dico de-
scholaribus,idem puto de nunciȷ̃s,& famulis eorum,vt.d.aut.
8 habita.ibi,eorum nunciȷ̃,&c.& † idem de scriptorib⁹, & bidel
lis,& si quidem necessariȷ̃ sunt in studio argum.ff.in proemio.
circa fi.vbi eo.modo conceduntur iurisdictiones,vt ī aliȷ̃s, ar.
ff.de testa.mili.l.j.& de bo.pos.ex test.mil.l.vnica.&.C.de tes.
9 mili.l.scriniarios.& † idem de patre qui iret ad videndum fi-
lios in studio.no.ff.de iudi.l.iȷ̃.§.idem Claudio.in gl.super ver
10 bo,venerat.Sed qualiter † probabitur,ꝙ sit scholaris,vel quòd
vadat causa studiȷ̃?Ego respon.ex qualitate rerum quas defert
& similibus,arg.ff.de re mili.l.non omnes.§.à barbaris.Idē ex
consuetudine eūdi & redeundi ad studium.argu.l.naturale.§.
ceruos.ff.de acqui.re.do.& ex multis aliȷ̃s quæ diligens iudex
qui super hoc cognoscit poterit inuenire.

a ¶ Præterea. Vide Alex.ī.cōs.xxiȷ̃.in viȷ̃.vo.inci.cōsideratis.in fine. Tho.

b ¶ Ad sextum quęritur. Vide Fely. in.c.iȷ̃.in.j. colū.de foro compe.

11 Ad septimum †quæritur an contra ambasiatores possunt represalię exerce.Re-
spon.non,vt.l.sanctum.ff.de re.di.de leg.j.l.fi.&.iȷ̃.§. legati.ff.
de iud.& hoc verum: ꝙ non possunt capi in ciuitate ad quam
sunt destinati,nec in alia per quam transitū facerent,vt.d.§.le-
ga.& ibi no.in glos.super verbo,destinati.ꝙ autem sint legati
probabitur per literas suæ ambasiatæ,vel alio modo legitimo
12 vt.l.vnica.C.de man.princ.& idem † videt̃ dicendum de his q̄
causa testimoniȷ̃,vel aliâs trahuntur inuiti,vel destinati sunt in
aliam ciuitatem.& idem de seruitoribus prædictorum, argu.
eorum quæ.s̄.proxi.dicta sunt.

13 Ad octauum †quæritur an contra euntes ad nundinas possunt represalię exerce.Re-
spō.in loco seu territorio eius qui tenet nundinas,non possunt
contra venientes ad nundinas represalię exerce.casus est.C.de
nundi.l.vnica.& si vadens ad nundinas,transit per alienum ter
ritorium,an posint represaliæ exerceri, non reperio prohi-
bitum, licet sit arg.contra id ꝙ.s̄.proxi.dixi.& aliud in illis q̄
necessario munere funguntur.hi autem voluntariè vadunt ad
nundinas.qualiter autem probabitur ꝙ quis vadit ad nundi-
nas.Respon.vt.s̄.in præcedentibus dixi.

14 Ad nonum †quæritur an contra euntes ad indulgentiā posint represalię exercrei?Re
spō.non,vt.C.communia de succe.authē.omnes peregrini.ibi,
liberè hospitentur,&c.& glo.tenet.ff.de iud.l.iȷ̃.§.idem Clau-
dio.in glos.super verbo,venerat. & in signum huius propter
eorum securitatem:vt cognoscantur qui sunt peregrini eūtes
ad indulgentiam portēt baculum,& perulam,sicut legati oli-
uam portabāt,vt.l.sanctum.ff.de re.di.& idem puto de famu-
15 lis,& de seruitoribus eorum.Et idem † puto de his qui vadunt
ad loca vbi sunt istę indulgentię generales,vt ibi teneant hos-
pitium in seruitium peregrinantium.arg.eorum quę dixi cir-
ca scholares de scriptoribus,& bidellis,& similibus.

16 Ad decimum quęritur † an contra homines nauigantes,qui vi ventorum impel-
luntur in aliquem locū,possunt represalię exerceri?& puto ꝙ
non,& hoc per authenti.nauigia.C. de furt.quæ hoc expresse
vult.C.de nauicu.l.j.& de naufra.l.j.lib.xj. Ad hoc etiam facit
optimè.l.Cęsar.ff.de pub.

Ad vndecimum quæritur an contra eos qui in ius vocari non possunt,
posint exerceri represaliæ? Rñ.non,vt sunt hi qui ponuntur

in.l.ij.&.iij.ff.de in ius vo. Si enim essent condemnati ipsi non possunt capi, multòmagis pro debito, vel delicto alterius, est enim captio quędam citatio realis:& ideo si aliquis de ciuitate contra quam concessę sunt represaliæ eligeretur Potestas, nõ posset hic capi propter officium. Item si aliquis duceret vxorem de vna ciuitate ad aliam ad faciendum nuptias. Idem si aliquis iret ab vna ciuitate ad aliam ad funus consanguinei. Idẽ si esset furiosus, vel infans, vel impubes, contra eos enim non possent represalię exerceri, vt dicta lege.ij.&.iij.&.l.impubes & de in ius vocan.&c.

SVMMARIVM.

1 *Represaliæ quando poterunt exerceri contra res personarum, contra quas non poßint exerceri.*

2 *Res aliorum portare per eos contra quos represaliæ exerceri non possunt, poterunt pro reprosalijs capi.*

3 *Res existentes in territorio ciuitatis, contra quam concessæ sunt represaliæ non possunt capi & duci ad ciuitatem concedentem.*

4 *Res existentes in territorio alterius ciuitatis, etiam scribendo iudici illius ciuitatis, non possunt capi pro represalijs.*

Octaua principalis quæstio est, si represaliæ simpliciter cõcedantur, circa quas res poterunt exerceri. & quia dubitatum est quod possunt exerceri in rebus, & contra res mobiles, & immobiles, & se mouentes hominum & personarum illius loci contra quem represaliæ sunt concessę, quæ reperiuntur in territorio ciuitatis concedentis, quędam tamen possunt occurrere dubia quę examinanda sunt. Primò dubitatur an res dictarum personarum contra quas nõ põt exerceri represalię, possunt pro represalijs capi: Secundò quæ sint dictę personæ contra quas non possunt exerceri? Tertiò an posint capi res existentes in territorio ciuitatis, contra quam conceduntur represaliæ, & duci ad ciuitatem concedentem? Quartò an posint capi res existentes in territorio alicuius tertiæ ciuitatis sitæ, scribendo iudici illius ciuitatis, &c.

AD primum quęrit̃ vtrum res dictarum personarum contra quas possunt exerceri represaliæ possunt pro represalijs capi? †ad
1 quod dico: quædam sunt personæ contra quas non possunt exerceri represaliæ solùm ratione personæ, vt quia mulier, infans, vel furiosus, vel similis, & tunc sine dubio contra res eorum poterunt exerceri, vt.l.satis.ff.de in ius vocan.& in auth. vt nul.iud.ibi, necessarium.ver. si verò mulier. Intellige tamẽ quòd non capiuntur res eorum taliter vt per hoc viderentur teneri personæ. non enim posset mulier spoliari vestimentis, vel alijs rebus, sine quibus honostè viuere non posset, vt.l.in eadem.§.fi.ff.ex quibus causis ma.& quod ibi no. ¶ Quædam sunt personæ contra quas non possunt exerceri represaliæ ex certa causa, vt contra scholares, vel ambasiatores, vel similes:& tunc contra res eorum quas portarent, vel haberent necessarias ad illam causam, non debent exerceri represaliæ, sed contra alias sic, vt.l.publicanus.§.de rebus.ff.de publi. facit quod dixi.s̃.proxi.q.circa scholares:&c.

2 Ad secundum †quæritur quid si dictę personę contra quas non possunt exerceri represaliæ, portent res aliarũ personarũ, contra quas possint exerceri? Respon. si quidem portent dictas res necessarias ad suum vsum, vt equũ ad equitãdum, & similia, vt.l.in lege cẽsoria.ff.de verbo.signifi.& tunc non possunt capi, vt dixi.s̃.in qõ. pręcedẽti, circa scholares. Si verò non essent eis necessariæ: tunc possunt capi, nec est qui repugnet, vt.l. sacrosancta, C. de sacrosan.eccle.

3 Ad tertium †quæritur an posint capi res existentes in territorio ciuitatis contra quam represaliæ conceduntur, & duci ad ciuitatem concedentem? si quidem repræsaliæ simpliciter sunt concessæ, non intelligitur data potestas petendi in territorio concedentis. non enim vltra extenditur simplex concesio, vt.l.cùm vnus.§.is cuius.ff. de bo.aut.iud.pos.& extra de const.c.vt animarum.li.vj. Præterea concesio represaliarũ, est quoddam particulare concessum priuato contra priuatos, vt dictum est.s̃.vj.qõ.iiij. sed si equitaretur in territorio ciuitatis contra quã esset bellũ vniuersale, & contra ipsam ciuitatem: ergo, &c. Præterea aggredi in territorio alterius ciuitatis, est causa maioris tumultus: ergo non videtur concessum in dubio, vt.l.non est singulis.ff.de regu.iur. Concludo ergo, ꝙ solum in territorio concedentis põt
4 represaliæ concedi, aliâs exerceri. nec potest quis aggredi territoriũ alteri⁹, nisi hoc sit expressum per verba hoc de necessitate ĩportantia. Qui ergo vult, faciat hoc exprimi specialiter in concesione.

4 Ad quartum † quęritur an posint capi res sitæ in territorio alteri⁹ terræ ciuitatis, scribendo iudici illius ciuitatis? Respond. licet de iure communi in executione sententię hoc permittatur, vt.l.à diuo pio.§.j.ff. de re iudi.&.ff. de bo.aut.iudi.posi.l.cum vnus.§.pe. cum si.tamen cũ represalię sint quoddam bellum, vt dictũ est, qs non põt cogere aliũ ad bellũ, nisi sibi subditum.in.x.col.in tit. hic finitur lex Corradi.c.dño guerrã.& quis non cogitur aliũ iuuare. nisi eũ cui subest, vt.l.culpa caret.& ꝙ ibi no.ff.de re.iu. & per Dy. extra de reg.iur. nõ est sine culpa.lib.vj. nisi fortè esset ciuitas fœderata quæ deberet facere guerram, & pacem ad petitionem hoc scribentis per ea quæ dicta sunt.& arg. ad hoc optimum.ff.de capti.& postli.re.l.non dubito. circa finẽ.&c.

SVMMARIVM.

1 *Capere homines, & res uigore represaliarum propria authoritate quis potest, quando copia iudicis haberi non potest.*

2 *Persona capta pro represalijs, debet ad iudicem duci.*

3 *Res captæ pro represalijs, possunt per capientem retineri.*

4 *Res pro represalijs captæ uenduntur, & æstimantur iudicis authoritate.*

5 *Represaliæ possunt exerceri die feriato, ob neceßitatem hominum, in ferijs aut in honorem Dei possunt ex causa.*

6 *Represaliæ si conceduntur per habentem potestatem legis condendæ, possunt concedi ut exerceantur etiam diebus feriatis in honorem Dei.*

7 *Cognitio summaria, uel ordinaria, quãdo quis uult defendere se, & res suas occasione represaliarum captas.*

NOna quæstio principalis est: qualiter represaliæ exerceant̃? circa quod quęruntur multa. Primò an quis posset capere homines, & res vigore represaliarum per se, an per ministros iustitię, & suos. Secũdò an homines & res captas teneatur quis iudici pręsentare? an verò posit in suo priuato carcere retinere. Tertiò qualiter res captę vendantur, & ęstimentur. Quartò an represaliæ posint exerceri die feriata, vel non. Quintò si aliquis vult defendere se, & res suas occasione represa.captas, qualis cogni. debeat adhiberi?

1 AD primum quęritur †an quis capere posit homines, & res vigore represaliarum per se, an verò per ministros & videtur ꝙ per se, sicut in bello per se homines & res capiuntur. sed certe vt dixi.s̃.viij.quęstio.iiij. verba istius concesionis debent intelligi ciuiliter. & ideo puto, quòd non posit capere homines nec res sua authoritate[a], vt.l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iudi. & de regu.iur.l.non est singulis, quod tenet Iaco.de bel.ĩ auc. vt non fi.pign.in quæst. quam ibi ponit. quod intellige si potest haberi copia iudicis, q cõcedat suos ministros. aĩs posset capere sua authoritate, vt.l.ait pretor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.credito.&.C.de decu.l.generali.libr.x.&.ff. quod vi aut clam.l.si alius.§.est & alius.& quod ibi not. est ergo tutius, vt cessent pręd icta ꝙ in concesione expresè ponatur ꝙ ille cui conceduntur represaliæ posit homines, & res capere per se, & sua authoritate, &c.

[a] ¶ Sua authoritate No. hãc decisionẽ Bar. & p ipsam cõsuluit Paul. de cas. in consil. cccxiiij. inci. sup eo ꝙ primo loco, in primo dubio vbi videas Tho. diplo.

Ad secundum quęrit̃ an homines, & res captas teneatur quis iudici pręsentare,
2 an, †verò posit in suo priuato carcere retinere? Iacob. de bel. in quæstione prædicta dicit quòd debet iudici præsentare, vt d.l.non est singulis. & ne fiant illicitæ exactio. vt.l.illicitas.ff. de offi.pręsi.& ne inde nascatur iniuriandi occasio, &c. vt.l.meminerint.C.vnde vi. ergo quando capitur persona, puto eum verum dicere, vt captus debeat dari iudici. casus est in.d.l.generali.C.de decurioni.lib.x.& no.in.l.j.C.vbi decurio vel cohor. insti.de actio.in princi.& in.x.col.de pace iura.fir.c.j. nisi expresè dicatur in concesione ꝙ posit in suo priuato carcere
3 retinere. ¶ Quando verò †capiuntur res, dico ꝙ res capiuntur vt in cãm iudicati, vel vt ex primo, vel vt ex secundo decreto secundum ea quæ dixi.s̃.quarta quæstione vltima. non est dubium ꝙ res debent remanere penes capientem, vt.l.is cui.§.q legatorum.ff.vt in pos.leg.& pro hoc non est necesse plus ire ad iudicẽ, sed sufficit prima concesio, qualiter autem vendantur vel ęstimentur, vt si quis accipiat insolutũ, dicam statim.

4 Ad tertium †quęritur qualiter res captæ vendũtur & ęstimantur, vt sibi quis accipiat in solutum? Respon. venditio non potest propria authoritate fieri, vt.d.l.miles.§.qui iudicati.ff.de re iudic. Item æstimatio debet fieri per iudicem, vt.l.ij.in fin.C.de iur.do.impe. requiritur ergo in omnibus pręd ictis, authoritas iudicis & semper intellige nisi aliud in concesione exprimatur. dico etiam ꝙ in computatione eius quod quis recipit, debet fieri detractio expensarum factarum, in pręd ictis, vt.l.fin.§. in computatione, C. de iur.delib.&.ff.ad.l.fal.l.quantitas, &c.

a 5 Ad quartum [a] queritur.an represalię † posśint exerceri capiẽdo homines,& res,die feriata etiam ĩ honorẽ Dei? ad quod dico ꝙ diebus feriatis ob necesśitatẽ hominum possunt represaliæ exerceri,sicut etiam potest fieri executio rei iudica.vt extra de iudic.c.fi. lex enim solum prohibet,ne illo tempore quis cogatur venire ad iudicium ad litigandum, vt.ff. de fer.l.j.sed in executione iudicati,non est litigium: ergo,&c. Si verò quęrimus de diebus feriatis ĩ honorem Dei:tunc est dubium per.l.dies festos.C.de fer. Tamen putarem sic dicendum esse,ꝙ posśibile est represalias concedi contra homines alicuius terræ,si hoc seruaretur ꝙ diebus feriatis non possunt capi nunquam caperentur,& sic concesśio represaliarum esset inutilis:quod posset contingere vel propter longinquitatem,& distantiam loci:& sic homines perrarò veniunt, vel propter paucitatem populi ciuitatis,vel terrę,contra quam sunt concessę,ita ꝙ sunt cauti, & non venirent nisi diebus festiuis,& isto casu possent exerceri die feriata in honorem Dei,vt.ff.de fer.l.j.&.ij. C.de fer.l. ij.Si verò istud periculum non subest:tunc tali tempore non possunt represaliæ exerceri,vt.d.l. dies festos.facit quod not.per gloss.in dicta lege dies festos.in.ij.glo.ibi dum dicit,nisi timeatur de eius recessu.quæ videtur probare hanc distinctionẽ.et hoc erit in ęstimatione iudicis,vt.l. de pupillo.§.si quis riuos.versi.toties.ff.de ope.noui nuncia. Tu-
6 tius est ergo facere, † hoc exprimi in concesśione ꝙ posśint eas exercere diebus feriatis,& in honorẽ Dei, quod potest fieri quãdo conceditur per eum qui habet potestatem condendi legem,vt per populum,vel dominum,argumen.C.de fer.l.prouinciarum.sed si concederentur per alium iudicẽ,non valeret dicta expresśio,vt.ff.de fer.l.j.& arg.C.de fe.l.ã nullo.in fi.quaten⁹ fieret ex causa legitima secundum distinctionem.s̃.dictam,&c.

a ¶Ad quartũ. Vide Alex. de imo.ĩ l.filiusfa. in addi. Bar.ff.de dona. in ver.solemus feriarũ. & ĩ l.p̃sides.ff. de feri.& Bal.in.l. milites.in.j.col.C. de testa.mili.& facit ꝙ debitor suspect⁹ de fuga,pōt ꝑ iudicẽ personaliter capi,& incarcerari:ẽt tpe feriato in honorẽ Dei, secundum gl.sing. in.l.fi.in ver. fideiusśiones.C.de ferijs.quã Bal.& alij ibi sequunť,& illã ꝓ sing.ẽt alľ. Bal. in.c.fi.in vl.col.extra de ferijs.vbi ampliat,ẽt si ferię eẽt solennisśimę,vt natiuitatis,vľ paschę dñi.cũ cōcor. de q̃bus ꝑ do.Ias.ĩ.l.ij. in.v.co.ff.de iuris. om.iud.& ĩ.l.ij. §. fi.ff.eo.& in.l.plęriq;.in.iij.co.ff.de ĩ ius voc.& do.Io. bap.de sancto Seue.plenè in tracta. de debito. fugi.in viij.q.prĩ. & Ale. in.l.diu⁹.ff. de fer. & illã gl.etiã reputat sing.Angel, de Aret,in, §.j.in,iij. col.insti. de act.& vide q̃ not. Bal.ꝑ illã gl.in,l.fi. C.de exhib. reis. Et adde ad Iaso. vbi, s̃, Tho,

7 Ad quintum quæritur si aliqs † vult defendere se,& res suas occasione represaliarum captas,qualis cognitio debeat adhiberi? Ad quod dic, ꝙ si quidem post capturam est facta perfecta executio, vel quia res vendita,vel data insolutum,secundum ea quæ dixi.s̃.eadem.q.iij.tunc adhibetur cognitio ordinaria,nec habet locum officium iudi.in hac cognitione.vt.ff.de re.iudi.l.à diuo pio.§.si post aditum. Si verò persona vel res adhuc durat capta, nec est facta executio:tunc ille qui vult personam,& res defendere,iudicis officium implorabit, ꝑ quod fiet sibi editio omnium actorum, quorum vigore captus est ipse,vel res eius,vt.C.de edẽ.l.is apud quẽ vt lit.pendẽ.l.ij.ff.de eden.l.j.§.edenda. semper edenda sunt quæ facta sunt in absentem,vt.dic.l. is apud quem.secundum secundam lecturam.¶ Quibus adhibitis,pōt opponere quis,vel ex parte cãę iniustę,vel ex defectu cōcedentis,vľ modi vľ eorũ defectu personæ,vel rei captæ quæ capi non poterat, vt ex prædictis patet,& in hoc etiam adhibebitur summaria cognitio,vt.ff.de re iu.l.à diuo pio.§. si super rebus. Sed dubitatur an super hoc poterit impetrare cognitionem extra illum locum secundum ea quæ dixi.s̃,ij.q.Respond.si quidem vellet hoc impetrare super cognitione,quę adhibetur officio iudicis,non posset:quia secundum hoc diuideret continentiam causę,vt.l.nulli.C.de iud.hoc enim pertinet ad officiũ iudicis exequentis in.d.§. si super rebus.& si super hoc vellet principaliter agere competẽtibus actionibus posset,secundum ea quæ dicta fuerunt.s̃.ij.q.ij.

SVMMARIVM.

1 *Exacto pro represalijs,quomodo succurratur in propria ciuitate contra illum cuius occasione concessæ fuerunt represaliæ.*

2 *Contra officialem negligentem facere iustitiam, quomodo succurratur pro represalijs exacto.*

3 *Exactus non potest capere homines & res illius ciuitatis, in qua captus fuit pro represalijs.*

4 *Titulus,quòd quisq; iuris,non habet locum in executione facti.*

DEcima Principalis quæstio est, de remedijs exactis per represalias.circa quod quæruntur plura. Primò quæritur an exacto succuratur in ciuitate propria contra illum priuatum cui⁹ occasione sunt concessæ. Secundò an exacto succurratur contra rectorem, qui neglexit facere iustitiã cuius occasione fuerunt represaliæ concessę. Tertiò an talis exactus posśit sine alia concesśione capere homines,& res ciuitatis in qua capt⁹ fuit exactus occasione represaliarum,&c.

b 1 AD primum [b] quęritur † an exacto succurratur in ciuitate propria,contra illum priuatum, cuius occasione concessę sunt represaliæ? Iaco.de are.tangit hoc.ff.de verbo.obligat.l.ij.§.fi. & dicit ꝙ huic exacto succurritur, contra illum per tex.l. j.ff.de nego.gest.&.l.licet.§.fin.ff.nau.caup. stab. &.l.si verò.§.cùm autem.ff.de his qui deie. vel effu. sed contrarium videtur determinatum per gl. in.l.si quis dolo.§.j.ff.de re iudic.¶ Nam iste non exigitur propter delictum illius priuati,sed propter delictũ totius ciuitatis denegantis facere iustitiam,vt in præcedentibus dictum est: & ideo sic dico: Aut represaliæ sunt concessæ contra ipsum iudicem vel officialem qui non fecit iustitiam, ꝙ potest fieri,vt dixi supra.vj.qō.j.& ille est exact⁹, aut est exactus alius de populo,non officialis. Primo casu,aut ille officialis non fecit iustitiam scilicet faciendo aliquid iniustum,aut denegando facere iustum.¶ Primo casu,illi officiali non succurritur contra illum principalem debitorem, vt not. in dicta lege si quis dolo.§.j.¶ Secundo casu, succurritur ei contra principalem debitorem,tex.est not.C.de exact.tribu.l.misśi opinatores. in fi. lib. x. Secundò quando exactus est ali⁹ de populo est vera opi.Iacob.de Are.per.l.alleg.per eum, propter quod puto ꝙ ille captus soluens potest petere ꝙ sibi cædantur actiones contra illum principalem debitorem,vt.l.licet.§.fin.ff.nau.caupo.stabu.ad similitudinem correi fideiussoris,& eius qui exactus est per hypothecariam,&c.

b ¶Ad primũ. Adde Bart.in.l.nã & seruius.in prin. ff. de nego.gest.& vide Alex.in.l.dedi. §.fi.circa mediũ.ff. de cōd.ob cãm. & in.l.ij.§.itẽ si ex facto.in vlt.col.ff.de ver.ob.& ibi apo. Tho,diplo.

2 Ad secundum † quęriť † an exacto succurratur contra rectorem qui neglexit facere iustitiam?ad quod respondetur ꝙ sicut contra principalem debitorem succurritur,vt dixi.s̃.proxi.quæstio.sic contra officiales etiam si ipsi sunt debitores,vt.s̃.probatum est in præcedentibus.sed hoc fiat cum ordine. ¶ Primò enim coueniendus est ipse principalis debitor & eo existente non soluendo, vel non reperto,peruenitur ad illum qui principaliter iustitiam facere neglexit,vt.l.j.in princ.ff.de magistra. conuenien.&,C.de conue.fis.debi.l.quoniam augerio. libro.x.& ipso iudice non existente soluendo,venitur ad alios officiales, qui requisiti cum possent alios cogere ad faciendum,alijs soluere neglexerũt argu.l.j.§.nunc tracte.ff.de tutelis,& rationibus distrahendis,

3 Ad tertium quęritur an talis † exactus posśit sine alia concesśione capere homines, & res ciuitatis in qua captus fuit exactus occasione represaliarum?& videtur ꝙ sic, per titu,ff.quod quisq; iuris.¶ Præterea vt dictum est represaliæ sunt quoddam bellum, licet eoipso ꝙ vna ciuitas quæ potest bellum indicere contra vnam ciuitatem,& facit illam sibi hostẽ, eo ipso illa contra quam indicitur, videtur illam indicentem etiam sibi hostem facere, vt.ff.de capti.l.hostes.& sic ab vtraq; parte sunt captiuitates
4 & postliminia. ¶ Contrarium puto verum.† nam tit,ff. ꝙ quisq; iuris.loquitur in iuris executione, vt si ciuitas vna concesśit represalias contra aliam, ex causa non legitima,vel modo non legitimo,ex eadem causa vel eodem modo possunt concedi cōtra aliam. non autem habet locum in executione facti.¶ Nã si vna ciuitas aliquid facit de facto,nō pōt priuatus eodẽ modo facere: de facto tunc em̃ permittitur vindicta: & vindicatio, quòd non licet,vt.l.sciant.§.qui cum aliter.ff.ad legem aquil.

Non obst. quòd dicitur ꝙ statim ex vtraque parte bellum videtur indictum: quia illud procedit quando bellum ex vtraque parte indicitur vniuersaliter, hic autē ex pte īdicētis vni psonæ tm̄ cō cedit, nō autē cuilibet de populo. & sic nō pōt intelligi ex aduerso ꝙ qlibet de populo possit capere ,ppt ꝙ populus cōcedens represalias hoc facit, supplēs defectum superioris, vt dictum est supra, j. quest. principali. Sicut ergo si superior hoc concessisset, alius non posset sua authoritate capere: ita ex aduersò, nec hoc casu. ille ergo qui est exactus si passus est iniustitiam petat à terra sua replesalias more legitimo aliâs sua authoritate non potest exercere, &c.

¶ Explicit tractatus represaliarum editus à domino Barto. à Saxoferrato legum doctore Perusino.

Incipit tractatus de insignijs, & armis.

SVMMARIVM.

1 *Insignia concessa dignitati, uel officio, portat ille qui habet dignitatem illam, uel officium, alij non.*

2 *Insignia singularis dignitatis, puta Regis nemo defert, nec rebus suis depingere facit principaliter: accessoriè sic.*

3 *Habentes ex concessione insignia & arma, illi soli, illis utuntur.*

Arma Barto. & successorum ex concessione, est Leo rubeus cum duabus caudis, in campo aureo.

4 *Quilibet potest sibi assumere arma, & insignia illa portare, & in rebus proprijs impingere.*

5 *Portans arma uel insigna unius, quomodo & quando possit prohiberi, & per quem.*

6 *Assumens arma uel signa alterius, quæ portauit ab antiquo, si ille uerisimiliter non lædatur, nec iniuriatur licitè assumit, & portat.*

7 *Faciens signum unius artificis, quod facit in gladijs, & alijs operibus, licitè prohibetur ab illo, & etiam á quolibet tertio.*

8 *Notarius non potest assumere signum alterius, & si assumit, prohiberi potest.*

Fabricator chartarum, potest prohiberi uti signo alterius fabricatoris.

9 *Habere arma ex concessione Principis prodest: quia alijs præfertur, & non potest ab alio prohiberi.*

10 *Arma, seu insignia domus, transeunt in omnes descendentes de illa agnatione.*

11 *Bastardi non utuntur insignijs de iure, licet de consuetudine non seruetur in Tuscia.*

12 *Signum societatis, societate diuisa apud quem remanere debeat?*

13 *Insignia seu arma qualiter sunt pingenda, infigenda, seu portanda?*

14 *Animalia quæ portantur in armis, si depinguntur in uexillis facies debet respicere hastam, secus si pars animalis portaretur.*

15 *Animalia quando designantur, debent designari in nobiliori actu eorum, etiam quo magis sui uigorem ostendunt.*

16 *Leo, Vrsus, & similia, sunt pingenda erecta, eleuata, & ore mordaci, ac pedibus radentibus.*

17 *Equus designandus est rectus, & eleuatus, quasi saliens.*

18 *Agnus designatur, quasi plenè ambulans per terram.*

19 *Pes dexter semper debet antecedere, quando animal designatur.*

20 *In uexillis inspicitur illa pars, quæ respicit portantem, non pars conuersa.*

21 *Facies animalis depicti in uexillis tubarum, non debet respicere tubam,*

22 *Si duo animalia inuicem se respicientia portantur pro insignijs, non refert quomodo pinguantur in uexillis.*

23 *Insignia consistentia in uarietate diuersorum colorum, quomodo depinguantur?*

Locus prior, & supior, nobilior est posteriore & inferiore.

Color nobilior, debet poni propè hastam.

24 *Aureus color nobilior est cæteris, & per eum figuratur Sol. Nil nobilius Luce.*

25 *Color rubeus, seu Purpureus, repñtat ignem, & est nobilis.*

26 *Asureus color, est tertius, & representat aerem.*

27 *Color albus est nobilior nigro, & color niger est infimus.*

28 *Arma quæ portantur in uestibus, quòd superior pars debet respicere caput, inferior pedes.*

Nobilior pars armæ debet respicere latus dextrum.

29 *Arma quæ pingenda sunt à parte posteriori hominis, pars nobilior debet respicere latus sinistrum hominis.*

Mos scribendi noster, quare sit nobilior more scribendi Hæbreorum.

Bartolus didiscit literas Hæbreas.

30 *Literæ. & arma in sigillis per conuersum inciduntur.*

31 *Arma in clypeis depingēda, nobilior pars debet respicere partem clypei, quæ in portando respicit Latus dextrum.*

32 *Arma depingenda in coopertorijs equorū, nobilior pars respicere debet caput equi.*

33 *Arma quomodo pinguantur in coopertorijs lectorum, in parietibus, & alijs locis stabilibus?*

HOrum gratia De insignijs & armis quę quis in vexillis & clypeis portat, videamus. Primò an hoc sit licitum: & eo casu quo est licitum qualiter sint pingenda, &
1 portanda. ¶ Circa quod dico, quòd † quędam sunt insignia dignitatis, vel officij, quæ portare potest quilibet habens illam dignitatem, vel officium, vt insignia proconsularia, & legatorum, vt. l. j. ff. de offi. proconsu. & lega. & rer. diuisione. l. sanctum. sicut de facto videmus, hodie insignia episcoporum. & ista potest portare quilibet habens illam dignitatem, vt dicta lege alijs autem portare non licet, imò portās incurreret crimē falsi, vt. ff. de falsis. l. eos. §. fin. & ideo puto ꝙ ille qui portat insi-
a gnia doctoratus[a], cùm non sit doctor teneatur illa
2 pœna. ¶ † Quędam sunt insignia cuiuslibet singularis dignitatis, vt videmus. quilibet Rex, quilibet Princeps, & cæteri potentiores habent arma, & sua insignia, & ista nemini alteri licet deferre:
b vel suis rebus depingere,[b] vt. C. de his qui po. no. l. j. & nota in authen. de mand. princip. §. penul. ꝙ intellige principaliter: sed accessoriè non est prohibitum, vt puta in signum subiectionis superponere insignijs proprijs, insignia domini Regis, vel Comitatus, & hoc de consuetudine obseruatur.
3 ¶ † Quædam sunt insignia seu arma priuatorū hominum, seu nobilium, vel popularium. de istis quidam reperiuntur qui habent arma, & insignia, quę portant ex concessione Imperatoris, vel alterius domini, vt vidi concedi multis à serenissimo principe Charolo, iiij. Romanorum Imperatore, necnō
c Rege boemiæ. & mihi tūc consiliario eius, concessit inter cætera, vt ego & cæteri de agnatione mea Leonem rubeum cum caudis duabus in campo aureo portaremus. & istis licet portare talia insignia. nec est dubium. De prīcipis enim potestate disputare sacrilegium est, vt. C. de sacrile. l. ij. ad idem. C. ne li. si. iu. au. in rub. & nigr. sine enim iudicis authoritate prohibetur: ergo cum iudicis authorita-
4 te permittitur. ¶ Arma autem † quidam insignia sibi assumunt propria authoritate, & istis an liceat videndum est & puto ꝙ licet. sicut enim nomina inuenta sunt ad cognoscendum homines. C. de inge. ma. l. ad cognoscēdum. ita etiam ista insignia ad hoc inuenta sunt. ff. de rer. diui. l. sanctum. sed talia nomina cuilibet licet imponere sibi ad placitū, vt dicta. l. ad cognoscendū. &. ff. de fal. l. fal. in prin. ita ista insignia cuilibet portare licet & impingere
d in suo tamen, non in alieno,[d] vt. C. ne li. sine iudici. author. l. ij. & ibi no. per glo. facit extra de concess. pręben. c. dilecti. & quod ibi no. per gl. ¶ Sed que-
5 ro, vnus † portat certa arma vel insignia, alius vult portare eadem, an licet, vel prohiberi possit? videt ꝙ possit portare: quia quilibet potest sumere nomen alterius. ff. ad trebel. l. aut facta. §. si, verò nominis. de leg. ij. l. cum filius. §. patet. & possunt esse plures eiusdem nominis, vt. l. duo sunt titij. de test. tu. & de leg. ij. l. sed & si quis seruum. §. si inter duos, ergo potest quis sumere arma aliena, & plures eadem insignia portare, vel rebus imponere possunt, cum vtrūq; fiat ad cognoscēdum. Ecōtra videtur

a ¶ Insignia doctoratus. Nota ꝙ si qs non est doctor, & portat insignia doctorat⁹, tenetur pœna falsi. adde Bart. in. l. eos. §. fi. ff. de fal. & in. l. data opera. C. de pfesso. & medi. lib. x. cū cōcor. de qb⁹ p Fely. in. pe. Grego. in. viij. col. cui adde do. & Fely. in. c. vt apñcę. de priui. lib. vj. faciūt not. p docto. in. l. Barbarius. & ibi vide Ias. ī. vj. col. de offi. pto. limina tñ pfatā cōclu. Alex. in. di. l. eos. ī addi. Bart. si doctorē se appellat. & aliquē actū facit doctori nō cōuenientē: qa tūc tenet pœna falsi: aliâs nō. Et adde ꝙ ita vr̄ esse de mēte Bal. ī. l. q ptextu C. de sac. san. eccl. & in specie Ludo. ro. ī. l. q aliena. §. interdū. ff. de acqui. here. & d. Māsue. de Peru. ī repe. ru. C. de testa. mili. in xix. chart. Secūdò līta, si fuisset priuatus doctoratu, & vteret insignijs doctoratus: qa tunc extra ordinem debet puniri p ea q̄ no. Bar. de notario in. l. data opera. in xvj. col. C. q accus. nō pos. cū concor. de qb⁹. & p Ias. ī. l. sciēdū. §. fi. ff. q sat. da. co. et scrip. plenè ī tractatu meo de prest. do. li. iiij. de insignijs doctoratus. in. xj. q. prī. Tho. diplo.

b ¶ Depingere. Vide Ias. ī. l. j. C. vt nemo priuat⁹. ī prin. vbi dicit, ꝙ īsignia principis nō debēt depingi, nisi super reb⁹ q̄ sunt principis. ,put videmus in armis sancti marci, q̄ non pingunt sup hostiū domus nisi sint illustrisi. do. Tho.

45 fin.C.de or.cog. quęro† an vaſallus teneatur alere dominum
ęgenũ. certe ſic, alš poſſet dñs cui alimenta deneganť auferre
46 ei feudũ, vt.x.col.de for.fid.c.j. Quæro: † tutor denegat ali-
mẽta pupillo. an ſit iuſta cã remouẽdi eũ? Rñ.ſic. & etiam pu-
niẽdꝰ eſt, vt.l.fi.ff.ubi pu.edu.debe.& .l.iij.§. tutor q alimẽta.
47 de ſuſpe.tu. ¶ Quæro† an ſnĩa lata ſuper alimẽtis ſit interlo-
cutoria, vel diffinitiua? Rñ. ꝙ eſt diffinitiua, vt.d.l.ſi quis à li-
be.§.ſi qs ex his.de li.ag. Quæro an à ſnĩa lata ſuper alimẽtis
poſsit appellari? dic ꝙ ſic.do.Franſ.tigri.de piſ. Dicit oppo-
ſitum: qa iterum prouideri poterit, quòd cum ſit, informata
conſcientia iudicis per alimentarium: tamen ſententiam pro
eo tulit. faciet interim alimenta præſtari, vt.d.l.ſi quando ne-
gotium. quæ communiter intelligitur quando pars petens
alimenta, intentionem ſuam fundauerat & iudicis conſcien-
48 tiam informauerat. ¶ Quero, an maritus† teneatur alere vxo
rem, & qñ habet ab ipſa dotem? nõ eſſet dubiũ ꝙ teneať eam

a ¶ Nullam habet dotem. Vide Alexan.in.l.si cùm dotem.§.sinautem in sæuisimo.in.ij.col.ff.solu.matrimo.& in cons.xxvj.in.vj.volu.in.ij.col. Thomas diploua.

b ¶ Pro restitutione. Vide Bartol.in.l.lucius.ff.de ali.& cib.leg.& Pau.de ca.consi.viij.incip.quo ad primum.Tho.Diploua.

c ¶ Vltimò quæro. Vide Bar.in.l. Imperator.in fi.ff. ad trebel.& do. Vitalē in suo tracta. clausularū.in clau. an iuri alimētorū posit renunciari? in.xv.co.& sequē. vbi plenè examinat dictum Bar.& quomodo intelligitur. Tho.Dip.

d ¶ Imperator hic finit tractat⁹ Bart. siue Nicolai domini Ale.de Perusio. cui fecit additiones dñs Ang.de vbaldis de Perusio, quę modo imprimūtur. Alium quoque alimētorum tractatū fecit dñs Pet. de vbaldis frater ipsius Ange.& Bal. maximus canonista: quē posuit super c. cum nō habeat: de eo qui duxit in matrimonio quā polluit per adulte.incip.tracta. de alimentis.iiij.simpliciter videam⁹. qbus adde supradicta.& etiam q si creditor fecit aliquem incarcerare, & non est soluendo, tenetur p̄stare alimēta debitori in carcerib⁹. secundum Bal. in tracta. de carceri. in vlt.char.in fi.& Ange.de are.in.§.fin.in fi.institu.de actio.& nota.quia pluries practicaui in Romādiola, & etiā Venetijs diebus proximis elapsis coram.R.domi.Cęsare bachono vicario. R. do. Hierony. quirini patriarchę Venetiarum vicario dignisimo,& compatre meó. Adde etiā domi. de rota in decis. cxliiij. in antiquis incipit, not. q accusato de crimine, vel super bonis, pendēte lite, administrantur alimenta. Item in causis alimentorum, proceditur summariè. vide text. gloss.& Bart.in.l.si quis à liberis. q limita in alimentis de futuro. secus de præteritis secundum Barto.in.l.de alimentis.C.de transc.& ibi vide Ias. & eundem Iaso.in.l.cum hi.in princip.post Albe. de rosa.ff. de transac. & Pet.de ancha.in clemen.j.de iur.patr. Item in causis alimentorū proceditur diebus feriatis.vide Alexan.in.l.j.in.iij.col.ff.solu.mat.& ibi vide q alimenta cum maiori facilitate præstētur, & alia priuilegia alimentorum ponit Bar.in.l.mela.in prin.ff.de alimen.& ciba.lega.

¶ Adde etiam, q vbi relinquitur pecunia pro alimentis, videtur esse de mente testatoris q de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata præstantur.tex.est in.l.diuus.& ibi Alexan.in.ij.col.ff.ad.l.falcidi.Item alimēta legata Titio & familiæ quę & quibus veniāt. & vide Ale.in cōs. clxxviij.in.vj.vo. inci.videť forsam. in prin. Itē iudex nemine instāte & petēte offō se īterpōit: fauore alimētorū.l.diuus.& ibi Ale.vbi videas.ff. ad.l.falci.item alimentorū on⁹ seqť bona, ad quēcūq trāseāt.l.ij. in prī. & ibi Bar.in prin. & circa mediū. & in.l.solēt.ī.ij.co.ff. de ali.& ci.le.Imo. & Pau.de cas.in.l. nihil.de leg.j. Itē alimēta p testatorē relicta Titio si non petijt ab hærede, & iussu suis sumptib⁹ nō p̄t illa petere. vide Pau. de cas. de vidua.ī.l.diuortio.ī iij.col.ff.sol. matr. & Fely.plenè in.c. ex pte.in fi. de accu. q no. qa practicaui in cā Fede.de sup chijs de castro medij de Pisauro. itē an ille q teneť p̄stare alimēta, sufficiat sibi dare p̄bendā vel ponere ipm ī hospitali ad alimēta? vide Car. Ale.in.c.cū hēret. in.ij.col.de eo qui duxit ī matri.quā pol. p adul. & an si qs teneť quē alimētare teneať etiā ad mercedes magistrorū? vide Bal.in l.q filiū. ff. vbi fil. educa. de.itē legatū alimētorum est arbitrariū ēt si hřs nō cōfecit inuētariū: qa nō debetur insolidū, nec vltra vires hereditarias. Bal.in.l.volūtatis. in.ij.colū.C.de fideicō.& in consil. cxv.in.iiij.vo. īci. cōsiderā. & in taxatione istorū alimētorū, debet fieri ex fructib⁹ hřditatis, vt p doct. in l.Imperator.ff.ad treb.& tenet Bald.in.d.l.cum voluntatis. item in alimentis præstandis, debet haberi ratio ad bona emphyteu.item ad legitimam ipsius, filij debētis.item etiā debet deduci æs alienū vt plenè per Ale.in cōs.c.in.j.vol. inci.super primo casu in vl.co.itē debet haberi cōsideratio, ne filius fame pereat, vt puideať filio & heredi sicut & legatario, vel vxori in dictis alimentis taxādis.vide plenè per Bal.in.d.cōsilio.cxv. vbi omnino videas.

alere: quia dos tenetur & debet reseruari onerib⁹
matrimonij, vt.l.pro oneribus.C.de iure do. Sed
a quando vxor nullam habet dotem[a], dico idem si
ipsa marito operatur. & idem in hærede mariti
dissoluto matrimonio, vt no.glos.l.si cum patronus.C.de oper.lib. aliâs si ei non operaretur, credo eam non alendam, nisi ipsa esset furore detenta, vel si maritus eam expulerit: cùm tunc non stet
per ipsam, quominus operetur marito, vt.l.si cū
dotem.§.sinautem in sæuisimo.ff.solu.matrimo.
& no, per Cy.in.l.quòd in vxorē.C. de nego.gest.
49 ¶ Quæro† quid econtra. an vxor teneatur alere
virum ægentem? Specu.tenet q sic.in titu.qui filij sint legi.§.j.versi. quid si mulier. & vide etiam
de iure dot.l.vbi.&.ff.solu.matrimo.l.si cōstante.
50 in prin. ¶ Quæro† an vxor habeat bona viri obli
b gata, pro restitutione[b]: Iac. de are. dicit quòd sic,
per.l.lucius.ff.qui po.in pig.habe. oppositum tamen tenet do.Franci.tigri.de Pisis, per.l.j.ff.solu.
matrimo. ¶ Quęro an tutor teneatur alere pupilli
matrem & sororem ægentes? dic quòd sic, vt.l.si
51 post.in princi.ff.de tute.& ra.distra. ¶ Quæro† si
tutor est pauper, nec habeat vnde se alat, an debeat ali de bonis pupilli? text. videtur q sic.in.l.j.
§.si pupilli.ff.de tute.& ra.distra. ¶ Vltimò quæ-
c ro[c].an alimenta sint præstanda de pecunia redacta
ex vēditione rerum, an ex fructibus earūdem? dic
quòd ex fructibus & reditibus debent alimenta
præstari, vt.l.iij.§.modest.ff.vbi pupil.edu.d.e.
d &.ff.ad trebellia.l.Imperator[d].in fine &c.

¶ Istę sunt additiones Ang. de Perusio, quas inueni in.xx.lib. consilio. post tractatum Bartol.de alimentis.manu scriptum in char.cclxxxij.T.

¶ Adde p̄dictis: q potestas & alij maiores officiales, tenentur alere eorum iudices & officiales si infirmentur, & eis medicinas dare, & expensas tantum condecentes facere: inspectis conditionibus, qualitatibus, & gradibus personarum, ad recuperationem sanitatis. ita dicit Cy.in.l.quòd in vxorem.C.de nego.gest.quem sequitur ibidem Bald. & nota.per Bartol.in.l.legatis alimentis.ff. de alimen.& ciba.leg.& per eundem in.l.si cum dotem §.sinautem in sæuisimo.ff. soluto matrimo.in fin. lectu.illius.l.& not.per Specu.in titu.qui filij sint legiti.versi.sed nunquid. his qui tenentur pręstare alimenta. ¶ Item domi.Bartol.in quodam suo tracta.dicit q per alimenta educationis, vel vict⁹, debentur medicinæ: cùm non sit posibile sine eis vitam sanam ducere. pro quo est text. in dicto.§. sinautem. ibi, alimenta præstare, & medicinis eis succurrere.& nota.in simili in.l.dignum.ff. de his quib.vt indig. ¶ Item nota. q per diarium, vel cibarium, solus cibus debetur: non autem vestimenta, habitatio, vel alia supra dicta, vt.l.diarijs.ff.de alimen.& ciba.leg. & q appellatione cibi, etiam potus intelligitur, vt.l.ei non sic.§.si cui escarium. de auro & argen.legato. &.l.j. de alimen.& ciba. leg. & cùm debentur cibaria, medicinæ non debentur: quia eum solum cibare, & non alimentare tenetur, quorum appellatione venissent prædicta, & ita refert Barto.se consuluisse.idem dicunt Franci.tigri.& Ioan.de ligna de quo no.in fi.in.l. sed scien.&.l.de ætate.ad trebell.ibi, impendiorū quoq; rationem haberi.&.j.sequitur, salutis & dignitatis ratio habēda est &c.& not.in.l.idemque. §.labeo.ff.mand.& in simi.in.l.sumptus.ff.de pac. in.l.quid proprio.§.litis impendia.ff. de procur. & not.in.l.j.§.item sumptus litis.ff.de tute.& ra. distra. Nam cibaria cōgrua debentur, in obsequiū aliorum exercentibus, vt no.in Spec.de salarijs.§. sequitur.versi.quid si aduocatus in aliquo casu.& ver.sunt hic.argu.cum simi. Idem nota.in testibus qui ob obsequium alicuius, testificantur vt sumptibus producantur & alantur, vt no.l.quoniam. C.de testi.&.l.eos.C.de app. & in.l. si quis ex signatoribus.ff.quemadmodum testa.aperi.cum simi.vide in fi. ff. de lib.exhi.l.si quis à liberis. in prin.ibi, quorūdam ægritudine. & cum æquitate hæc res deciditur. Ang.de vbal.de Peru.

¶ Explicit tractatus super alimentis, æditus per do.Bart. à Saxoferrato excellentisimum legum doctorem &c.

¶ Incipit tractatus quæstionis ventilatæ coram domino nostro Iesu Christo inter virginem Mariam ex vna parte, & Diabolum ex alia parte.

SVMMARIVM.

1 *Christus humani generis, uerus est saluator, & authorisans.*
2 *Iudices interdum secundum iura utuntur mera iustitia, quādoque iuris rigore, uel etiam æquitate, prout persona. locus, causa & tempus desiderant.*
3 *Qui malè agit, odit lucem.*
4 *Iudicium quot & quibus personis constet?*
5 *Mores mulierum, leuiter offenduntur.*
6 *Mulieres ab omnibus officijs publicis abstinere debent: tamen pro miserabilibus personis, pupillis, & uiduis ad postulationis officium, admittuntur.*
7 *Nulla dierum præscriptio iuuat malæfidei possessorem: quia hi uerè poßident, quorum nomine poßidetur?*
8 *Quid si patres comederunt uuas acerbas, & dentes filiorum obstupuerunt.*
9 *Remedium ordinarium ubi habet locum, non est recurrendum ad extraordinarium.*
10 *Quibus dolis & laqueis, uel insidijs ad fallendum genus humanum utatur Cacodemon.*
11 *Angelus qui peccauit iusto Dei iudicio, fuit puniendus.*
12 *Deus (ut omnium in ore uersatur) creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam.*
13 *Qui occasionem damni dat (ut regula canit) damnum dedisse uidetur.*

NOstis fratres charisimi, inquit Sathanas. proditoria ministeria Iudæ: procurauit & ipse Iudas magistrum suum prophetam qui filium Dei se dicebat, morti tradi fecerit. Nostis etiam qualiter genus humanum ab ortu & creatione mundi, fuit damnatum propter inobedientiam Euæ, ac posteà fuit saluatum per virginem Mariam gloriosam. nam mulier damnauit, & mulier saluauit. Cogitauit itaque nequitia infernalis, ac etiam ineffrenata cupiditas inter se, cùm astutia: conuocato, habitoque diabolicæ fraudis consilio: qualiter posit genus huma. in suam pristinam reducere seruitutem, & intuens ille fraudulentus machinator,

naturam

naturā mulieris debiliorem existere viri, suggessit vxori Pilati volenti impedire mortem Christi & dū à somno discederet eius viro Pylato dixit hæc verba: Multa enim passa sum hac nocte &c. Profecto iudæi viderunt Deum saluatorem nostrum, multa miracula facientem dicebant: Expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Alij autem dicebant non expedit Christum mori, vt voluit inferre mulier Pylati: quia solatium est miseris socios habere pœnarum, vt. ff. qui & aqui. l. prospexit. ~~xiiij. q. iij. c. memoria.~~ volebant ipsi iudęi ipsis stantibus in iudaica perfidia, vt totus popul⁹ Christianus deperiret, faciens ad instar canis, qui dum iacet in paleis, Asino ibidē existente, non comedit paleas, nec quòd asinus comedat, vult cōsentire. vnde in hoc dubio existēs dixit Pilatus: Quod scripsi scripsi, vt ꝓbatur. ij. q. j. c. multi ~~interfecerūt~~. & arg. xxxij. q. iij. c. obl. & ita fuit crucifix⁹, mortuus, & sepultus. arg. l. dist. c. ~~prudentem~~. vnde cogitauit malitia, & nequitia infernalis, longo ac malitioso ponderato consilio, ꝙ procuratorem mitteret ad p̄sentiam Iesu Christi sufficienter instructum. accedat ꝙ legitur. xiij. q. ij. c. iussit. cir. princ. ad petēdum quòd genus humanū ad ipsius pristinam reduceretur seruitutem. aliàs non valuisset procurator. vt extra de procur. c. j. & C. de satisda. l. vnica. nec miremur si dicimus, ꝙ demon ad p̄sentiam superioris potest accedere: quia loquimur verum esse Christum humani generis Saluatorem authorizantem. † Quia sicut scitis 3
demon vbicūque est p̄sentialiter, potentialiter cruciatur: quia pœna ipsum comitatur sicut lepra leproso est infixa, vt. ff. de pœ. l. quis ergo. & sicut vanus casto, vel tuba p̄conis laneis, vel pellibus, vel frumento, & licet demon sit vbique, (vt dictum est. s. s. p̄sentialiter) hæc sua tamen pœna nullatenus in aliquo releuatur: quia propter eius immensam superbiā, ad pœnam inferni perpetuam extitit cōdemnatus. Procurator legitimè cōstitutus, & assuetus ad præsentiam Christi accedens, dixit: Creator cœli & terræ ego sum dānatus, & procurator nequitiæ infernalis: vnde coram vobis cōpareo, & ad informationem vestrā placeat aliquātulum me audire: quia si vobis placeat, quædam breuiter explanabo. Respondit dominus: Tu scis ꝙ merita causarū, partium assertione panduntur, vt. C. si per vim vel alio modo. l. fi. in fi. & extra de accu. c. qualiter & quando. la. ij. vnde à te nullatenus volumus informari. Recolimus enim dum per mūdum ambulabamus, qualiter nos informare volebas, dum dixisti nobis: dic ꝙ lapides isti panes fiant, dixisti quoq; ꝙ mirabilia nobis dares si te adoraremus. Dixit demon prædictis auditis: Domine Deus vos estis iustitia, vt. xlv. distin. c. communis. vnde à vobis iusto iudice peto mihi iustitiam exhiberi peto namque genus humanum in ius vocari: cum ab ea parte ius incipiat, vt instit. de pœ. te. li. §. fin. & extra de probatio. c. quoniam contra falsam. & ipsum genus humanum coram vobis cōpareat ad tertiā diem vtilem, ad respōdendum mihi procuratori nequitiæ infernalis. ¶ Et ecce procuratorium meum, vel mandatum, quod coram vobis allego, & ꝓduco: cum aliàs admitti non debeo. l. j. C. de procura. & extra de procu. c. j. Quo inspecto, cùm diabolus non careret in iudicio omni calumnia dixit dominus de die agatur. respōdet demon ad diē crastinā fiet dilatio. ¶ Tūc respōdit Iesus: Tu. s. dixisti de tribus dieb⁹ vtilibus: quomodo ergo reuocas quod dixisti? tu bene nosti experientiā facti, vt. l. ij. in prin. C. vt in pos. leg. & scis ꝙ lōga via est à terra vsque ad cœlum, quam viā tu bene expertus es, dum per superbiam tuam de cœlis nostra authoritate cecidisti. vnde cū discordes simus in assignatione diei, non tibi, sed nobis vt iudici est diē partibus assignare, vt. ff. qui satisda. cog. l. de die. in prin. & arg. extra de iure patro. c. cùm autem. & extra de offi. deleg. c. de causis. Ideo nos tibi & humano generi assignamus tertiam diem vtilem, vt in diem veneris sancti: quia in ea die in crucis patibulo mortem sustinuimus, acriter corporalem. ¶ Respondet demon, ea dies vbique locorū est insignis, & celebris, vt extra de foro cōpe. c. fi. sic etiam iure, per ora principum diuinitus promulgata testātur, vt. C. de præscri. lon. tempo. l. fi. & probatur. C. de vete. iur. enuc. l. j. quare citatio, & quicquid ex ea sequeretur, non valeret & nullius esset momenti arg. extra de no. ope. nun. c. ij. ff. de reg. iur. l. cùm principalis. Respōdit Iesus, nos iura condimus & authoritatē damus iuribus, non iura nobis: quare volumus citationem valere, vt insti. de iur. na. §. sed ꝙ principi. non ob. ꝙ talis dies veneris sancti sit iuridicè feriata. & Dixit Angelo Gabrieli Iesus p̄cipiendo notificare cū tuba ferrea. vt extra de app. c. cū parati. & C. de fer. l. cū dies. vt ad dictū diē genus humanū veniat respōsurum coram nobis procuratori neqtię infernalis. Quibus peractis recessit demon ad inferos, cū talib⁹ nouis, qualia superius audiuistis, & omnia gesta per Iesum. & cū diabolis socijs suis infernalib⁹ reuelauit. Videntes aūt demones ꝙ nullū grauamē, nullàque iniuriam in dominū inuenerūt habito consilio eorum statuerunt, eūdem procuratorē ad diem statutū mittere, vt uideret iustitiam iudicantis. qua die sancta adueniente, cogitans Demon, ꝙ maior erat contumacia actoris q̄ rei. arg. C. de iudi. l. properandū. §. si qdē. & §. seq. & ꝙ in regno cœlorū habebat inimicos, cōparuit tempestiuè (vt loquamur more humano) in loco ubi seu in quo ꝓ tribunali Iesus stare cōsueuerat, vt ff. de iusti. & iu. l. oēs populi. §. alia. & ff. quis or. in bo. pos. ser ue. l. ij. qa in domo Dei mansiones multę sunt. facit ꝓ hoc gl. no. lxxxiij. dist. c. ad hoc. in gl. super uerbo, & potiores. & cū tex. de pœni. di. iij. §. porrò. ver. in domo patris mei &c. facit etiam ꝙ habet Ioan. xiiij. c. ¶ Adueniente itaq; die veneris sancti, statim comparuit demon dicens: dn̄e Deus ego sum ille dānatus, q habeo cōqueri corā vobis contra genus humanum. dixit dn̄s: vade & expecta, tu scis ꝙ totus dies cedit humano generi, vt ī aut. de iudi. §. sedebūt. col. vj. & insti. de inuti. stip. §. pen. expectauit ergo demon vsq; ad horam nonam & videbat (vt more humano loquamur) alios euntes, & redeuntes, vnde satis dolebat: qa ipse solus audiri non poterat. Qua propter, assumpta audacia iteratò dixit: ò pater qui es summa iustitia, ego me p̄sento corā te, cōtra genus humanū. cui dn̄s ait. ò importune, & proterue, nonne dixi tibi ꝙ tota dies cedit humano generi. & sic expectauit demō vsq; ad noctis tenebras, vt extra de offi. dele. c. cōsuluit. & cœpit vociferare Diabolus dicens: vbi est iustitia tua domine quam etiam in cœlis vix inuenio? dixit dn̄s: veni maledictæ qa iam est hora vt te audiamus. & exhibuit statim citationē: qua exhibita exclamatū extitit p Angelū Gabrielem. si est ibi aliquis pro genere humano, verūtamē quilibet obmutuit. Tūc dixit demō, nemo credat ꝙ ego velim ꝓcedere nisi curiali modo, quo posito cōstat de cōtumacia generis humani: quare cū sup hoc dicant iura qualiter iudices agere debeāt, nō tn̄ statim sn̄iam excōicationis fulminare, vt vos scitis. egō non peto hoc, sed peto tantū literas, qbus contineat ꝙ ego sufficienter cōparui nemine ꝓ humano genere cōparente. Nescio igit qd minus possum petere, vt. ff. de serui. vrba. prędi. l. quidā iberus. quia sicut ego aliàs dixi, curialiter agere ꝓpono. verūtamē nō quę rebat demō nisi ꝙ nos cautè redigere posset in pristinam seruitutem & in primeuam obedietiā ad quā vt nostis fueram⁹ cōdemnati p factū Euæ. Rn̄det dn̄s qui nouit abscondita te-
2 nebrarum. † Tu scis ꝙ iudices qn̄q; secūdū iura vtunt mera iustitia, qn̄q; rigore iuris, qn̄q; æquitate secūdū personas, cās, loca, & tpa, vt legit extra de homi. c. sicut dignū. C. de legi. & cōsti. l. j. & xlv. dist. c. dn̄s. ¶ Vn̄ cum æquitatem ante oculos habeamus, vt. ff. de eo ꝙ cer. loco. l. ꝙ si ephesi. in fi. volumus ipsa æquitate suadente, præsentē diē in diē crastinā prorogare, quā tibi humano generi assignamus ad cōparendum legitimè coram nobis, ipsamq; ꝓrogamus, vt superius est expressum, ꝙ de iure possumus, vt extra de offi. deleg. c. cōsuluit. exclamauit voce magna Demō, & dixit: Dn̄e vbi est iustitia tua? Iam em̄ his per ea quę video in exercenda iustitia defecistis. Dixit dn̄s, eijcias eum foras, nonne tibi diximus ꝙ volumus equitatē seruare? & ipse demō sic eiectus de regno cœlorū ad inferos rediens, primò dura socijs suis retulerat: modò retulit duriora. Verūtamen dixerunt demones adinuicē. si æquitate pensata dn̄s Iesus iudex noster ꝓcessisset: certè te procuratorem nequitiæ infernalis audiuisset. ex quo em̄ ęquo quis vtit nemini facit iniuriā, vt. ff. de aqua plu. arcē. l. j. Sed ex quo te audire noluit iuris tramite, discedere non tardauit. vn̄ postq̄ res sic se habet crastina die ad Iesum iudicem nostrum hora tempestiua dirigas gressus tuos. Sero autē facto fuit magnus rumor in cœlis, qualiter genus humanum erat in cōtumacia: chorus sanctorū exclamauit dicēs: Domine Iesu Christe Rex gloriæ & mundi saluator nō est bonū humanū genus deperire, scis em̄ nisi fuisset clemētia tua: q ęqtate pēsata diē ꝓrogasti in diē seqūtē qualiter gen⁹ humanū firmasset pedes suos in stabili gradu: & sic finaliter clamauit voce magna chorus sanctorū, in fauore humani generis adeò quòd rumor ascēdit ad aures beatæ Mariæ virginis, quo audito & intellecto ipsa amarissimè fuit turbata. Et inquirens quod erat innouatum, nec poterat inouari dilatiōe pēdēte, vt. C. de dila. l. siue ps. dixit publicè quòd voluit esse aduocata humano generi. quo audito omnis chorus cœlestis magno gaudio fuit repletus. Manè autem, rediit procurator nequitiæ infernalis tēpestiuè subditus ad cōsistorium & iudicē: & cum cordis amaritudine vidit Christū cū magnitudine sedētē ꝓ tribunali postea autē aduocata hūani generis venit, cū comitiua g̃liæ cœlestis & cū multitudiē angelorū alta voce canētiū Aue regīa cœlorū. & ad ipam magnanimā dā erāt interp̄tes hūani generis & dicebāt:

mater misericordiæ nos qui sumus humanum genus ab hoste
maligno protege. Quibus auditis aduocata, vltra processit, &
sedit ad dexteram filij Dei patris omnipotentis, & turbata
valde (vt eius facies indicabat) allocuta est filium suum dicēs.
Responde fili mi: audio genus humanum vocatum ad præ-
sentiam vestram: quare si est aliquis qui contra genus huma-
num causam se habere dicat, assurgat. Dixerunt Angeli, ò ad-
uocata humani generis, vide versutū procuratorem nequitiæ
infernalis dānatum, ex eius immēsa superbia, dum inter nos
residentiam faciebat. ipse enim est ille qui non cessat infestare
iudicem contra genus humanū: qui statim cum vocatus fuit,
cito comparuit demissa facie, & animo petulāti. Quo audito
Diabolus beatam Virginem aduocatā humani generis eleua-
3 tis oculis, non audebat aspicere: † quia qui malè agit odit lu-
cē, vt extra de offi. deleg. c. cōsuluit. & ff. de ven. inspi. l. j. circa
me. virgo enim Maria ipsum procuratorem nequitiæ infer-
nalis cum horribili oculo respiciebat, & magnā perturbatio-
nem eius facies indicabat. Dixit autē dn̄s demoni: modo di-
cas quicquid habes dicere contra genus humanū. Respondit
Demon. ¶ Sancte pater, non moueat te caro & sanguis tuus.
nec etiā amor matris tuæ, arg. extra de p̄ben. c. graue. ibi, car-
nalitatis sequens affectū &c. sed sola iustitia: quia vos estis iu-
stitia, vt. xiiij. distinc. c. Deus noster. vos enim estis charitas,
æquitas, & veritas, & vos dicitis, via, veritas & vita vbique lo-
corum sum, ergo faciatis ꝙ scribit Ioan. j. c. Dixitque demon.
4 † ego dicā causam meā, sed nō video cū quo loquor: quia vt sci
tis iudiciū cōstat ex tribus personis, vt extra de ver. sig. c. fo-
rus. & C. ad. l. cor. de fal. vbi p̄sonā autē rei seu cōuenti nō vi-
deo: qūo ergo causam dicā: qa non habeo rn̄dentē legitimè qs
sit legitim⁹ cōtradictor? vide Cy. in. l. fi. in. v. col. C. de edi. diui
Adri. tol. Respōdet beata Maria virgo, dictum demonis facit
pro me. dicit enim ꝙ iudiciū cōstat ex tribus p̄sonis. s. iudicis,
actoris, & rei. Sed ego nō video p̄sonā actoris, ꝙ est primum
fundamentū, vt. ff. si pars hær. peta. l. j. §. j. & ff. de iure codi. l.
quidā referūt. cū si. ergo demon audiri non debet, & pronun-
ciari & declarari peto cum instātia q̄ttū possum. ipse enim ꝙ
de seipso deberet dicere, de alijs attestatur. ꝙ est cōtra. l. in are-
nā. in fi. C. de inoffi. testa. respōdet demon. fundata est ammo-
do p̄sona actoris. s. ex ꝓcuratorio meo, iam. s̄. allegato, & pro-
ducto scripto manu notarij publici anno domini. Mcccliiij.
indi. v. p̄sente Raphino de machometo, & Cerbero, & q̄ plu-
ribus adhibitis rogatis, & vocatis ad chartā ꝓcurę, ita ꝙ am-
modo fundata est p̄sona actoris, maximè cū ex parte iudicis
ad mei procuratoris legitimi petitionē citatio emanauit. Di-
5 xit aduocata † ꝙ mores mulierū leuiter offendūtur, vt extra de
verb. signi. c. forus. & C. de spō. l. iiij. vnde ne teneamus diem
in lōgo sermone, peto copiam citationis mihi exhiberi: quia
sic oportet fieri anteq̄ ad alia procedamus, vt. ff. de procu. l.
ij. & extra de proba. c. quoniā contra falsam. Demon ait: cui
fiet copia? partē enim conuentam quæ in iudicio legitimè in-
teresse deberet non video. respondet aduocata. Ecce me quæ
sum aduocata humani generis, & pro ipso genere humano
parata sum stare in iudicio, & tibi iuridicè respōdere. Respon
dit diabolus: audi pater & domine iudex, & respice veritatē:
quia tua mater ab omni aduocationis officio excludit̄. ¶ Ad-
uerte primò: quia mulieres pro aliquo postulare prohibētur:
quia virile est officiū, vt. ff. de postu. l. j. & iij. q. ij. §. sunt tres. in
fi. Præthereà ipsa est mater tua, vnde ipsam reddo suspectā, vt
extra de appel. c. postremo. & c. cum speciali. & C. de asses. &
dome. l. domesticus. nam si matris tuæ officiū admitteretur. s.
vt aduocare posset pro humano genere, posset de leui mater
tua te Iesum filiū suū ad suā partem trahere, & sic ius & iusti-
tia à suis terminis totaliter deuiaret, ex quibus dico eam non
esse admittēdam, & pronunciari, & declarari peto. Dixit ad-
uocata filio suo: Caue fili mi, ne fraus illius versuti te circūue-
niat. asserit me enim aduocatam generis humani, non esse ad-
mittēdam: mētitur enim: cū verè cōtra veritatem loquatur, &
etiā cōtra iura. nā in eius ore nunq̄ fuit veritas inuenta. Nosti
6 dn̄e iudex fili mi, † ꝙ licet mulieres nō admittātur ad postula
tionis officiū: tamē pro miserabilib⁹ p̄sonis, cōiunctis, pupillis
& viduis bene admittūtur, vt extra de procu. c. fi. & iij. q. vj. c.
sunt autē. C. de aduo. di. iud. l. petitiones. §. licentiam. & ff. de
procu. l. seruū quoque. vtile est etiā, si bene inspiciam⁹ fili mi,
vbi sunt magis miserabiles p̄sonę, q̄ in mūdo quē iste procura
tor nequitiæ infernalis nititur redigere ad primeuū statū, &
ad pristinā seruitutē, ꝙ est cōtra mores, & iustitiā, & iura natu
ralia, vt. ff. de iusti. & iur. l. manumissiones. cū si. Prætereà ipse
dicit & allegat ꝙ ego sum mater iudicis: vnde tanq̄ mater, qa
suspecta admitti nō debeo in iudicio. sed cōtra hoc est ꝙ de-
beo admitti & audiri: nā possum p̄sentem causam defendere,
ipsamq; ꝓsequi: qa mea interest tanq̄ aduocata. nā si essem
iudęa vel excōmunicata, defensiones meæ mihi saluę essent,
& audiri deberē. arg. extra de excep. c. cū inter priorē. & c. di
lect⁹. filius. cū simi. Multo ergo magis admitti debeo, cū nulla
infamia penitus sim detenta. ¶ Pretereà nosti fili mi charissi-
mè, tres etiā ordines approbatos. Primus est ordo cōiugato-
rum. Secūdus virginum. Tertius est ordo continentium. qui-
bus tribus ordinibus approbatis, ego sum inserta. scis ꝙ con-
iugata fui primo cū Ioseph viro meo. Scisque secundo ꝙ vir-
go fui ante partum, virgo in partu, & virgo post partū. cōce-
pi, & peperi te, ex sola tua potentia sine coherētia alicuius, si-
cut granum sine alterius coherentia germinat, & sicut virga
Aaron florens frondes, & fructus pertulit absque semine &
radice. Sūque tertiò & fui continens sicut scis, & hoc dico &
coram te allego fili mi dulcissimè & iudex iustè ad denotan-
dum tres ordines. s̄. dictos esse in humano genere fixos nodo
indissolubili. vnde cum propter meipsam genus humanū sit
in me: debeo & possum necessariò aduocata generis humani
nuncupari: quare aduocata admitti postulo tanq̄ factū meū
proprium prosequens, vt. C. de procu. l. qui stipendia. & ff. de
procu. l. fœminas. Dixit demon: domine iudex hoc serio peto
per vos interloqui vt legitimentur personæ. Et interlocutus
est dominus & pronunciauit, & declarauit Mariam virginem
esse legitimā aduocatā, & admitti, & audiri debere ipsumque
procuratorem nequitiæ infernalis esse etiā admittendū. Et sic
etiā admisit, & procurationis & citationis copiā virgini Ma-
riæ exhiberi, & edi iussit, & sic factū est, vt. l. ij. C. de eden. &
cū in nullo possit redargui aduocata dixit, si vult aliquid di-
cere dicat procurator neqtiæ infernalis. ꝓponit itaque pro-
curator nequitiæ infernalis in hūc modū: Moris est, & discre
tionis, & cautelæ cuiuslibet sapiētis viri, volentis cōtra alium
agere, primò interdictū restitutoriū ꝙ sibi de iure cōpetit in-
tentare, vt. ff. de rei ven. l. j. & l. is qui destinauit. quia sicut sci-
tis domine iudex, melior est cōditio possidētis, vt. ff. de rei vē.
l. fi. insti. de interd. §. j. extra de fid. instr. c. inter dilectos. & ff.
de ver. obli. l. si seruū. Quare ego procurator, & procuratorio
nomine primò & principaliter peto, me restitui ad pristinā
possessionē generis humani torquēdā, & cruciandā, vt prius,
& parat⁹ sum statim probare Sathanā & meo nomine quo. s̄.
fuisse in ipsius humani generis possessionē pacificā, & quie-
tam, & me spoliatū esse, & fuisse. nā ista duo conueniunt pro-
bari, vt extra de resti. spol. c. olim. & extra de offi. deleg. c. cō-
sultationibus. & iij. q. j. c. iij. & per totum: quia redintegranda
sunt omnia spoliato, anteq̄ ꝓcedatur vlterius, vt. ff. de vsur. l.
videamus. cum simi. ¶ Aduocata autem respōdit: audi fili mi
benedicte, iniquitatem diaboli, qui cum gerat partem actoris
falsò: quia nullo modo agere debet neque potest peti, vt sui
moris est primò & ante omnia restitui debere in possessionē
generis humani, & bene scis domine iudex, quòd iura loquū-
tur in rebus spoliatis restituendis, & sic loquitur totus titu. de
resti. spolia. quare restitui nequaq̄ debet: quia non est dene-
ganda eis restitutio, qui possident non vi, non clam, non p̄ca-
rio, sed iusto titulo & bona fidè, vt. ff. ꝙ vi aut clam. per totū.
extra de p̄scri. c. vigilāti. cū si. demones aūt nequaq̄ homines
possederūt: sed velut custodes carceris inferni, vt ad ianuas sta
rent, deputati sunt, sicut fuit Bedellus, & Graseus diaboli in-
fernales qui custodierūt. vnde nō possederūt, sed solū simpli-
ces custodes fuerunt p̄dicti diaboli ipsius humani generis, &
procuratores neqtię infernalis: vnde cū eos custodierint, & nō
possederint: meritò dicto ꝓcuratorio nomine, nec suo resti-
tui debet, & ꝓnūciari peto, facit. l. iij. §. fi. ff. de acqui. pos. Prę-
7 tereà fili mi audi q̄so. scriptū est, † enim ꝙ hi possident quorū
nomine possidet̄, vt extra de resti. spol. c. cū venissent. in fi. &
C. de p̄scri. xxx. vel. xl. ann. l. malè agitur. & insti. de interdi. §.
possidere. Sed sic est, ꝙ vos dn̄e iudex fili mi homines possi-
detis: qa vos homines creastis: & sic homines vestri sunt: ergo
in aliena re, & in homine quē creastis, nō potuit Demō habe-
re bonā fidē, quātocunq̄ tēpore possederit, vel tenuerit: cùm
nulla dierū p̄scriptio iuuet malefidei possessorē, vt extra de
p̄scr. c. vigi. vnde bona fi. demō caruit, & caret; ergo nō est bo-
nęfi. possessor, sed malęfidei detētor dicit̄: nā aliud est posside
re, & aliud detinere, vt. ff. de rei. vē. l. offm̄. ī fi. & ff. de acq. pos.
l. iij. §. fi. igit̄ nulla fit possessio, vt. ff. de ver. si. l. fi. ¶ Itē vbi nul
la est bona fides: null⁹ est titul⁹ p̄scriptiōis: ergo nō habet locū
restitutio, & sic ꝓnūciari peto. Quid vltra dices mihi, dānate
& reprobate maledicte? nōne filius meus q est hic pater filius,
& spiritussanct⁹, & iudex de medio hoīem creauit? ergo homo
fuit & est su⁹ & inde sicuti & geniti & ꝓcreati: qūo ergo rē alie
nam possides, cū scias alienā? certissimè dicēdū est te nullo mo
do possidere, vt. C. vnde vi. l. cū q̄rebat̄. & xxiij. q. vj. c. si res.
cum simi.

cum ſi. ergo non habet locum reſtitutio, & prouinciari & declarari dico, & peto cum inſtãtia q̃ꝫta poſſum ꝑ iura ſuperius alleg. Reſpond. iudex ſuper hoc, & ita factum quod dominus iudex de medio interlocutus eſt demonẽ nõ eſſe reſtituendũ.

¶ Tunc Demon ſtridens dentes miſſa manu ad marſupium extraxit foras libellũ, & cœpit legere in Geneſi, vbi dixit dñs Adę & Euę: de omni ligno vos comedite excepto de iſto: quia quacunq; hora comederitis, morte moriemini, vt. j. q. iiij. c. iã itaq́;. & xxij. qõ. iiij. c. experiẽtiæ. & e. ti. c. deiectis. vnde peto illa verba ſic ſcripta in Geneſi ſtare firma, & remanere in pedibus, & non mutari: aliter autem ſi ſecus fiat, ex nũc dico, ꝙ vos non eſtis veritas, neq; iuſtus iudex. Adã enim & Eua ſicut vos ſcitis dum erant in mundo, & in paradiſo terreſtri contra ſuum magiſtrum, & dominum fuerunt voluntariè inobediẽtes, dum pomum contra voluntatem domini comederunt ex quo infecti, & leproſi ipſi cum eorum ſequacibꝰ meritò ſunt effecti. xxiiij. q. iij. c. ſi homines. & de cõſe. diſtin. iiij. c. placuit.
8 † & alibi legitur ꝙ patres comederunt vuas acerbas, & dentes filiorũ obſtupuerunt, vt in aut. vt omnes obe. iud. prouin. cir. ſi. col. vj. quare peto cum vos ꝑceperitis dñe iudex ipſos propter peccatũ fore dãnatos, eos deberi ad præſens condemnari mihi reſtituendos eſſe. non ob. interlocutoria. s̃. dicta: quia ſicut homo de facto, & non de iure, ex abrupto proceſsit: ita peto eum cõtrario imperio tolli, caſſari, & reuocari. aliter aũt ſi ſecus fiat, vos domine iudex non eſtis veritas neque iuſtus iudex. ¶ Reſpondit aduocata mundi. Attende fili mi chariſſime ad verba mea, & non conſideres parabolas demonis. Allegauit enim iſte verſutus ſolùm caput, ſed caudam abſtulit, ꝙ eſt contra. l. inciuile. ff. de legi. omiſit enim verba quę ſequũtur in Geneſi, quibus in effectu dicitur, ꝙ demon ex ſui maledicta verſutia fecit Adã & Euã peccare, ex q̃bus omnibꝰ ſeqtur ꝙ iſte verſutus fuit inſtitutor, & author talis peccati. vnde ex quo dedit occaſionẽ damni, dãnum dediſſe videtur, vt. ff. ad. l. aquil. l. qui occidit. §. pen. cauſa igitur ſunt demones quia Adã & Eua peccauerũt: quia fraus & dolus alicui, patrocinari non debet, vt extra de reſcri. c. ſedes. extra de dolo & cõtu. c. ex literis. circa fi. & extra de cleri. nõ reſi. in eccleſia vel prębenda. c. fraternitati. ne ex dolo cõmiſſo gaudiũ reportẽt. repellitur ergo demon à limine iudiciorum, & ab actione ſua totaliter excluſus eſt. Inflãmatus autem demon ait, ad iudicem. Ex huiuſmodi reſponſione pater ſancte fac mihi vt faciunt boni iudices, qui etiam in huiuſmodi caſibus ſequuntur iuſtitiã. poſito enim ſine pręiudicio, prout aſſerit aduocata mũdi, ꝙ ab agendo repellar, & expulſus fuerim contra formã iuris & contra meum ius: imploro tamen veſtrum nobile officium domine iudex, ꝙ etiam parte tacente ex mero iudicantis officio, procedere poteſt, ne crimina remaneant impunita, vt. ff. ad. l. aquil. ita vulneratus. & extra de ſenten. excõmu. c. vt famę. & hoc dico motus ęquo & bono iudicio. Ad hoc enim vt ſcitis pro neceſsitate tenetur quilibet bonꝰ & iuſtus iudex, vt l. cõgruit. ff. de off. p̃ſi. & nulli parcere debet, vt extra de pur. ca. c. ex tuarũ. Quod audiẽs Aduocata reſpondit: audi fili mi benedicte, vos eſtis rigor iuſtitiæ, necnõ ſumma ęquitas, & plenus dulcedine & miſericordia, & primò de rigore iuris petit procedi. nũc ad hoc ꝙ ipſe petit officiũ iud. implorãdo, nõ eſt vlterius audiẽdus. ¶ Quia vt vos ſcitis regulariter de iure eſt: ꝙ vbi duo vel plura auxilia ſeu remedia vni cõpetunt ad vnũ & idẽ, vnũ ex his tenetur eligere: & vno electo, & potiſsimè in medio deducto (ſicut fecit demõ) videtur alij renũciare, vt. ff. de trib. l. ꝙ in hęredẽ. §. eligere. cũ ſi. ſic eſt in ꝓpoſito ꝙ licet demoni plura cõpetant remedia ad proſequendum ꝙ petit: ꝙ tamen non fateor ab initio elegit vnũ actorẽ quem in iudicio produxit, vt patet clarè per ꝓceſſum in actis veſtrę curię publica manu Ioãnis euangeliſtę notarij veſtrę curiæ, & ſcribę publici: igitur meritò ab his & ab alijs quibuſcũque inde depẽdentibus & cõnexis cẽſetur penitus excluſus, vt. ff. de tuto. & cura. datis ab his. l. ſcire oportet. §. ſed cũ lis. Item cũ denegatum ſit demoni id quod vna via petit, quomodo eſt ad aliud admittẽdus? certè nullomodo. ſic eſt in propoſito. & accedat quod ſequitur, ꝙ vna via alicui denegatur, per aliam viam cõcedi non debet, nec poteſt. & eſt ratio: quia circuitus eſt euitandus, vt. l. dominus teſtamento. ff. de condi. inde. ſed cum iſte talia audiret iam ſeruirent nobis iura de vento, & videtur lex eſſe impoſita verbis & non rebus, contra. l. ij. C. cõmu. de leg. in fi. l.
9 ¶ † Pręthereà vbi habet locum remedium ordinarium, non eſt recurrendum ad extraordinarium, vt. ff. de mino. l. auxiliũ. & l. in cauſę. ſic autem eſt in propoſito, & fuit ꝙ demon auxilium ordinarium intentauit, & ipſum in iudicium deduxit, vt. s̃. tetigi, & in eo ſuccubuit: ergo amplius audiri non debet. Prætereà vos ſcitis fili mi, quòd iſte verſutus iamdiu reſtitutionem petijt, ꝙ eſt auxilium ordinarium: & cõtra ipſum interlocutus fuiſtis. ſ. ipſum non eſſe reſtituendũ in poſſeſsionem humani generis. de qua ſententia interlocutoria, licet eam petierit verbo ſimplici reuocari: tamen p eum ab ipſa non extitit appellatum: eo maximè cùm ſapiat naturam diffinitiuæ: & ſic ammodo talis ſententia tranſiuit in rem iudicatã, vt. ff. de cõdi. inde. l. eleganter. & extra de re iudi. c. cauſam. & in. c. quod ad conſultationẽ. vnde meritò videtur excluſus: & obſtãtę excę. rei iud. nõ eſt ampliꝰ admittendus, nec audiendus, vt. ff. de re iudic. & per totum. Aduocata humani generis ſequens non obſtan. allegationi, ſupradictis mulierum ſexum fragilẽ, & miſerabilẽ, ſemp timens ſubuerſionem humani generis, faciem ſuam mutauit in lachrymis atq; ſingultibus infinitis, adeò ꝙ tota cœleſtis militia eã videns ita acerbiſsimè lachrymantẽ, & fortiter condolentẽ unà ſecũ non ceſſabat aliquatenus lachrymari, virgoq; Maria flexis genibus coram filio ſciſsis ueſtimentis ſuis, filium ſuum alloquitur hoc modo. Fili mi ecce demon qui ſpuit in faciem tuã qui te lapidauit, qui te ad columnã ligauit, qui te verberauit, qui te in ſtatera crucis tanq̃ latronem confixit, qui te tradendo amariſsimè mori fecit: & nũc animo petulanti euerſa facie tam audacter tuum officium implorauit. Ego verò tua mater dulciſsima, te nouem menſibus in vtero portaui, & te his meis uberibus lactaui, his paſtus es, & Herodis regis furiam fugere volui, te nunquam de manibus relaxãdo. Vnde ergo procedit fili mi ꝙ tu vis iſtum uerſutum in tanta pertinacia permanere? ſcis ꝙ contra formam rationis expoſtulat: quare inſtanter peto mihi aduocatæ humani generis iuſtitiam exhiberi, & illi uerſuto tuum officiũ totaliter denegari. Ego uerò ſum mater, ipſe aũt diabolus. ego quæro ſalutẽ humani generis, ipſe uerò mortẽ ego ſum amica filij mei, ipſe uerò dãnatꝰ & infamis. & à coronatiõe cœleſtis glorię penitꝰ excluſus qũo ergo eſt audiendꝰ? certè nullatenꝰ. Itẽ quare debet ipſe uerſutus eſſe melioris condõnis me? certè nõ uideo. ar. ff. de noxa. l. nõ ſolũ. extra de dolo & cõtu. c. contingit. quare poſtulo mota immenſa triſtitia, & magno dolore ꝑterrita, quòd ſi magis hoſti faues quã matri tuę de libro cœleſtis glorię debes me cãcellare. Videns autem Ieſus matrem ſuam in tãto dolore, pietate immẽſa commotus facie dixit ad demonem: vade Sathanas: quia petitum officium tibi meritò denegamus. Demon autem iracundia motus dixit ad iudicem. Domine Ieſu Chriſte uos non eſtis iuſtus iudex: benè video, & clarè cognoſco, quòd caro & ſanguis veſter facit uos à iuſtitiæ tramite deuiare. arg. extra de prębẽ. c. graue. circa princip. & xviij. q. j. c. nihil. cũ ſimi. & c. Moyſes. ead. cauſa & q. & benè noſtis ꝙ de forma iuris, licitum non erat matrẽ veſtram contra me poſtulare cauſis, iuribus, & rationibus. s̃. dictis. Ego modo oſtendo vobis Euangelium ꝙ ſi bene inſpiciaẽ, directè facit ꝓ me. diciẽ em̃ ꝙ princeps huiꝰ mũdi venit. Quæro igiẽ pater ſancte ꝙ vos obſeruetis verba veſtra hic ſcripta q̃ proceſſerũt ex labijs veſtris, & nõ faciatis ipſa fore irrita, & iania Sed quæro ꝓut litera iacet executioni mandari. ¶ Vos ſcitis ꝙ ego ſum princeps huius mundi: & in hoc de me loquiẽ ſcriptura verba & ſenſus uerborũ ſeu literę ꝙ ego ſum Princeps malorũ peccatorũ, vos eſtis princeps bonorũ & iuſtorũ. Modo ſcitis, ꝙ cum litigantes ad rixam veniunt, boni iudicis intereſt litẽ dirimere, vt. ff. ſi cert. pet. l. quidã æſtimauerũt. & dare debet iudex vnicuiq; partẽ ſuam, vt. ff. de vſufruc. l. huius rei. vt. ff. de condi. indebi. l. fin. §. ſi tamen. ergo placeat vobis mihi dare genus humanũ, cum ꝓpter peccatũ cõmiſſum, ego ſum Princeps huius mundi. ¶ Et ſicut ſcitis uerba ſunt intelligenda cum effectu. facit. l. eum qui. §. docere. ff. ne q̃s eũ qui in ius voc. eſt vi exi. iun. l. j. §. hæc autem uerba. ff. ꝙ quiſque iur. & de cler. nõ reſi. in eccleſia vel prębẽda. c. relatũ. circa mediũ. & extra de ver. ſigni. c. p̃terea. & de pœ. diſt. j. hæc autẽ verba cum ſimi. Si ergo ſum princeps malorũ, & peccatorũ (ſi ꝓ quia) & genꝰ humanũ peccauit, vt. s̃. dictũ eſt, faciatis ergo cum effectu ꝙ ego ſim princeps, & nõ auferatis mihi ꝙ meũ eſt. Vos vidiſtis pater ſancte ꝙ quotidie eſt diſcordia iter uos & me. vos quoq; dicitis illud eſſe veſtrũ ꝙ ẽ meũ. & ego dico qñq; ꝙ eſt meũ illud ꝙ eſt veſtrũ. igiẽ vt oĩs ceſſet diſcordia, faciatis ſicut bonꝰ & iuſtꝰ iudex, & æqua lãce ꝓcedatis. placeat vobis bonos & malos diuidere: vos ſitis dñator bonorum, & ego ſim dñator malorũ: & ſi hoc facietis ꝓmitto vobis ꝙ regnum veſtrum non erit maius q̃ ſit vnum granum milij reſpectu regni mei. Et dixit filius matri ſuę, ò aduocata mundi rñde demoni: qa prima facie ius & iuſtitiam poſtulare videtur. Aduocata rñdit & dixit: abſit fili mi ꝙ ipſe verſutus ius & iuſtitiã vllatenꝰ videaẽ poſtulare. ipſe em̃ vnũ petit ab extra, intus verò habet cõtrariũ, vt. ff. de excep. l. gñaliter. vos

ſcitis, ſicut omnes ſciunt ꝙ tali die ſicut fuit heri dies vene-
10 ris Sancta, iſte verſutus quot & quanta mala cõmiſit: † ha-
bet enim mille modos nocendi, nec ignoramus aſtutiam eius
vt legitur.xv.quæſtio.ij.capi. viſis literis. Scitis enim, ꝙ ad
petitionem eius, vos fuiſtis in ſtatera crucis ponderatus, vt
legi.xxiij.quæſtio.j.capi.paratus. Scitis enim quòd pro hu-
mani generis redemptione de ſummis cœlorum ad ima mun
di deſcendẽs ſuſtinuiſtis penitus mortem temporalem, vt in
c.pro humani.in prin.extra de homi.lib.vj. iſte enim verſut⁹
horrenda immanitate, deteſtandaque aſtutia mortẽ appetit
aliorum, vt.d.c.pro humani.§.cùm igitur, ſuperius alle. vnde
cum ſemel fili mi ad inferos deſcẽdiſti, & captiuos inde extra
xiſti, vt de pœ.diſtin.j.§.dicis. Non eſt cõgruum, neque iuſtũ
ſuper humani generis ſeruitute, diſputare ampli⁹, maximè in
ipſius humani generis detrimentum, tranſiuit ammodo enim
ſententia in rem iudicatam, vt extra de re iudi, c. cùm inter
vos.& à ſententia non extitit appellatum: & ideo non eſt am-
plius appellandum, ne pueris aſsimilemur, quibus ſi non pla
cet quod geſtum eſt in libro: dicant adinuicem iterum facia-
mus. ex quibus fili mi clarè concluditur iſtum verſutum à
tramite iuſtitiæ eſſe penitus alienum: & reſpiciẽs Demonem
facie turbata dixit ei: alloquere male dicte, & vide an ſis per-
territus de tanta reſpõſione. Dixit demon: dimitte me: quia
deeſt hora vt loquamur mirabilia, neq; teipſam laudare de-
bes: quia omnis laus in proprio ore ſordeſcit, ſed veniam⁹ ad
alia. Et dico quod Deus viuit in veritate & iuſtitia, vt extra
de iureiur.c.& ſi Chriſt⁹.§.Iacobus. ipſe punire meritò debet
magnũ, ſicut paruum, nec apud eum debet eſſe acceptio per-
ſonarum. Item debet punire coniunctum ſicut extraneum, vt
l.fi.& ibi gloſſ.ff.de re.diui. Quare cum hoc ſit, inſtanter peto
hominem eſſe damnandum, & hoc fortiſsimo argu. Tu ſcis
ꝙ Angelus lucifer fuit de cœlo deiectus, nullo pręcepto p̄ce-
dẽte, & ſic inobediens dici non potuit. Sed Adę & Euę præ-
ceptum fuit factũ, ne de pomo comederẽt: quia qua hora co-
mederẽt morte morerentur, & p̄ceptum eis factum trãſgredi
non curauit: & ego cui nullum præceptum de obediẽdo fuit
factum, fui deiectus de cœlo, & ſum damnatus. quanto ergo
& multo fortius debet damnari humanũ genus, quòd pręce-
ptum domini præteriuit? fortius eſt contra p̄ceptum, q̄ pręter
pręceptum facere, vt.C.de nego.geſt.l.fi.& ſic dico huma
num genus debere damnari: & nunc peto ꝙ reſpondeat ad-
11 uocata. ¶ † Reſpõdit aduocata, ò miſer infelix, non eſt ſimi-
le illud quòd poſuiſti de Angelo. Angelus enim qui pecca-
uit fuit meritò puniendus: quia nihil infirmum in ſe habebat
quod ipſum induceret ad peccandum: quia non aliqua infir-
mitate, ſed malignitate deliberata peccauit.vj.quęſtio.iiij.ca-
pi.quòd bene.&.xix.diſtinc.c.ſecũdũ.& ſicut ſcis, nullo mo-
do p̄cepto indigebat. homo autẽ cũ peccauit, habuit ꝙ ipſum
ad peccandum induceret.ſ.corpus fragile, vt de pœniten.di-
ſtin.iiij.c.ille Rex.& de pœni.diſtin.iij.c.ſed nunquid.in vlti.
col. Ange.enim ſine p̄cepto aliquo, à natura habuit in ſe ſapiẽ
tiam omnium: quia cognoſcebat certitudinem boni & mali,
propter perfectionem ſuæ naturæ, vt de pœni.diſtinc.ij.c.in
primo. vnde habito reſpectu ad certitudinẽ ſupradictam, gra
uius peccauit Ange. quia ſcienter per ſuperbiã ſe prętulit cõ-
tra Deum q̄ peccauit homo, qui ignorãter deceptus fuit do-
loſa & verſuti malitia: & ideo Ang. de altiori gradu cecidit. de
pœni.diſtinc.j.c.ſi homo. homo enim talem certitudinem nõ
habuit propter corpus, quod animã grauabat: & ideo non eſt
bonũ quod de Angelo dicis. vnde ſilê ammodo ꝑfide dãnate:
quia ſatis dictum eſt. Dixit demon, non ſilebo aperias aures
tuas ò aduocata humani generis, & audies ea quæ dicam tibi.
dixit aduocata, finẽ litigijs ammodo faciamus. ſcis enim ꝙ in
omnibus ſuccubuiſti, vnde ad hoc amplius redire non potes.
petis ammodo interlocutionem fieri.ſ. poſitis ſicut ſuperius
in reſtitutione facere non tardaſti? Reſpondit demon. ò aduo
cata ſatis admiror de vobis: quia non ſolum mihi, ſed ſummæ
deitati vultis finem imponere. Sed attende vnum: adhuc inſi-
ſto, & dico ꝙ homo peccauit. Aduocata autẽ conuerſa ad fi-
lium dixit, Fili mi tu iudex viuorum & mortuorũ, ego ſcio ꝙ
vltra vult dicere iſte verſut⁹: vult enim arguere falſis cauilla-
tionibus & argumẽtis oſtẽdere hominẽ peccaſſe, & cõclude-
re vult. quaſi dicta ſua originẽ extraxerint, ex fonte iuridico.
vos enim ſcitis Fili mi ꝙ propoſitũ & fundamẽtũ ſuũ falſum
fuit: quomodo ergo credẽdum eſt p̄ſens verum dicere? certè
nullo modo: quia ſemel malus ſemper p̄ſumitur eſſe malus, vt
l. ſi cui.§.eiſdem. ff. de accu.iuncta.l. caſsius.ff. de ſenato. ipſe
enim verſutus, adeò faſtigia dicit quod ammodò neſcio in
qua parte me voluã. Quare te ſupplico fili mi, quod ſibi pręcipias ꝙ vno verbo dicat quã clauſulã velit, & ego ipſam pũ-
ctuabo, & gloſſabo ſecũdum veritatem. Dixit demon, ego au-
dio hodie mirabilia in ſole, & luna, & ſtellis: quia aduocata
mundi vult eſſe mea aduocata me inuito & nolente, quòd eſt
contra legem: quia beneficium non confertur in inuitum, vt
l.nec emere.C.de iure delibe.&.ff.de regu.iur.l.inuito.cũ ſuis
ſi. vult enim eſſe mea tutrix, & nutrix, & facere de me ſicut fit
de pueris, qui neſciunt punctuare, neque gloſſare: ego enim
verba mea ita apertè dico quòd non ægẽt aliqua pũctuatio-
ne, vel gloſſatione de mundo, vnde quantum ad hoc ipſam
ego poſtulo non audiri cũ partes actoris velit ſuſtinere quæ
meę ſunt, vt.l.j.circa princ.ff.de proba. Replicando autẽ dixit
aduocata: non modicũ turbata ſum: nolo enim quod falſitatẽ
alleget fili mi iſte verſutus corã te: nõ enim debet audiri ratio-
ne mendacij, vt. C. de indi.vid.tol.l.ij.in fi. Sed ſi falſitatem
vult dicere dicat in regno ſuo, non autem in regno tuo. Dixit
demon, ſi non vultis me audire, ego recedam: & ex nũc aper-
tè videbo ſi erit iuſtitia iudicantis. Tunc dixit pater omnipo
tens matri ſuæ, ſine, videamus an velit iſte verſutus iuſtitiam
poſtulare. Scis enim ꝙ ego ſum iuſtitia, & neceſſe eſt me ius
ſuũ vnicuique tribuere, vt.l.iuſtitia.ff.de iuſt.& iur.& inſtit.e.
in princi. iuncto canone.j.di. reſpiciamus ergo, an demon fo-
ueat iuſtam cauſam. Tunc mater reſpondens dixit: Fili mi iu-
ſtitia tua eſt in hoc, vt non dimittas eum dicere mendacium,
in tuo regno. Dixit autem omnipotẽs matri ſuæ: ſi iſte verſu-
tus dicit mendacium, de mendatio acerbiſsimè punietur,
vnde ſinas eum dicere. dixit tunc aduocata, dicas ergo dãna-
te quid dicere intendis? Dixit tunc demon: homo peccauit,
meritò puniendũ & dãnandum poſtulo. Dixit aduocata: non
vltra procedas: quia iam à tramite iuris recedis. non enim di-
cis qualiter ipſe peccauerit, & an ſui culpa peccauerit, an ve-
rò tua, ſcis enim ꝙ in culpa fuiſti, vt ſuperius dictum eſt: qua-
re ſileas ammodo: quia tempus eſt, tũc dixit Ieſus: ò mater di-
mitte ipſum dicere: quia inciuile eſt niſi eum tota lege perſpe
cta, aliquid iudicare vel reſpondere permiſeris, vt.ff.de leg.l.
inciuile. Dixit tunc demon: homo peccauit contra bonitatem
infinitam, & non curo qua culpa peccauerit, an ſua vel aliena:
quia poſito milies quòd ego ipſum induxerim ad peccandũ,
ſcriptum eſt in lege quòd agens & conſentiens, pari pœna pu
niuntur vt extra de ſenten.excom.c.nuper. cum ſequẽ.& ibi
tex: iuncto.c.clericorum.circa fi. extra de vita & honeſt.cle-
rico.& in.§.ope.inſti.de obliga.quæ ex qua.delic. facit etiam
decretalis mulieres in fine.extra de ſent.excõ. & ibi no.in gl.
iũcta decre.quantę.& ibi tex.no.in eo.tit.cum ibi alleg.in gl.
facit.xj.q.iij.c.quoniam multos. facit, l.is qui opem.ff.de fur.
iuncta.l.verum.& eſt gloſſ.multum nota.in.l. iubemus.la.ij.
§.ſanè.circa fi.C.de ſacroſan.ecc.iuncta.l. ſi quẽquam eo.ti.fa
cit.l.adigere.in prin.ff.de iurepatro.iuncta.l.liberorum.in fi.
ff.de his qui no.infa.concor.text. ad literam in.c. j. extra de
offic.dele, cum infinitis ſi. vnde ammodo ſufficit mihi, quòd
homo peccauit. pœna enim debet ſecundũ iura correſpõdere
culpæ: quare peto ad hoc vt ſeruetur æqualitas ꝙ ſicut ego
propter peccatum ſum damnatus: ſic homo qui peccauit ſi-
militer condemnetur. ¶ Cõmiſit enim homo crimen læſe ma
ieſtatis, vnde ipſe cum hæredibus ſuis eſt meritò dãnandus.
Scriptum eſt enim ꝙ filij, paterno debẽt perire ſupplicio, in
quibus hæreditarij criminis exempla metiuntur, vt. l. quiſ-
quis.circa prin.C.ad.l.iul.mai. extra de homi. c. ſicut dignũ.
cum ſimi. Aduocata reſpõdit. audi fili mi qui ſemper ſis bene
dictus ſuper omnẽ creaturã: in cuius nomine flectitur omne
genus cœleſtiũ, terreſtium, & infernorũ. dicit iſte verſutus ꝙ
homo peccauit contra bonitatem infinitam: ergo eſt punien-
dus in infinitum. Ad ꝙ reſpondeo & dico, ꝙ vos fili mi eſtis
Deus & homo, & eſtis bonitas infinita: ergo homo peccauit
contra vos: ergo vobis eſt iniuria illata, quam remittere pote-
ſtis, vt.j. dicetur: quia aut vult dicere iſte verſutus quòd ho-
mo ex leuitate proceſsit ad peccandum. & tunc non eſt con-
demnandus. aut proceſsit ex inſania: & tunc ſibi eſt miſeran-
dum: aut ex iniuria: & tunc eſt ſibi iniuria remittenda. textus
eſt multum notabilis in.l.j.C.ſi quis Impera.ma. ſic ergo cõ-
cludetur ipſum non debere puniri nec condemnari. Reſpon.
demon: ego bene dixi.ſ. quòd durum mihi erat habere ma-
c COmes · Guido de Blanchardo cum iuisset venatum, amisit falconem quidã rusticus cepit eum cũ sonaleis, & iectis. & ipsum captum posuit sub bancho, dando ei becare panem, & caseum, & rapas. deinde occasione mali cibi, falco est interemptus. Ex parte Comitis proponitur actio in factũ contra rusticum qui falconi prębuit causam mortis. ¶ Videtur primò quòd rusticus debeat in æstimatione falconis condemnari ad similitudinẽ mulieris, quæ marito dedit poculum amaricatũ ad bibendũ, vt. ff. de pœ. l. si quis. §. qui abortionis. sicut medico imputatur qui seruit, imperitè, vt. ff. de offi. presi. l. illicitas. §. sicut medico. ff. ad. l. aquil. l. idẽ iuris in princ. et. §. præterea. et. l. item obstetrix. §. ij. ita isti rustico est imputandũ. Preterea tanq̃ prædo et fur, debet iste rustic⁹ teneri: qa sciebat, & scire poterat: cũ eũ cũ iectis & cũ sonaleis inuenisset, q nõ erat iactatus, nec habitus pro derelicto. arg. ff. de fur. l. falsus. in. §. si iactũ. ar. l. j. §. si iactatũ &. C. vñ ui. l. q̃rebatur. nec potest rusticus ignorantiã allegare, q dicat falconem in naturalem libertatẽ peruenisse, cũ à natura falcones nõ nascãtur cũ iectis & sonaleis. Sicut per cõtrariũ nõ potest stuprationis libidine accusari, q stuprauit virginẽ indutam ueste meretricali. ff. de iniu. l. itẽ apud labeonem. §. si quis virginẽ. C. de epi. aud. l. neminẽ. & l. sed & si accepto. ff. de iur. fisc. quẽadmodũ nõ potest cõueniri iniuriarũ, qui clericũ sine tõsura incedẽdo percussisset, vt tanq̃ pcussor clerici puniat, sed punitur ac si quendã laicũ percussisset. C. d episc. & cler. l. si qua per calũ. imo nullus potest istum rusticum excusare, cum ipsum falconẽ volantem, cũ iectis & sonaleis esse credere debuit fugitiuũ. vnde uel ipsum capere nõ debuit, uel ipsum captũ publicè portare debuit. sicut in eo qui alienũ seruũ reperierit fugitiuũ, & in eũ qui rem inuenit alienã: ad hoc em̃ vt nõ uideatur rẽ alienã cõtractasse, debet eã in publicũ cõsignare, & libellos de eo publicè dare. & ista probantur. ff. de ser. fugi. l. j. et. l. fugitiui. et. ff. de fur. l. falsus. §. qui alienũ. in fi. Ad hoc accedat de eo qui pecudes alienas intrusit, & fame necauit, qui tenetur easdem mortuas domino emendare, vt. ff. vi. bo. rap. l. j. §. si publicanus. et. C. ad. l. aql. de pecoribus. vt. ff. ad l. aqu. l. quemadmodũ. §. magistratus. & l. quintus mutius. §. vlt. Insuper cum rusticus portet ea quæ eũ habere non licet quia aurũ portare nõ potest, sed q percepit ex illa terra. sic nõ debuit rusticus predictũ falconẽ portare, nec occupare. ar. C. de agri. & cen. l. domini prædiorum. nec excusatur rusticus eo q dicit dominũ falconis incognitũ habuisse, Sicut nec excusat receptor illyricani eo q dicit se colonũ illyricanũ minimè cognouisse. imò hoc ipso punitur q se seruũ fatetur incognitũ tenuisse. C. de colo. illy. l. j. li. xj. Quid plura? In. l. à qui. culpa leuissima venit. sed iste rusticus nedũ in leui culpa fuit, sed in lata culpa fuit dando falconi carnes falsas ad comedendum: vnde perinde debet teneri ac si eũ proprijs manib⁹ occidisset, vel strangulasset: quia culpa est se immiscere rei ad se nõ pertinẽti. & ista probantur. ff. ad. l. aqui. in. l. aqui. &. ff. de lib. agno. l. necare. ff. de re. iu. l. culpa. nil enim interest an quis occidat, vel causam mortis præbeat, vt. ff. de sica. l. nihil interest. &. ff. ad. l. aqui. itẽ mela. §. si quis. In contrariũ videtur q rusticus sit omnino absoluendus, imò q magis videtur posse repetere expẽsas, quas fecit à dño falconis, sicut repetijt ille q insulam ruentẽ fulsit, & seruum ægrum curauit, licet sit seru⁹ mortu⁹, & ĩsula exusta, ut. ff. de ne. ge. l. sed an vltrò. §. j. nec debet rustico suũ offi. esse damnosum. ff. de fur. l. si seruus. §. q uerò. et. ff. ex qui. cau. ma. l. cũ miles. & l. precio. ¶ Itẽ uidetur ipsum rusticũ excusare sua simplicitas, & ignorantia, sicut alibi excusatur in corruptione, & in mala edicta actione, vel ratione in ius vocatione, & in testamenti cõfectione, & in facti bonorũ dilatione, vt ista probant. ff. de iu. om. iu. l. si qs id. §. doli ma. ff. si quis in ius voc. nõ ie. l. ij. §. fi. & C. de test. l. fi. credidit em̃ rustic⁹ falconẽ in naturalẽ lasciuiã deuenisse, cũ à nemine psequeret: & ex hoc licitè credidit eũ occupare. arg. ff. de ac. do. l. naturalẽ et inst. de re. di. §. ferè. adhibuit em̃ rusticus talẽ

a ¶ De relatiõe. Sed quid si apparet de citatiõe per nũciũ qui postea facit relationem, an valeat? vide Bar. in. l. multũ. & ibi dixi. ff. de condi. & demon. Tho.

b ¶ In dubio. Vide Alex. in. l. j. §. cura carnis. in addi. Barto. ff. de off. prę fe. vrb. & Ias. in. l. pperandũ. §. & si quidẽ. in. iij. cõ. C. de iud. Tho.

c ¶ Comes. Istud est cõs. Bart. q̃uis ponat hic p tracta. et ita habeo p con. Bar. in. x. vol. cõsi. inci. ccxciiij. Tho.

diligentiã in falcone, qualẽ adhibet in seipso dãdo ei comedere, de eo ꝙ ipse comedit existimãs se dñm falconis acquisiuisse. ideo falcone mortuo nõ teneť. ar. ff. de pe. hęredi. l. si q̃d possessor. §. sicut autẽ. & l. sumptũ. & C. man. l. ĩ re mãdata. & C. de iudi. l. ex trib⁹. ¶ In ista qõne pronunciauit elegans, & Vrbanus dñs Vber. de bonacursio supradictũ rusticũ in ęstimatione falconis fore condẽnandũ arg. dictarũ legũ dicentiũ ꝙ si aliquis rẽ fabricensem, q̃ bene poterat cognosci ꝑ signũ seu bullã q̃ in eius brachĳs apparebat: ꝙ occultantiũ liberæ fabricę vendicanť. C. de fab. l. stigmata. lib. xj. & aliter est dicẽdum de eo q̃ ꝓ medicamẽto, venenũ porrexit. ex quo homo perĳt: vt. ff. ad. l. aql. l. qua actiõe. §. celsus. Et dixit act. aql. nõ nõ fuisse cõtra rusticũ proponẽdã, vt quidã ex aduocatis ꝓposuerũt & succubuerũt ꝓpter ineptã petitionẽ: qa rustic⁹ nõ occidit sed p̃buit cãm mortis. vnde actio in factũ, fuit ꝓponenda, & nõ aquilia, vt probatur per dictum. §. celsus &c.

Explicit tractatus de falcone &c.

[a] *Incipit tractatus copulæ & , coniunctionis secundum Bartolum.*

COniunctio quæ tria operatur. adducit, repetit, & coniũgit, adducit vt. l. ea tamẽ. ff. de le. iĳ. & l. si de vxore. & arg. l. ad muni. & l. si qñ. de leg. j. Repetit. l. si auia. de cõdi. & demõ. & idẽ est de dictione itẽ, vt. in. l. repe. de leg. iĳ. idẽ dicas de pũcto q̃ regulariter ponit ꝓ cõiũctiõe inter noĩa substãtiua, appellatiua soluta, vt l. triplici. de ver. sig. & l. liberorũ. §. p̃ter hęc oĩa. e. ti. ar. l. p̃tia. ff. ad. l. fal. Itẽ quo ad cõiungendũ de dictiõe cũ. vt. l. titię textores. de leg. j. §. nihil. & l. illi cũ illo. de vsufr. leg. & d. l. triplici. licet pariter nõ cõiungat sicut superius nominatę: qa dictio cũ, dispartitur. nã primũ est principaliter, secũdũ accessoriũ vt in hoc exẽplo. lego fundũ cũ instrumẽto, vt. l. si cui. de fun. instru. sed qñ dictio &, interponitur inter cõtraria: tũc distinguit. l. coniunctione. de ver. signi. & l. in vsu. eo. ti.

¶ Explicit tractatus copulę &, coniunctionis.

Incipit tractatus dictionum secundum Barto. à Saxoferrato.

DIctio vbi includit probatiõem. ff. de ac. & obli. l. actionũ. dic vt ibi, et per. Dy. in regula, nõ dimittiť peccatum. li. vj. de ver. obli. l. stipulat⁹. ꝑ gl. ff. si q̃s cau. l. si cũ §. fi. & in. c. j. de cõsti. lib. vj. Dictio penitus poniť vt de ea habetur. in. l. iĳ. ĳ. rñ. de vsu. rei iu. De dictione decies millies, poniť in auť. de hęre. & fal. §. exhęredatos. & §. & ꝙ sępe. de triẽ. & semis. Dictio multiphariam. de ea poniť in. l. ne q̃s. De dictione illico. vide textũ in. l. fi. §. illico. C. de iud. nã inter duo verificantur. De dictione vnà. habes in auť. cassa. de episco. & cleri. & C. de vete. iur. enu. l. ĳ. in fi. & l. iiĳ. & l. fi. C. de impu. & alĳs subsli. De dictiõe absolutè habeť in. l. seia. ĩ fi. & de do. cau. mor. De dictione id est. qualiter assumať, no. in. l. q̃ liber. ĩ prin. de vul. & pup. & in l. ĳ. §. j. de ope. no. nun. De dictiõe ꝓtinus, & cõtinuo. in. l. si stip. sum. de ver. obli. l. iĳ. §. in admittenda. de acq. pos. Dictio quid. est nota incertitudinis, vt per me in. l. cotẽ. de pub. Verbũ meũ tuũ suum ad directũ trahiť dominiũ, vt. ff. de reli. & sum. l. ĳ. C. si ager uec. vel emphy. pe. l. j. viĳ. di. c. quo iure. vbi de hoc. Quid importat istud uerbũ dictũ, & q̃d promissum no. de ędi. edi. l. sciẽdũ. §. dictũ. Quid importat idẽ. dic ut. l. cũ quęritur. de execu. rei iud. Dictio modicũ, quantũ tempus includat. no. si ager vec. pe. l. fi. Verbũ cadat qualiter intelligatur no. in ea. l. & eo. ti. & in auť. de liti. §. sin autẽ. & in auť. ut nulli iudi. §. qa uerò. Dictio imo, qñq; poniť correctiuè qñq; prout qñq; pro uel, quãdoq; dispositiuè. ff. de hęre. insti. l. si ita scriptũ. De dictiõe secũdũ. an inhereat uerbo cui adiũgiť dic. C. de cõtrahẽ. emp. l. fi. ff. lo. l. si merces. §. conductor. Dictio tãtũ est taxatiua, ut. l. ĳ. C. de pact. q̃ fi. distr. interdũ tamẽ extendiť in materia fauorabili: ut no. Bar. in. l. serui noĩe. de vsu. & solet notari. in. l. illud. C. de sac. sanc. eccle. tetigi in. l. si constante. ff. solu. matri.

¶ Explicit tractatus dictionũ, editus per dominũ Barto. &c.

a ¶ Tractat⁹ copulę. Istũ ꝓtra. Bar. alle. d. Frãc. patrinus in suo trac. de offi. et põt. c. sede vacãte. in pluribus in. viĳ. col. in. iĳ. p̃ambulo. in prin. et in de plura de copula &, cõiũctiõe ꝑ Ias. ĩ. l. j. ĩ. ĳ. col. cũ. iiĳ. se. ff. de iust. & iur. & ibi plenè scripsi in meis addi. Tho.

b ¶ Tractatus. de fluminibus, adde ꝙ iste trac. est. d. Bar. prout cõiter teneť de quo dicit Bartho. verò. ĩ suo. tracta. de seruitutib⁹. in rub. alluuionũ. ꝙ materia alluuionũ, abũdè et subtiliter tracta, fuit ꝑ Bar. in isto tracta. Tyberiadis q̃ etiã de alluuiõe inscribiť. ad quẽ tractatũ unusq̃sq; remittere poterit. Tho.

[b] *Incipit tractatus de fluminibus , seu Tyberiadis domini Barto. à Saxoferrato.*

TYberiadis est regio iuxta flumẽ Tyberis cõstituta. est aut Tyberis flumen. & est notabile in Italię partib⁹. Trãsit eñ ꝑ vrbẽ Romanã q̃ cunctarũ ciuitatũ caput est, & magistra, & ĩ eiusdẽ vrbis territorio mare ingrediť, & ibi nauigabile est, & vsq; ad mare retinet nomẽ suũ. Diciť aũt Tyberis à Tyberio Romanorũ Imperatore, à q̃ aliquas leges latas habem⁹. & sub hoc nomine flumẽ. hoc in nostris legibus pluries nominatur. Hoc autẽ flumẽ montẽ illũ laudabilem circuit, in quo est ciuitas Perusina situata, & per eius territoriũ longo spatio trãsiẽs planicies, & colles, & cætera loca ipsi flumini circunstãtia habet. Itẽ bene habitata ędificĳs multis, & pulchris ordinata, fructifera valde, & delectabilia viridaria esse videnť. Cũ igiť à lectura vacarẽ, & recreationis cã ĩ quandã villã propè Perusinum. s. Tyberim constitutã accederem incœpi Tyberis circuitus alluuiones insulas in flumine natas mutationesq; aluei contemplari, & circa multa dubia quę de facto occurrerãt, & alia q̃ ego ipse ex aspectu fluminis excitabã, quid iuris esset cœpi aliqualiter intueri: nõ tñ credẽs vltra procedere ne recreationẽ ꝑ quã accesseram impedirem. Cũq; nocte illa dormirem propè diem, visum est mihi ꝙ ad me quidã homo veniret, cuius aspectus mihi placidus erat. dixitq;. hęc q̃ cogitare cœpisti scribe. & qa oculorũ aspectiõe indigẽt per figuras signatas ecce apportaui tibi calamum quo mensuras. & figuras, facies circulares, & lineam quas lineas ducas, figurasq; formes. cui dixi: absit ꝙ ea quæ ad iura pertinẽt per figuras signẽ. si enim facerẽ longe plures essent derisores q̃ laudatores. tunc ille turbato vultu aspiciens ait. Bartole cognosco ꝙ modicũ Dei habes, times eñ de beneficio derideri ꝙ vitæ Christi & sanctorũ omniũ cõtradicit: qa bene facientes nõ curãt cõtumelias, derisiones, & uerba iniuriosa. Modicũ etiã boni moralis habes. Timor enim hic per quẽ à bono recedis illi virtuti morali opponiť quæ fortitudo nũcupať. In te enim est bene agere, tui verò arbitrĳ nõ est ꝙ q̃sq; loquať. Cui verecũdus dixi, tibi assentio. Sed primò motu ductus, sic respõdi dicẽdo insup, q̃ erit uia huius operis inchoãdi? q ait: Incipias igitur securè: qa in ei⁹ operis ꝓsecutiõe dñs tecũ erit, & multa tibi aperiet q̃ tibi incognita sũt Surgẽs igiť cõfisus in gratia eius, qui in prosecutiõe mecũ se futurũ pollicitus erat. istud op⁹ incœpi: & totũ opus appellaui Tyberiadis, ut nõ solũ de ipso Tyberi, sed etiã de multis quę in regione Tyberis occurrũt, in ipso tractenť putans congruum ꝙ sicut ab vrbe Romana, iura oĩa processerũt, ita ꝙ de Tyberi flumine Romano dicetur, ad flumina cũcta trahatur & id. s. op⁹ in tres libros diuisi. In primò tractatur de alluuione. in secundo de insula in flumine nata. In tertio de alueo fluminis. in quo tertio primi libri figuras consideraui penitus componendas ipsasq; cõposui & exposui circa eas. Et ex tunc secũdi libri figuras incœpi, & cũ ibi aliqua dubia occurrissent, & circa eas uehementi⁹ cogitarẽ, me uisitauit quidam frater Guido de Perusio magnus Theologus, uniuersalis in oĩbus, qui me⁹ fuerat: & erat in geometria magister. ibiq; erat non proposito remanẽdi: sed tunc insurrexit pluuia magna ita ꝙ mecũ pernoctare coactus est, & sic morari ꝑ diẽ integrã naturalẽ. Tũc dixi verè cognosco ꝙ in prosecutiõe opis dictũ est cũ ipso prędicta cõtuli, & figuras secundi libri formare cõpleui, & multa spiritualia gaudia ex collationibus spũalibus secũ habui. ꝙ aũt in. iĳ. li. dicturus eram in mẽte seruaui, & cũ omnibus istis Perusiũ sum reuersus. & ea reuidi, et sub forma infrascripta libellũ cõposui, & uniuersitati nostræ tradidi sub anno domini. M. ccclv.

GAius. Quod ꝑ alluuionẽ agro nostro flumen adiecerit, iure gentiũ acquiriť nobis. ꝑ alluuionem aũt id videť adĳci, ꝙ ita paulatim adĳcitur: ut intelligere nõ possumus quãtum quoquo momẽto tẽporis adĳciũtur. ꝙ si vis fluminis partẽ aliquã ex tuo prędio detraxerit, & meo attulerit prędio: palã est tuam remanere planè. si longiori tempore fundo meo hęserit, arboresq; quas secũ traxerit in meũ fundum radices ęgerint: meo fundo videntur acquisitę esse. hęc scripta sunt. ff. de acq. rerũ do. l. adeò. §. p̃terea, ꝙ optimũ fuit hoc ꝙ de iuregẽtiũ erat ĩ scriptis redigere, cũ ex hoc contentiones varię oriantur. Verba itaq; legis construamus. ait lex, quod istud ꝙ naturaliter accipitur. l. quãcunq; rẽ, ut. ff. nau. caupo. stabu. l. j. §. ait p̃tor.

sine igiť

ſiue igitur terrā puram, ſiue lapides terrę commiſtos adiece-
rit fundo noſtro, noſtrum efficitur etiam ſi fuerint gemmę, vel
a lapides precioſi.[a] nec obſt. inſti. de re. di. §. item lapilli. qa loq-
tur de lapillis in littore maris īuentis, qui in nullius bonis ſunt
hic de lapillis qui prędio noſtro adiĳciuntur. Item ſi ligna, uel
aurum uel argentum, vel pecuniam, prędio noſtro flumē ad-
iecerit, noſtrum erit. de quacūq; enim re lex loquit̃, dū tamen
ita adiĳciatur, quòd terrę cohęreat, ꝙ patet ex uerbo adiecerit
ꝙ. j. exponetur nec hoc fieret inuentoris pro parte: vt de the
ſauro dicit̃ iſti. de re. di. §. theſaur⁹. ff. de ac. re. do. l. nūꝗ. §. the
ſauros. ibi em̄ erat hęc pecunia ab antiquo poſita, qui theſau
rus in. d. l. dicitur ſe d pecunia eſt per Vim aquarum ab inco-
gnito loco tranſducta: & prędio noſtro adiecta: nec etiam
ob. ff. de dam. infec. l. hoc amplius. §. j. & l. ĳ. & de incen. rui.
nau. l. ne quid, quia hoc intelligo: quod cuius ſint dictę res ad-
iectę ignoratur: aliâs domini noſtri non efficerentur: vt ibi &
inferius declarabitur &c.

Per alluuionem. Hoc ab ipſa. l. exponitur, vt j. patebit.

SVMMARIVM.

1 Ager, eſt locus ſine ædificio.
2 Agri, tres partes ſunt.
3 Via media inter agrum & flumen, non impedit ius alluuionis.
4 Ripa et loca q̄ cedūt ripæ agro uēdito, an ueniāt mēſurāda niſi dicatur?
5 Sepes prædiorum quæ in uijs publicis coherent, ſe habent ſicut ripæ quæ ſunt communes.
6 Foſſæ quæ ſunt inter ripam & fundum, ſunt eorum prædijs quorum adhærent, uſus tamen eorum eſt publicus.
Ita foſſæ quæ ſunt inter uiam & fundum.
7 Foſſæ quæ ſunt inter uiam & fundum qualiter menſurentur.
8 Ripæ quæ ſunt in fundo, qualiter menſurentur?
9 Concauitas ſulcorum quæ eſt annalis ratione culturæ, uel aquæ deriuandæ non menſuratur.
10 Foueæ agri, dicuntur fieri ad perpetuam utilitatem.
11 Montes regulariter ſunt inculti, & magnæ magnitudinis.
Colles uerò mediocris altitudinis, & culti. et diſtinguitur mons à colle æſtimatione circūcolentium.
12 Vallis dicitur montibus, uel collibus circundatus.
13 Planus dicitur quando eſt latus, & partes ſunt æquales.
14 Vallis, qualiter à plano diſtinguatur?
15 AEqualitas in plano, qualis eſſe debeat?
Planus, quando dicatur notabiliter in unam partem pergere.
16 Foſſæ agrorum et ripæ uiarum, quæ ſunt in plano plani ſunt.
17 Statutum puniens factum in plano Tyberis, habet locum in facto, in foßis agrorum uijs et ripis plani.
18 Factum in loco, in quo propter attractionem aqua uerſus flumen uergit, an dicetur commiſſum in plano Tyberis?

1 Agro. †Ager in iure eſt loc⁹ quidā: qui ſine ędificio ſic
appellatur: vt. ff. de ver. ſig. l. fund. qd ergo ſi, cū
domū iuxta flumē haberē: ibidem per alluuionem flumē adie
b cerit? certè meū erit. idcirco enim legiſlator agri noīe [b]ſubeſt,
vt oſtendat alluuionē reſpectu ſoli fieri: nō ędificĳ ſup impoſi
ti. & ad hoc etiā oſtēdēdum in inferiori parte legis quā. s̄. retu-
limus prędĳ et fundi nobis facit mentioné quorum appella-
tio generalis eſt. etiā ad ædificia: vt. ff. de ver. ſig. l. locus. & l.
2 qō. & l. fundi. Sed cū† agri tres partes ſunt: ipſius agri plani-
cies. Itē loca q̄ ripę cedunt. ſ. ex quo primo à plano vergere in
cœperint vſq; ad aquā: intelligendū eſt de his quæ incipiunt
uergere ꝓpter attractionē aquę: vt. ff. de flu. l. planè & ibi no.
Item ripa, hoc eſt id ꝙ flumē continet naturalem rigorē cur-
ſus ſui retinens, vt. ff. de flu. l. j. §. ripa. Quomodo dicatur adiĳ-
ci poſſet quęri. ſed reſpon. cuicunq; dictarum partium adiĳ-
3 ciat̃ ſatis eſt quòd appareat: qa† ſi via media eſſet ius alluuio
nis nō impeditur: vt. ff. de acq. re. do. l. maritus. & iō gl. inſt. eo.
§. pręterea. in gl. dicit exponēdo ſuper verbo adiecit exponē-
4 do iuxta prædium† q̄rit̃ qn̄ ager vēditur: an ripa: & loca quæ
ripæ cedunt veniant inſerēda. quod nō videtur. ff. de contra-
hen. em. l. littora. In contrariū facit: quod. s̄. dixi. et videtur ca
ſus. ff. de fun. inſtr. l. prædia. §. ita legatū. et ibi no. ꝓ quo facit
ꝙ. d. l. littora. loquitur in littoribus maris quæ cōia ſunt. Ripæ
aūt fluminis ſunt eorum q̄ propè ripas prędia poſſidēt: vt. ff.
de re. di. l. riparū. rn̄. quòd prædia non veniunt menſuranda:
niſi ſit dictū ſicut dicimus in limitibus fundī: quę cohęrent
vĳs publicis: vt. ff. de pe. & com. rei ven. l. id quod. §. j. ratio au
tem eſt: quia prędia non uenduntur: ſed magis rei uenditæ ac
cedunt: ꝙ apparet: qa p ſe vēdi non poſſent. cum enī riparū
uſus ſit cōis de iure gētiū: apparet ꝙ ꝓprietas ſola p ſe eēt inu
tilis: cū ſemper durer vſus alterius, vt. ff. de vſufr. l. iĳ. tn̄ ideo.
per ſe nō cenſetur, ſed alteri cedit. & hoc vult dicere tex. in. d.
5 l. id ꝙ. §. j. de pe. & com. rei ven. ꝙ no. ¶ Ex illo colliget† quod
ſicut ſe habēt ripæ quæ ſunt cōes: ita etiā ſe habent ſepes ꝑdio
6 rum quæ vĳs publicis cohęrent, vt arg. d. l. id ꝙ. §. j. Et† ꝙ. s̄. di
ctum eſt, idem intelligo de foſsis quę ſunt inter viā & fundū
eadem ratione. illæ enim foſſæ ſunt eorū quorū prædĳs adhe-
rēt: ꝙ patet: qa ripa vię eſt ipſorum, vt limites prędĳ, vt. l. ma
ritus. de acq. re. do. et no. inſt. de re. di. §. ripa. ergo fouea q̄ eſt
inter illū & fundum noſtrū, eſt noſtra, vt. ff. de aqua. plu. ar. l.
ĳ. §. poſt ea. & ibi no. via aūt nō pōt dici: qa per illā non itur
nec cōmeat̃: ergo nō ē via, vt. l. ĳ. §. ait pretor. ne quid in loco
publico. puto tamē ꝙ vſus ſit publicus ſicut viarū ꝙ. s̄. dictū
eſt. Idem intelligo de foſsis, quæ ſunt inter viā & fundū eadē
ratione. nec prędictis ob. l. prædia. §. ita legatum. de fun. inſtr.
qa ibi loquitur in aggerib⁹ & foſsis quę ſunt inter ipſum fun
dum. & ſic ſunt iura proprietatis, & vſus dominĳ ipſius fun-
7 di. vnde cū vendantur, veniūt menſuranda. ¶ † Sed dubitat̃
qualiter iſte foſſæ q̄ ſunt in fundo menſurantur, videlicet an
mēſuret̃ ſupficies q̄ ſit à latere foueæ, & q̄ ſit in fundo foueæ,
an verò menſuretur cū toto agro, ſicut ſi foueæ plenæ eſſent?
rn̄. ager dicit̃ ab agēdo ſecundū Hugotionē. & ſic ab actu, qa
per eum pn̄t boues & alia animalia duci ꝙ importat nomen
actus. Si igitur fouea eſſet ita plana, & eius latera ita lata ꝙ la
borarentur, vel laborari poſſent cum bobus, dico eam mēſu-
randā. Si verò, vt ſępe accidit, ripæ fouearū ſunt erectæ ita ꝙ
per eas iri & agi nō poſsit: tūc foueæ nō menſurant̃ cū fundo
8 ac ſi plenę eſſent. & ita obſeruatur. Ita dico† de ripis quæ in
fundo eſſent, vt ſiquidē cū bobus coli poſſent, eorū ſuperfi-
cies veniat menſuranda. ſecus ſi ita eſſent erectę ꝙ ſic coli nō
poſſent: tunc em̄ menſurat̃ ſolū ꝙ dicta ripa cōtinet, ſicut ſi ī
fundo aliquis murus eſſet. eadē ratione prędicta vera, niſi alit̃
actū ſit expreſſè vel tacitè, vt. l. id ꝙ. §. j. de pe. & cō. rei ven. di
co aūt tacitè puta ſi ad menſurā aliquod prędiū venderetur
montuoſum, ſaxoſum, vel plagioſum ſeu ripoſum. licet enim
propriè agi non poteſt: tamē menſurabitur. ſic em̄ actū vide-
9 bitur. De† concauitate verò ſulcorum, qui ſunt annalis cultu-
ræ, vel aquæ deriuandę, vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. §. de eo ope-
re. dico in menſura rationē non habēdā, quoniam illa non eſt
10 forma agri perpetua, ſed culturę cā factum. foueę† verò agri ad
perpetuam vtilitatē fieri dicuntur, vt. ff. de impen. in re. do. l.
impenſę. Eius autem ꝙ dixi prędiū ꝙ totum eſt ripoſum vel
plagioſum eſſe menſurandū, cōtradicere videt̃ ꝙ. s̄. dixi ripā
& loca quæ ripæ cedunt per ſe non poſſe vendi, ſed reſpon-
de oīa loca quę à plano incipiunt vergere vſq; ad aquam in-
telligendū eſt ꝓpter alluuionem aquæ: ſi enim intra duos mō
tes vadat flumē non oēs penditiæ montis dicentur ripę, quo
niam naturaliter vergent verſus aquā, vt no. in. d. l. pe. de flu.
c ¶ Huius gratia[c] † quid ſit planicies inueſtigandum eſt. ad ꝙ
11 ſciendum eſt, habita notitia eorū quę planè opponuntur, vt
mons, vallis, collis & ſimilia. mons locus altus eſt. vt. l. ſi ædes
s̄. de ſer. vrb. præd. ꝙ intendo de magna altitudine. ꝙ. j. dicā.
dicit̃ autē mons ſecundū Hugotionem & Papiam à mouen-
do per contrarium quia non mouetur: ꝙ intelligo non de ea
immobilitate quę vniuerſę terrę congruit, ſed qa nō mouet̃. ſ.
per culturā. i. nō colitur. terra enim quę colit̃ bene mouet̃. du
rat igitur mons vſq; ad locū quo coli incipiunt pēditię: igitur
montiū appellatione nō cōtinent̃: qa ibi terminatur mōs, &
ita vtimur niſi certi loci vſus aliter ſe haberet. ſi tamen intra
montes eſſent aliqua culta: montis appellatione cōtinent̃, ſi-
cut pars appellatione toti⁹, vt. ff. de rei ven. l. in rē. §. quæcun
que. Collis aūt altitudo montis, dici pōt. ꝓpriè aūt collis di-
citur à colēdo quaſi mediocres mōtes: qa colunt̃. ita exponit
gl. ſcripturę diuinę ſup illo ver. pſalmi. Mōtes exultauerūt
vt arietes, et colles ſicut agni ouiū. ¶ Sūt em̄ montes, magnę
altitudinis, et cōiter ſunt inculti. Colles verò mediocris alti-
tudinis, et cōiter ſunt culti. intelligo aūt colles habētes altitu-
dinē ꝓpriā nō continuatā cum mōtibus nō habentibus maio
rē altitudinē ſic em̄ cōtinuarēt̃: tūc ſi eſſent culti, dicēt̃ pēditię
mōtiū, vt dictū eſt: tn̄ in nōnullis ptib⁹, loc⁹ magnę altitudinis
licet cult⁹ dicit̃ mōs, & loc⁹ paruę altitudinis, licet incultus di
cit̃ collis. diſtinguit̃ ergo mōs à collis altitudine, uel cultura, vel
ęſtimatione circūcolentiū. ſimile. ff. de flu. l. j. §. j. Vallis verò
12 dicit̃ locus† montibus vel collibus circūdatus, à vallo vallas,
ꝙ idē eſt ꝙ circundare. & eſt locus planus paruę ſeu medio-
13 cris magnitudinis. Planus dicitur† à platos grecè ꝙ idem eſt
ꝙ ęqualitas ſecūdum Papiam duo igitur requiruntur. Primò
ꝙ ſit lat⁹. Secundò ꝙ ſint eius partes ęquales. i. ęqualit̃ pla-
14 nę, ita ꝙ vna aliam non ſuper excedat. diſtinguitur ergo† va-
lis à plano circūdatione. pōt em̄ plan⁹ eſſe non circundatus à

a ¶ Lapides precioſi. Dicit Bart. hic ꝙ ſi ligna vel aurū uel argentum vel pecunia, prędio meo flumen adiecerit noſtrum erit vide do. Fed. de ſenis in cōſi. cvĳ. [illegible] d. Frāciſce. vbi voluit ꝙ ſi ego ignoro cuius ſint res ī agrum meum delatę, erit remediū ꝙ per iudicē fiat proclamatio de q̄ vide Ale. de Imo. in. l. hoc amplius §. de his aūt. ī. j. nota. ff. de dam. infe. Tho. dip.

b ¶ Agri noīe. Vide Bald. in rub. ff. de ac. re. do. & Ang. de are. in. §. ꝙ ſi ꝑ alluuionem. inſti. de re. di. Tho.

c ¶ Huius gratia de iſta materia poniț plenè. d. Fel. in c. Rodulphus. in xvj. co. in uerſi. de vallibus. de reſc. et vide Ale. de Imo. in conſ. xxv. ī. vĳ. vo. inci. conſideratis his. Tho.

montib⁹,vel alia altitudine,& iuxta mare.vallis aũt, nõ dicit̃ niſi ab altitudine circũdata.Itẽ differt ẽt latitudine:qa ſi ſit locus paruę latitudinis mõtib⁹ vel collib⁹ circũdat⁹:tũc dicitur vallis.ſi aũt eſt magnę latitudinis:tũc dicit̃ planus.hoc autem ſtat in opinione circũcollentiũ.Differt etiã qualitate:qa vallis dicit̃,etiã ſi habet cõtinuitatẽ.Planus aũt ęqualitatẽ requi
15 rit.ęqualitas aũt† qualis eſſe debeat,dubitari põt.puto aũt oĩ modã partẽ quę pergit.vix em̃ reperit̃ locus qui aliqualiter in aliquã partẽ nõ pergat:ſaltẽ tamẽ vt prolluens aqua demõſtrat:ideo dixi ſufficere,ꝙ notabiliter non pergat.ſimile.ff.de edic.l.cũ ędes.notabiliter aũt in vnã partẽ pergere probabiliter dici põt,qñ inde aqua proflues multa de terra aufert, ita ꝙ eius vſum & culturã faciat deteriorẽ.ff.de aqua plu.arcẽ.l.j.§.fi.& arg.de ędi.edic.l.j.§.ſciendũ.In his aũt,multũ circũ-
16 collentiũ opi.facit.†Foſſę agrorũ per viam ripę ipſius plani ſunt.loquor aũt de plano totali,vt ſi de plano Tyberis loq̃t.ſicut enim foſſę q̃ ſunt in fundo fundi ſunt:ita quę ſunt in totali plano plani ſunt:ut.l.prędia.§.legatũ.de fun.inſtr. & ſtatuta quę loquunt̃ de his quę in plano Tyberis cõmittũt̃,locũ haberẽt etiã in his quæ in dictis foueis cõmittuntur,& ripis
17 cõmitti contingeret.¶ †Quid ergo ſi committeretur in eo loco,quo propter attractionem aquę verſus flumen vergit:an ĩ plano Tyberis dicatur eſſe cõmiſſum?videt̃ ꝙ nõ,vt.d.l.pe.ff.de flu.ex quo à plano vergere incepit,licet dictio à, ſeparationẽ denotat:vt.ff.de ac.emp.l.ratio.§.fin.ergo ille locus ſic vergens,eſt ſeparatus,& diſtinct⁹ à plano.reſpõ.ſi quęrat̃ an talis locus appellatiõe agri mei cõtineat̃?dicẽdũ eſt ꝙ nõ,ꝑ rõnem prędictã.ſi verò q̃rit̃ an totalis planus Tyberis appellatiõe cõtineat̃:attendẽdũ eſt ſi quidẽ flumẽ planũ vadit ita ꝙ ab vtraq; parte fluminis planũ Tyberis nominet̃ ꝙ in dicto loco fieret in plano fluminis factũ eſſe diceret̃:qnimo etiã ꝙ in ipſo flumine fieret in tali plano,ſub totali appellatiõe nominato factũ eſſe diceret̃.cũ enim ipſum flumẽ aditus & exitus ab vtraq; parte vni⁹ plani appellatiõe contineat̃: ergo & ipſe fluuius aliâs flumẽ per mediũ dirimeret̃:nec eſſet vn⁹ planus,ſed plures plani.ar.ff.de ver.ſig.l.rectè dicimus. facit & eſt quaſi caſus:qa ꝙ fit in aqua putei:in ipſa re factũ dicit̃: vt ff.de aqua quo.& ęſti.l.qui in puteũ.§.is qui.in prin.ꝙ ſi ĩ illa parte fluminis eſſent mõtes vł colles:tũc ille loc⁹ ꝓpter aquę attractioné vrgens plani appellatiõe nó cõtineretur. ſed vbi planus deſinit,& locus ille ripę fluminis cedit:vt.d.l.pen. de flu.nec etiã ipſum flumen aliunde habet aditum.ar.ff.vti poſſi.l.ſi duo.§.ſi ſupra ędes.cum ſi.

SVMMARIVM.

1 *Ager dicitur noſter,ut habeat locũ alluuio nõ ſolũ reſpectu dñij uel quaſi,ſed etiam iure pignoris,uel uſuſfructus,uel quouis alio modo.*
2 *Via intermedia,agro non impedit ius alluuionis.*
3 *Prædia ciuitatis quæ coluntur,ſicut priuata habent ius alluuionis.*
4 *Additum per alluuionem plateæ uel campſori,cui acquiratur?*
5 *Additum alluuione loco ſacro,uel religioſo,uel alicui cemiterio, ei nõ acquiritur,& in nullius bonis eſt,& primo occupanti conceditur.*
Locus ſacer intermedius,impedit ius alluuionis.

1 a **Noſtro.** †Noſtrũ[a] quidé ꝗ̃tũ ad p̃ſens ſpectat:ager dicitur ꝙ ſiue ad nos pertineat iure dominij vel quaſi vel iure pig.uel uſuſfru.uel quouis alio.ſi enim ager ad nos ſpectat iure dominij.eodẽ iure alluuio ꝑtinebit,vt hic.& idẽ ſi quaſi dñij,vt.ff.de pub.l.ſi ſpõſus.§.ꝙ tamen per alluuionẽ.idem ſi pignoris.vt.ff.de pig.ac.l.ſi cõuenerit.§. ſi nuda.de pigno.l.ſi fundũ.in prin.itẽ ſi iure vſuſfructus:ut.ff.de vſufru.l.item ſi fun.§.j.plus eſt.qa ſi fundus ad nos ſpe quadã ſpectaret:illo iure ad nos ſpectaret alluuio:vt.ff.de lega.j.l.ꝙ iure.§.j.eodem enim iure quo fundus cenſetur.item licet hic dicat agro noſtro.inſti.eo.§.preterea.¶ Dicit agro tuo:intelligo autem ꝙ ſit alicuius ideſt ad aliquẽ iure priuato pertineat
2 †Si enim eſſet iuris publici:vt uia:tũc in ea adhererent,& iuris publici non efficerẽtur:ſed eorum qui propè uiã prędia poſsident:vt.ff.de acqui.rerũ do.l.martius,& ꝙ not.inſti. de
3 re.diui.§.riparum.quę autem ſint† prędia ciuitatis,non tamen in uſu publico,ſed per ciuitatem coluntur,ſicut per priuatũ ea ius alluuionis habent.ſunt enim tanquam priuata:vt.ff.de
4 contrahen.emptio.l.ſed celſus.in principio.† qd dices ſi alicui campo in quo fiet forum.uel fortè plateæ per alluuionem flumen addiderit?Rñ.iſti campi plateę ſunt.platea autem ſecũdũ Hug.& Papi.idẽ eſt ꝙ uia ampla ſeu uia lata: ergo &c. ſed viæ cedit & iure publico non efficitur:ut.d.l.martius.
5 ¶ †Quid autem ſi alicui loco ſacro uel religioſo flumen adiecerit vel alicui cemiterio vel loco aliter cõſecrato?reſpõ.ei nõ acquirit̃.non em̃ eſt ager noſter,ſed in nullius bonis eſt,vt.ff.de re.di.l.j.nec poteſt dici,ꝙ q̃ratur ei q ab alia ꝑte loci ſacri prędia poſsidet.locus enim ſacer, medius impedit acquiſitionẽ.licet via nõ impediret.vt.ff.de aqua plu.ar.l.ſi prius.§.ſacro.& de ſer.l.ſeruitus.§.fi.non enim poteſt dici,ꝙ locus ſacer ita dicatur prędij,ſicut dicit̃ de via,vt.d.l.martius. via em̃ deſtructa ſuppletur à prędio vicino:vt.l.ſi locus.§.fi.ff.quẽadmo.ſer.amit.ꝙ de loco ſacro nõ reperit̃.puto aũt ꝙ talis alluuio in nullius bonis ſit,ſed occupanti conceditur.ſicut in alluuione quę agris limitatis accedit,vt.ff.de flumi.l.j.§.ſi inſula.&.§.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Flumen publicum dicitur,ꝙ perpetuò currit,quæ autem in hyeme currũt & non in æſtate priuata ſunt.*
2 *Flumen priuatum nihil tribuit per alluuionem,adijcere tamen poteſt.*
3 *Torrentia ſeu foſſata agrorum,cur priuata ſunt?*
4 *Foſſata petita in confinio duorum prædiorum,communia ſunt.*
5 *Foſſatum exiſtens propè finem prædij de quo apparent inſtrumenta antiqua,in quibus poſſeſſores emerunt prædia à latere ,quòd intelligatur eſſe eorum,qui prædia à latere poſsideut.*
6 *Ius alluuionis an habeat locum in riuis:remiſsiuè,*
7 *Ripa fluminis quæ erat iuxta prædium ſi corruit,ita ut flumen alueum mutet alueus acquiritur prædio.*
8 *Stagnum & lacus ſi priuata ſunt: non habent ius alluuionis.ſecus ſi publica.*

Flumen. De flumine publico loquor.& ita de clarabimus vt patet ĩ ea parte legis ꝙ in.iij. li.de clarabimus ꝑ quã exprimit̃ ꝙ loquit̃ de flumine ꝙ eſt iuris
1 publici,probat̃.Flumina† ſunt q̃ perpetua ſunt,vt. ff.de flu.l.ij.§.ij.& ideo gl.inſti.de re.di.§.flumina.ſuper tex.qui dicit ꝙ flumina oĩa publica ſunt,exponit oĩa , ideſt perpetua, vt Padus & Rhenũ.quędã verò ſunt priuata, vt foſſata in agro poſita q̃ quãdoq; currũt quãdoq; nõ.iſta ſunt verba gl. Item Roff.in libellis ſup interdicto,ne quid in flumi. pub. dicit ꝙ flumina q̃ in hyeme currũt,in ęſtate nõ ſunt priuata & benè dicit.iſta enim vocant̃ torrentia,vt.ff.de flumi.l.j.§. torrens.
2 Si igitur† priuata ſunt per alluuionem:nemini poſſunt aliqd tribuere.ſi enim curſum mutant ſemper ſolũ remanet eius cuius primò erat.¶ Quod autẽ dixi per alluuionem non poſſe adijcere,intelligas apponendo,ita ꝙ prędiũ extendat̃.ſupponendõ verò potes adijcere:ſicut pinguedo agri ſupioris adij
3 citur agro inferiori,vt.l.j.§.fi.ff.de aqua plu.arcẽ.¶ Et ſi† quę
b ratur[b] cur priuatorũ ſunt iſta foſſata,ſeu torrẽtia.dico hoc facti eſſe.põt enim probari ꝙ per alicui⁹ prędiũ aqua proru-pit,& foſſatum fecit vel inter prędia plurium aqua iuit:tunc ſecundũ terminos antiquos,prędia erunt diuiſa,& talia foſſata.vel ſi poteſt probari qualiter ſunt ab antiquo poſſeſſa,ꝙ ſi vt ſepe accidit nullũ iſtorũ vel aliud ſufficiens poſsit probari.tũc puto illorũ eſſe qui propè ab vtraq; parte prędia poſsident cuiuſlibet vſq; ad medium.arg.eius ꝙ dicit̃ de inſula & alueo dimiſſo.ff.de acqui.re.do.l.adeò.§.ĩſulam &.§.ꝙ ſi toto.ꝙ dicam in.ij.&.iij.lib.huius expreſſum eſſe cõperis.ff.de aqua plu.arcen.l.ij.§.pręterea.vbi tex.dicit ſi ĩn cõfinio foſſa poſita ſit.& gl.exponit in confinio.ſ.duorũ prędiorũ.& ſic
4 erat cõis fouea.†& ſic infert,ꝙ eo ipſo ꝙ eſt in cófinio ꝑdiorum eſt communis.ꝙ etiam expreſsius declarat ibi tex.dum dicit,eam partẽ quę tibi accedit.& ſic expreſſè innuit ꝙ eis q ab vtraq; parte poſsident prędio accedũt.ꝙ intelligo niſi ea foſſata eſſent in vſu pub.tũc em̃ dicerent̃ publica:vt.ff. ne quid in loco pub.l.ij.§.hoc interdictũ.& eſt expreſſum.ff.vt
5 in flumi.publico naui.lic.l.j.§.foſſa.¶ †Sed quid ſi reperiuntur inſtrumenta antiqua,in quibus poſſeſſores prædiorum à latere emerunt prædiũ.& propè finem appoſitũ fuit foſſatũ?videtur ad eos pertinere,ipſa enim emimus:nõ confines. pro quo fa.ꝙ fundi nihil eſt,niſi quod intra ſe continet:vt.ff.de actio.emp.in prin.Credo quòd ſimiliter intelligatur eſſe eorum,qui à latere prędia poſsident:vt.ſ.probatum eſt. nec ob.quod fines non emuntur:ꝙ fateor,ſed tamẽ poſsibile eſt ꝙ rei venditę accedunt.ſicut ſi emerẽ fundum & acceſsiones
c & ponerem pro fine ripam fluminis[c]. ſicut etiam ponerem pro fine viam quo ad quid fundo cedit,vt.ff.de acquiren.rerum domini.l.Martius.nec obſtat.d.l.fundo. quia illa regula ꝙ fundi nihil eſt,niſi ꝙ intra ſe continet.patitur exceptiones per alias regulas vel leges,vt in aquęductu qui eſt extra prędium:vt.ff.de contrahenda emptione.l.ſi aquæductu.& limitibus prædiorum,& in vijs,vt ſupra dictum eſt.& in tali foſſato,

a ¶ Noſtrũ.not.ꝙ ſi arbor tua ui fluminis delata ĩ agrũ meũ, ſe coaluit cũ terra , an efficitur mea & an poteris agere cõtra me ad ęſtimatio. arboris uide plenè ꝑ Pau. de ca.in.l.hoc ampli⁹.§.de his autẽ. & ibi Ale.ĩ.ij.no. ff.de dã.infe.Th.

b ¶ Et ſi quęrat̃.plures qõnes de foſſatis vide ꝑ Fel.ĩ. c. rodulph⁹. ĩ.xvij. col.de reſcri. & uide Bar.in.l.prędia §.ſi ita legatum.& ibi ſcripſi ĩ apoſt. mea.ff.de fund.inſtru.Tho.

c ¶ Ripã fluminis. uide plenè ꝑ do. Alex.in cõſ.xliiij. ĩ.vj.uol.inci. omiſſis argumẽtis.ĩ.ij. col.ubi plenè ponit de doctrĩa Bar. hic & eſt duplicatũ in cõſi.cxx.ĩ.ij. vol.& uide Bal. ĩ rub.ff.de rer.diui. in.vij.col.in fi.& ſeq. Tho.

6 fossato,vt.d.l.iij.§.preterea.de aqua plu.arcē.¶†De riuis ve rò & alijs nominibus fluuiorum,seu quæ aquarum cursus significāt quid iuris sit.& an in eis alluuionis sit ius in. iij.lib. vbi de insula tractabimus dicetur, quoniā text.in.l.j.ff.de riuis
7 de hoc ibi facit mentionē.¶†Sed quæro: quid si ripa prædij versus flumen naturaliter se extendit: quia fortè ibi erat lapidicina crescēs, de qua dicitur.ff.so.ma.l.diuortio.§.si vir in fundo.& euidenter videtur Pisis,apud mōtē Pisanū in lapidicinis marmoreis,vel in terremotu fluminum vbi ripa erecta Corruit, & ipsa iuncta prędio remanens fluminis alueo per eum locū cessare fecit:Respon.puto totum locum domino prędij accedere sicut per alluuionem.oēs enim istę accessiones quæ diuina natura obueniunt,nullo facto humano interueniente, eiusdē naturæ sunt,vt.ff.de vsufr.l.itē si fundi.§.j.& hoc videtur sentire Azo in sum. instit.de re.di.siue enim flumen prędio meo addat, & propter hoc ab eo simpliciter recedat,nil addendo nobis accrescit, vt.ff.de acqui. re.do.l.Martius.hoc autem nil addendo recedit.sed ab eo recedit naturali impulsu.Istud autem incrementum quod quandoque ripa naturaliter excrescente cōtingit, dici pōt alluuio:qa latēs incremētū est.quando verò ruina,vel terremotu contingit, potest dici incrementum aluei recedentis de quo dicemus in.iij.li.huius
8 operis.cum enim repēte fluit,alluuio non est.¶†De lacu sve rò,& stagno dicendum est quod quando lacus & stagna sunt priuata:tunc nō est dubium,q per alluuionem nō vni detrahit nec alij addit : sed locus ille qui inundatur aqua lacus vel stagni etiam ita inundatus remanet eius cuius primò erat , vt ff.de acquir.re.do.l.lacus.de aqua plu.arcen. l.vicinus.§.fin. Quidam lacus & stagna sunt publica: & hoc duobus modis. quandoque enim sunt publica.i. reipub.& ibi nullus piscatur,nisi cui respu. commiserit, vt in lacu Perusino:tunc idem quòd si essent priuata:vt.ff.de cōtrahen.em.l.sed celsus.Quædam sunt publica:vt in vsu publico. per eum enim quilibet piscatur ad placitum:tunc addit,& detrahit per alluuionem sicut flumina publica,vt.ff.de ver. sign. l.littus &.ff.vt in flu. pub. na.lic.l.j.

SVMMARIVM.

1 *Adiecta dicuntur, quæ ita adijciuntur ut uniantur.*
Alluuione quicquid adijcitur,& unitur prædio nostro,nostrum est.
2 *Proiectum per flumen in agrum nostrum, nostrum non est sed conceditur occupanti.*
3 *Arena adiecta alluuione fundo nostro,nostra est.*

1 **Adiecerit.** †Adiecta dicuntur ea,quæ ita adijciunt,vt vniantur,vt.ff.de rei vend.l.in rem.§. item quæcunq;.vniri aūt dicuntur,quando partes inuicem cohærent.apparet enim euidenter id quod per alluuionem additur alteri prædio coherere.si quid autem sit quod adijciatur, ita q cohereat siue terra,siue lignum,siue æs,nostrum erit.il-
2 lud aūt†quod per flumen in nostrum proijcitur,quod nō coheret, licet nullius sit: tamen nostrum non est sed occupanti conceditur,vt patet in apibus,& fauo mellis ab apibus facto: vt.ff.de acq.re.do.l.naturalem.§.apium.insti.de rerū di.§.apium. hic etiā apparet,q fundi non est nisi q intra se continet ita q sit affixum,vt.ff.de ac.emp.l.fundi.in princi.fa.ff.de ac-
3 qui.poss.l.iij.§.neratius. ¶†Quid aūt dicemus de arena,cuius partes inuicem non coherent,an nostra efficiatur?respondeo cum hæc materia terra sit, nec cuius sit appareat: cū ipso fundo confundi dicitur:sicut dicimus de pecunia mista cū pecunia, vt.ff.de so. l.si alieni.hoc autem apparet quod omnia incrementa fluminū, q̄ fiūt per alluuionē sunt additamenta arenosa.de isto igitur iure,vt.s.dixi sic sentio,vt gl.sentit.

Iuregen. Hoc est ius quo omnes gentes vtuntur,vt.ff. de iust.& iur.l.ij.§.fi.competit ergo istud ius deportatis, & cæteris qui iura ciuilia perdiderunt: vt.ff.de pœn.l.quidam sunt.

SVMMARIVM.

1 *Adiectum alluuione,nobis acquiritur ipso iure absque facto hominis.*
2 *Adiectum alluuione agro possidetur eo iure quo possidetur ager.*
3 *Alluuio,non habet locum in agris limitatis.*
Agri limitati dicuntur agri capti ab hostibus,& inter milites diuisi.
4 *Territorium unum si princeps diuidit inter plures, dicitur ager limitatus & non habet ius alluuionis.*
5 *Territoria diuersa si diuersis integrè aßignātur,non dicūtur agri limitati.*
6 *Alluuio q non tribuat iurisdictionem,sicut tribuit dominium rerum priuatarum.& num.9.*
Iurisdictio q, sit iuris publici.Et qualiter sit iuris publici?
8 *Iurisdictio si diuidatur flumine, quælibet ciuitas uel dominus habet iurisdictionem in ipso flumine usque ad medium.*

1 **Acquiritur nobis.** †Acquiri nobis intelligo eo iure quo ager primum ad nos pertinebat,vt supra dictū est cum exposuimus verbū,nostrū.& fit acquisitio ipso iuregentiū absq; alicuius hoīs facto.an aūt sic acquiri dicatur.vt possideamus q per allu
a uionē adijcitur,dubitari pōt.sed cū hoc[a]†quod adijcitur pars
2 primi agri sit,nō nouus ager:puto id q adiectū est, sicut primus ager possidetur.arg.ff.de acq.poss.l.iij.in prin.In eadē opinione qs videtur esse,vt velit totum fundū possidere:vt.ff. de
3 leg.j.l.si ex toto.in prin.&.l.q rerū.§.pe.†Prędicta autē non habēt locum in agris limitatis:vt.ff.de acq.re.do.l.in agris.et ff.de flumi.l.j.§.si insula,¶Quid autē sint agri limitati, ibidē iurisconsultus explanat:hoc est ager capt9 ab hostibus,& diuisus inter milites,vt sciret q d cuiq; datum esset quod venisset,& q in publico relictum esset:vt.d.l.in agris.in fi. si ergo princeps vnum integrū territoriū vni assignaret:nō erit ager limitatus,vt hic patet:qa nō est diuisus:& hoc vult text.in.d. l.in agris.dum dicit q si ager totus apud rē public . retinetur
4 non est ager limitatus.†Sed si vnum territorium princeps:in
b ter plures diuidit[b]:tunc agri limitati sunt,nec ius alluuionis habēt,vt.d.l.in agris.& de flumi. l.j.§.si insula.ratio hui9 potest esse:quia postquā princeps limitatē dedit vult q semper limitatē possideantur vt semper sciatur quātū habuit beneficio principis.nec posset dici q habuit beneficio fortunę.vel dic q rō est:qa flumina loco cēsitorū habent:hoc est illorū officialiū qui propter cēsum accipiūt de iure vnius,& dant alteri.sicut dicti officiales nō possunt mutare cōcessionē factā p Principē:ita nec flumē.arg.ff.de acq.re.do.l.ergo.§.pe. Sed huic rationi cōtradicit,expon. Azo. quam facit in sum. institut. de re. di. vbi dicit flumina habent loco censitorū.i. iudicū & principū,vel iuris authoritate:ideo nō habet ius alluuionis: qa pro illis prędijs,nō tenentur soluere factiōes.ideo in alio grauantur.vt.C.de fun.li.l.fi.lib.xj.vel dic nō esse rationem quærē dā.postq̄ habemus determinationē.in agris igitur limitatis
5 nō habet locū ius alluuiōis.†Sed qd si plura territoria capiātur,& quodlibet territoriū p se ī itegrū diuersis militib9 assignetur?rñ.nō esse agros limitatos: sicut si vnū integrū uni assignetur:vt dictū est.arg.ff.de verbo.ob.l.scire debemus.ij.rñ.
6 ¶†Quero si territoriū[c] & iurisf.ciuitatū & episcopatuū sunt
c diuisa & terminata per cursum alicui9 fluminis: an sicut flumen accipit de iure vnius & dat alteri de iure dnij.ita faciat ī iure iurisdictiōis?& vr̄ q iurisdictio nō mutet.sunt em̄ limitata à principe:ergo videntur agri limitati:vt.d.l.in agris.&sic dico q hoc nō apparet.dicā:istę limitationes sunt antiquę,et à tēpore cuius memoria nō existit:ergo habentur iure cōstitutionis p principē.vt.ff.de aqua quo.& æsti.l.hoc iure.§.duct9 aquę.& sic videntur limitati.Sed hęc rō nō est sufficiens. pone enim q princeps nō diuisit territoria:vel sicut diuisa inuenit diuisa seruauit:& tūc agri limitati nō dicuntur, vt dictum est. vel dicamus q iurisdictio nō mutat:qa alluuio ea q̄ sunt publica,in aliū nō trāsfert ar.l.marti9.ff.de acq.re.do. Sed huic ob.q supra dictū est,sup verbo nostro.qa ea q̄ sunt publica hoc est ciuitatis,in vsu publico ius alluuionis habent. cuius
7 gratia videndum est†an iurisdictiōes sunt iuris publici?& cōstat q sic:ut.ff.de iu.& iu.l.j.§.ius publicū.ibi,magistratibus &c.¶Secūdò videndum est,qualiter iurisdictiones sint iuris publici:an tanq̄ ea quę sunt in vsu publico:an tanq̄ ea quæ sunt ciuitatis:vt priuatus possidet.Ad quod sciendum est q sicut pater & filius.domin9 & seruus sunt correlatiua:ita iurisdi.est q̄dā relatio domini in subditos. & sicut pater habet ius ī filios.ita fili9 cōtra patrē habet q̄dā iura petendi alimēta, & similia.ita in iurisdictiōe subditi habēt quoddā ius petēdi iurisdictionē à superiore:& si ille denegat:delinqt.& punitur. vt in aut.vt diffe.iud.in prī.&.ff.&.C.de magi.cōue.cū simi. & istud est iuris publici,tanq̄ ea q̄ sunt in vsu publico. quilibet em̄ pōt à magistratu iustitiā petere, vt.d.l.j.§. publicum ius.de iust.& iu.¶Alio mō cōsideratur iurisdictio put est ī ipso magistratu ciuitate,Comite:vel Barone.& isto mō iurisdictio est iuris publici eo mō quo sunt ea q̄ ciuitas possidet vt priuat9:q patet:qa nō qlibet de ciuitate vtitur:sed solū cui resp. pmiserit:& ea q̄ īde pcipiuntur:vt mulctę,pœnę,bāna & similia ipsius ciuitatis vel dominij sunt tanq̄ priuata:vt.ff. ne qd
8 in loco pu.l.ij.§.hoc interdictū.¶Itē videndū est† vtrū iurisdictio cōpetat cuilibet ciuitati vel domino.& in ipso flumine vsq; ad mediū ipsius fluminis terminātis?& respōdeo q sic qa oīa q̄ sunt in cōfinio sunt cōia eorū q ab vtraq; parte possident:ut.l.arbor.ff.cōi di.de aqua plu.arcē.l.ij.§.ptērea.& de acqui.re.do.l.adeò.§.fi.& sic de oī eo q cōmiscetur in ipso flumine quilibet habet iurisdictionē vsq; ad medium fluminis.
9 ¶†His pmisis in.q.ꝓposita:cū in ipso flumine, & solo ipsi9

a ¶Sed cū hoc. de dictis p Bar.hic vide plenē.p Ale.in l.j.in prin.& ī ape.co.ff.de ac.poss.&.d.l.si.in.l.ij.in ci.possideri. ī. iij. col.ff.co. de acqui. poss.Tho.

b ¶Diuidit.vide Ale. plenè in.l.extero.in prin.ff.de le. j.vbi plenè examinat doctrinā Barhic.et vide Barto. so.ī cō.clxxxj.īc. visis capitulis ī.ij. col.Tho.

c ¶Quero si territoriū.Adde Bar.vero.ī suo trac.desertu.ī rub.de flu. priua.&Io.de platea.ī.l. fi.ī fi.C. de fun.limi.lib.xj.& apost. Frā.de curte ī.l.j.ī.vij.col.in addi.Alex.ici.cōfert.ff.de iur. om. iu.& plenè ī cōsil. lxvj.ī.ij.col.& se. inci.super eo.Th.

ciuitatis domino, vel alterius loci domino vel episcopo com
petit ius iurisdictionis tanquam ius priuatum:& sic tanquam
ad hoc flumen est priuati iuris. dicẽdum est indubitanter ꝙ ꝑ
alluuionem hoc est per additionem quæ fiat à flumine nõ adijcitur vel detrahitur iurisdictioni: sicut supra dictum est de lacu. vt. ff. de contrahen. em. l. rutilia polla de aqua plu. ar. l. vicinus. §. fin. de acqui. re. do. l. lacus. ar. ff. de aqua quo. & æsti. l. si hoc iure. §. si aquam sed facilis est solutio si bene inspiciatur.

SVMMARIVM.

1 *Intelligere, non comprehenditur per uisum.*
2 *Testis deponẽs ꝑ uerbũ intellexit, nõ ꝓbat, nisi exponatur, id est uidit.*
3 *Alluuio probatur per tres testes, deponentes ꝙ uiderunt minuatim incrementum allatum.*
4 *Cõfines reperti fracti in domo, præsumuntur fracti ab eo qui remansit ad custodiam.*
5 *Relatum factum in consilio, præsumitur ab eo solo qui exiuit.*

Per alluuionem Autem, id videtur adijci ꝙ ita paulatim adijcitur, vt intelligere nõ possumus quantũ quoquo momento tpis adijcit. Ista verba. l. sunt sup verbo aut momento temporis. glo. sic ait. nã si tota die figas intuitũ, imbecillitas visus tam subtilia incrementa perpendere nõ potest, vt in cucurbita ostendi potest. vnde dicitur latẽs incrementũ, vt. inst. e. §. p̃terea. ista sunt ver-
1 ba gl. sumpta ex sum. Azo. insti. de rer. di. & aduertendũ† ꝙ il
lud quòd text. dat⁹ intelligere, gloss. intelligit hoc est per visum cõprehendere nõ põt. & meritò. vt em̃ naturales dicũt vna est uirtus intellectiua quæ intelligit, & hęc eadem in hoie mediante organo oculorũ videt, & per aurẽ audit, & sic de si.
2 Hæc aũt expositio licet† verbis legislatoris cõgrua sit in dicto
alicuius testis cõgrua nõ esset, q de eo debet deponere ꝙ simpliciter sensu corporis percipit, vt. ff. de test. l. q testamento §. si lex. C. de test. l. testiũ. et no. ꝑ Inn. extra de te. c. in noĩe. cũ cãm. si igit̃ diceret testis aliqd esse ꝙ sic fieri intellexit nõ ꝓbaret, nisi exponeret̃ intellexit. i. vidit: quia potuit ꝑ aliũ modũ ad hũc intellectum ꝑuenire. de quo mõ interrogat̃. Sed hic
3 meritò occurrit dubitatio.† Si enim hæc alluuio nõ põt ꝑ sen-
sum corporis comprehendi: ergo ꝙ sit alluuio ꝑ testes nõ poterit probari. dico autẽ ꝙ benè potest videri ꝙ flumẽ addit, sed nõ q̃tum quoquo momento sicut in puero excrescenti vidi demus. dico ẽt ꝙ ex diuisione loci post incrementum allatum potest uideri. & per visum comprehendi ꝙ per alluuionẽ est factũ. expositione enim facta de terta addita, hoc manifestè ꝑ omnes cõprehendit̃ ꝙ minutatĩ factũ est: & ꝙ à flumine factũ est ꝙ ꝑ aliũ fieri impossibile esset. vñ puto testẽ probare q diceret ꝙ ipse vidit minutatim incremẽtum allatũ, & vidit ꝙ est alluuio addita à flumine minutatim. idẽ puto in quacũq; materia cõtigeret, vt si sit aliqd factũ quod nisi ab vno fieri po
4 terit, quòd aperta sit probatio illum fecisse. ¶ † Quid enĩ si ꝑ
certã horã vn⁹ ad dom⁹ custodiã sit dimissus, constatq; nullũ aliũ ingressum esse & cõfines q clausi dimissi erãt fracti repe-
5 riunt̃? proculdubio ille q remansit fecit.† Et qd si plures erant
in cõsilio sup arduis cõstituti, cõstat neminẽ exiuisse vel cum alio locutũ fuisse vno excepto. & reperit̃ negociũ esse scitũ, et propalatum: tunc proculdubio ab illo solo exeũte de consilio vel cum alio loquẽte, factũ est cũ ab alio fieri sit impossibile: sicut hic impossibile est ab alio additũ q̃ à flumine &c.

SVMMARIVM.

1 *Vis in singulari, pro potentia, pro uiolentia, item pro necessitate, & etiam pro potestate ponitur.*
2 *Vires in plurali denotãt effectum seu efficaciam & potentiam corporis.*

Quod si uis fluminis. Hic tractare incipit de incremento non per alluuionẽ, hoc est nõ paulatim, & latenter, sed manifestè. & palam. Ait ergo vis fluminis. i. potẽtia fluminis. mul-
1 ta enim† significat hęc dictio vis, qñq; ponit̃ pro potentia vt
hic. & in vulgari dicimus talis homo habet magnam vim, hoc est magnã potẽtiã. quòd nõ intelligitur de corporali, sed de ea quæ contingit ex multitudine amicorum vel subditorũ vel diuitiarũ: quãdoque pro violẽtia, vt. s̃. ꝙ me. causa. et. l. ij. & . l. extat. cũ si. qñq; ꝓ necessitate, vt. ff. de iure pa. l. libertas. & ꝙ ibi no. ibi, nisi per vim &c. dicim⁹ in vulgari: ego facio hoc vi i. necessitate cogẽte. facit. C. de resc. vẽ. l. nõ idcirco. Itẽ accipitur ꝓ ptãte, vt. ff. de tut. l. j. in prin. §. j. & inst. de tu. in prĩ.
2 & istis casib⁹ declinat̃ tãtũ in singulari, ꝑ oẽs casus† pluraliter
verò nõ vtimur, reperit̃ tñ vires ĩ plurali. et istud nõ habet singulare. et interdũ ponit̃ vires pro effectu seu efficacia, vt ista stipulatio habet vires. vt. ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. hi q. ponit̃ ẽt vires id est uirtutes ut ait Cato: Herbarũ vir. &c. ponitur etiã pro potentia corporis: vt ille homo habet magnas vires. reperitur etiam istud aduerbium vix, cuius significatio ponitur. ff. de iud. l. vix. & ad velle. l. tutor. cum si. &c.

Partem aliquam de tuo prędio detraxit &c. vt igitur hæc pars licet locũ habeat oportet constare quòd pars illa quam flumen prędio meo applicauit ex tuo prędio fuerit. Si uerò cui⁹ fuerit ignoretur: tunc statim quod terræ meæ applicaretur, meum esset, ut. s̃. in prin. dictum est. & etiam super uerbo adiecerit.

SVMMARIVM.

1 *Applicare, idem est ꝙ imponere & subijcere.*
2 *Adijcere fundo dicitur, ꝙ inuisibiliter fit. applicare ꝙ uisibiliter, et palã.*
3 *Crusta agri quæ applicatur prædio, quando poßit uendicari?*
4 *Crusta agri tui applicata prædio meo, ita ꝙ inseparabiliter unitur, efficitur mea.*

1 **Ex prædio** meo appulerit &c. inst. de re. diuisi. §. quod si uis. ubi est idẽ text. & dicit̃† applicauerit ꝙ exponit gl. i. imposuerit, & subijcit, puta crustã terræ uineatę, & arboratę. ita dicit glos. secũdũ hoc differt hęc pars à p̃cedenti: qa ibi adiecit à latere: hic supposuit. licet hoc in se uerũ sit: tñ nõ puto curandũ siue enim à latere, siue super
2 fundo talem crustã posuerit, idẽ iuris est. differt ergo† ꝙ in p̃-
cedenti parte adiecit inuisibiliter. hic verò uisibiliter et palã. Quid aũt sit hoc ꝙ dicit appulerit, seu applicauerit. aduertendum. põt hoc esse sine unione rei, q̃ applicatur. dicimus enim nauem ad portum applicasse: uel applicuisse: nõ tñ vnit̃ por-
3 tui: & sic hoc modo crusta† agri quę prædio meo applicatur,
sine dubio tua manet, vt hic. & à te poterit uendicari: ut. s̃. de dam. infe. l. hoc amplius. §. j. qñ que crusta agri tui, meo prædio applicatur aliqua leui unione, uel ꝙ põt de facili reparari: & tũc idem. Ideo dicit tex. palam est tuam rem permanere, ut hic. raro enim terra põt apponi super terrã: quin aliqualis applicatio, & unio fiat. & ideo hæc lex notabiliter requirit
4 quòd arbores radices emiserint: ut infra uidebimus. quãdo†
crusta agri tui meo prædio applicatur: ita quòd inseparabiliter unitur: tunc prędij mei efficitur: vt. j. dicetur &c.

SVMMARIVM.

1 *Crusta applicata fundo meo, intra quantum tempus dicatur unita cũ meo, & mihi acquisita?*
2 *Impositum fundo meo, fundo meo acquiritur, & additum per alluuionem mihi acquiritur.*
3 *Arbor mea imposita tuo fundo, etiã si ibi coaluerit, petitur actione ĩ factũ.*
4 *Crusta applicata fundo meo, postquam fuit unita, uendicari non potest.*
5 *Arbor antequam coaluerit, uendicatur à domino.*
6 *Crusta antequam sit unita: potest agi contra dominum, uel ut illam colat uel ut illam pro derelicto habeat.*

Plane si longiori tẽpore. Eandem materiã prosequitur qñ ab initio crusta in meũ agrũ vel fundum translata est, sine vnione. Si enim ab initio fuerit unita: ut qa multũ cũ terra agri mei unita sit, ita ꝙ nec discerni nec separari potest aliâs possessio mea esset, vt. d. l. hoc ampli⁹. §. j. de dã. ĩfec. sed qñ ab initio sic unita nõ esset: tũc ex postfacto fieri potest
1 unio, & uniri potest. ꝙ si fiat: tũc efficit̃ mea. hoc aũt qualiter†
fiat unũ exẽplũ ponit̃, si lõgiori tpe fundo meo hæserit, ꝙ vt in gl. dicit̃. qdam exponebãt. x. vel. xx. annis. ꝙ gl. reprehẽdit. sufficit enĩ ꝙ tãto tpe stet: et ꝙ colatur arbor in terra. uel si fortè crustas nõ habẽt arbores, sufficit si tãto tẽpore steterint, ꝙ si ibi arbores essent coaluissent. ex cursu enim tanti temporis pręsumitur facta unio terræ et hęc est mens huius literæ. Puto etiam quòd si intra tẽpus illa crusta propter pluuiam sit dirupta, et cũ terra agri mei unita sit: quòd statim sit effecta mea. ar. ff. de glan. legen. l. j. et. d. l. hoc amplius. §. primo. Ex eo enĩ tẽpore, quo cum terra vnitur fundo meo dicitur acquisita. Et est
2 aduertendum:† quia. s̃. in acquisitione quæ sit per alluuionem
dictũ est quòd acquiritur nobis. hic verò dicit quod acquiritur fundo: quòd uerũ est, prout hic gl. intelligit: quod loqtur de eo quòd supponitur quod ipsi fundo acquiritur. illud uerò quod fundo adijcitur potest domini destinatione possideri: ut fund⁹ separat⁹ à primo: et sic magis personæ q̃ rei dicitur acqri. Sed intelligendo quod hic etiam per extensum non est uis: qa siue acquiratur nobis, siue fundo nostro idem est. ab initio enim fundo acqritur, licet possumus postea separatim possi-
3 dere destinatione nostra, licet† ãt, arbor coaluerit an uẽdicari
possit? gl. hoc tenet ꝙ possit peti actione in factũ. et sic de ar-
4 bore. Ipsa aũt postq; vnita est, peti nõ põt, vt. d. l. hoc ampli⁹
§. ita demũ. de damno infecto, anteq; aũt coaluerit ipse dominus põt vendicare, dũ tamen de damno infecto caueat: vt. d. l. hoc amplius. §. si ergo aut in cuius præiudiciũ delata est crusta possum agere contra dominum: ut ipsam tollat: uel pro derelicta habeat: ut. l. prętor ait. §. fi. ff. de dam. infec. postq; verò unita est hoc facere nõ possum: ut. d. l. hoc amplius. §. j. uer sic. sed nęc ego. Ad figuras igitur ueniamus.

Quia circa



QVia circa diuiſiones eorũ quę ꝑ alluuionẽ adijciunẽ,quęſtiones plures vidi,quarũ doctrinã dare impoſsibile arbitror, niſi res inſpectione oculorũ inſpiciaẽ,ideo figuras ad oculũ demonſtrãtes inſerui,ꝑ quas illa ſola docere intẽdo quæ cõiter ignoranẽ,& in hoc vtar aliquibus cõcluſionibus geometricis,nec hoc quis arbitreẽ incongruũ:qa omnis ſcientia ancillaẽ huic.eſt enim hæc Architectica de alijs cunctis diſponens:vt dicit Ariſt.in.j.ethico.Sciendũ eſt igiẽ,ꝙ inter eos qui ex vna parte fluminis prędia poſsidẽt,id quod ꝑ alluuionẽ adijciẽ, vel quoquo modo,ſcilicet dimittendo inſulã vel alueũ,cõmune eſt pro diuiſo,pro modo latitudinis quę latitudo propè ripã ſit,vt in.§.adeò.&.§.inſulã.hoc autẽ fit ducendo lineã ꝑ directũ,ꝑ illã partẽ quæ adiecta eſt per alluuionẽ,ſeu ꝑ inſulã dimittendo alueũ.Ad oſtendẽdũ igiẽ,quę ſit linea recta,ſeu per directũ ducta facta eſt iſta figura.Sed an linea ſit recta,quæro tribus modis.Primò an linea ſit recta ſecũdũ ſe.& de hoc in figura.Secundò an linea ſit recta reſpectu alterius lineæ.ſ.quam cadit. Tertiò an linea ſit recta reſpectu alterius puncti,qui eſt in angulo duarum linearũ hoc eſt ãn rectè ſecet angulũ per mediũ.de quolibet videamus.¶De primo dico ꝙ linea recta ſecũdum ſe,eſt ab vno puncto ad alium extenſio,vt patet in prima linea.ſ.poſita vbi ſunt duo puncti.a.b.nã ſi extendatur prima linea ab vno puncto ad aliũ:illa linea erit recta.& ſi vnũ filũ tangens illos duos punctos extenderet in infinitũ,tota linea erit recta,vt patet ad ſenſum.& figura demonſtrat.¶Itẽ ſciendum eſt,ꝙ ſi fieret aliqua linea ſuper duos punctos æque diſtãtes à primis,vt.c.d.æque erit linea recta.& ſi in infinitũ illę duę lineæ extenderentur,nequaquã iungerentur,vt ex figu.patet ad ſenſum.Sed ſi fierẽt duo puncti,non æque diſtantes à primis,ſed vnus eſſet magis propinquus primæ lineæ alius magis remotus eſt,vt.e.f.tunc protrahendo lineam,linea eſt indirecta ſecundũ ſe vt pręcedẽs.nã punctus.a.eſt magis remotus à linea.c.d.ꝙ̃ punctus.f.tamẽ protrahẽdo illas duas lineas neceſſe eſt eas ſimul iungi.¶Si verò ſecundus punctus eſſet remotus,vt g.h.cõſtat enim ꝙ punctus.g.eſt magis propinquus pręcedẽti lineę.& punctus.h.eſt magis remotus,tũc quãtomagis iſtę duę lineę extenduntur.magis elõgantur,vt patet ad ſenſum.& prædicta ſunt multum no. in geometria,vt patet.j.lib.Euclidis.



HAEc figura facta eſt ad oſtẽdẽdũ,qũo poſita vna linea recta ſuꝑ aliquo puncto ipſius lineę,alia linea recta ꝑpẽdiculariter & rectè cadit ꝙ cognoſciẽ:qa qñ ſuꝑ vnã lineã rectã,alia recta & ꝑpedi culariter cadit:tũc vterq; angulus,rectus erit.Sed ſi nõ caderet rectè & perpẽdiculariter:tũc vnus angulus,erit acutus,alius latus erit,& apertus quaſi obtuſum oſtẽdat.exemplũ primi dicti.ſit linea poſita.a.b.& punctus in ea poniẽ.d.ſuꝑ illo ducaẽ linea perpendiculariter.c.d tunc vterq; angulus rectus,erit æqualis.Exemplũ ſecũdi dicti.ſit linea poſita.e.f.& punctus in ea.g.poſitus ſuꝑ illo ducaẽ linea non rectè,ſed perpendiculariter,vt ſi flectaẽ verſus punctũ.f.& ſic linea.g.tũc angulus eſt acutus in illa parte qua flecteẽ,& ab alia parte erit obtuſus.Sed dubitatur ſi ponaẽ linea.i.k.& in ea punctus.l.& ducatur ſuper illam lineam.m.n.quæ in nullã partẽ flectaẽ,& tamẽ in aſpectu nõ videtur linea recta,quid erit?Reſpondeo,verè eſt linea recta prima.i.k.& alia ſuper ea rectè cadit,ſi conſidereẽ ſecundũ ſe,non autẽ ſi conſidereẽ reſpectu quadraturæ iſtius chartæ,ſuper qua deſcribitur,ſed ad iſtud nullus eſt habendus reſpectus,ſed ſolũ ad lineã poſitam,& ad illam quę ſupra eam ducitur,& hoc eſt vtile ſcire ad multa,quæ infra dicentur &c.



QVia in diuiſione de qua tractaturi ſumus ſępe expedit diuiſiones fieri per mediũ,ideo ad hoc docendũ & demonſtrandũ,facta eſt iſta figura.ponatur ergo linea recta.a.b.quã volumus diuidere per mediũ,ita ꝙ in ipſo libro poſsit cuiq; demonſtrari.Primò ponã pedẽ circini in puncto.a.& ducam circinũ vltra mediũ lineæ, vt oſtendit circulus rubeus:deinde ponã pedẽ circini in pũcto.b.& ſupra eam faciã circulũ æqualẽ primò vt oſtendit circulus azureus,qui duo circuli ſeſe protẽdũt in duobus locis,vt apparet.ducã igiẽ lineam rectam ab vno dictorũ punctorũ vbi circuli ſe pręextẽdũt ad alium,vt oſtendit linea.c.d.dico quòd hęc linea diuidit lineã ductam per mediũ vt apparet,& probatur ſic. Si ab æqualibus æqualia adimas ea que remanẽt ſunt æqualia,vt dicit Euclides.Sed æqualis diſtãtia eſt à puncto.a.vſq; ad circunferentiã circuli rubei,qualis eſt à puncto.b.ad circunferentiã circuli azurei,& ꝑ lineã.c.d.æqualiter admittiẽ ab vtraq; parte per diſtãtiam.ergo patet quòd illud quod remanet de linea.a.b. ab vtraq; parte,eſt æquale,& ſic linea.c.d.eam ſecat per medium. Item ex prædicta figura apparet,alia demonſtratio,videlicet quòd inter a.b.non eſſet linea ducta,ſed eſſet ſpatium quod inter duo puncta

debet diuidi iure ꝓximitatis ꝙ in dicta linea.c.diuidit dictũ ſpaciũ directò ꝑ mediũ,ita ꝙ qcq̃d eſt ſupra eſt magis ꝓpinquũ.a.& qcq̃d eſt infra,eſt magis ꝓpinquũ.b.ẽt ſi linea.c.d.extẽdiť in infinitũ. Apparet ẽt ex dicta figura,alia demõſtratio,videlicet ꝙ ſupra vnã lineã,vť baſim rectã duę lineę circulorũ ęqualiũ ſe ꝓtẽdũt,& à pũcto vbi ſe ꝑſcindẽt ducať linea ad pũctũ q̃ eſt in medio dictę lineę vt baſis:illa linea ꝑpendiculariter cadit ad angulũ,& facit rectũ ab vtraq; ꝑte, vt patet ad circulũ,& ꝓbať ex ꝑcedentibus ꝙ ſi dicta linea diuidit ſpaciũ ꝑ mediũ,apparet ꝙ nõ flectiť verſus aliquã partiũ,& ſic facit angulũ rectũ ab vtraq parte,& iſta ſunt multum neceſſaria,ad cognitionẽ ſequentium &c.

FIgura iſta eſt facta ad oſtendẽdũ qualiter poſita vna linea recta,& puncto in eo poſito,ſupra illũ punctũ alia linea recta & ꝑpẽdiculariter ducať,vt ex his q̃ poſita ſũt,de neceſsitate cõcludiť. Sit igiť linea poſita.a.b.& in ea punctus poſitus.c.ſ.quẽ volo aliã lineã directã ꝑpẽdiculariter ducere.faciã igiť ab vtraq; ꝑte illius pũcti. duos pũctos æque diſtãtes.d.c.deinde aſſumã duas ęquales lineas cũ duabus virgulis vel chordulis,& vnã ponã ſuꝑ puncto.d. aliã ſuꝑ puncto.c.& ambas cõiungã ꝑ modũ triãguli in pũcto.f.poſtea ducã lineã à pũcto.c. poſito vſq; ad punctum.f.dico igiť ꝙ illa linea rectè & ꝑpendiculariter cadit.ſ.datã in puncto dato,vt hic oculus oſtẽdit:qa facit angulũ rectũ ab vtraq; ꝑte,& probať in li.Euclidis. Vel breuius ſic,data linea.g.h.& in ea ponať pũctus.i.ſupra quẽ volo rectè & ꝑpẽdiculariter lineã ducere,faciã duos punctos ęque diſtãtes,ad punctũ datũ,vt.k.m.deinde ponam pedẽ circini vſq; ad punctũ.m.& extendã vſq;ad punctũ.k.& voluam illã ꝑtẽ verſus quã volo illã lineã,deinde ponã pedẽ circini in pũcto.m.& extẽdã vſq; ad punctũ.k. & ſimili mõ voluã. Sequiť ꝙ ille duę lineę circulares ſe inuicẽ ſecabunt in pũcto.n.dico igitur ꝙ ſi à puncto.l. dato ducatur linea ad punctũ.in.l.illa ꝑpendiculariter& rectè cadit ſupra dictum punctũ,eadẽ rõne qua.ſ.probatum eſt in ꝑcedenti figura. Quandoq; ſupra vnã baſim rectã duæ lineæ circulorũ ęqualium ſe ꝑſcindunt.& à puncto vbi ſe ꝑſcindẽt duciť linea ad punctũ q̃ eſt in medio baſis,& ſuꝑ illos duos punctos linea in infinitum producta ſemper rectè cadit,vt patet ex his q̃ dixi.ſ.in prima figura.hoc ẽt patet ex his q̃ dicta ſunt:qa dicta linea cadẽs ab vtraq; parte,facit angulum rectũ.

FIgura iſta eſt facta ad deſignãdũ circulũ,ꝙ in prima fuit q̃ſitũ.ſ.ſi ponať vnus punctus in angulo duarũ linearũ,& ſupra illũ volo ducere lineã rectã ſeu ꝑpẽdiculariter,qualiter fiat, ꝙ docet hæc figura.ponanť ergo duæ lineæ.ſ.a.b.&.b.c.quę cõueniunt in vno puncto,& ibi faciũt angulũ cuiuſcunq; cõditionis ſit ille angulus.& ſuꝑ illum punctũ volo ducere lineã rectã:faciã igitur ab vtraq; ꝑte anguli in illis lineis pũctũ.b.quod patet:ſi ducatur à pũcto.f. vſq; ad punctum.b.ꝙ illa linea rectè & ꝑpendiculariter cadit ſuper.b. quod patet:quia ſi ducatur alia linea recta à puncto.d.illa ſecatur ꝑ medium,& ibi quatuor anguli recti,vt probať in lib.Euclidis. propterea in ipſo angulo.b,ſunt duo anguli ęquales.Vel ſi vis aliter ꝓbare,&opari ponas duas lineas.g.h.&.h.i.q̃ cõueniunt in pũcto.h.ſupra quem vis ducere lineam rectam,faciã ab vtraq; parte in illis lineis,punctum ęquè diſtantem.k.m.deinde pone pedem circini in puncto quem prętẽdam vſq; ad.n.& voluam ſupra,verſus illam partem, ſuꝑ quam volo ducere lineam:deinde pone pedem circini in puncto.m. & extendam vſq; ad punctum.k.& voluam ſimili modo:tunc illę duæ lineę circulares ſe ꝑſcindunt in puncto.n.ducatur ergo linea recta à puncto.h.vſq; ad punctum.n.dico ꝙ illa rectè & perpendiculariter cadit.ſ. punctum.h.eadẽ ratione qua præcedens.& ſi ducatur alia linea recta à puncto.k.vſq; ad punctum.m.illa ſecatur per medium per lineam.m.h.& erunt ibi quatuor anguli recti.Et in puncto.h.ſimiliter fiunt duo anguli æquales.

¶ His præmiſsis ad euidentiam nunc ad propoſitum veniamus ponẽdo ripas prędia & alluuiones &c.



AD euidentiã dicẽdorũ ꝑmitto ꝙ flumẽ deſignabiť ꝑ colorẽ azureũ,& caput fluminis erit ab illa ꝑte à qua erat caput alicuiꝰ aĩalis,&verſus illã ꝑtẽ fluãt ꝑdiorũ ripę ꝑ colorẽ nigrũ. illud ꝙ eſt mediũ ĩter ꝑdia& flumẽ ĩtelligať alluuio.Itẽ ꝑ alluuionẽ.Itẽ lineę rubeę factæ ſunt illę quæ verè diuidunt per alluuionem. Lineæ flaueæ, ſiue croceæ factæ ſunt cauſa demõſtrationis.vel diſputationis:& ſi quãdoq; fieret ali

fieret aliqua linea azurea, & in ipsa figura declarabiť ad quē finē fiat. ¶ Nūc ad pňtē figurā veniam⁹. & aduertēdū ē, ꝙ linea q̄ ē ripa oīm ꝓdiorū est recta cū rectitudīe. Itē duo ꝓdia paria hñt cōfinia directa adeò ꝙ linea diuidens ꝓdia directa. cadit in lineā ripę. ꝙ patet. qa ab vtraq; pte facit angulū rectū ī istis duob⁹ ꝓdijs, diuisio est clara: qa ꝓtrahiť linea directò ꝑ alluuionē vsq; ad flumē, vt oñdit linea rubea, & illa linea est directa respectu ripę: & directè cōiūgiť cū ripa diuidēte ꝓdia. ¶ Vidēdū est de ripa, q̄ est iter prædia Titij, & ꝓdia Seij, & inter prædia Meuij, in illis est dubium. nam lineę diuidentes prędia. licet sint directę in se, nō tñ cadunt directè in illā lineā q̄ est ripa, vt patet: qa ab vna ꝓficiūt angulū acutū, ab alia obtusum. ¶ Si igiť ꝑ alluuionē ducerē lineā, scđm rectitudinē lineę: nō iret vsq; ad flumē. sed iūgereť in pūcto. a. vt oñdūt lineę zale, & sic ꝓdiū Seij ꝙ est maioris latitudīs iuxta ripā, hƀet min⁹ de alluuione: nec ꝓtēdereť vsq; ad flumē. dicēdū est ergo ꝙ lineę cōfiniū diuidētes cōfinia, nullaten⁹ attēdēdę sunt, qm̄ in. d. l. iter eos. ff. de acq. re. do. diciť ꝓ mō latitudinis q̄ ripę latitudo, ꝓpe ripā sit. Si ergo fiet diuisio cōsidereť linea q̄ est ripa, & cōsidereť linea vbi cadit linea diuides cōfinia. & ibi assumať vn⁹ pūctus indiuisibilis, vt oñdūt lineę nigrę, & ab vtraq; pte illi⁹ pūcti, fiāt duo pūcti æque distātes. b. c. & ponať pes circini ī pūcto. b. & extēdať ad punctū. c. & voluať versus alluuionē, & postea ponať in pūcto. c. & extēdať ad pūctū. d. & simili mō versus alluuionē q̄ duę lineę reuolutę ꝓscīdēt ī pūcto. d. deīde ducať linea recta à pūcto. a. vsq; ad pūctū. d. & ꝓtrahať vsq; ad flumē, vt oñdit linea rubea. Dico igiť ꝙ illa rectè cadit supra lineā q̄ est ripa, vt ꝓbatū est. s. in tertia figura, & est recta à puncto. d. vsq; ad lineā assumptā q̄tum vltra protrahitur recta erit, vt dictum est. s. in prima figura, & similis diuisio est inter Seium & Meuium, vt lineæ ductæ ostendunt &c.



HAEc figura habebat lineā ripæ vniformē, & cum tractetur de alluuione diuisionis, oēs rustici ꝓtrahunt lineā secūdum ꝙ ostendit linea cāna ducta secundū rectitudinē lineæ diuidētis ꝓdia. Sed hanc diuisionē rusticorū, nō esse bonā, apparet: quia linea debet duci recta secundū rectitudinē lineæ ripæ, vt ex præcedentibus liquet, & secundū illā non est recta, quod apparet: qa linea flaua ducta versus caput fluminis, facit angulū obtusum, versus pedem facit angulū acutū, versus angulū, facit angulū obtusum: quod repugnat lineæ quæ duciť recta. fienda est ergo diuisio alluuionis, prout ostendit linea rubea ducta supra lineam ripæ, quæ ab vtraq; parte facit angulū rectū. & sic ipsa rectè cadit perpēdiculariter, vt supra demonstratū est. Et si dicať ꝙ ripæ linea nō est recta. Respō. imò est recta secundum se, quod considerandū est. non autē vadit secūdū rectitudinē lineæ prędiorū q̄ est ab alia pte: ꝙ aduertēdū nō est &c.



ISta figura differt à prędecentibus: nā præcedētes habent lineam rectā: hęc verò habet duas lineas in vno pūcto: quę faciūt triangulū obtusum. s. in illo puncto vbi sunt fines inter Lucium & Titiū. Dico igitur ꝙ ad diuidendū alluuionē inter dicta duo prędia, debet duci linea, vt ostēdit linea rubea, ducta vsq; ad lineam azureā. & ꝙ linea cadat rectè, probať: qa factis duobus punctis æque distātibus, & duabus lineis circularibus ductis sup eis, vt ostendunt lineæ croceæ ab illo puncto vbi se intersecant vsq; ad punctū datum, vbi linea cadit perpēdiculariter. vt demonstratū est. s. in. iiij. figu. hoc etiā probať ratiōe proprietatis, vt diceť in seq. figura: illud verò quod est sup lineā azureā, debet diuidi ac si ripa esset recta, vt illa linea recta, azurea ostendit. nā quod iuris est in eo quod prędio primo adijcitur, idē est in eo quod ipsi addito adijciť, vt. ff. de acqui. re. do. l. in insulā. Sed si ab initio, ripa habuisset illā rectitudinem: illo modo fuisset facta diuisio, vt. s. in. v. figu. &c. hoc in sequen. figura rectius & clarius demonstrabitur &c.

AD euidentiā istius figuræ ꝓmitto ꝙ flumē addit q̄nq; ita ꝙ ripæ sunt ab vtraq; pte eius: sicut facit flumē ꝑ alluuionē positum: & tūc illud dimissum debet esse cōmune inter eos, qui sunt ab vtraq; pte propinqui, vt. ff. de acq. re. do. l. adeò. §. insula. & . § ꝙ si toto. Q̄nq; illud quod dimittiť, habet ripā tm̄ ab vna pte: tūc debet diuidi inter eos q̄ ab vna pte ꝓdia possidet ꝑ lineā indirectā, vt. ff.

de acq.re.do.l.inter eos &.s̃.dictũ est. Et aduertẽdũ ꝙ licet iura quę loquuntur quãdo ripa est ab vtraq; parte fluminis, eadẽ ratio est, ꝙ si ab vno latere fluminis sunt duę ripę inter quas cõtinet̃ relicta alluuio. ¶ Hoc pręmisso dico ꝙ hæc figura habeat duas lineas rectas scilicet.a.b.&.b.c.quę faciũt vnũ angulum in puncto.b.dico igitur ꝙ alluuio dimissa inter directas duas lineas, habet latera ab vtraq; pte: ideo debet diuidi iure propinquitatis. illud verò, quod est vltra duas lineas, quod apparet ex se.à linea autẽ ducta.a.vsq; ad punctũ.c.habet solũ ripas ab vna parte, & ideo debet diuidi per directũ.ducat̃ ergo linea directa.s̃.punctũ.b.quę apparet esse directa.ex.iiij.figuris: tũc dico ꝙ quicquid est.s̃.dictã lineam versus caput fluminis, est prædij Lucij, iure propinquitatis. quod sic probatur. ponat̃ punctus.a.in dicta linea rubea, & supra illũ fiat circulus rubeus qui punctualiter tãgit ripã Titij. dico ꝙ ille circulus æqualiter tãgit ripam Titij & Lucij, & sic illa linea est directè in medio. deinde.j.dictam lineã fiat punctus.b.& sup eũ voluat̃ circulus rubeus, qui punctualiter tangit ripã Titij: dico ꝙ ille circulus non tãgit ripã Lucij ergo ab illa magis distat. & eodẽ modo supra dictã lineã rubeam, fiat punctus.c.& super eũ ducatur alius circulus rubeus qui punctualiter tãgit ripam Titij, dico ꝙ nõ tangit ripam Titij. ergo ab illa magis distat. & sic concluditur ꝙ diuisio est rectè facta. illud verò quod est supra lineam croceam.a.c.debet diuidi ac si tota linea esset quędam ripa recta. quod probat̃ sic. quod iuris est in eo quod primo prędio adijcit̃, idem iuris est in eo quod ipsi addito addijcit̃, vt.ff.de acqui.re.do.l.insula. Sed si ab initio ripa habuisset illã rectitudiuem: facta fuisset diuisio, vt dictum est supra in.v.figura. ergo &c.



IN hac figura sunt due lineæ rectæ.s.a.b.&.b.c. q̃ in puncto.b.faciunt angulum, veruntamen linea.a.b.est minor q̃ linea.b.c.& in hoc differt à pręcedẽti. Dico igit̃, ducendam esse lineã rectam à puncto.a.vsq; ad punctum.c.vt ostendit linea crocea, & quicquid est infra dictas lineas proculdubio habet ripas ab vtraq; parte, & ideo debet diuidi iure proximitatis vt patet ex præcedẽti, & ideo ducat̃ linea rubea p mediũ diuidẽs à puncto.b.vsq; ad lineã croceã in pũcto.d. Illud verò quod à linea crocea supra habet ripã tantum ab vno latere, & per illã rectitudinem quã ostendit linea crocea.c.a.& ideo debet diuidi ducendo lineam rectã rubeã à puncto.b.vsq; ad lineã azureã à puncto.c. illud verò quod est à linea azurea.d.e.debet diuidi ducendo lineã rectam super illã azureã, sicut si ibi esset ripa, & hoc per illã rationẽ, quod additum addito, est diuidendũ sicut additum antiquo prędio, vt dictum est in præcedentibus. & prædicta vera, si proponatur quęstio sic simpliciter, & per quem modũ alluuio accesserit sit incertũ. Si verò cõstaret quòd primo alluuio addit certam partem, postea aliam: tunc declarabitur in seq. figura &c.



ISta figura facta est ad declarandũ illud quod dictũ est in præcedenti. si enim poneret̃ simpliciter totã alluuionem esse diuisam, qualiter esset fienda diuisio, apparet ex dictis in tribus præce. figuris. Sed pone flumen primò per alluuionem diuisisse illam partem quę continet̃.j.lineã rubeam ductam.s̃.prędium titij & Lucij. dico primò ꝙ tota illa alluuio esset Lucij & titij quorum prędijs adheret, & Caius nihil habebit facere ibi. Secunda verò alluuio, diuidet̃ ponendo alluuionẽ primã pro ripa. vt sic inter ipsam & prędiũ Caij & Seij ducat̃ linea per mediũ secans ex doctrina data in præce. Sed opponit̃ ꝙ de alluuione prima debeatur prædijs Caij. nam inter prędia Lucij titij, Caij & Seij sunt duæ lineæ quę faciũt angulũ in pũcto.d.& sic pars alluuionis habet duo latera, vt ostendit li.crocea.b.c. ergo illa debet diuidi iure propinquitatis, vt dictũ est. Sed pars illius alluuionis, est magis propinqua prędio Caij, quod patet: qa super puncto lineæ alluuionis primæ posito in li.rub.secatur per li.croceam, vt in puncto.d.fiat. ergo circulus qui tangit punctualiter prędiũ titij, tãtum occupabit partem de prędio Caij, vt ostendit circulus azureus. Respon, hoc quod alicui accreuerat iure propinquitatis, habet locum, quãdo illud de quo acquirendo ageretur neutrius fundo coheret, vt insula quando vni coheret, & alij non, semper illi cedit cui coheret: nec attenditur proximitas alterius, vt.ff.de acqui.re.do.l.insula.in prin.&c.



Figura ista

Figura ista facta est vt ostendatur ꝙ prædia quædã possunt esse qbus de alluuione nõ debetur vsq; ad flumẽ, sed ante in terim orit, vt si ripa cõtineatur inter duas lineas, scilicet. a.b. &.b.c. faciunt angulum in puncto.b. qui angulus cadit quasi in puncto prædij Titij. Primò ergo fiat linea rubea diuidẽs per mediũ, vt linea.b. vt probatũ est supra in.viij.figu. Ex quo patet ꝙ quicquid est ad eam lineam supra versus caput fluminis, cedit illi ripę.a.b. quicquid est ab illa linea infra versus finẽ fluminis cedit illi ripæ.b.c. & hoc rõne propinquitatis. vt dictũ erit, nec prædiũ Titij habet diuidere superiori vicino, & inferiori. & si bene respicias punctus diuidens prædia cadit in lineis rectis secundum se. Debet ergo diuidi, ducendo super eã lineã rectã, vt ostensum est supra in.vj. figura, vt ostẽdit linea.e.f.& linea.g.f.& sic in puncto.f. portio contingens agrum Titij finitur, & intermoritur. Si enim trãsiret vltra, vel linea torqueretur, nec iret recta, vt si volueres lineam.e.f. versus caput fluminis, vel si transiret vltra.b.d. dares primæ ripæ plusq̃ deberes iure proximitatis, quod iura prohibet. & si ponatur per alluuionem sic simpliciter accreuisse. Sed si poneres ꝙ primo accreuisset in totum angulum prędij Titij, vsq; ad lineam croceam.e.g. tunc deberet fieri diuisio, vt in seq. figu. &c.



HAEc figura differt à pce. nã hic ripa cõtinet trib⁹ lineis. s. a.b. &.b.c.&.c.d.& hẽt duos angulos. s. i pũcto.b. & in pũcto.c. tota igit hęc alluuio debet diuidi iure ꝓpinqtatis, q̃ tota cõtinet infra plura latera. ¶ Primò igit ducat linea rubea p mediũ sup angulũ.b.& sit linea.b.c. deinde ducat linea p mediũ diuidẽs sup angulũ.c.& erit linea.e.f. quę duę lineę secabũt se in pũcto.g. dico ergo ꝙ portio alluuionis ptinẽs ad agrũ titij in dicto pũcto.g. finit: q̃a si est azurea sup pũcto.g. vtrãq; lineã pũctualiter tãgeret. ergo ille est punctus, in quo vtriusq; propinquitas terminat. ¶ Si verò excederes, & velles facere circulũ supra punctũ.c. tũc vni partiũ accederet: & ab alia elongaret. quod autẽ est intra illud triangulũ.b.g.c. ptinet ad prędiũ Titij iure propinquitatis: quod patet: quia infra illũ triangulum pandit per centrũ vnius circuli in pũcto.h. qui tãgat pũctualiter ripã Titij, nullã aliã ripã tangit inter Luciũ & Caium p lineã dirrectò ductã vsq; ad flumen. & hæc sufficiant de ripa quę habet lineã vel lineas rectas. Restat. videre de ripa quæ habet lineã circularẽ &c



AD euidentiã eorum quę dicenda sunt de figura circulari, sciendũ est ꝙ circulus est figura plana. vna quidẽ linea cõtenta, quæ circunferẽtia nominat in cuius medio pũctus est à quo omnes lineæ ad circũferẽtiã existẽtes sunt sibijnuicem ęquales, vt dicit Euclides in prima figura. nã centrũ est in puncto.a.& omnes.iiij. lineę inde existẽtes sunt sibijnuicem æquales, & si plures ducerent idẽ esset. Itẽ apparet ꝙ omnes lineæ prædictaq; circunferẽtia in centrũ faciũt angulũ. ¶ Itẽ præmitto ꝙ totum illud quod est in circulo infra aliquas lineas duas est magis propinquũ illi parti circunferentiæ quę in punctis duarũ linearũ terminat, vt verbi gratia assumas partẽ circunferentię.b.c.& duc lineã rectã ad centrũ, & facit triangulũ.b.a.c.& dico ꝙ quicquid est infra illũ triangulum est magis propinquũ illi parti circunferentiæ.b.c. q̃ alicui alij quod patet ad sensum, & põt probari. Nam ponatur centrũ in aliqua parte infra dictũ triangulũ. & supra illum ducatur circulus azureus, qui tangit punctualiter dictã partẽ.b.c. dico quòd nullam aliã partẽ circunferentiæ tangeret: ergo illi magis propinqua: & idem dicendum est de eo qui continetur infra illum triangulum.b.a.d.& infra illum triangulum.a.b.d.&.a.e.d.& supra illum triangulũ.c.a.e. vt euidenter apparet &c.

QVia in prçcedẽti dictum est, ꝙ lineæ sunt ducendę à centro ad circunferentiam, & quãdoq; ignoratur, vbi sit centrum, & ideo expedit quòd ducatur linea à circunferentia versus centrum, vel quòd centrum inueniatur: ideo facta est hæc figura quę duos habet articulos, & sic hoc fieri docet duobus modis.

¶ Primo sic, sit centrum, quòd apponatur in circunferentia

vnus punctus.b.& ab vtraq; parte eiuſdẽ puncti, duo alij æquè diſtã tes,c,d,deinde ducatur linea recta.c.d.& iſtius linea inueniat mediũ in puncto.e.deĩde ducatur linea recta,b,c,dico ꝙ de neceſsitate, iſta vadit directè ſupra centrum,ſ.punctum,a,vt probatur in prin.ij.lib, Eucli,hoc etiam patet:quia idẽ in alia parte circunferentię ponatur punctus,f,& ab vtraq; parte duo puncti æquè diſtantes.g,h. deinde inueniatur mediũ dictæ lineę in pũcto.i.deinde ducatur linea recta, f.i.dico ꝙ iſta de neceſsitate vadit verſus centrum,& ſi vltra protendatur linea.b.c.& linea.f.i.ſecabunt ſe in pũcto.a.vbi eſt cẽtrũ. ¶ Cócluditur ergo ꝙ ibi,vbi dictæ lineę ſe ſecãt,de neceſsitate eſt cẽtrũ. hoc etiã fieri alio modo ad idem tendẽti,docet ſecũdus circulus,Ponitur enim ꝙ ſit circulus cẽtrũ qui nõ videtur in puncto.a. ponat̃ in circũferentia punctus.b.& ab vtraq; parte eiuſdem puncti, duo alij æquè diſtantes.c.d.deinde ponatur pes circini in puncto.d. & extẽdat̃ vſq; ad punctũ.c.& voluatur ſupra,& infra circulũ:eodẽ modo ponatur pes circini in puncto.d.& extendatur vſq; ad punctũ.c.& ſic illę due lineę circulares ductę,ſe ſecabũt extra circulũ in puncto. c.& ita in puncto,f.ducat̃ linea.c.f.dico ꝙ illa de neceſsitate vadit verſus cẽtrũ,& eodẽ modo ſi in alia parte circuli idẽ fiat,vt ponatur in circunferẽtia punctus.g.& ab vtraq; parte duo puncti æque diſtãtes.h.i.deinde voluatur centrũ ſupra.h.& ſupra.i. vt in p̃cedẽti dictũ eſt:& ſic dictę lineę ſe ſecabũt in pũcto.k.& in puncto.m.ducatur ergo linea.k.m.recta:tunc illa ducit ad centrũ.& ſic in illo puncto vbi ſecabunt ſe linea.c.f.& linea.k.m.ibi erit cẽtrũ. ¶ His præmiſsis ad euidẽtiam dico,ꝙ ripa prædiorũ quæ habet lineã circularem,qñq; habet ſe vt cõtinẽs:qa infra circulũ diuiſa eſt alluuio,qñq; habet ſe vt cõtentũ:qa alluuio cõtinet circularẽ ripã,ſi primo modo: tunc aut ripa cõtinẽs lineã circularẽ cõtinet minus ſemicirculo,totũ autem circulum continere non poteſt:quia ſic flumẽ nõ haberet exitum.& hæc in figuris proximis declarabuntur &c.



SI hęc figura inſpiciatur tota,cõtinet vna ripa quę eſt minus circulo,& ab ipſa ripa alluuio eſt cõtenta,& omne cõtẽtum eſt minus cõtinẽte,vñ de alluuione nõ põt dari tm̃, q̃tũ eſt ripa.Itẽ licet ſit vna linea:tñ qa eſt rotũda,habet duo latera ſe reſpiciẽtia,ideo id ꝙ cõtinetur intra ipſam debet diuidi iure propinquitatis,vt in pręcedẽtibus demonſtratũ eſt.In quolibet ergo pũcto vbi fines prędij terminant̃,vt inducat lineã quę reſpiciat cẽtrũ ſecundũ figurã,quo facto centrũ eſt ꝙ illud quod infra duas lineas continet̃ illi parti propinquior eſt:vt ſupra probatũ eſt in.xiij.figura.& quia triplex eſt modus operandi adducenda eſt linea verſus centrum, vt ſupra proxi.figu.dixi.Ideo hic in tribus ripis tripliciter opertis,ducendo lineam rubeam vſq; ad flumen, & ad hoc vt reddaris certus ꝙ illę lineę reſpiciunt rectè centrum,reperietur vltra flumen in puncto.a.vt lineę croceę ductæ verſus rubeas oſtendunt &c.



FIgura hæc differt à præcedenti:quia alluuio nõ exceſsit cõtinentiam ripæ rotũdæ,hic verò exceſsit . vnde illud ꝙ cõtinetur ĩfra ipſam ripã,debet diuidi eo mõ quo dictũ eſt in præcedẽti.id verò ꝙ eſt ſupra lineã azureã ductã à pũcto.a.vſq; ad punctum.b.diuidam,ac ſi ibi fuerit ripa recta vt lineæ rectæ oſtendunt,& in præcedentibus pluries eſt probatum &c.



FIgura iſta cõtinet ſemicirculũ.ꝙ appet:qa linea recta trãſiens ſupra diametrũ applicat extremitates ſuas ad vtrãq; ptẽ circũferẽtię,vt patet ex linea azurea ſupra cẽtrũ.a.& diffinit̃ ſic.Semicircul⁹ eſt figura plana diametro circuli, & medietate circũferẽtię cõtẽta,vt habet̃ ĩ p̃io euclidis. In hac igit̃ figura dico,ꝙ oĩa p̃dia media quę cõtinet̃ infra ipſum ſemicirculum habebũt de alluuiõe pro rata vſq; ad centrũ, ſupra illud nil poſſunt habere.rõ:quia in illo cẽtro portio eorũ terminat̃ in pũcto,q̃ pũctus eſt illius latitudinis,Nã pũctus eſt cuius pars nõ eſt.Sed ſupra illum pũctũ linea q̃dã directa,vt oſtẽdit linea azurea debet ſupra illũ pũctũ fieri diuiſio ꝓ mõ latitudinis cuiuſq; p̃dij,vt dixit tex.ĩ.l.iter oẽs ff.de acq.re.do.Sed latitudo illa eſt ſupra illũ punctum,qui pertinebat ad p̃dia media.ſ.Titij & Gaij,vt dictum eſt, ergo &c,Quicquid igitur,eſt ſupra illud centrũ pertinet ad prædia quę ſunt in extremi

tatibus

tatibus.s.ad prędia Lucij & Seij:& ducet in eos linea perpēdicula riter directa supra illud centrū,vt ostendit super lineam rubeam:& prędicta si sic simpliciter ponatur lineam ripę esse circularē,& alluuionem sic simpliciter accreuisse:imaginandū est enim, φ sic circulariter accreuerit,vt ostendūt duę lineæ croceæ,& sic circulariter ducte supra idem centrum,quæ duæ lineæ sunt positæ extra eam,& eodem modo intelligo accreuisse vsq; ad centrum.¶ Sinautē poneres φ in vna parte alluuio appulerit,postea in alia:tunc æqualiter esset fienda diuisio.patet ex prædictis in.x.figura &c.



Figura ista est plus semicirculo,quod patet quia si ducatur linea ab vna parte circunferentię:ad aliud centrum quod est in puncto.a.remaneret in illa linea.dicendū est igitur, φ omnia prędia media.s.Titij & Gaij secari debēt pro rata iure proximitatis vsq; ad centrū,vt dictum est in præcedenti.à centro verò supra,debent esse eorū prędiorū quæ sunt ab vtraq; parte extremitatis.s.ad prędia Lucij & Meuij.vt lineæ rubeæ ductæ ostendunt.¶ Quod autem linea rubea quę est supra centrum vadat per medium inter Lucium & Meuium potest de facili inueniri tamē vt in hac figura probat facte sunt ibi lineæ croceæ,quę hoc ostendunt sic ponatur pes circini in puncto.b.& extendatur verisimiliter vltra medium,& ducatur circulariter, deinde ponatur pes circini in puncto.c.& similiter extendatur & ducatur,& consideretur vbi illę due lineæ se præscindēt,& ab illis punctis ducatur linea recta illa de necessitate secat per medium.



HAEc figura differt ab omnibus præcedentibus.nam illarum aliquæ continentur vna linea recta.aliquæ pluribus lineis rectis.aliquæ linea vna circulari.ista verò continetur tribus lineis:quarum duæ sunt circulares,vt.a.b.quæ est prima.c.d.quæ est vltima.alia media.b.c.dico ergo φ prima vna linea recta crocea.a.b.totū infra illam lineam,& antiquam ripā contentum,est prędij Lucij:& de illo ad Titiū nil pertinet,nec iure propinquitatis,nec iure adherentium,vt patet ad sensum,& eodem modo ducat alia linea crocea recta.c.d.& illud totū ptinebit ad Gaium. ad Titium verò nihil eadem ratione quo facto remaneret figura tribus lineis rectis contenta,& sic qualiter diuisio debeat fieri apparet ex.xij.figura supra posita,& hoc ostendunt lineæ ductæ rubeæ.

¶ Illud etiam notandū est vniuersaliter,φ concauitates quæ sunt in ripa vnius prędij si sunt ita irregulares φ in prædictas figuras nō cadant:debent reduci ad regularitatem,& rectitudinem:vt hac figura factum est.nam portus qui sunt in insula,ipsius insulæ esse dicuntur,vt.ff.de pub.l.Cęsar.portus autē est quidā locus conclusus,seu quædam concauitas quæ est in ripa,vt.ff.de verborum significatione.l.portus.ita concauitates quę sunt in ripa prędij debēt esse ipsius prędij.¶ Hæc de figuris irregularibus dicta sunt,vt si quando reperiuntur,ad regularitatē reducantur.quæ figurę irregulares sunt infinitæ,nec de eis potest dari doctrina,nisi reducantur ad figuras regulares.Præterea,quædā dicta sunt de linea recta quæ declarant quæstionem occurrentem de facto inter dominos molendinorum superiorum,& dominos molēdinorū inferiorum.erat namq; pactum φ clausura molendini superioris,nō possit eleuari altius,nisi ad certū clauum immissum in quadā columna existēte ab vna parte fluminis, a versus littus ipsius fluminis.accidit verò φ ab alia parte fluminis nulla columna reperiebat,neq; aliqs clauus, nisi solùm ab illa parte de qua actū fuit inter dominos molendinorū.¶ Quærebatur φtum ab alia parte de qua nihil actum erat,an dominus inferioris molēdini possit vel debeat altius eleuare clausurā:dubiū erat:qa cū tantum vnus punctus detur à quo linea debet duci.s.ille,clauus qui est in columna,solum ab vna parte fluminis,ab alia verò parte fluminis non sit punctus,videtur φ ab alia parte fluminis vbi columna nō fuit immissa:neq; clauus posset altius eleuare clausurā,dominus molēdini inferioris,& aquā ducere in quacūq; parte vult.patet cū ab alia parte non sit positum aliquid,quod declaret φtum flumen ducatur in altum,vel clausura nō poterat dari ibi aliqua cōparatio.arg.l.in testamento.ff.de condi.& demon.Sed respondet φ illa verba quæ dicūt φ clausura nō possit eleuari altius illo clauo,debet intelligi de tota clausura.ar.ff.de serui.vrbano.prędio.l.si seruitus.& sic debet intelligi prout ille clauus respicit totā longitudinē & latitudinē clausuræ,per directū linea trāsducta.arg.C.de ędifi.priua.&.d.l.inter eos. de acquirendo rerū dominio.¶ Qualiter autē linea directa trāsducatur,apparebit,si ex illo clauo extendat chordula versus aliā partem ripæ:deinde super illā chordulā,plumbū,seu perpendiculū ponatur.Et si quidē chordula plumbi illa chorda clauo ducta facit angulos omnes rectè ad modū rectæ crucis,linea est rectè ducta.Si vero anguli essent aliqui acuti,& aliqui obtusi:tūc linea aut esset nimis erecta vel nimis depressa,vt patet ex his quæ dicta sunt supra in secunda figura.¶ Itē faciunt prædicta in ar.ad aliud quod sępe occurrit de facto.maximè in instrumentis diuisionū,vt sępe apponitur φ a vnus habeat à tali loco ad talē prout trahit,p directū:de quorū verborū significatiōe quādoq; vidi dubitari.Dico igit,φ qnq; in instrumento apponit totus locus per quē debet duci extēsio latitudinis. quandoq; ponunt extremitates,limitatę.quādoq; ponit vna extremitas limitata,alia verò obscura.¶ Primo casu exēplū.dicit instrumentum φ quicquid est à tali via,vel à tali flumine circa secundum quod protrahit per directū sit primi,quod verò est vltra sit secūdi, & hoc quod dixi per directū debet intelligi prout via,vel flumen vadit,& licet non vadat rectè:tamē rectū appellatur secundū φ cursus est directus,vt.ff.de excusatio.tuto.l.nō solū.§.primo,ibi,viā rectam dirigens &c.¶ Secūdo casu exēplū.si dicat à tali termino vsq; ad talē prout trahit per directū sit talis:tūc verū est:φ rectitudo est ab vno puncto ad aliū extēsio,vt dictū est in prima figura.¶ Tertio casu exemplū φ talis primus habeat à tali termino prout trahit p directū.nā licet terminus ipse sit rectus & punctualis,vt ptes declarāt:

a ¶ Per directū.Vide Fel.in.c.olim.ī iiij.col.de except. vbi plenè.Tho.

tamen ad nullas partes duci poteſt linea recta, niſi ſecundum ꝙ terminus eſt altus vel procliuus, latus vel ſtrictus, acutus vel planatus, rotundus in modum columnæ, vel quadratus. & ad hoc dico, ꝙ lapides qui ponuntur pro termino conſueuerunt poni taliter ꝙ in certam partem videntur reſpicere, vt ſi lapis eſt longus. non enim debet reſpicere à lateribus, ſed per directum à parte ante acuta, & ita vidi ruſticos antiquos dicentes, quibus eſt ſtandum in iſtis, vt. ff. de lega. iiij. l. ſi chorus. iuncto. c. quia iudicante, extra de præſcrip. ex qualitate ergo termini, hoc perpenditur vel ſi qualitas termini hoc nõ induceret: tunc eſſet aduertẽdum, ꝙ ſi terminus ille eſſet prope aliquam ſepem vel limites ꝙ ab illis limitibus ducatur linea recta, hoc eſt ꝙ angulũ rectum dimittat in ripa. quod qualiter fiat in ſuperioribus clarè declaratum eſt. ¶ Conſulo tamen, ꝙ qui talia inſtrumenta componunt curent clarius exponere, & hæc de linea recta. ea verò quæ dicta ſunt de linea rotũda, faciunt ar. imò determinãt quæſtionem nota. de facto emergẽtẽ, prout in ſequẽti figura declarabiť &c.



Figura iſta dirimit quæſtionem magnam occurrentem de facto. ſtatuto cauebatur ꝙ qui per vim damnificaret aliũ de re valoris. x. Florenorũ auri deberet morte puniri. Cõtingit ꝙ quidam ad domum alterius acceſsit, & vegetem vino plenam per vim effudit, & vegetẽ deſtruxit, & ſola vna dogha remanſit, & de bonitate vini erat certum, ſed de quantitate erat dubium, hoc eſt quãtæ capacitatis eſſet veges. dico ꝙ ex his quæ dicta ſunt ſupra in. xiiij. figura hoc poterit clarè haberi hoc modo, ¶ Signetur illa rotunditas illius doghæ in terra vel in tabula, vt oſtẽdit linea nigra. a. b. conſtat enim ꝙ illa eſt pars rotunditatis totius vegetis, ſuper illam partem fiant ſigna ad diuidendum centrum, vt in illa. xiiij. figura dictum eſt, & ducantur duæ lineæ quæ ſe præſcindant quod eſt centrum, plenè conſtat in pũcto. c. deinde pone pedem circini immobilem in puncto. c. & extende vſq; ad lineam. a. b. & perficias circulum, vt oſtendit circulus rubeus datus: dico ꝙ de neceſsitate illa erit rotũditas vegetis. Si igitur habes longitudinẽ ex dogha remanente rotunditate ex circulo, quilibet cõmunis Geometer ſciret dicere capacitatem. & ſi veges in medio eſſet largior, de facili ad ęqualitatem reducitur p menſores communis vel demonſtratores, vt videbis breuius in ſequenti figura &c.



Iſta figura facta eſt ad demonſtrandum idem quod præcedens, ſed breuius. conſtat enim ꝙ dogha vegetis habet duas lineas circulares, ſcilicet interiorem & exteriorem: & interior eſt minor, & qualibet reſpicit vnum centrũ. Item dogha vegetis habet duas lineas rectas, ſcilicet ab extremitate exteriori vſq; ad extremitatem interiorem. Sed duo puncti exteriores, illarum linearum magis diſtant abinuicem q̃ duo interiores, & ideo ſi dictæ duæ lineæ protrahentur: neceſſę eſt iungi, vt dictum eſt in prima figura. ſic ergo groſsities vnius doghæ vel duarum ſatis patet, vt oſtendunt lineæ. a. b. c. ab exteriori circulo vſq; ad interiorem. deinde ducentur lineæ doghæ rectè ab vtraq; parte, & iungant ſe in puncto. b. d. ipſi enim cẽtrum circuli interior & exterior. voluas ergo circulariter, & habebis groſsitiem vegetis &c.

¶INCIPIT TRACTATVS DE INSVLA DOMINI BARTOLI.

POſt tractatum de alluuione, supereſt vt de inſula[a] videamus, de qua ſic ait lex. Inſula quæ in mari naſcitur (ꝙ raro accidit) occupantis fit: quando nullius eſſe creditur in flumine nata, quod frequẽter accidit. ſi quidem mediam partem fluminis tenet: communis ſit eorum, qui ab vtraq; parte fluminis prope ripam prædia poſsident pro modo latitudinis cuiuſq; prædij: quæ latitudo prope ripam ſit, ꝙ ſi aliquis proximior ſit, eorum eſt tantum qui ab vna parte prope ripam poſsident prædia: ꝙ ſi ex vno latere prorupit flumen, & alia parte nouus riuus fluere cœpit, deinde nouus iſte riuus in veterem ſe conuertit, ager qui à duobus riuis comprehenſus in formam inſulæ redactus eſt eius in cuius eſt, & fuit. hæc verba ſunt. ff. de acquirendo re. domi. l. adeò. §. inſula. idem habetur modica verborum mutatione facta, inſti. de re. diui. §. inſula. legis ergo verba diſcutiamus, ait ergo.

INſula eſt locus circundatus aquis, qui cùm deſinit circundari, deſinit eſſe inſula, vt. ff. de acquirendo rerum domi. l. inſula, vel aliter inſula dicitur domus in mari: quæ eſt quaſi inſula. dicitur inſula quaſi in ſolo poſita, ſecundum Iſidorum. ita notat glo. ff. de verborum obligat. l. ſi inſula, cum ſimilibus,

QVæ in mari. Mare eſt collectio aquarum multarum ſalſarum, propriè enim mare. ab amaritudine dicitur, & oportet ꝙ cum magno contineatur: aliâs enim licet mare appelletur, mare non eſt, ſed magis ſtagnum vel lacus. vt dicimus de mari Galileæ ꝙ in ſacra ſcriptura mare appellatur, tamen ſtagnum

a ¶ De inſula. Dicit Felin. in. c. rodulphus. in. xvij. col. de reſcrip. ꝙ Bar. hic plenè põit de inſula. tñ vide Bal. in rub. ff. de re. di. in. vj. col. & ſeq. in ver. nũc videam⁹. vbi põit ẽt plenè de inſula ꝙ alia eſt naturalis q̃ ſemp fluit, vt Corſica & Sardinia, & ſimiles. alia caſualis & accidẽtalis: q̃ ĩ flumine ſemp naſciť. & in mari rariſsimè, vt ibi p eũ. & ibi ponit an cõcedať occupãti, & vide Alexã. in. l. j. in prin. ĩ antepe. co. ff. de acqrẽ. poſ. in ver. capio gloſſ. in ver. mari. & ibi ponit de inſula nata in flumine: & Bar. vero. in ſuo tract. de ſerui. ru. p̃di. in rub. de itine. ĩ. iiij. col. & ſeq. An aũt ciuitas Venetiarũ dicať inſula? dic ꝙ nõ q̃a nõ hẽt ſpherã terræ, ſed eſt fũdata in alueo maris, & null⁹ alueus appellať ĩſula, vt patet inſti. de rerũ diui. §. itẽ p alluuionẽ, & ita ĩ ſpecie cõſuluit Bal. ĩ cõſil. ccccxxix. in iij. vo. incipi. q̃dã emerũt. & vide in cõſi. ſeq. & ſequiť Iaſ. in. l. ſi inſulã. ĩ. ij. col. ff. de ver. obli. ſcripſi plenè in meo trac. de Venetæ vrbis libertate & eiuſdẽ Imperij dignitate, & priuilegijs & in priuilegio. xxxviij. ĩ rñſione. ij. argumẽti quẽ dono dedi. Sereniſsimo principi do. Andreę Griti & excellen. cõſi. x. à qb⁹ Alexãder filius me⁹, dono habuit officiũ notariatus, ſupra cõſulũ. in vita ſua. Tho.

ſtagnum ſiue lacus eſt,& tunc iure priuati, vel publici, vt flu-
men eſt, vt in præced, lib. dictum eſt ſupra in verbo flumine.

Naſcitur. Naſci dicitur, cũ primò dicitur apparere.

a **QVod raro accidit.** [a] Raro accide
re dr̃, de quo ſemel aut bis extitiſſe memo
ria eſt. quod verò plus euenit, frequenter
accidiſſe dicimus, vt. ff. de legi. l. nam ad ea
& ſeq. & hoc in his quæ aliquem conſuetũ
ordinem in natura non habent. aliâs em̃ cũ
minus euenit, quam ſit conſuetum ordine naturę, raro eueniſ-
ſe dicimus. ſi plus ordine conſueto: tunc frequenter. Raro em̃
pluiſſe dicimus iſto anno ſi ſecundum conſuetudinẽ nõ pluit
& frequenter ſi plus conſuetudine. facit. ſ. de ędi. edic. l. quib⁹
ſimile eſt in moribus: quia qui minus conſueto more ad forum
vel ad eccleſiam vadit, raro ire dicitur. fa. ff. de contrahen. em-
ptio. l. fina. ſ. ſed ſi ſecundum conſuetudinem vadit: tunc mo-
deratè accidere ſeu fieri dicimus. facit. ff. de contrahẽ. emptio.
l. fiſtulas. in fin.

OCcupantis ſit. Occupare enim dicim⁹
eum qui inſulam eo ani
mo ingreditur, vt totam occupet. nec eſt neceſ-
ſe, vt omnes glebas inſulæ circundet, vt. ff. de acqui-
ren. poſſeſ. l. iij. in prin. & ſic eius iuris dominium per rationẽ
quæ ſequitur: &c.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictionem habens in territorio mari cohærenti, habet etiam iuriſdictio-nem in mari uſq; ad centum miliaria.*
Inſula in mari nata, dicitur illius prouinciæ uel iuriſdictionis, cui magis eſt propinqua.
2 *Inſula in mari alto poſita, propinqua alteri inſulæ, dicitur eius iuriſdictio-nis & prouinciæ cuius eſt illa inſula.*
Inſula Sardiniæ dicitur Italiæ.
3 *Inſula nata in mari alto, & non propinqua alicui loco, uel inſulæ, erit occu-pantis quo ad dominium & iuriſdictionem Imperatoris de iure ciuili: de iure gentium occupantis, etiam quò ad iuriſdictionem.*
4 *Inſula uel locus occupanti conceſſus, ſi à pluribus occupatur, omnes totam dicuntur occupaſſe.*
5 *Si plures concurrunt in unum ad occupãdum locum: & quilibet per ſe uult occupare: cuius erit locus?*
6 *Locus non dicitur occupatus ex aliqua caualcata ſeu currentia, ſuper loco facta.*
7 *Conceſſo iure occupandi alicui, ſi negligat occupare, amittit ius ſuum.*
8 *Conceſſo territorio ſpecialiter per ſuperiorem, quando conceßio ualeat?*
9 *Territorium an uideatur occupatum ab eo, qui in eo cum exercitu ſtat, ut ſtatim ſuum fiat.*
10 *Gentes exiſtentes in loco occupato, quibus legibus regentur.*
11 *Occupans locum ob delictum habitantium, poteſt illorum bona auferre, & alteri dare.*

NVllius enim eſſe cre-
ditur. Ex quo enim ſequitur ergo occupã
tis. fit naturali ratione, vt. ff. de acquirẽ. re.
1 do. l. iij. in princip. ¶ Licet autem nullius
ſit iure dominij† an quo ad iuriſdictionem
alicuius ſit. vt maleficia quæ ibi committũ
tur poſsit punire: & in gentes quæ ad illum locum inhabitan
dum accederent poſsit ius dicere dubitari poteſt. ad quod vi-
dendum eſt, an qui habet iuriſdictionem in territorio coheren
ti mari habeat in ipſo mari: & vſq; ad quod ſpatium? & vide-
tur ꝙ non: quia mare eſt commune omnibus. In contrarium
eſt veritas. imò ſicut preſes prouinciæ debet purgare prouin-
ciam malis hominibus per terram, vt. ff. de offi. prę ſi. l. cõgruit.
ita etiam per aquam, vt. C. de claſ. l. j. lib. xj. Ex hoc apparet, ꝙ
b etiam in mari [b] habet iuriſdictionem & in inſulis quæ ſunt in
dicto mari, multò magis. inſulæ enim illę quę à prouincia mo-
dico ſpatio diſtant, illius prouinciæ eſſe dicimus, vt ſunt inſu-
læ Italię. vt. ff. de ver. ſignifi. l. notionem. §. j. ¶ Modico autem
ſpatio diſtare puto, quando diſtant per centum miliaria. vici-
nus enim locus dicitur. ff. de dam. infe. l. iiij. §. ſi tam vicinũ. cui
congruit extra de reſcrip. c. nõnulli. vbi dicitur, ꝙ intra duas
dietas non dicitur locus remotus. conſtat autem quòd centum
c miliaria per mare, [c] minus eſt duabus dietis, cum igitur ſit al-
terius quo ad iuriſdictionem non poteſt eſſe occupantis. ſed
2 †ſi inſula eſſet in mari alto, vt à qualibet regione diſtans
tunc videndum eſſet an poſſet dici propinqua alteri inſu-
læ, vt dicantur nobis vicinæ, vel propinquę. vt. ff. de acquirẽ.
re. do. l. pe. §. paulus rñ. & eo. tit. l. inſula. & non in fi. per Azo.
in ſumma inſtit. de re. diui. ¶ Et ideo inſula Sardinię. Italię di
citur licet ab Italia magno ſpatio diſtet, ſed eſt propinqua in-
ſulæ Corſicæ q̃ ab Italia modicũ diſtat. ſecundum alios autẽ
3 †ſi nec alicui regioni: nec inſulæ alterius vicina eſt, tunc non
d poſſumus dicere [d] ꝙ aliquis in ea habeat iuriſdictionem, ni-
ſi Imperator qui omnium dominus eſt, vt. l. deprecatio. ad le.
rho. de iac. dico igitur, quod talis inſula occupanti conceditur
quò ad dominium, ſed ſi quo ad iuriſdictionem ibi pro magi-
ſtratu vel rectore ſe gereret, abſq; principis iuſſu: incideret
in. l. iuliane. mageſ. vt. ff. ad. l. iul. ma. l. iij. in fi. & hoc ſecundum
iura ciuilia. ſecundum verò iura gentium gens quæ dictam in-
ſulam occuparet faceret ſibi regẽ, vt. ff. de iuſt. & iure. l. ex hoc
iure. & ille eos manu regia reget. vt. ff. de orig. iur. l. ij. circa prĩ.
e & hoc obſeruãdũ eſſet inter eas gentes [e] quæ nec iure Roma-
4 no, nec aliquo iure ciuili vtuntur. ¶ Sed quero † qd de inſulis,
& locis alijs quæ ab aliquibus gẽtibus habẽtur, & detinentur:
tamẽ cõcedunť occupanti, vt contigit aliquãdo: vt. C. de hære.
auť. ſi verò dominus tpalis. &. x. col. de ſta. contra lib. ec. §. ſi ve
rò dñs tpalis. cõtingit etiã qñq; ex ſpeciali cõceſsione Papæ,
vel principis, vel alterius iuriſdictionẽ habentis. Rñ. circa hoc
multa videnda ſunt. Primò ſciendum eſt, ꝙ ſi vna terra à pluri
bus occupatur, non poteſt dici ꝙ quilibet per ſe occupauerit
partem ſed omnes totam ſimul, vt. ff. ad. l. aquil. l. ita vulnera-
tus. in fi. & de fur. l. vulgaris. §. pe. oportet ergo ꝙ oẽs ĩ vnum
concurrant, vt vnus Rex, vel Baro vel vnus populus vel plu-
5 res ſimul ad vnum finem concordent. ¶ Quid † ergo ſi plures
in vnum concurrunt & quilibet vult occupare per ſe, qs dica-
tur occupare? Rñ. quãdoq; tractatur de occupatione iuris quę
fit ratione iuris priuati & ad priuatam vtilitatem. & iſtã mate-
riã poſui in. l. ſi pluribus. de leg. j. qñq; tractatur de iure occu-
pandi ad priuatam vtilitatem, rõne publici iuris, hoc eſt quod
omnibus competit, vt in occupatione eorum quæ in nulli⁹ bo
nis ſunt de quo dixi in. l. quominus. ff. de flu. Sed quando tra-
ctatur de iure prẹoccupandi ad vindictã publicã: & ſic princi
paliter permittiť ꝓpter publicã vtilitatẽ, licet cedit ad priua-
tã vtilitatẽ occupantis. & iſta eſt materia in qua. ll. dicunt, ꝙ añ
lit. non conteſt. ſi plures veniunt condemnandi iudicis eſt ele
ctio, vt præferat idoneitatem. ff. de accu. l. ſi plures. de poſi. ac.
l. j. quæ leges propriè faciunt. nam popularis actio fit ad publi
cam vtilitatem principaliter, ſed illud quod exigitur fit acto-
ris, vt. l. ſi cui. de verbo. ſignifica. ſicut hic illud quod occupať
eſt occupantis ante lit. conteſt. poſt lit. verò conteſt. nõ admit-
tuntur, vt. l. ſi cui. nunc ĩ propoſito ſecus, in bello ciuili ꝙ fit in
iudicio, illud quod fit ane lit. conteſta. diciť ꝑparatoriũ per li.
conteſt. incipiunt tractari merita cauſæ, vt. C. de lit. conteſt. l. j.
de procu. l. nulli. ita in bello naturali omnia prẹparatoria ſunt
ante bellum inchoatum. ¶ Poſtquam verò quis cum exercitu
iuerit ſuper illum cuius terram quis vult occupare dicitur res
inchoata. Si ergo plures domini vel populi, præparent ſe ad
idem poteſt ſuperior eligere vnum quẽ putauerit idoneiorẽ.
iſta enim præparatoria non faciunt deſinere rem eſſe integrã.
l. ſi pecunia. in princip. ff. de condi. ob cau. licet ſit argumẽ. con
tra. ff. de pollicitatiõib⁹. l. j. §. cœpiſſe. vbi dicitur ꝙ ꝓpter prę
paratoria deſinit res eſſe ĩtegra. ſed alius eſt caſus ibi. Sed poſt
quam vnus cum exercitu ſuo iuerit ad occupandum, alius de
iure non poteſt ire. ius enim acquirendi illã terram iam eſt ac
6 quiſitum illi eunti. vt. l. littus, de verb. ſigni. † Sed quid ſi non
iuerit aliquis dñs cum exercitu, ſed aliquam caualcatã ſeu cur-
rentiam fecit fieri. ſuper illam terram, an ex hoc videatur ius
præoccupatum? reſpond. non. ſicut enim per dationem libelli
vel per reſponſionem ad vnam poſitionem, vbi de negotio
tractatur, aliquid principari dicitur: neq; res dicitur cœpta: vt
extra de lit, conteſta. c. j. ita per vnam caualcatam, vel curren-
tiam non dictur rẹs cœpta & præoccupata facta. ſed cum iue-
rit cũ ẹxercitu quo poterat terram acquirere ſecũdũ rei exigẽ
tiam, quod optimè probatur, ff. de verbo. obligati. l. cõtinuus
§. item qui inſulam. poteſt ergo ſuperior re integra concede-
re vni illud ius occupandi. & hoc pluries factum eſt à Papa.
7 ¶ † Sed quid ſi ille cui conceditur negligat occupare: an ab il
lo iure cadat? Reſpon. ſic ſi ſine iuſta cauſa differat. idem ſi iuit
in exercitu, & eũ poteſt facere. ſi ſine iuſta cauſa receſsit illud
amittit, vt. ff. de dam. infect. l. ſi finita. §. illud quæriť. & . § . ſi qs
8 metu. Et prędicta vera, qñ conceditur ius occupandi. ¶ Sed†
qd ſi ſupior cõcedit ſpecialiter ipſum territorium? Reſpond. ſi
qdem loquať de conceſsione facta ab eo qui legibus non eſt
ſubmiſſus: tunc ſi voluit potuit. & de eius poteſtate diſputãdũ
non eſt. Quid autẽ voluerit ex modo concedendi, apparet. Si
verò concedens erat ſubmiſſus legibus: & tunc ſi quidem con
cedentis fuerint, pñt concedi: ſicut multa & infinita regna fue

a ¶ Quod raro acci dit. Scribit Euſe bi⁹ ĩ lib. de tpibus q̃ a ãnó mũdi. 5002. olimpiade. cxlv. iu xta therã apparuit ĩſula q̃ vocať Hie ra. Itẽ anno Chri ſti. xlvij. & olimpia de. ccvj. ĩter thera & theraſiã exorta eſt inſula habens ſtadia. xxx. Tho.

b ¶ Quod ẽt ĩ mari. Vide Bart. ĩ. l. Cæ ſar. ff. de pu. & ibi Alex. de imo. i ad di. & vide Fel. i. c. rodulph⁹. ĩ. xvij. co. de reſcrip. Tho.

c ¶ Per mare not. ꝙ dicit Bar. hic, ꝙ qu quaginta miliaria p mare, ſunt min⁹ quã vna dicta. ad ea q̃ ponũt doct. ĩ c. nonnulli. de re ſcri. & ĩ. l. j. ff. ſi q s cã. & adde ꝙ illud dictũ Bar. hic alle ga. Fel. ĩ. c. olim. in iij. colũ. de excep. Tho.

d ¶ Poſſum⁹ dicere. vide Fel. ĩ. c. rodul phus. ĩ. vj. & . viij. col. de reſcrip. & vi de oĩno Paul. de ca. ĩ. l. inſulæ italiæ ff. de iudi. Tho.

e ¶ Inter eas gẽtes. vi de de iſta materia p Bal. ĩ ru. ff. de re. diui. ĩ. vj. co. & ſeq. Bar. vero ĩ ſuo tra. de ſerui. ruſt. pdio. ĩ rub. de mari. ĩ. ij. co. & ſeq. & per totũ. Tho. diplo.

ſunt conceſſa quæ fuerunt populi Romani,& multę terrę quę
fuerunt à Chriſtianis regibus detentæ,& poſtea occupatę tũc,
illę poſſunt concedi.nam adhuc concedens habet ius priuile-
giȷ,vt.l.id quod.&.l.ab omnibus.§.j.de lega.j.Si verò nunquã
fuerunt cõcedentis,ſed ſemper fuerunt hoſtium : non poſſunt
concedi:vt.ff.de verborum obligationibus.l.liber homo.& vi
9 de ibi quod dixi. ¶ † Sed an illud territorium in quo cum ex-
ercitu ſtat,videatur occupaſſe,vt ſtatim ſuum fiat? Reſpond.
aut cepit aliqua loca quæ poſſunt retineri etiam ſi totum ter-
ritorium non capiatur fortè vel aliqua caſtra vel fortilicia,vel
aliquam regionem inter montes vel intra flumina: & tunc il-
lud ſuum efficitur.ſi verò non poſsit illud retinere niſi locum
principalem capiat:tunc ille locus in quo eſt,cum exercitu nõ
efficiẽ ſuus,quia ille ſuſtinẽdo,vel pręliãdo adhuc liberari po-
teſt: vnde non dicitur ille locus occupatus.arg.ff.de acqui. re.
10 do.l.in laqueum.¶ Sed quęro † illę gentes[a] quę ſunt in illis lo
cis quę occupantur quibus legibus regentur an legibus nouis
illius Regis vel populi qui occupauerit eos,an verò legib⁹ eo-
rum antiquis?Guil.de cug.hoc tangit.ff.de pign.actio.l.ſi con
uenerit.§.j. & arguit ꝙ debent regi ſecundum leges quæ ſunt
in regno occupantis:quia videtur auctum regnum ſicut dici-
mus in eo ꝙ accreſcit per alluuionẽ ꝙ efficitur eius eiuſdem iu
ris,cuius erat prædium cui adȷcitur,vt dictum eſt.ſ. in princi.
lib.ſuper verbo noſtro,pro hoc.ff.de admi.tut.l. quoties.§.fi.
In contrarium videtur, ꝙ non debeant conſeruari ſtatuta re-
gni,niſi appareat expreſsè ꝙ Rex accepit eo animo vt ſibi vni
ret,& vnum regnum eſſet:quia talis acquiſitio debet intelligi
ſine pręiudicio iuris aliorum,vt.ff.ne quid in loco publi.l.j.§.
merito.&.§.ſi quis à princi. & pro hoc.C.de offi.pręto.afri.l.
in nomine domini.§.fi.arg.C.de coll.fun.pa.l.filius.libr.xj. &
ſic concluditur,ꝙ regenẽ ſuo iure non iure regni.ar.ff. de leg.
iȷ.l.prædȷs.§.titio.& de fun.inſtr.l.ſeię.§.tyrannæ.illud enim
territorium intelligitur venire cum ſuis iuribus.de pign.acti.l.
aliena de ſerui.ruſtic.prædio.l.via.§.ſi fundus. iſta ſunt, verba
eius.Mihi videtur dicendum, ſi quidem non conſtat de men-
te occupantis ſtandum eſt iuribus antiquis illius loci, quate-
nus honeſta ſunt,per ea quæ dicta ſunt per Guil.Si verò ille q
occupauerit expreſsè vult illa iura vel conſuetudinem mutare
an poſsit? dico aut ille locus fuit ſubmiſſus occupationi pro-
pter delictum domini qui tunc illum locum tenebat : & tunc
occupans acquirit omne ius illius domini:& ſicut ille domi-
nus primus poterat mutare leges,ita & occupans aut propter
delictum ſubditorum. & non domini:& tunc occupans pote-
rit acquirere ius ſubditorum.Et ſicut ſubditi poterant muta-
re:ita ipſe occupans poterit.aut propter delictum commune:
& ſuccedit occupans in ius vtriuſq;. Alteri autem qui in hoc
non deliquit,nullum pręiudicium facit,vt expreſsè prædicta
probantur in.d.authen.ſi verò dominus temporalis.C.de hę-
11 reti.Ex prædictis autem † apparet, ꝙ talis occupans bona eo-
rum qui ibi habitabant poſsit auferre,& alteri dare.quod ve-
rum eſt . quia poterit ſi ex eorum delicto talis occupatio facta
fuit aliâs ſecus.Et pręducta in occupatoribus qui ſunt inferio
res à principe,princeps enim ſolutus eſt legibus,& omnia po-
teſt.

a ¶ Illę gentes. vide Alex. plenè in.l.j. in princi.in.v.col. ff.de le.j. & ibi videre poteris plures concor. & plenè per Feli.ı̃.c.trãſlato in.iȷ. colũ.de conſti.& Iſido.roman⁹.ı̃ cõſi.ccxix. incip.pñs caſus.in iȷ.col. Tho.

IN flumine nata. Hæc eſt ſecunda ps
not.quòd tribus mo
dis contingit:vt.ff.de acquiren.re.do .l.ergo.§.tribus.
Primò,cum circundatur ager qui non erat alicuius,de quo lo-
quitur vltima pars pręſentis relatæ legis. Secundò cum alueũ
dereliquit ſiccum,& incipit fluere.Tertiò cum paulatim coa-
lendo,locum eminentem fecit.ſ.alueum . Et aduertendnm eſt
ꝙ dicit per alueum nata,non dicit naſcitura. nõ igitur tempus
cùm incipit apparere inſpicimus, ſed tunc cum opin. circun-
colentium inſula incipit reputari.argu.ff.de flu.l.paulus.§.j.ꝙ
dicit lex eſſe natam,ſine dubio verum eſt ſi priore ęſtate ſic ſte
terit.ante enim poſſet dubitari,an ſit inſula,an verò locus ı̃ me
dio qui propter ſiccitatem vacuus remãſit. Si verò ęſtate prio-
re ſic ſteterit ſicut dicitur verum dicit.arg.ff.ne quid in flumi.
pub.l.iȷ.§.ſi autem.ad quod facit.d.l.ergo.§.tribus.de acquir.
re.domi.ibi dum dicit,cùm primum extiterit: quod perfectũ
ſignificat cum ſit futurum ſubiunctiui: vt.l.j.ff. quod quiſque
iur.de verborum obligationibus.l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichũ.
ab eo verò tempore ſi quid annuatim dicta inſula reciperet,iu
dicaretur ſecundum.l.inſula.ff.de acquirẽdo rerũ dominio.Itẽ
dicit nata,ſcilicet caſu vel diuina poteſtate.non dicit facta ma
nu hominis.ſi tamen ab homine facta eſſet,idẽ iuris eſſet,vt.ff.
de acquiren.re.do.l.pen.§.fin.& hoc facit ad.q.cuius ſit clauſu
ra facta in flumine.de quo dixi in lege quominus.ff.de flumi-
ni.Item dicit nata,intellige quod ſolo cohereat.ſi enim.ſ.aquã
ſtaret,vt quandoque accidit publica eſſet:vt.ff.de acquirendo
rerum domi.l.penul.§.j.

SVMMARIVM.

1 *Frequenter accidere,quid ſit?*
2 *Medium eſt,quod conſiſtit inter duo extrema.*
Extremitas,principium,& finis quid ſit?
3 *Caput ſeu principium alicui⁹ rei ubi ſit,& quantũ ſpatium occupet:nu.9.*
Caput hominis habet tres proprietates,ſcilicet initium neruorum,pars honorabilior,& uerſus cœlum erigitur.
Pes hominis,tres proprietates habet.
4 *Caput ſeu principium uel initium fluminis eſt,unde flumen originem capit:& finis ubi flumen terminatur.*
5 *Caput anni,tempus à quo incipit dicitur,finis à tempore quo finitur.*
6 *Caput eccleſiæ ubi altare honorabilius.*
Caput aulæ ubi magis homines ſedent.
Caput ſcholæ ubi cathedra poſita eſt.& ibi de fine.
Ciuitas honorabilior,caput prouinciæ.
7 *Caput montis,dicitur pars ſuperior eleuata:depreſſa appellatur pes.*
8 *Caput rei,dicitur locus per quem ingreditur.ſi per omnes partes eſt ingreſſus,dicitur ꝙ eſt uerſus meridiẽ,pes uerſus ſeptemtrionem.& nu.9.*

QVod frequenter acci
dit.† Quid ſit frequenter accidere,dixi.ſ.
1 in verſicu.raró.ſi quidem mediam partem
fluminis teneat,ꝙ gloſſ.exponit. i.in me-
dio fluminis eſt. ¶ Quid autem ſit in me-
dio eſſe,vel quæ ſit media pars alicuius rei
videam⁹.Interdum enim accipitur media pars,id eſt dimidia
rei,vt facta diuiſione vnius rei in duas partes quælibet dicitur
dimidia,vt.ff.de verb.ſignifi.l. nomen filiarum.§.portionis.ne
ergo ſic intelligatur exponit gloſ.id eſt in medio fluminis eſt.
Vt autem ceſſet dubitatio,melius poſſumus exponere,ſcilicet
vt diuidatur tota latitudo fluminis in tres partes æquales.ſi er
go inſula tenet illam partem fluminis quæ eſt in medio facta
diuiſione in tres partes æquales: tunc erit communis , vt lite-
ra dicit. ¶ Videamus ergo quid eſt eſſe in medio & quæ eſt
2 media pars:quid † ergo eſt medium.Reſpon.quod conſiſtit in-
inter duo extrema,vt.C.de iudi.authenti.ad hęc.ff.de ferȷs.l.
more Romano.ſi quis ius dicen.non ob.l.j.§.fami.in authent.
in medio litis nõ fieri ſacras iuſ.per totum, vt hic apparet.nõ
ergo poteſt cognoſci medium, niſi extremitates cognoſcam⁹.
Extremitates verò ſunt caput ſeu principium & finis.Alię aũt
extremitates dñr latera.De latere dicemus.ı̃. de capite autem
3 fine & medio hic dicamus videlicet vbi dicatur eſſe † & quan-
tum ſpatium occupet:hoc autem neceſſarium eſt.ſępe enim in
ſtatutis fit mentio de capite alicuius rei, videlicet ſi quid factũ
fuerit in capite plateę,vel fori vel in pede vel in medio ſoluan-
tur decem.Item in contractibus ſępe vidi vendi, tot ſtadia ter
rę in capite vel in fine fundi.docet ergo iuriſconſultus ſcire qd
ſit,& q̃tum duret alicuius rei caput ſeu pes & ſimilia.Alię verò
extremitates dicuntur latera.de lateribus dicemus.ı̃.de capite,
fine & medio hic dicam⁹ videlicet vbi dicitur eſſe & quantũ
ſpatium occupet. ¶ Caput autem in homine,habet duas aut
tres proprietates. Primò : quia inde omnes nerui initium ca-
piunt.& ex hoc inſurgit alia proprietas:quia eſt honorabilior
pars corporis,vt.l.cum in diuerſis.ff.de relig.Tertia proprie-
tas eſt, ꝙ verſus cœlum erigiẽ & iſtud idem quãdoq; dicimus
principiũ.¶ Eodem modo pes ſeu finis,habet tres proprieta-
tes.Primò:quia in illa parte finitur & terminatur corpus.Se-
cundò quia eſt pars ignobilior.Tertiò quia verſus terram iun-
gitur,& totum corpus ſuſtinet.ab iſtis enim proprietatib⁹ di-
uerſimodè caput & pedem ſeu finem alicui⁹ rei dicimus. priò
4 in † flumine dicimus caput fluminis vnde flumen originem ca
pit:vt ſi ex fonte ipſe fons & ſimilia:vt.ff.de aqua quo.& ęſti-
ua.l.j.§.caput. & illud etiam dicitur principium ſeu initium,
vt ibi dicitur.& eodem modo pes ſeu finis fluminis,dicitur lo
cus vbi flumen terminatur & finitur quod eſt mare in quo in-
trat,vel aliud flumen,vt.ff.de loca.& itine.pub.l.fin. de ſerui.
5 ruſtico.pędiorũ.l.fi.eodem † modo dicimus in tempore.dici-
mus enim caput anni tempus quo annus incipit:finis tempus
in quo terminatur,vt in illo verſicu.Annua ſi debes, tunc in-
ſpicies caput anni,&c.vt not.C.de adimen.leg.l.prima.& hęc
6 de prima proprietate.¶ Secundo † contingit quandoque ali-
qua eſſe in quibus locus à quo originem ſumunt non poteſt ap
parere,vt in ſuperficie vnius domus aulæ,eccleſię & ſimilium
tunc caput eccleſiæ eſt,vbi eſt altare honorabile.& caput aulę
eſt locus,vbi magis homines conſueuerũt ſedere & caput ſcho
lę dicitur vbi cathedra poſita eſt : pars verò illi oppoſita diciẽ
pes ſeu finis,argumen.ff.de offic.proconſu.l.ſi in aliquam. ibi,
caput prouincię,&c.Ciuitas enim honorabilior dicitur capu
prouinciæ

prouinciȩ.ad idem.C.de summa trinitate.epistola inter claras.
7 ibi,caput est omnium ecclesiarum.¶ Tertiò contingit † à ter-
tia proprietate caput dici , vt ecce locus quidam eminens est,
seu montuosus . partem enim superiorem eleuatam appella-
mus caput partem inferiorem depressam,appellamus pedem
& sic in capite,& pede,& in prin.& in fin.dicimus.argumen.
de aqua plu.arcen.l.j.§.fin.posset enim esse aliqua res,in qua
8 †neutrum istorum concurret:& tunc puto ꝙ illius rei caput,
diceretur locus per quem in illam rem ingredimur . iuxta il-
lud:in capite libri scriptum est de te.appellat enim caput libri
illam partem per quam ad ipsum librum legendum ingredi-
mur.ad idem quod not.ff.soluto matrimonio super rubri. ibi
nota.quòd hic non est caput libri,&c.ff.ad.l.facid.l.quæreba
tur.super illo verbo,tres partes. ¶ Sed posset contingere, ꝙ
per omnes ipsius loci partes est ingressus:& tunc putarem ca-
put illud dici,ꝙ est versus meridiem . & pedem quod est ver-
9 sus septemtrionem,vt infra ostendã.¶ Videamus† ergo quã-
tum spatium occupat caput,quantum pes seu finis,& quantũ
medium. Ad quod dico;, quod punctus seu linea indiuisibilis
quæ est in capite potest dici caput,vt dicta lege prima.§.ca-
put.de aqua quo.& æsti.& eodem modo pes medium dicatur
ille punctus,vel linea indiuisibilis,quæ est in medio distans tã
tum ab vna extremitate quantum ab alia, & ita intelligit hæc
glo.insti.de re.diui.§.insula.dum dicit hoc scilicet esse in me-
dio potest apparere accepta chordula,& facto puncto in me-
dio,&cȩ.quod satis placeret si materia de qua tractatur, hanc
interpretationem pateretur vt si diceretur à capite vsque ad
medium agri liceat Titio ire.Intelligo à linea indiuisibili quȩ
est in capite vsque ad lineam indiuisibilem quæ est in medio,
secundum prædicta iura.sed sæpe sermo hãc interpretationẽ
non patitur.Quid enim si dicatur si quis inueniatur per caput
plateȩ cum curru puniatur.vel vendo tibi.x.stadia terrȩ in ca
pite fundi?proculdubio de puncto vel linea indiuisibi intelli-
gi non potest.per illam enim non potest iri:nec in ea possunt
x.stadia terræ esse.aliter ergo intelligendum est de quo tetigi
ff.de fur.l.iij.prout verò dico quandoque extremitates sunt
distinctæ,& limitatæ:tunc vna dicitur caput,seu principium
alia dicitur pes seu finis.& quicquid est intra illas duas extre-
mitates,dicitur medium,vt.ff.de ser.vr.prȩd.l.siȩdes.ibi medi⁹
mõs.& de seru.rusti.prȩdio.l.tria prȩdia.ibi,per medium fun
di,&c.& de ferijs.l.morȩ.ibi,luce media.C.de iudi.authen.ad
hæc.cum multis si.Quandoque extremitates non sunt distin
ctæ:& tunc puto ꝙ totus ille locus diuidi debeat in tres partes
æquales:vnde illa quæ erit secunda,dicetur medium:vt hic se-
cundum lectu. quam tenui cui applaudet communis vsus lo-
quendi & intelligendi. Tertia dicitur finis. Quandoque con-
tingit ꝙ locus de quo agitur, habet multas distinctas partes:
tamen in dispositione accipitur vt totum,vt ecce planus Ty-
beris est distinctus per prȩdia multorum , sed in statutis dicit
quod si aliquid fuit factum in capite plani Tyberis,vel medio
vel fine:tunc enim consideratur per statutum illud,vt vnũ to-
tum integrum:ideo esset facienda diuisio in tres partes , vt di-
xi. Sed quæro quando vendo decem stadia terræ à capite,vel
à pede,vel in medio,qualiter fiet diuisio?& vtrum certus lo-
eus videatur vẽditus vel iũctus dicam in sequen.lib. in figura.

SVMMARIVM.

1 *Insula in flumine commnni nata,communiter acquiritur iure dominij non possessionis,nisi apprehendatur .*
2 *Iusula,qualiter communiter diuidatur?*
3 *Insula parua,usus eius publicus est.si magna:ripæ tantũ sunt in usu publico.*

COmmunis fiat eorum.
1 Intelligo†communem iure dominij, non em
iure possessionis,cum enim separata sit insu-
la à primo fundo per possessionem primi fun
di,illa non videtur posſideri , nisi apprehen-
datur:vt.j.sequitur ibi,ꝙ si alteri propinquior,&c.&.ff.de ac
quirend.possess.l.iij.in prin.in glos.super versi.quilibet. debet
ergo post apprehendi: arg.ff.de acquiren.possess.l.cum hæres.
2 Item ꝙ dicit communis† fiat,intellige quod æquali parte,sci-
licet mediã fluminis ptẽ tenet , & ripæ q̃ essent ab vtraq; par-
te rectæ.Item ratione propinquitatis media cedit vni, & me-
dietas alteri,sed si insula esset plus versus vnam partem quàm
versus aliam:illa tantum pars insulæ quȩ vni parti propinqua
est:illius fundi est,& illa quȩ magis propinqua est alteri,cedit
alteri.quatenus ergo cuique propinquior illi cedit.ff.de acq-
ren.re.domi.l.ergo.§.tribus.ibi, cuius ager propior fuerat.ꝙ
ergo dici ei agro cedit,q propinquior est,intellige,id est qua-
tenus propinquior est:vt.ff.de le.j.l.stichum qui meus erit cui
congruit ꝙ in seq.§.de alueo dicitur,ꝙ iure propinquitatis ce
dit eis qui ab vtraq; parte posſident : & sic apparet ꝙ diuisio
communis est. hoc etiam declarat gl.hic & inst.de re.diui.§.in
sula.prout dicit de puncto in medio chordȩ posito. Ex quo ap
paret ꝙ quantum propinquior est:eatenus cedit. Lineam autẽ
diuidentem per medium,ita ꝙ quicquid excedit circa lineam
sit propinquius illi qui habet prȩdium circa flumen, & quic-
quid est vltra lineam, est propinquius ei qui habet vltra flu-
men.& hoc est difficile,vtile & necessarium: ideo hoc demon-
3 strabo per casus & figuras quas.j.subdã.Item hoc† quod dicit
ꝙ est vsus communis,intellige iure dominij vsus autem insulæ
est publicus sicut riparum:vt.ff.de acqui.rerum dom.l.penu.
§.j. hoc intelligo si insula est parua , ita ꝙ tota posſit dici ripa
vel ripȩ cedere propter arctationem aquæ:vt.ff.de flumi.l.pe.
sed si insula esset magna,ita quod in ea essent prȩdia culta:pu-
to solum ripas esse in vsu publico,non prædia eadem ratione
qua cȩtera prȩdia.Item prȩdicta vera nisi essent agri limitati,
vt.ff.de flumi.l.j.§.insula.

SVMMARIVM.

1 *Dictio uterq; distributiua duorũ tantũ:& quandoq; inter plura ponitur.*
2 *Insula quæ est in medio:& ab uno latere sit ager limitatus:uel cemiterium, an alteri tota acquiratur?*

QVi ab vtraque parte fluminis.de duab⁹
partibus loquitur q̃ sunt
1 fluminis latera.hæc enim dictio vterque,† distributi-
ua est duorum tantum,licet quandoq; inter plura ponat̃,vt.C.
de de furtis.l.ancillȩ.de verb.signi.l.continuus.§.item qui ĩsu
lam.& ideo si contingeret flumen ita currere,ꝙ tria latera prȩ
diorũ respiceret:ĩsula deberet inter eos diuidi iure vicinitatis
2 tangentis,vt.j.in figuris declarabitur. Sed quid †si ab vna par
te,essent prȩdia limitata quibus non possum⁹ vti quasi insula,
vt.ff.de acquirend.rerum dominio.l.in agris.& quid in flumi,
publi.l.j.§.si insula.vel fortè cimiteriũ alicuius ecclesiȩ cui non
potest queri.vt dictum est.s̃.in præce.lib.an tota insula erit ei⁹
qui prȩdia habet ab vna parte,? videtur ꝙ non quia insula de-
fertur vtriq; prouiso:ergo non est locus iuri accrescẽdi,vt vn⁹
capiat ꝙ alteri non acquiritur: vt.ff.de vsufru.accrescen.l.j.in
principio.¶ Præterea si esset verũ:ꝙ vno reiecto alijs acquirit̃
malediceret text.in . l.j.§.insula.vbi dicitur , ꝙ in nullius bo-
nis est insula qñ prȩdia ab vtraq; parte sunt limitata:quare in-
sula erit aliorum prædiorum quæ magis propè ripam essent,
contrarium puto.¶ Pro cuius euidentia sciendum est,ꝙ ius ac
quisitionis per alluuionem de qua dictum est in præce.lib.fit
ratione contiguitatis: & adherentiæ:& ideo potentius est ius
acquirẽdi ratione vicinitatis de quo hic dicitur:vt patet.ff. de
acquirend.rerum dominio.l.insula.vbi illa quæ alluuio addi-
derit insulȩ quærentur ipsi insulæ,non autem ei qui ab vtraq;
parte prȩdia posſidet:quia prædia limitata alijs prohibentur
quæri,vt.§.si insula.sed si cui alteri ratione vicinitatis vna par
ticula insulæ quasi deberet totum additum quod prohibetur
alijs quasi sibi acquireretur iure cuiusdam alluuionis & adhe-
rentiȩ,quòd probatur:quia incrementum postea obueniens si
bi quȩretur, vt dicta lege insula.ergo multomagis illud incre-
mentum quod sua particula simulq; portio vacans temporȩ
quo portio nostra mihi quȩreretur fortiori iure accrescit quã
illa quæ ex postfacto incipit vacare:vt.ff.de acquiren.hȩre.l.si
duo.coniuncta.l.si minor.&.l.cum hæreditate.eo.ti.nec ob.ff.
de vsufr.accres.l.j.in princi.quia separatum est illud ius accres
scendi ab isto hic enim semper fit acquisitio certȩ parti diuisȩ:
& de certa parte accrescente.

PRope ripam prȩdia posſident.pro-
pè ripam posſidere intelligo,
ꝙ prȩdia sunt ipsi ripȩ coniuncta,vel for
tè si distant mediante via, vt.l. martius.de
acquiren.rerum domi.& dixi.s̃.in præce-
dẽ.lib.& ꝙ dicit posſident, intelligo quo
prȩcedenti & eodem iure acquiratur insu
la,vt in prȩced.lib.dictum ast.

PRo modo latitudinis cuiusque
prædij. hoc declarat̃
per iurisconsul.ff.de acquiren.rerum domi.l,
inter eos . videlicet vt quanta est latitudo
prædij,iuxta ripam ; eatenus linea per di-
rectum protendatur.Circa quæ multa du
bia occurrunt quȩ determinata sunt in fi-
guris præcedentis libr. sicut cùm diuiditur alluuio inter eos
qui ab vtraq; parte prȩdia posſident.ita illa pars insulȩ quȩ ce
dit prȩdijs,quȩ sunt ab vna parte debet diuidi,

QVæ latitudo propè ripam sic inqt: ¶ Si ergo finis agri iuxta ripam est largus, licet prędium postea in se arctetur vel econtra solum latitudo quæ est iuxta ripam attenditur & secundum illā debet duci linea recta, vt in pręceden. lib. dictum est, &c.

QVod si alteri parti proximior sit. &c. ꝙ qualiter appareat. hic dicit gloss. accepta chordula, & puncto posito ī medio, vt hic dicit gloss. & insti. e. §. insula & ꝙ dicit ꝓximior intelligo quatenꝰ proximior est illa pars q̄ vni parti fluminis proximior est eorum tantum est qui ab vna parte possident pręedia, & eorum est eo iure quo pręedia sunt eorum: vt dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Latera sunt sex.*
2 *Sursum dicitur, totus motus à parte inferiori uersus superiorem.*
Deorsum à parte superiori, uersus inferiorem.
3 *Pars superior & inferior, denominantur per caput & pedes.*
Per aduerbia localia, sursum & deorsum.
Per præpositiones, supra & infra. uel super & subditus.
4 *Ante & retro, propriè cadit in animalibus.*
5 *Ante & retro, apposita ad denotandum tempus, qualiter intelligantur.*
Tempus, est quædam fluxibilitas, & cursus.
Ante & post, posita cum casu, sunt præpositiones, sine casu aduerbia.
6 *Ante & post, posita circa locum: quomodo intelligātur?*
7 *Facies domus dicitur pars illa, per quam quis ingreditur, uel sit in uia magis honorabili.*
8 *Dextra propriè cadit in animalibus se mouentibus: impropriè alijs rebus.*
Dextra uel sinitra domus uel agri, quomodo capiatur?
9 *Dextra uel sinistra fluminis, qualiter cognoscatur?*
10 *Superficies terræ, dicitur facies terræ quæ erga cœlum respicit.*
11 *Cœlum habet dexteram, quæ est oriens, & sinistram occidens.*
Orbis caput est in meridie: pes in septemtrione.

1 QVod si ex vno latere. Latera † aūt sex reperiuntur scilicet sursum, deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum, de quibus in contractibus & alijs dispositionibus sępe fit mentio, vt vendo vel lego. x. stadia terræ ex parte superiori vel inferiori, ex parte anteriori vel posteriori, ex parte dextra vel sinistra. ¶ Ideo quid prędicta vocabula impotēt discutiamus. Sursum quidam appellant illam partem quæ est. s. respiciens cœlum: deorsum illam partē quę est infra respiciens terram, licet hoc modo loquendi non vti-
2 mur, sed sursum † appellamus totum ipsum motum à parte inferiori versus superiorem. & deorsum totum à parte superiori uersus inferiorem: & hoc siue sit motus localis. siue intellectualis de gradu in gradum ascendendo vel descendendo. ff. de gra. l. iuriscon. §. nam quoties. &. §. transgrediamur. dico er-
3 go † quòd pars superior & inferior denominatur primò per nomina, vt caput & pes principium & finis: vt supra dictum est super versi. si quod partem. secundò denominatur per aduerbia localia sursum & deorsum, sed illud impropriè, vt dixi. tertiò denominatur per præpositiones: vt supra & infra, vt ff. vti possi. l. si duo. §. labeo & de aqua pluui. arcen. leg. super iter de arbo. cæ. leg. prima. §. primo. ¶ Quartò per nomina adiectiua deriuata ab istis pręepositionibus, vt pars superior & inferior leg. prima. §. fina. de aqua pluui. arcen. ¶ Quintò per alias præpositiones, scilicet super & subter. vt ibi super cathedram Moysi sederunt scribę & Pharisęi, vt extra de sepul. c. dudum. in cle. vel verius dicendum est quod nunquam dictæ partes denotantur nisi per nomina supra dicta & etiā per
a aduerbia. nam supra & infra, [a] super & subtus, si adijcitur casuali: tunc est præpositio: nec importāt illam partem rei de qua quærimus, scilicet aliquam aliam rem esse supra & infra illam: vt supra domum tuam vel fundum tuum pendet arbor &c. non significatur superior vel inferior pars rei scilicet arborem supra rem existere. ¶ Sed solùm denotatur existentia ipsius arboris: & idem in omnibus legibus supra ad hoc allega. sed si dictæ dictiones ponerentur sine casu, vt vendo tibi decem stadia terræ ab ea parte quę est supra vel infra tunc nō sunt præpositiones, sed aduerbia loci secundum Priscianum in maiori tractatu de præpositionibus: tunc ergo idem est dicere, quòd à parte inferiori, vel superiori quæ pars quæ sit & quantum duret, dixi supra dum dixi de capite & pede. ¶ Vi-
4 dendum est de ante, & retro † circa quod sciendum est quòd Aristot. in. ij. de cœlo & mundo dicit ꝙ ante & retro propriè est in animalibus. appellamus enim illam partem ante in qua principaliter sunt sensus, & sic ex facie hoc iudicatur. in alijs verò quę carent sensibus dicta vocabula non cadunt propriè, sed per similitudinem quandam. ¶ Ad quod aduertendum ꝙ
5 † ante & retro quandoque apponitur ad denotandum tēpus: quandoque apponitur ad denotandum locum. ¶ Circa tempus est sciendum quod tempus est quædam fluxibilitas. de tēpore enim non habemus nisi instans. quòd enim præterit esse desijt: quod verò venturum est nondum fuit. dico ergo in instāti in quo sumus rectè loquendo tempus quod præterijt appellamus retro: & per consequens quod futurum est dicitur ante vt in prima constitu. C. in princip. ibi retro principibus. ff. de cap. & postli. reuer. l. retro. ad le. aqui. l. ait lex. ibi, retrorsum, de regul. iuris. c. ratihabitionem retrotrahi, &c. cum si libro sexto. Huiꝰ ratio est: q̄a vt dixi tempus est quædā fluxibilitas & quidam cursus & homines & cætera animalia creata carentia ratione. quòd in cursu pręteritū est habēt retro: quod verò futurum est habent ante. ad istam similitudinem dicimꝰ ista scilicet quod de tempore habemus instās: illud quod pręterit habemus retro quod futurum habere dicimus. illud ꝙ pręterit esse ante: ꝙ verò futurū est esse postea, vt. C. de arb. l. cum ante. de bo. dan. l. si quis post hac. ff. de acquiren. posses. l. si quis ante. tunc enim similitudo sic procedit quasi cursor in certa parte itineris se reuoluat & remoueat: tūc enim illa pars quæ cedēdo rectè erit retro incipit esse ante ecōuerso. propriè igitur locatio est præcedens. & quia ibi illa reuolutione non ægemus per hanc igitur dictionem ante potest significari tempus pręteritum & futurum quod ex verbo apparet cui adijcitur quod si est præteritum significat futurum. ¶ Sed hic potest occurrere dubitatio. pone sic. Reperi scriptū in aliqua dispositione, si quis ante aliquem dixerit aliquid vel fecerit, &c. quomodo intelligitur hoc verbum ante. hoc enim verbum fecerit reperitur in futuro subiunctiui & in præterito. Sed qualiter debemus assumere, dixi in repe. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. dum tractaui de interpretatione statutorū. dixi etiā & de condi. & demonstra. leg. solemus. & prędicta cum respectu præsentis loquimur de tempore præterito, & futuro.
¶ Quandoque tamen in præsenti loquimur de tempore præsenti, & post respectum alicuius temporis futuri vel præteri. respectu futuri, vt ecce promittis facere vel dare ante pascha vel post pascha. & ista locutio recta est, vt. ff. de verborum obligationibus leg. qui ante calen. & l. eum qui ita. §. qui ita stipulatur. cum si. & procedat similitudo sic, pone cursorem in medio plani videre turrim: rectè dicit totum spatium quod est inter se & turrim esse ante turrim: quia ante oculos eius est & etiam ante illam partem turris quæ primò eius aspectui præsentatur. & sicut latus oppositum illi turri, quo ad illum dicitur retro seu post, vt infra dicetur ita totum. ꝙ ille latere posteriori respicit dicitur post. & ita propriè dicimus ex consuetudine reperimus enim pascha futurum in medio: nunc ergo vsq; ad pascha dr̄ ante vltra dicitur post vt dictis legibus. ¶ Sicut etiam dicimus respectu præteriti temporis, vt ecce ante pascha præteritum factum dicimus quod præterijt, quod secutū est dicimus factum post pascha: vt leg. huiusmodi stipulatio interposita. & dicta leg. si ita quis. §. seiæ, de verbo. obligatio. cum simi. & tunc procedit similitudo sicut in illo paschate, homo stans retrò se voluisset vt dixi proprius ergo diceret à pascathe retro, & paschate ante. velut in præcedenti locutione dicimus ante pascha, id est primo quam pascha sit, & ita vtimur. prædicta verba ante & post si ponantur cum casu sunt præpositiones: si sine sunt aduerbia temporis vel loci, & significant tempus vel locum. ¶ Circa verò locum sciendum
6 est, † quod quædam sunt loca eminentia quædam depressa & plana in eminentibus sicut sunt domus & cætera ædificia montes & colles dicimus ante & post. in domibus enim dicimus partem ante illam esse quæ est iuxta viam per quam ingredimur domum: vt. ff. de via publ. l. fina. §. fina. ibi ante ergasteria. & con. diui. leg. arbor. §. de vestibulo. vbi gloss. exponit, quod vestibulum est locus ante hostium: per quem quis habebat aditum. pars illi opposita dicitur post, vt. ff. de seruitute vrbanorum prædiorum. leg. quidam hyberus. ibi post horrea. & dicitur post, illa pars quæ est opposita illi parti quę est ante plateam, & sic etiam vtimur, & loquimur. & hoc secūdū similitudinem pręcedentem: nā vt dictū est pars anterior in animalibus dicitur illa in qua est facies, & facies domus di-
7 citur † illa quæ iuxta viam nobis ostenditur: vt in locutione vulgari vtimur: & secundo macha. iiij. c. circa fi. dicitur ornauarunt faciem templi coronis aureis. sicut enim dicimus facies operis. ff. de noui ope. nuntia. l. stipulatio. §. opus. & alibi pristinam faciem ædibus reddat: vt. ff. loca. l. sed ædes. §. si inquilinus ho-

a ¶ Nā. s. & j. vide q̄ dedicit per istā do. Bar. hic do. Barth. soci. in cōs. clxxxj. in. ij. vo. ici. visis capitulis in pe. co. in versi. circa tertium vbi etiam ponit ꝙ de natura dictiōis. j. est, vt contineat contenta inter extrema quibus adiungitur. Thoma.

linus hostium. sicut igitur illa pars dicitur facies: ita dicitur ps anterior & pars sibi opposita dicitur posterior. ¶ Sed si domus à pluribus partibus esset circundata vijs per illam excellentiam: diceremus faciem quæ magis in honorabili via est. ꝙ si vtraqꝫ esset æqualiter honorabilis: illa dicitur facies per quã ingredimur, vt. ff. de leg. iij. l. prędijs. §. balneas. de dam. infect. l. quod conclaue. Prædicta vera nisi consuetudo loquendi aliquid opponeret. In locis verò depressis & planis, ĩ quibus nõ videmus superficiem superiorem, non est dare partem quę dicatur ante & post respectu sui, sed respectu nostri. existens em̃ in fundo rectè potest dicere aliquam ptẽ esse ante eũ, aliquã post eum vt de tempore dicimus. In montibus etiam appellamus ante illam partem, quæ nos respicit quasi faciem partem illi oppositã appellemus post. & sic illa pars quæ quo ad nos secundum nostrum aspectum est ante, secũdum aspectum alio rum dicitur post. & sic considerandus est locus in quo verba proferuntur. nonnunquam tamen ex vna parte montis, est aspectus ita notabilis vt si respicit aliquam ciuitatem notabilem ꝙ semper illa pars dicitur ante, reliqua verò post. hęc autẽ secundum consuetudinem circuncolentium intelligenda sunt.

8 ¶ Dextra & sinistra secundum† Arist. in dicto libro de cœlo & mũdo propriè cadit in animalibus: qa dextra est principiũ motus, sinistra est terminus. & ideo communiter contingit, ꝙ incipiens ambulare incipit cũ pede dextro. vel incipiens aliquid agere, incipit cum manu dextra, nisi sit sinister. vt. ff. de ædi. edi. l. clauum. §. item sciendum. in istis ergo rebus, quæ non mouentur impropriè loquimur. appellamus enim dexteram & sinistram quandoque respectu nostri. si enim dicerem⁹ vendo tibi decem stadia terræ à parte dextra eũdo ab hinc versus Florentiam: tunc clarus esset sermo, ꝙ de illa parte intelligendũ est quæ nobis euntibus est à latere nostro dextro. ¶ Si verò ad personam non habeaẽ respect⁹, sed simpliciter dicatur à latere dextro vel sinistro rei: tunc si q dẽ illa res est eminẽs & eleuata, vt dom⁹, ita ꝙ eã dicim⁹ habere faciẽ: aptè ĩuenitur dextra & sinistra. finge em̃ vnũ hoĩem stantẽ rectũ voluẽtẽ faciẽ suã versus illũ locũ quẽ voluit domus: tũc illa pars q̃ illi homini sic imaginato opponereẽ dicereẽ dextra vel sinistra: & dicetur illa dom⁹ est dextra vel sinistra: hoc probaẽ expressè Ezechi. xlvj. c. fi. vbi sic ait: facies domus respiciebat ad orientem: aquæ autẽ descendebant in lat⁹ templi dextrum ad meridiem &c. vnde similitudo hominis est: quia facies hominis respicit

9 orientem: latus em̃ dextrũ est meridies. Si verò non† esset corpus ita eleuatum: tunc si quidem locus ille habet caput & pedes secundum ꝙ. s. dicimus: necessariò per eandẽ similitudinẽ dabimus ei dextrã & sinistram. Exemplum in flumine. fingamus hominem iacentẽ in flumine tenẽtem caput, vbi est caput fluminis: pedes verò vbi est pes vel finis fluminis: faciẽ autem versus cœlum: tunc statim dextra & sinistra pars fluminis cognoscitur: & ita loquiẽ tex. ff. cõia prędio. l. refectionis. §. fi. sic etiã in alijs locis, quæ caput & pedes habent. fingas hominem sic iacere prostratũ: tunc dextram & sinistram cognosces sed si dicitur cognoscatur cur caput & pedes in tali parte fingantur. Sed cur facies versus cœlũ reuoluta ponatur, vellem doceri si enim faciem versus terrã voluit dicamus tunc partem quã

a primo dicebam dextram continget esse sinistram. [a] & ecõuerso rñ. totius terræ superficies est versus cœlũ, & diciẽ supficies quasi superior facies, vt. ff. ꝙ vi aut clam. l. si vitem. §. antepen. vbi in tex. habetur duplex litera. alia species fundi, alia facies

10 fundi. & ibi dicit gl.† illa ergo superficies est facies quæ erga cœlum respiciat. ideo sic dixi. vnde ista loca depressa non hñt faciẽ respectu nostri, sed respe. cœli. ideo respectu nostri non habent ante vel post, vt dixi: ideo finxi hominem iacere ꝓstratum. si verò inueniretur aliquis fundus cuius non possit caput nec pedes dici secundum præcedentem doctrinam nec ante vel post: tunc dextra & sinistra deberent aliter considerari.

11 ¶ Nam Aris.† in. ij. de cœlo & mundo, quęrit an cœlũ habeat dextram vel sinistram? & determinat ꝙ sic. cum enim dextra sit principium motus, vt dictum est: apparet ꝙ dextra orbis, est oriens, sinistra verò est occidens: & sic secundum hoc de necessitate oportet poni ꝙ caput orbis sit in meridie, pedes verò in septemtrione. & sic fingendus est vnus homo, qui faciem figat versus cœlum, spatulas versus terram, & sic in dextra eius erit sol oriens & in sinistra sol occidens. hoc ergo modo quando alij modi inueniendi dextram & sinistram faciũt facilè erit dextram & sinistram caput & pedes cuiuslibet rei immobilis inuenire. sed si respicit faciem partis orbis & hæc proprior locutio esset, & naturaliter loquendo quantũ ad mores nostros præcedentes modos puto probabiliores: & primò in inquirẽdo. sed si quæratur medium inter ante & post: inter dextram & sinistram dico eodem modo quo dixi scilicet inter caput & finem. Et prędicta circa loca. tempus verò quod nullam latitudinem habet, non habet dextram siue sinistram.

a ¶ Cõtinget esse sinistrã. vide plenè p d. Barth. vero. ĩ suo trac. de imperatore militũ eligendo in. xxij. col. i. j. priui. dignitatis. vbi ĩ fert p istã do. Bar. vbi arguit contra dños Venetos qui imaginẽ beati Marci in sigillis, & aureis grossisqꝫ argẽteis ĩprimũt à dextra ab altera verò parte imaginem ducis: dixi plene ĩ trac. meo de venetę vrbis libertate, & eiusdem imperij dignitate, ĩ priuilegio. xlviij. T. Diplo.

Proruperit flumen. id est pars fluminis. dicit gloss.

SVMMARIVM.

1 *Riuus, appellatur pars fluminis, & est iuris publici.*

2 *Riuus non procedens à flumine, sed a fontibus uel alijs uenis, quando sit puplici, & quando priuati iuris?*

3 *Fouea per quã aqua ducitur ad molendinum, cuius iuris sit? remißiuè.*

4 *Flumen, fluminis, & amnis idem sunt.*

ET alia parte nouus riuus. s. illa pars dicit gl. vides ergo

1 † ꝙ pars fluminis appellatur riuus: & sic non est dubium ꝙ in hac significatione riuus, est iuris publici. an

2 autẽ† alij riui à flumine nõ ꝓcedentes, sed à fontibus, vel venis alijs sint publici vel priuati dubitaẽ. & vr̃ ꝙ nõ. ff. de flu. l. j. §. j. & ita tenet Ros. sup illo tit. ꝓ hoc fa. ff. de riuis, p totũ. Secũdò qñ riuus est manu factus per quẽ aqua duciẽ ad vtilitatem priuati: & tunc est priuatus, vt in toto tit. de riuis. Qñq; riuus est locus, per quẽ aqua naturaliter fluit: & tunc regulariter puto illum locũ priuatũ esse vt. ff. fini. regun. l. sed si riuus. &. d. l. j. §. de flu. & erit eorum qui ab vtraq; parte prędia possidẽt, vt in pręce. lib. dixim⁹ de fossa. sed si riuus talis esset in vsu publico: tunc intelligerem illum riuum esse publicũ, vt. ff. ne quid in loco pub. l. ij. §. hoc interdictum. ibi adeò igitur ad hoc interdictum ptinet q̃ publico vsui destinata sunt, vt arg. ff. vt ĩ flu. pu. na. liceat. l. j. §. fossa. ibi, pñt aũt hęc esse publica & nõ publica.

3 Quid dices† de foueis, p quas aqua duciẽ ad molẽdinũ? rñ. vt di

4 citur ĩ. l. quomin⁹. ff. de flu. ¶ Et no. ꝙ hoc nomẽ flumẽ fluminis, & amnis, idẽ significãt. alia verò noĩa. s. torrẽs, riuus, fossata explanata sunt. s. ꝓxi. & p̃ce. lib. Cętera verba legis clara sunt: nũc igiẽ ad ostendendũ diuisionẽ insulæ, veniamus ad figuras.



IN hac figura ripę ab vtraq; parte fluminis sunt rectæ in se & etiã vna ripa est recta per cõparationẽ ad aliã. Et in hac figura sunt duæ insulæ. Prima insula tota pertinet ad Lucium cuius prædium est vltra flumen. Ratio: quia insula non tenet mediam partem fluminis, sed illi parti vlteriori est proximior. ¶ Ad hoc autem sciendum vtrum insula alteri parti sit proximior: dat doctrinam gloss. in hoc. §. quod poterit sciri accepta chordula, & puncto in medio posito inter vtrunque agrum: & tunc si punctus est ab vna parte alijs cedat, aliâs secundum ꝙ punctus extenditur. ita dicit glo. Sed vt ista doctrina sit vera, non sufficeret chordulam sic ponere in vna parte, sed ponatur in duabus: vna in princi. insulę versus caput: alia in fi. tunc ab illis duobus punctis medijs, ducatur linea recta: si quidem tota insula relinquitur ab vna parte, illorum est q ab vna parte prædia possident. ¶ Sit igitur prima chordula. c. d. in cuius medio sit pun-

ctus.a.& quod illa.a.sit in medio, probatur cum eris ĩ medio per mẽ suratorẽ. In hac figura apparet ꝙ.a.est centrum circuli rubei: quia pũ ctualiter tangit vtrãq; partem ripę: deinde sit secunda chordula, ĩ pe de insulæ quę sit.e.f.& ponatur in medio punctus.b. & ꝙ ille pũctus sit in medio apparet, ꝙ est centrum circuli crocei: deinde ducatur linea seu chordula.a.b.& quia insula est tota vltra illam chordulam, tota pertinet ad pręedium Lucij quod est vltra flumen, Ad prædium verò Caij quod est citra nil pertinet. ¶ In secunda verò insula simili modo ponatur vna chordula, quæ habeat punctum medium. a. deinde in fine insulæ ponatur alia chordula quæ habeat punctum medium. b. quod autem isti puncti sint in medio, probatur ex præcedentibus: tunc ducatur linea.a.b. & tunc quod illa secat insulam, quicquid est vltra illam est Titij qui ab alia parte prædium possidet. quod verò est citra illam lineam, est Seij: vt patet ex hoc.§. ¶ Et no. quod semper cùm lineæ ripæ sint rectę omni rectitudine, vt ista est chordula, ducẽda est recta: ita quòd faciat angulum rectum ab vtraq; parte, per istum enim modum rectè inuenitur medium vt apparet.



HAEc figura differt à pręcedenti: quia supra lineæ ab vtraque parte sunt rectæ secundum seipsas: & etiam dicuntur rectæ vna respectu alterius: quia tantũ distat vna ab alia in capite quantum in fine. Sed in hac in capite minus distaret, & semper vniformiter elongatur. Erit igitur fienda diuisio insulæ hoc modo: quia primò ponať vna chordula in principio insulę ab vna ripa ad aliã & noteť pũct⁹ medi⁹, & sit.a. deĩde extẽdať alia chordula lõgior ĩsulæ, & noteť punctus medius.b. deinde ducatur linea.a. b.& illa erit linea diuidens inter eos qui sunt vltra & eos qui sunt citra. ¶ Sed hic occurrit dubium, qualiter ducať linea à ripa vlteriori ad citeriorem: nam non potest ita poni ꝙ faciat angulũ rectũ ab vtraque parte. Dico igitur cõsiderandũ: ꝙ quantũ illę duæ ripæ distant in vlteriori ripa: tantum distant in ripa citeriori: & tunc potest esse error: quod probať: quia qualis est portio totius ad totum, talis est medietatis ad medietatem per æquale spatium. sicut tota latitudo fluminis venit vniformis ampliando, respectu distantiæ quæ est ab vtraque ripa inter eos qui sunt ab vtraque parte fiet diuisio: vt supra dictum est de alluuione.



FIgura ista facta est ad declarationem.l. penulti.§. paulus .ff. de acqui.re.do. vbi dicitur ꝙ insula primò relicta in flumine iure proximitatis, habet ius in alijs insulis postea in flumine natis siue relictis. In hac igitur figura, constat ꝙ insula primò relicta tota pertinet ad eos qui possident vltra flumen. s. Lucium & Titium quando illa insula est tota vltra medium fluminis, vt lineę rubeę ostẽdunt. Insula verò relicta pro parte, pertinet ad Lucium qui est vltra pro parte ad Caium qui est citra: quoniam mediam partem fluminis tenet vt lineę ductæ ostendunt & probatum est in pręcedentibus figuris. Sed nunquid insula primò relicta ratione proximitatis, debeat aliquid habere in dicta secunda insula? videndum est. Ad quod sciendum est: pone à flumine vnum punctum in insula prima, qui plus est proximus insulę secundæ, & sit.a. deinde in ripa Caij assumatur alius punctus qui magis est proximus extremitati secundę insulę quę plus proxima est insulæ primæ, & sit.b. deinde pone pedem circini in puncto.a. & extende ita quod pertranseat aliquam partem insulæ secundę, & volue semicirculariter: deinde pone pedem circini in puncto b.& per tantundem spatium extende. Et nota quòd ibi dicti duo circuli se præscindunt scilicet in puncto.c.d. & ab illis duobus punctis dat lineam rectam rubeam. ¶ Ex quo concludo quòd quicquid est in insula secunda, supra dictam lineam.c.d. totum cedit insulæ primò relictæ. eodem modo comperies in insula tertiò relicta vt lineę dictæ ostendunt: quod sic probatur. si ab æqualibus ęqualia adimes, quę remanent sunt æqualia. sed constat quod tantum distat circulus vnus à suo centro.a. quantum distat alius circulus à suo centro.b. Sed constat quod linea.c. d, adimit ab vtraque parte æqualiter: ergo patet quòd linea illa æqualiter distet ab vtroque: & sic quod est supra illam lineã cedit in puncto.a. iure proximitatis: quòd verò est infra cedit puncto b. iure proximitatis.

SVpra dictũ est de his figuris quæ habent lineas rectas iuxta ripam : hic videndum est de his quæ habent ripas tortas & curuas. verũtamen hoc cõtingit dupliciter: nam qñq; sunt re tortę ab vtraq; parte fluminis, & ita vna ripa inflectit̃ versus aliam, ꝙ vbiq; ęqualiter distant, vt in hac figura ostenditur: licet hoc rarò con tingat. Qñq; ripa est ab vna parte recta, & ab alia tortuosa, vel ab alia parte torta vno modo, ab alio verò torta mõ dissimili, & de hoc dice tur in sequentibus. In hac igitur figura, ducenda est linea per mediũ ea tortuositate qua ripæ sunt tortę, vt ostendit linea rubea, & quicq̃d est vltra illam lineam est magis propinquũ eis qui vltra flumina prę dia possident. quicquid verò est citra illam lineam, est magis ꝓpe eos qui circa flumen prędia possident. illam autem li neam, sic duces acce pta chordula & puncto in medio posito, quæ cho rdula vniformiter ducatur ab vtraque parte ripæ, & semper notetur locus per quẽ trã-sit ille punctus medius: illa est linea per quam ille medi⁹ punctus tran sit, & linea per medium diuidens.



FIgura ista est facta ad necessariã euidentiã omnium dicẽdorũ docet em̃ qũo positis quibuscũq; pũctis p̱ lineã, nõ directam illi pñt reduci ad circũferẽtiã eiusdẽ circuli: ponuntur ergo tres puncti. a. b. c. tũc pone circinũ sup. a. & extende vltra mediũ spatium. b. & volue semicirculũ: deinde ponas pedẽ circini super. b. & in eadẽ distãtia versus. a. volue semicirculũ. Et not. ꝙ vbi dictæ duę lineę circulares se pręscindunt. s. in pũcto. e. f. & ducas super punctos lineã rectã, & extendas quantum volueris: & deinde similiter facias in pũcto. b. c. duas lineas circulares quæ se pręscindũt in puncto. g. h. & ab eis ducas lineã rectã, & extendas: tunc dico ꝙ linea. e. f. & linea. g. h. se cabunt in puncto. d. In illo igitur puncto vbi secant, ponatur pes cir cini, & extendatur vsq; ad vnum punctum de datis. d. & voluant̃ oẽs illi tres puncti: reperientur in circunferẽtia dicta. & hoc cõtingit quo cunq; modo tres punctos ponas in linea non recta, &c.



FIgura ista similiter ad euidẽtiã dicendorũ facta est. docet em̃ qualr̃ posito vno pũcto ab alia p̱te & vna recta linea ab alia, aliquod spatiũ quadratũ iure ꝓpinqtatis diuidit̃ ĩter pũctũ & rectã lineã. sit ergo pũctus datus à linea posita. b. c. & totũ quadratũ. a. b. c. d. Quęrit̃ quantũ illi⁹ quadri spatio debeat̃ pũcto à iure ꝓxi mitatis, & quãtũ lineæ. b. c. ita ꝙ ponit̃ vna linea super quã quicquid sit illud sit ꝓpinquius. a. puncto. ꝙ verò est. j. sit propinquius lineæ. ¶ Ad ꝙ dico ꝙ primo illud quadratũ diuidendũ est per mediũ secun dũ doctrinã pręcedentẽ: & sic linea diuidẽs. e. f. & de eo ꝙ est infra nil pertinet ad punctum. a. ¶ Secũdò fiat linea per diametrũ dicti quadrati. b. d. & similiter de eo quod est infra dictã lineã nil pertinet ad pũctũ. a. Illud verò ꝙ est supra, restat diuidendũ. & hoc constat ꝙ hic habemus duos punctos ęquè distantes à puncto. a. & à linea data videlicet pũctus. e. & punctus. d. inueniat̃ ergo alius punctus æquè distans. & sit. g. & ꝙ hic ęquè patet: qa est centrũ circuli azurei q̃ punctualiter tãget punctũ. a. & lineã datã: tunc ergo illi tres puncti. e. g. d. reducant̃ in circunferentiã vnius circuli, secundũ pręcedẽtẽ figurã du cendo lineam, vt ostendunt lineæ croceæ cuius circuli centrum cadit extra quadratum in puncto. b. & ducatur ille punctus, vt ostendit cir culus rubeus ductus. Tunc dico, ꝙ quicquid est supra dictam lineam circularẽ. e. g. d. p̱tinet iure ꝓximitatis ad pũctũ. a. residuũ ꝙ est ĩ fra, p̱tinet ad lineam positã. ¶ Et ꝙ hoc sit verũ patet, si ponat̃ ali⁹ pũct⁹ in linea rubea circulari. a. & ibi ponat̃ circinus & extendat̃ vsq; ad pũ ctum. a. punctualiter tanget illud, & etiam lineam, vt ostẽdit circulus croceus, & idem vbicunq; poneretur, aliquis punctus ĩ dicta linea ru bea circulari. hoc dico ità quòd non esset error notabilis: & ita quod si esset argentum non esset notabilis deceptio: vnde dico ideo quia cũ ab vna parte sit linea recta, & ab alia rotunda, non esset perfecta sepa ratio per medium. ¶ Ex quo collige talem regulã, positis tribus pũ ctis æquè distantibus intra punctum datũ, & lineã datam, circulus in cuius etiam circunferentiam illi tres puncti reducuntur, per totũ qua dratum ęqualiter distat. &c.

SI hæc figura benè inspiciatur propinqua est pũcto acuto à ripa prędij Lucij, et toti latitudini ripę prędij Caij, ad p̃diũ aũt Titij non appropinquat. Videam⁹ ergo diuisionẽ inter Caiũ & Seiũ & Luciũ. & videt̃ ꝙ Lucio nil debeatur. quoniam ripa sua quę ap prinquat insulę terminatur in puncto indiuisibili, non habenti ali quam latitudinem, sed insula debet diuidi pro modo latitudinis:

vt.l.inter eos.ff.eo. Cum ergo ibi non sit aliqua latitudo ei nil debet, cõtrarium dico: Nam inter eos qui sunt ab vna parte fit diuisio ꝓ modo latitudinis, vt dicta lege. inter eos qui sunt vltra, & eos qui sunt citra fit diuisio iure propinquitatis: vt dictum est. Videndum est igitur quòd ponamus vnam lineam iure propinquitatis euidentem, & hoc fieri debet ex doctrina pręcedentis figurę. ¶ Extendatur igitur vna chordula à puncto prędij Lucij vsq; ad ripam Caij, & fiat cum chordis, vel signis in flumine vnum quadratum.a.b.c. deinde inueniať medium quadrati per lineam.e.f. & constat quòd quicquid est infra dictam lineam pertinet ad Caium. deinde ducatur alia linea per diametrum quadrati.b.d. & similiter constat ꝙ id quod est infra dictam lineam pertinet ad Caium, deinde inter punctum.c. & punctum.d. inueniatur punctus æquè distans à puncto prędij Lucij ad ripam Caij & sit.g.f. tunc illi tres puncti reducantur in circunferentiã vnius circuli per pręcedentia cuius circuli centrum inueniatur in prædio Lucij, & in puncto.b. vt ostendunt lineæ croceæ. dico ergo ꝙ illa linea circularis.e.g.d. est in ea, & quicqd est supra illã, pertinet ad Luciũ ꝙ verò est infra pertinet ad Caium, vt patet ex pręcedentibus, &c.



HAEc figura differt à pręcedenti ꝙ in præcedenti punctus magis proprinquus erat in capite insulæ. hic verò est in medio vel circa, vt patet in puncto prędij Caij acuto quiest.b. & iõ & in flumine debent fieri duo quadrata.s. vnum supra aliud.ſ. fiat versus caput fluminis vnum quadratum.a.b.c.f. & versus finẽ fiat aliud.a.b.c.d. deinde ducatur linea media.g.h. dico de eo quod est supra.nil debet habere Caius. deinde ducatur alia linea per diametrum primi quadrati.c.a. & alia per diametrum secundi.a.c. & similiter de eo ꝙ est supra illas nil debet habere Caius. deinde ĩueniatur vnus vel duo puncti in illo spatio quod est infra æquè distans à puncto Caij ad lineam prædij Lucij, vt.i.k. qui reducantur in circunferentiam illiꝰ circuli qui circulus erit.e.i.k.c. & eius centrum cadit in prędio Caij ĩ pũcto.m. quicquid est.ſ. dictam lineam circularẽ pertinet ad Caium, vt ex pręcedentibus est probatum, vel verius assume puncta.e.m. & reducas ea in circunferentiam eiusdem circuli, & habebis propositum: quia redit in idem quod supra.

HAEc figura differt à præcedẽtibus, quia vel ab vtraq; parte est linea recta, vel ab vtraque parte est curua, ab vna recta, ab alia punctus acutus: hic verò est ab vna parte linea recta, ab alia habet quandam rotunditatem, cuius caput conuexũ est versus insulam. inueniatur ergo in principio insulæ punctus medius.a. in medio alius.b. in fine, alius.c. & hi tres reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per pręcedentia, & habebis medium. ¶ Ex quo collige regulam, quòd positis tribus punctis æquè distantibus inter lineam rectam, & lineam conuexam, circulus in cuius circunferentia illius tres puncti reducuntur, totum spatium iure proximitatis ęqualiter diuidit: & hoc in sequenti figura demonstrabitur.



Figura ista differt à precedenti: & quia hæc ab vna parte ripæ acutæ est punctus: ab alia parte rotonda est concauum, versus punctũ cuius sic facienda est diuisio. ¶ Primò ducatur linea ab vna parte circuli vsq; ad lineam, & sit.a.b. & ideo hoc vt sciamus ꝙ de eo ꝙ est supra dictam lineam, nil potest deberi ripæ concauę, nisi ratione illorum punctorum: quoniam quælibet pars quæ est infra est magis remota ab alia parte q̃ sint illi puncti: deinde inueniať medium inter punctum prędij Lucij qui sit.c. & illa puncta per doctrinas datas in pręcedentibus inter.a. & .c. erit medius punctus.b. & inter.c. & .b. erit medius.c. vt ostendunt lineę ductę. deinde inueniatur medium inter.c. & aliquam partem dictę concauitatis, & sit.f. deinde illa tria puncta.d.f.c. reducantur in circunferentiam eiusdem circuli per pręcedentia, cuius centrum erit in puncto.h. dico ergo ꝙ quicquid est infra circulum.d.f.c. pertinet ad Titium iure proximitatis. ꝙ verò est supra, pertinet ad Lucium. Ex quo collige regulam ꝙ posito vno puncto ab vna parte circulari concauitate ab alia infra concauitatem inuentis tribus punctis ęquè distantibus ab vtroq; latere linea circularis per quam illi tres puncti in circunferentiam reducuntur per medium diuidit, &c.

Figura ista



FIgura iſta differt à præcedẽtibus: qa ſupra eſt punctus ripæ ſuperioris quem cõſtat eſſe propinquiorẽ qualibet alia parte ipſius ripæ. hic verò ripa ſuperior eſt rotunda, & connexa eſt verſus inſulã: & ideo quælibet pars illius ripæ ſit ꝓpinquior punctus ripæ inferioris concauis. ¶ Igit̃ primò ducatur linea ab vno puncto circuli inferioris vſq; ad aliã, & ſit. a. b. ea ratione qua diximus in præcedenti figura. deinde ponat̃ circinus in puncto. a. & extẽdatur vſq; ad ripã ſuperiorẽ, & ibi aliquantulũ voluatur circulariter, vt oſtendit linea curua crocea, & ille punctus, vbi ripa ſuperior tangitur, eſt propinquior; & ſit. c. & eodẽ modo facias in pũcto. b. cui puncto ꝓpinquior eſt. d. deinde inter. a. & . c. inueniatur punctus medius. & ſit. e. & inter. b. & . d. inueniatur alius punctus medius. & ſit. f. deinde inueniatur alius punctus medius inter ripam ſuperiorem & inferiorem. & ſit. g. deinde illa tria puncta. e. f. g. reducantur in circunferentiam eiuſdem circuli, cuius centrum cadit in prędium Lucij in puncto. h. ¶ Dico ergo ꝙ quicquid eſt. j. illum circulũ. g. f. pertinet ad Titium iure proximitatis. quòd verò eſt ſupra illũ pertinet ad Titiũ, vt ex pręcedẽtibus apparet, & linęe rectæ demonſtrant &c.



IN hac figura ripa ſuperior eſt directa, inferior eſt circularis, & cõcaua. ¶ Primò igitur in qualibet linea circuli facienda eſt diuiſio per quadratũ, vt lineæ directæ oſtẽdunt, dictũ eſt. ſ. in ſexta figura, & ſeptima. hic verò deſcribam aliquid de dicta diuiſiõe. Primò enim ducatur vna linea ab vno puncto vnius circuli vſque ad aliam. a. b. & hoc ad oſtendẽdum ꝙ eſt infra lineam illam nil debetur ripæ circulari, niſi ratione punctorum. deinde fiat diuiſio inter punctũ. a. & lineam quæ eſt ſuperioris ripæ quæ format vnum quadratum. a. c. d. e. quòd quadratum diuidatur per mediũ ducta linea. f. g. Tunc dico ꝙ de eo quod eſt ſupra illam, nil debetur puncto. a. deinde ducatur alia linea per diametrum quadrati. c. g. tunc ſimiliter dico ꝙ de eo quod eſt ſupra, nil debetur puncto. a. In illo verò ſpatio quadrati quod remanet infra, inueniatur alius punctus medius. h. deinde illa tria puncta. f. h. e. reducantur in circunferentiam eiuſdem circuli, cuius cẽtrum cadit in fundo Titij in puncto. k. & illa eſt linea diuidens inter punctum. a. & ripam præcedentem. In alio verò puncto fiet quadratum, & diuiſio ſimili modo, illud verò quod eſt in medio diuidatur ſic: quòd inueniatur alius punctus medius inter rotundum, & ripam præcedentem, & ſit. o. tunc illi tres puncti. e. o. n. reducantur in circunferentiã eiuſdem circuli per præcedentia, cuius centrum cadit ſupra in puncto. p. & illa eſt linea diuidens &c.



IN hac figura ab vna parte eſt ripa recta, ab alia angularis, vnde tractatur de diuiſione ſpatij medij quod ſic fieri debet: quòd dictæ lineæ ducantur à linea prædij inferioris donec iungantur cum ſuperiore, & in capite ſit linea ducta. a. b. in fin. ſit. c. d. vt oſtendit linea crocea. deinde in parte prima inueniatur baſis vnius trianguli duorũ æqualium laterum, vt oſtendit linea crocea. e. f. & eodem modo inueniatur in ſecunda parte alia baſis vt oſtendit linea. f. g. de-

inde quilibet prædictorum triangulorum diuidatur per medium secundum doctrinam datam in tertia figura primi, scilicet ducendo lineam à puncto primi trianguli.a. vsque ad punctum. b. qui est medius basis.e.f.& à puncto secundi trianguli. d. vsque ad punctum. i. qui est medius.f.g. & illę lineæ ducantur versus spatium ꝙ remansit in medio, & coniungentur in puncto.k.& illa est linea diuidens directò per medium iure propinquitatis. Sed huic oppo.ꝙ pūctus.h. quam dicis secare per medium, magis appropinquat ripæ superiori in puncto.f. q̄ inferiori in puncto. m. Respon. quòd verum est vt ostendit circulus azureus. sed ille punctus. k. est æquè propinquus puncto. g. sicut ripa superior: ꝙ patet: quia circulus ductus à puncto.k.æqualiter tangit dicta puncta.e. f.g. punctualiter æquè distat. ¶ Concluditur ergo quòd verè dicta linea.b.h.k.i.d. est linea diuidens iure propinquitatis inter dictas ripas. ex hac enim figura sumendum est, quòd posito vno triangulo si ducantur duę lineę diuidentes duos angulos per medium, illę lineę iunguntur in puncto supra quem potest constitui circulus tangens æquè, & punctualiter tres lineas trianguli, & demonstratur hoc per Euclidem libro quarto conclusione quarta Bart.

ISta figura habet punctum solum in ripa superiori.f.d.cui de insula debetur aliquid iure propinquitatis, in inferiori habet triangulum.a.b.c. ducatur ergo linea. a.c. quam lineam constat tangi à puncto.d. diuisio igitur iure propinquitatis debet hoc modo fieri : quia tam in capite quàm in fine fiant trianguli duorum æqualium laterum, vt factum est in præcedēti figura, quorum primi basis erit linea crocea.d.f. & alia linea.d.g. & illud spatium quod est infra alias lineas.d.f.b.g. debet diuidi iure propinquitatis inter punctum.d.& totam ripam p̄dīj inferioris.quæ diuisio fiat diuidēdo duos angulos per mediū, secūdum doctrinas pręcedētes:& illæ duæ lineę se cōtingūt in pūcto.c. ille punctus est centrū qui tāgit punctum.d.in ripa vlteriori, in anteriori, vel citeriori verò tāgit pūctum.f.& pūctum.g.omnes alīj puncti sunt magis remoti, vt ostēdit circulus croceus ductus. Restat ergo ꝙ fiat diuisio huius ꝑtis insulæ, quæ est extra illum triangulum.d.f.b.g. & si bene respicitur, quicq̄d est extra illud apparet esse infra duas lineas rectas, & tūc aut sunt rectę secūdū se ęqualiter, aut inęqualiter. in quolibet p̄dictorū casuū habes modū diuidēdi ex his q̄ dicta sunt.s̄.in prima& secūda figura huius libri secūdi &c. ¶ His circa decisionē insularum p̄missis prędicta faciunt in argumentum ad quæstiones quotidianas, & de facto emergentes. dicamus cōmune Perusīj statuit ꝙ si qua possesio reperiretur in comitatu Perusīj, quæ nō esset attributa alicui villæ, vel castro ꝙ talis possesio cederet territorījs illarū villarū, & castrorū, quę essent ꝓpinquiores. cōtingit.ꝙ reperit quoddā magnū podere.j. cōfinia trium villarū, ꝙ nulli villæ vel castro attributum est. ¶ Ex hoc themate oriuntur plures quæstiones. Prima est, quomodo intelligatur illud ꝙ dicitur ꝙ cedit illi villæ quæ est propinquior. Respon. primò quatenus est propinquior. non enim si vna villa magis propinquat vni puncto, ideo ei attribuetur totum, sed cuilibet de dicto podere attribuetur quatenꝰ propinquior est. hoc apparet ex isto. §. insula. quem supra legimus. ibi ꝙ si alterius parti proximior sit &c. & hoc dixi supra in gl. super verbo, cōmunis fit &c. ¶ Sed est vidēdum à qua parte villę vel castri debeat incipere mēsurator. Ad quod sciendum est, quomodo cognoscatur ciuitas, vel villa, de quo per dominum Ioan.and. de senten. excommu. c. si ciuitas. libro. vj. in nouella. Tu clarius & breuius dic ꝙ licet in vsu nostro ciuitates appellamus quæ habent episcopum : tamen antequam episcopi essent erat appellatio ciuitatum, & dominabantur ab illis officialibus qui tunc erant, vt. lxxx. distinc. c. j. īj. &. iīj. Dico igitur quòd propriè dicitur ciuitas omnis locus in quo exercetur iurisdictio illa quę cōpetit defensoribus ciuitatum, de qua dicitur in authē. de defen. ciui. §. iusiurandum. collat. iīj. ¶ Et nota ꝙ triplex est ciuitas. Quædam maxima vt ciuitates metropolitanę, in quibus stabant p̄sides, & præfecti prætorio, hodie reges, & curiæ regum ad quos appellatur. Alia est ciuitas magna in qua est forum causarum meri, & misti imperīj. Alia est ciuitas communis in qua est forum causarum, quæ competunt defensoribus ciuitatum : vt supra dixi, & probatur. ff. de excu. tuto. l. si duas. §. decet. vnde licet locus non habeat episcopū, vel sit priuata ciuitas episcopo: tamē ciuitas remanet propter forum causarum seculariū: ideo autem venit in vsū, vt ciuitas appelletur quæ habet episcopum : quia episcopus non consueuit ordinari nisi in illis locis vbi antiquitus erat nomen ciuitatis, vt. d. c. j. lxxx. distinc. dixi. C. de metropolita. berito. l. j. lib. xj. ¶ Secundò est castrum & illud dicitur quasi casa alta, hoc est locus fortis in quo dicta iurisdictio non exercetur, vt. C. de fun. limi. l. quicunque castellorum. & distinc. lxxx. c. iīj. ¶ Tertiò est villa, & illa secundum propriam significationem, dicitur à vallo, hoc est ciuitas quæ non cingitur muro, sed vallo secundum Hugon. Sed in vsu nostro villa appellatur quædam vicinia plurium habitantium, sine aliquo municipio, quæ propriè loquendo dicitur vicus secundum Hugon. & ita accipit gloss. de iusti. & iure. l. ex hoc iure gentium. in gloss. super verbo ędificia colla. ¶ Ad secūdū dicēdū est ꝙ mēsuratio debet fieri ab illa parte loci quæ propinquior est loco mensurando, vt supra ostensum est in alījs. vnde in castro erit clarum. In villa pòterit dubitari: quia domus sunt sparsæ. sed puto ꝙ si esset aliqua domus quę distaret multum ab alījs, ꝙ illa domus non dicatur de vicinia sua: maximè si vox exaudiri non poterit, vt. l. prima. §. eodem autem tecto ad. sylla. & quod plenè dixi de aqua plu. arcen. l. tertius. in princip. ¶ Et aduertendum est quòd licet lex dicat quòd mille passus debeant mensurari, à continentibus ædificīјs, vt. l. mille passus. de ver. signifi. tamen in præsenti statuto puto ꝙ debeat inchoare ab ipso muro ciuitatis, vel castri, vel ab ipso loco vbi villa terminatur. sed quia hoc inuenire est difficile: ideo hoc declarabo per sequentem figuram &c.



Illius poderis diuisio facienda est, per istum modum: qa primò in qualibet villa faciēdus est pūctus q plus est illi poderi relicto ꝓpinquior:& qa circinū nō posset haberi ita longū ꝙ extenderet̃ ab vna villa ad aliā seruādus est iste modus.qa primò ducatur ab vna villa ad aliā, prout respicit linea recta,& à prima villa vsq; ad secundā ducat̃ linea azurea.a.c. à secūda ad tertiā lineā.d.b.ad primā & tertiā lineā.a.d.deinde in qualibet istarū reperiat̃ punctus medi⁹ & in linea.a.c. erit punctus.c. & in ea linea ducant̃ duo puncti æquè distātes.h.i.deinde ponat̃ circinum in.h.& extēdat̃ vsq; ad.i.& ducat̃ linea circulariter & eodēmodo ponat̃ in puncto.i.& extendatur ad.h.& ducatur linea circularis,& vbi illę lineæ se præscindūt,illę sunt linæ ad diuidendum per medium inter illas duas insulas,& sit linea.p.qa diuidit inter lineam primam & secundam.& eodem modo fiat inter secundā, & tertiam villam inter quas diuidit linea.q.nō repetendo alias literas, & eodē modo fiat in prima villa,& in tertia villa,diuidens inter eos erit.q.s. ¶ Ex quibus cōcluditur quòd quicquid est supra illas lineas.p.q.s. pertinet ad primam villam. Et quicquid est inter illas duas.p.q.r. pertinet ad secūdam.& quicquid est vltra illas duas lineas.s.q.r.pertinet ad tertiam villam. ¶ Si autem plures essent quam tres, statim patebit in sequenti figura &c.



Facta est hęc figura ad ostēdendum qualiter si podere relictum est in confinibus plurium villarum, quib⁹ modis debet fieri diuisio.pone ergo ꝙ puncti villarū circūstantiū à quibus debet incipi mēsura, sint.a.b.c.d.e.f. podere relictum sit inter ipsos punctos,vt ostendit nigra figura inter ipsos facta.¶ Primò ergo fiat diuisio inter tres primos punctos.s.a.b.c.secundū doctrinā præcedentē.dico ergo quòd inter.a.&.b.diuidit linea rubea.g.k.inter.a.c.diuit.g.i.& sic punctus.g.est centrū in cuius circunferentia ponuntur dicti tres puncti.a.b.c.secundū doctrinam datam supra in figura huius secūdi libri:& hoc ostendit circulus rubeus ductus.¶ Secundò fiat diuisio inter.b.c.d.dico ꝙ linea.g.h.diuidit inter.b.c.&.linea.h.i.diuidit inter.c.d.&linea.h.p.diuidit inter.b.& sic punctus.h.est centrum ponens in circunferētiam.b.c.d. vt ostēdit croceus circulus duct⁹.deinde fiat ali a diuisio inter.c.d.e. secundum doctrinam pręcedētem,& reperies punctū.i.& centrum, & reduces in circunferentiam illos tres punctos,& etiam punctū.i. secundum designationem præcedentem, vt ostendit alius circulus rubeus.quod si punctus.f. in dictam circunferentiam caderet: tunc fiat alia diuisio similis inter.d.e.f.&.c.



¶ Cum ad figurarum huius aurei libelli intelligentiam,necessarium sit rubeas croceas,& azureas lineas demonstrare: quas ob ipsorū varietatem coloris in impresione pingere, vel colorare obmisimus. Ne quæ facilitate refulgent obscuritate aliqua notentur, paucis cuiusque lineę describendo earum colorem recitabo.¶ Sint igitur omnia flumina, & lineæ, puncta tria retinentes coloris azurei, quæ bino puncto designantur zaldi, ac vno puncto linea contenta rubea figurabitur.

Figura ista est facta, quoniam supra dictum est de lateribus scilicet superior, & inferior, & ante,& retro, dextra, & sinistra. Pono ergo, prout de facto contingit, ꝙ quidā habebat prædium istius figurę, vt demonstrant lineę cōtentæ sub his literis.a.b.c.d.e. Iste vendidit mihi quatuor stadia ꝑdij à parte inferiori,& constituit se meo nomine possidere. ex isto facto oriuntur plura dubia. Primò an dicta quatuor stadia videantur mihi vendita pro diuiso, aut pro indiuiso. Et videtur ꝙ pro indiuiso cum non sit certum, quæ sint illa quatuor stadia. Econtra videtur, ꝙ pro diuiso:qa dicit̃ à parte inferiori:& sic est certus locus vbi sint illa stadia. Sol. pro diuiso potest accipi duobus modis.¶ Primò pro diuiso, hoc est ꝙ nulla pars sit in qua sit communio , licet termini non sint positi, vt. l. inter eos. de acquiren. rerum domi.& isto modo videtur venditio facta pro diuiso.ꝙ enim se extendunt quatuor stadia incipiendo à parte inferiori sunt vendita, vltra non. Secundò potest accipi pro diuiso, hoc est terminato, & isto modo pro indiuiso sunt vendita, hoc est tanquam non determinata, vt probatur.ff. de acqui. possessio. l. si quis fundum. §. j. secundum primam lecturam gloss. ¶ Secundò videndum est, an ista quatuor stadia possent possideri antequam mensurentur . & videtur quòd non : quia pars incerta non potest possideri, vt. l. certa. §. incerta. &. l. locus de acqui. possessio. sed hic est incertum vsque ad quam partem, vadant dicta quatuor stadia:ergo&c. In contrarium videtur, ꝙ certum est in quo loco debentur dicta quatuor stadia, licet fines sint incerti, sed incertitudo finium, non impedit quę possidere, vt.ff. pro emptore. l. ij. §. sed & si fundum. sed potest responderi, ꝙ ibi credebat in animo suo possidere vsque ad certos fines: hic verò ignorabat. dico ergo ꝙ possidentur dicta quatuor stadia : quia locus est incertus , & fines sunt certi adhibita diligenti inquisitione per mensorem , quod sufficit ad possessionem, licet oculis non videatur, vt.ff. de acqui. possessio. l. iij. §. nerua filius. Item qui fundum ingreditur eo animo, vt fundum possideat totum vsque ad terminum possidet, nec requiritur ꝙ terminum videat, vt. l. iij. in prin. de acqui. possess. aliâs multi dominorum, non possiderent qui terminos prædiorum ignorant.

a ¶Tertiò eſt videndum vtrum tranſlatum[a] ſit dominium in emptorem per talem contractum? Reſpondeo iſta emptio facta eſt ad menſuram, ideo antequam mẽſuretur, non eſt perfecta venditio, ſicut facta ſub conditione. vt. ff. de contrahen. emptio, l. quod ſępe. §. in his. de peri. & com. rei vendit. l. ſi in venditione. §. j. An autem trãſferatur interim dominium, vel vſuſcapio. & de hoc ſunt opi. ff. pro emptor. l. ij. §. ſi ſub cõditione. & pro dote. l. ij. teneo ꝙ trãſferatur titulo pro ſuo: vt ibi dixi. ¶Quartò eſt videndum qualiter debeat fieri menſura termini dictorum quatuor ſtadiorum: vt ex parte inferiori cognoſcantur. ad hoc dico ꝙ facta eſt præcedens figura. & pone ꝙ quodlibet quadratum ſit vnum ſtadium, & ſic habet fundus. xxxiij. ſtadia, qa ibi vides. xxx. quadrata integra, & ſex dimidia quadrata, quæ faciunt tria integra, & ſic ſunt. xxxiij. & videtur ꝙ emptori debet aſsignare terminatè illud quod eſt intra triangulum. p. e. q. illa ſunt quatuor ſtadia, quæ habent duo quadrata, quæ faciunt duo alia: & ſic ſunt quatuor. & ꝙ illa duo faciunt vnum integrũ, probatur ex quadrato. b. & lineis ibi ductis. Item illa quatuor ſtadia, ſunt à parte inferiori: vt patet ad oculum, vnde terminatio facta eſt recta. ¶Sed contra iſtam terminationem oppo. ꝙ ſecundum hoc, iſte emptor non habebat à parte inferiori totius fundi, ſed certæ partis fundi, quod patet: quia de illa parte fundi. c. p. & . d. q. nil habet, & ideo videtur ꝙ diuiſio ſic ſit facienda ꝙ ducatur linea. f. g. h. quæ tangit vltimam partem totius p̃dij & cõſtat ꝙ. j. illam lineam. c. e. d. ſunt. xij. dimidia quadrata: & ſic ſex ſtadia & ſic continet tertiam partem pluſq̃ debeat habere emptor. & ſi diuidatur quod eſt inter dictas lineas, in tres partes, vt oſtendit linea. i. k. l. & linea. m. n. o. & duæ partes vltimę, erunt de neceſsitate quatuor ſtadia, & illa habebit emptor à parte inferiori totius fundi, ſiue p̃dij. iſta vidi in quæſtione de facto eſſe magni effect⁹: quia cùm in p̃dio eſſet quædam domus: ſecundum vnam determinationem cedebat emptori: ſecundum aliam non. His opin. poſitis videndum eſt quid iuris? ¶Ad huius euidentiam ſciendum eſt ꝙ fundus eſt quoddam totum, & q̃libet gleba ipſius eſt pars totius fundi, vt. l. iij. in princip. ff. de acquirenda poſſeſsione. facit de furt. l. vulgaris. in principio. ¶Item ſciendum eſt, ꝙ cùm dico pars inferior fundi, intelligitur. i. pars quæ in fundo eſt infima, ſeu magis infra. ita ꝙ infra illam nulla ſit alia, vt. ff. de vulga. & pupil. l. ex duobus. de reb. dub. l. qui duos. de verbo. ſigni. l. proximus. in propoſito tamen dico, vendo quatuor ſtadia à parte inferiori, intelligo de illis ſtadijs quæ ſunt in ea parte fundi quæ eſt magis. j. vt. l. j. §. fina. de aqua plu. arcen. & de leg. ij. l. Caius. §. j. videbitur ergo vendita illa pars quæ continetur in illo triangulo. p. c. q. quia in illo eſt inferior pars totius fundi: nec poteſt dici ꝙ ſit inferior pars certæ partis fundi: quia hęc conſideratur fundus tanquam vnum totum vt dictum eſt, & per prædicta multas potes dirimere quæſtiones. &c.

a ¶Vtrũ trãſlatum. Vide Pet. Philip. corne. in cõſi. l. in. j. volu. inci. videtur in hac cõſultatione in. iiij. colum. & Philip. decium in conſ. clxxix. & in l. traditionibus. in ij. colũ. C. de pac. Tho. dip.

¶Explicit tractatus de inſula domini Bartoli à Saxoferrato.

Incipit tractatus de alueo domini Barto.

SVper eſt vt de alueo dicamus ſequentes ordinem quem iuriſconſultus ſecutus eſt. Primò igitur verba eius referamus quæ poſuit. ff. de acquirendo rerum dominio. l. adeò. §. quòd ſi toto, quæ verba ſunt hæc. Si toto naturali alueo relicto, flumen aliâs fluere cœperit, prior quidem alueus eorum eſt qui propè ripam p̃dia poſsident pro modo latitudinis cuiuſque p̃dij. quæ latitudo propè ripam ſit. nouus autem alueus eius iuris eſſe incipit cuius & ipſum flumen id eſt publicum iuriſgentiũ. Quòd ſi poſt aliquod tempus ad priorem alueum reuerſum fuerit flumen, rurſus nouus alueus eorum eſſe incipit, qui propè ripam eius p̃dia poſsident. Si cuius tamen totum agrum nouus alueus occupauerit, licet ad priorem alueum reuerſum flumen fuerit, non tamen is cuius ager fuerat, ſcripta ratione quicquam in eo alueo habere poteſt: quia ille ager qui fuerat, deſijt eſſe omiſſa propria forma. & qui vicinum nullum prędium habet, non poteſt ratione vicinitatis vllam partem in eo alueo habere: ſed vix eſt vt id obtineat. Aliud ſanè eſt ſi cuius ager totus inundatus fuerit. Nanque inundatio ſpeciem fundi non mutat. & ob id cùm receſſerit aqua, palam eſt eiuſdem eſſe cuius & fuerat. hæc ſcripta ſunt in. d. l. adeò. §. quod ſi toto. ff. de acquiren. rerum domi. legis ergo verba diſcutiamus. ait enim lex.

Si toto. Ideo dicit toto. quia ſi partem tantum relinqueret: cederet tantum illi qui p̃dia poſsidet, ab ea parte qua alueũ dimittit, & acquiretur eis per eum modum quem. ſ. de alluuione in primo diximus. non ſolum eſt alluuio ſi flumen ponat, ſed etiam ſi paulatim retrocedat nil apponendo, vt. ff. de acquiren. rer. domi. l. maritus. §. iij. licet gl. ibi dicat quòd impropriè dicitur alluuio ſed Azo in ſumma. C. de allu. & palu. dicit quod propriè alluuio eſt ꝙ puto verum. ar. ff. de acquiren. re. do. l. ergo. §. tribus. ſed quãdo totus alueus relinquitur, illa eſt noua ceſsio, nec eſt alluuio, nec eſt inſula, vt dicit glo. ſuper iſto verbo, toto.

Naturali. Naturalis alueus dicitur. i. conſuetus, vt. ff. de flu. l. j. §. ripa. & ibi. nota. quia naturalis curſus æſtate diſcernitur, potius quàm in hyeme: vt. ff. ne quid in flumi. pu. l. j. § is autem. Alueus verò qui non eſt naturalis, dicitur inundatio, vt. j. circa finem dicitur, vel dic alueus naturalis id eſt antiquus: & ſic ad differentiam noui aluei. de quo infra dicetur.

Alueo. Alueus propriè venter fluminis eſt, ſecundum Hugonem.

Relicto. Perfectè oportet quòd ſit relictus, vt cedat vicinis. ꝙ autem perfectè ſit relictus conſtat in hyeme, & ſic per contrarium eſt ꝙ. ſ. dictum eſt. nec etiam alueus conſtat æſtate, quando aqua minor eſt arguendo à maiori, ſic in æſtate de qua minus videtur detinetur talis locus flumine occupatus: ergo multo magis detinebitur hyeme. ꝙ autem ſit derelictus conſtat ex hyeme arguendo à maiori negatiuè. ſi talis locus non eſt detentus ſed derelictus in hyeme: ergo magis erit derelictus in æſtate. ſi talis locus non eſt detẽtus ſed derelict⁹ in hyeme de quo magis videtur ineſſe, & ineſt ꝙ debeat detineri occupatus: ergo multomagis erit derelictus æſtate. Et ꝙ hoc ex hyeme inſpiciatur, patet: quia quãdoque æſtate flumina perennia, etiam exareſcunt, vt. ff. de flumini. l. j. §. j. Item derelictum intelligo etiã ſi aliquãtulũ aqua fluat per antiquum alueum, ſi tamen ſit ita modica ꝙ fluminis nomen perdiderit, ꝙ ex opinione circũcolẽtium diſcernitur: vt. l. j. §. j. de flumi. ſi enim aqua inde currens, non eſt flumen. ergo locus ille non eſt alueus fluminis. Item relictum intelligo ſine ſpe redeundi. quid enim ſi ideo quia aqua ducitur ad molendinum, ceſſat ire per alueum: alueus priuatus non efficitur, cum in poteſtate ſit ducentis eum in alueum remittere. & ſic ſufficit ꝙ poſsit ire per alueũ, licet non vadat. argu. ff. de aqua quotidi. & ęſti. l. j. §. quotidiana. Itẽ pone vt de facto eſt Nurſie flumen quoddam, cuius nomen eſt Turbido ꝙ. vij. annis fluit. & . vij. annis occultatur. & ſic factum eſt à tempore cuius non extat memoria, an dicetur alueus derelictus? certè illo tẽpore quo occultatur, non dicitur alueus derelictus propter conſuetudinem reuertendi. argu. ff. de acquiren. rerum domini. l. naturalem. §. pauonum.

Flumen. Idem in lacu, ſtagno, riuo, & foſſato, quæ ſunt publici iuris, vt dictum eſt in pręcedentibus.

Alias. Scribitur breue, & ſic eſt aduerbium loci. i. alio loco. Interdum eſt aduerbium tẽporis. vt aliâs. i. alio tempore. vt. ff. de arb. l. diem. vel aliâs ideſt aliquando, & quando in eadem oratione reperitur pluries aliâs, vt. ff. de cõdi. ſine cauſa. l. qui ſine. & de verb. oblig. l. in ſtipulationibus. in prin. & de vſufru. leg. l. denique. §. interdum. Interdum eſt aduerbium qualitatis. vt aliâs. i. aliter, vel alio modo. vt. ff. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. illud tamen. interdum verò eſt cõiunctio, & idem ſignificat ꝙ ſi non, vt. l. diuortio. ff. de nego. geſt. & . ff. de iureiur. l. aliâs. Interdum ponitur pro alioquin. de cuius dictionis ſignificatione mirabili. ſ. de alioquin dixi plenè ff. de conditio. & demonſtra. l. j.

SVMMARIVM.

1 *Verbum præteriti ſubiunctiui, rem præteritam ſignificat.*
2 *Alueus fluminis derelictus ut acquiratur prædio, quid requiratur & probandum ſit ex parte agentis.*

1 Fluere ceperit. †Præteritũ ſubiunctiui eſt, quod rem præteritam ſignificat, vt. l. j. §. fina. ff. ꝙ quiſque iur. & de verbor. obligat. l. ſi quis ſtipula-
2 tus ſit ſtichum. in princi. †requiritur ergo, ꝙ veterem alueum reliquerit. & ꝙ per alium locum perfectè fluat. & hoc ideo quia quotidie communiter cõtingit ꝙ alueus non dimittitur, niſi alius aſſumatur. Sed ſi contingeret, quòd flumen occultaretur, nec alio loco flueret: idem eſſet quòd ſi alueus dimiſſus eſſet eorum qui propè prædia poſsident. idem puto ſi in iudicio probaretur ſolum ꝙ alueus eſt dimiſſus, licet non probetur quod alio loco cœpit fluere, tamen agens debet obtinere. ſufficit ergo primum, ſi à primo incipias ſcilicet ab alueo derelicto.

ueo derelicto. Si verò incipias à secundo.s. ꝙ alio loco cœpit fluere, requiritur vtrūque. potest enim esse ꝙ per duo loca fluat, & in quolibet retineat nomen fluminis, vt apparet in Pado propè Ferrariam. facit ad prædicta.ff. de acqui. rerum domi.l.quemadmodum.& ibi nota.

Prior. Prior quidem dicitur, in comparatione sequentis, vt.ff. de aqua quotidiana & æsti.l.j.§. priorē. & ideo si flumen se celasset, alueus derelictus non esset alueus prior, & tamen haberet locum hæc lex, vt dictum est, & probatur.ff. de aqua quoti.& æsti.l.j.§.qui hac æstate. Alueus. vocat alueum qui non est modo, sed iam fuit.sic.ff. de acquire. rerum domi.l.insula.in fi.ff. de nego.gest.l.diuortio.in princip. quòd facit pro notarijs & testibus quando dicunt, talis filius titij.cum titius sit mortuus eorum est de iure dominij, vel quasi, vel alio prout sunt prædia quibus adheret, prout dictum est in primo qui propè ripā prædia possident. Quid sit propè ripam prædia possidere, dic vt dictum est in præcedentibus libris.aduertendum tamen est, ꝙ hic non dicit ab vtraque parte, licet in præcedenti dixit: quoniam ripa non potest esse insula quæ ab vtraque parte habet prædia. alueus verò derelinqui potest ab vna parte: tunc si quidem derelinquitur paulatim, fit acquisitio iure alluuionis.ff. de acquiren. rerum domi.l.maritus.&.s. dixi. Si verò tunc simul fit acquisitio aluei derelicti, vt hoc.§.si tamen alueus totus ab vna parte relinquitur: tunc inter eos qui ab vna parte prædia possident, fit diuisio pro modo latitudinis cuiusque prædij, quæ latitudo ꝓpe ripam fit, vt statim sequitur: & ideo eodem modo quo.s. in alluuione ostendimus. Si verò alueus ita derelinqueretur ꝙ ab vtraque parte essent prædia: tunc inter eos qui possident ab alio fiet diuisio iure vicinitatis, & propinquitatis: & sic per medium, vt dictum est de insula. & probatur.j.ibi, nō potest iure vicinitatis &c. Inter eos verò qui ab vtraque parte possident, fiet diuisio pro modo latitudinis, vt dictum est de alluuione.& sic eodem modo fiet diuisio, diuerso tamen iure: quia ibi iure alluuionis, hic iure aluei derelicti. Pro modo prædij cuiusque latitudinis. quæ latitudo propè ripam fit. hæc verba satis.s. proximè & in præcedentibus exposita sunt.

Nouus. Nouus autem alueus dicitur ad differentiam veteris: & sic si per multos annos steterit sic appellatur, donec nouus alius alueus superuenerit, vt.ff. de vsufru.lega.l.vsufructu.& quod no. si certū peta.l. cùm quid. aliâs autē dicitur nouum, id est insolitum, vt.C. de iudi.l. rem non nouam.&.ff. de ven.inspicien.l.j. in alijs etiam significationibus accipitur de quibus dixi.ff. de ope. noui. nuncia. super rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Incipit & desinit, adiecta facto habenti tractatum successiuum quomodo accipiantur?*
2 *Incipere impropriè & largè dicitur, qui se præparat ad incipiendum.*
3 *Incipere propriè dicitur, qui aliquid incipit facere, de eo quod est faciēdū.*
4 *Incipere etiam dicitur, qui multa ipsi inceptioni adijcit.*
5 *Iuramentum calumniæ si præstatur post litem contestatam, dicitur præstitum in exordio litis.*
6 *Desinere aliquid, quando dicatur?*
7 *Incipit & desinit si adijciuntur tempori, quomodo accipiantur? Dies quando dicatur incipere, & quando desinere? Annus quando dicatur incipere, & quando desinere?*
8 *Incipit & desinit si adijciuntur loco, qualiter accipiantur?*
9 *Incipit & desinit quando adijciuntur essentiæ alicuius substantiæ, uel qualitatis, qualiter intelligantur?*
10 *Incipit & desinit quādo adijciuntur potentiæ alicuius, sub intelligitur ut quis dicatur posse.*

Eius incipit iuris esse. In hoc tex. pluries iurisconsultus vtitur verbo incipit, item vtitur, hoc verbo desinit, vt infra statim subditur ibi, desijt esse &c. de quorū verborū significatione, varias cōtētiōes vidi inter dialecticos, ad quorū sensum si reduceretur iuris nostri sensus peruerteretur: ideo secūdum legalem doctrinā, quid ista verba significent explanemus. Ad
1 ꝙ† sciendum est, ꝙ hæc verba adijciuntur quandoque facto ꝙ habet tractatum, seu successionem quandam in faciendo. quandoque adijciuntur tempori, quandoque loco, quandoque essentiæ alicuius rei, quandoque potentiæ. de quolibet videamus.¶ Primò adijcitur facto: & tunc tribus modis acci-
2 pitur. Primò largè† & impropriè, vt dicatur incipere ille qui se præparat ad incipiendum, vt in casu speciali.ff. de polli. l.j.§.cœpisse.ibi, si apparatum siue impensam in publico posuit.aliâs autem dicta præparamenta non dicitur quis incipere.vt.l.si pecuniam.in princi.ff. de cōdi.ob cau.de ꝓcura.l. si
3 defunctus.† Secundò accipit̃ propriè eoipso ꝙ incipit aliqd facere de eo ꝙ faciendum, vt.l. si fundamenta facit & similia vt in alijs exemplis positis in.d.§.cœpisse.& de ope.no.nun. l.de pupillo.§.nūciationē.ibi, īchoet &c.&.d.l. si pecuniā.& hoc modo dicim⁹, ꝙ lit.cōte.īcipit iudiciū: qa tūc incipit tra-
4 ctare de his q̄ sunt de substantia cāę.¶ Tertio† modo dicit̃ qs incipere nō solū in ipso actu quo incipit, sed etiā in multis q̄ sunt posita ꝓpīqui⁹ ipī inceptiōi.vn̄ istud verbū īcipit, nō solū verificat̃ in primo lapide, q ponit̃: sed etiā multa q̄ postea fiūt dicunt̃ esse de inceptiōe, vt.ff. de ope.no.nun.in.l.stipulatio.§.opus.sic etiā iuramētū calūniæ ꝙ ꝓstat̃. post lit. cōte. sic
5 †poꝗ lis incipit, dicit̃ fieri ī exordio litis, vt.C. de iura. calū. l.ij.§.antiqua.itaq; eodē modo ī uerbo desinit. Primò dicim⁹
6 †desinere q ad hoc tendit vt desinat.arg.de excu.tu.l.nō tantum.& de dam.infec.l.dāni.§.sabin⁹. Itē desinere dicit̃, res q̄ nō perfectè desinit, sed incipit desinere.vt.ff. de vsufr.l.vsus
7 fruct⁹.§.iulia.de cōtrahē.emp.l.dānū.¶ †Secūdò dixi ꝙ hęc verba qn̄q; adijciunt̃ tēpori, & tūc similiter tres significatiōes habēt, exēplū in die artificiali. dicim⁹ eñ ꝙ incipit mane desinit, seu finit sero, vt.ff. de fer.l.more.& ibi no.in aut̃. de iud. §.sedebūt. dic ergo ꝙ mane ītelligit̃ ante ortū solis, cū iā cœlū incipit albescere, vt.ff. de libe.& posthu.l.titi⁹.§.j. & tūc dicimus dies incipit: sed tūc nō est dies: sed statim erit. hæc tñ nō est ꝓpria locutio. secūdo modo dicit̃ mane ī ipso pūcto quo sol orit̃: & tūc verè dicit̃ incipit dies. cū sol est supra terrā, dies est, vt.ff. de verb.sign.l.hęc verba.¶ Tertiò p aliquale spatiū post ortū solis adhuc dicim⁹ dies incipit: & ita loqmur. licet nō sit ꝓpria locutio, tñ hoc scire necesse ē ꝓpter dicta testiū, & ꝓpter multa. Eodē modo desinit, scilicet cū ꝓpe est occasum & cū verè occidit.& aliquo spatio post. facit ad pdicta q̄ dixi.ff. de pœ.l.aut facta.§.tēpus.¶ Eodē modo in anno inci-
a pit[a] & desinit, habet tres significatiōes, sed in aliquo differūt. nā in tēpore anteꝗ verè incipiat, & in ipsa inceptiōe idē est in die, & in anno, sed in eo ꝙ sequit̃ postꝗ incipit differūt in tēpore. nā cū annus & mēsis sit longi⁹ tēp⁹: lōgiori spatio durat illud tēp⁹. quo dicimus incipit rectè per vnā diē & fortè per plures dicimus mēsis incipit, vel annus incipit, arg.ff. de fur.l.iiij.& quòd ibi dixi & statim dicā de verbo desinit. Similiter contingit in verbo desinit. nā primū tēp⁹ quo incipit desinere, & cū dicit̃ desinit, est longius in anno quā in die. Nā aliquādo tota vltima die dicit̃ desinit, vt.ff. de test.l.qua ętate in alijs duobus, idem est in anno, & die.& sicut annus & dies in verbo incipit: concordat in primò, in tertio discordat. sed in verbo desinit discordat in primo, & concordat in duobus
8 vltimis.¶ Tertiò dixi† ꝙ hæc verba qn̄q; adijciunt̃ loco: & tūc verbū incipit, habet duas significatiōes. Prima est ꝓpria in illo puncto in quo incipit: vt patet in principijs cuiuslibet libri. vbi rubri. dicit, incipit liber primus vel secūd⁹. Secūdò postꝗ incipit p aliquod spatiū adhuc dicim⁹ incipit, vt.s. dictū est.& de his ꝗ cōsistūt in facto, & patet exvsu cōi. rectè eñ dicim⁹ territoriū illi⁹ ciuitatis incipit ī tali castro, vel villa lōgū spatiū occupat.& rectè dicimus talis prouincia incipit in tali ciuitate ante verò ꝗ perueniat ad illū punctū in quo incipit: verè in illo loco nō vtimur verbo incipit. De verbo verò desinit, dico ꝙ duob⁹ modis accipit̃: sed ecōuerso ad præcedētes. nā anteꝗ perueniat̃ ad vltimū punctū in quo desinit p aliquod spatiū, dicim⁹ desinit. Itē in illo puncto in quo desinit, post verò illū punctū nō vtimur uerbo desinit in p̄senti,
9 sed desinit in p̄terito.& hoc p se satis patet.¶ Quartò dixi† ꝙ hæc uerba qn̄q; adijciunt̃ essentię alicui⁹ rei, siue illa res sit substantia, siue qualitas: & tūc propriè incipit esse cū ex consummatione recipit formā, vt.ff. ad.l. falci.l. si is q.xl.§.quidā & propriè desinit illo instāti quo perdit formā, vt hic in tex. patet ibi, desijt esse amissa forma. apparet hoc in æqualitate dicimus enim ꝙ res incipit esse eius iuris cui⁹ est flumē: & sic illius qualitatis quæ constituit & constituta desinūt modis: & ex his cōtingit ꝙ aliquādo aliqd eodē instāti incipit & desinit, vt.C. de posthu. hære. insti.l.pe.ff. de noua.l.quoties. de solu.l.sub conditione.& prædicta propriè loquendo. Impropriè verò dicitur incipit & desinit hic. sicut.s. dixim⁹ quādo additur facto. Cumq; enim dicitur aliquid esse, seu durare esse factum cum successione: & isto modo desinere non potest dici, nisi illud quod fuit, vt.ff. de conditio. & demon.l. titio vsufru.in prin. licet impropriè ponatur, vt in.l.iij.§. desine-
10 re.ff. quibus modis vsufru. amit.¶ †Quintò dixit quòd hæc verba incipit & desinit, adijciuntur potētię vt aliquis incipit posse, vel aliqs desinit posse, & tunc dicta uerba vnam significationem tantū habent: tunc enim dicim⁹ ꝙ qs incipit esse,

a ¶ In anno incipit. vide & adde eūdē Bar.i.l.fur est manifest⁹.ff. de fur.& in.l.iij.C. de tēpo. appel.& ibi Ang. Bal. in.l.j. ī princip.ff. de ori. iur. & in rub.ff. de re. diui.in antepe.co. ī versi.secūdo q̄ ro qualit̃ dicat̃ principiū.& Alexā.in cōsi.ix.in.vij.vol. incip.attentis verbis.in prin.Tho.

quando omnia concurrunt quæ requiruntur vt quis posſit, vt.ff.de diuer.& tempo.præſcrip.l.j.de verbo.ſignifica. l.nepos proculo. & tunc quis deſinit poſſe quãdo deſinit omnis ſpes potentiæ ꝙ quandoque eſt ad vltimum vitæ ſpiritum. quãdoque deſinit ab aliquo ſpatio ante.vt.ff.de hære. inſtitu. l.ſuus quoque. §. penul. & fi. & ibi de hoc plenè dixi. & de condi.inſti.l.fi. Et prædicta vera, quando dicta verba incipit & deſinit, ponuntur in tempore præſenti. ſi verò ponuntur in præterito:tunc haberent ſignificationem certam.

Cuius & ipſum flumen. Nota mirabile.nam quicquid aliâs ſuperimponitur cedit ſolo. hic verò ſolum cedit aquæ cui ſuperimponitur, & eſt ſpeciale in flumine, &
a mari,[a] & in cæteris aquis:quas in primo li.diximus habere ius alluuionis.

Id eſt. Hæc eſt coniunctio expoſitiua. ſunt aliæ ſcilicet, videlicet, verbi gratia, hoc eſt vt varijs legibus reperitur.

Publici iuris gentium. Omnes enim gentes iſto iure vtuntur, vt alia loca ſint publica. Et puto talia loca eſſe in dominio eius qui ibi tenet imperium, ꝙ patet per leges quæ ſoli principi permittunt diſponere ſuper his, vt. l. continuus. §. cum quis.ff.de verb.obli.& de contrahen.emptio.l.ſed & celſus.in prin.de flumi.l.quominus &c.

SVMMARIVM.

1 *Perempta propria forma rei, res perit, & eſſe deſinit.*
Propria forma rei, quæ ſit?
2 *Plus & minus, non faciunt rem differre ſpecie.*
3 *Forma rei ſubſtantialis, qualiter cognoſcatur?*
4 *Forma rei ſubſtantialis rerum inanimatarum, eſt id per q ipſa conſiſtit, & unde denominationem nominis appellatiui accipit.*
5 *Res inanimatæ tunc perdunt eorum ſubſtantialem formam quando illa communia accidentia, ex quibus ſic denominantur perduntur.*
6 *Res una & eadem, diuerſimodè ſecundũ diuerſas cõſiderationes accipitur.*
7 *Acetum licet in eadẽ ſubſtantia ſit uinũ: tamen non uenit appellatione uini.*
8 *Forma ſubſtantialis rerum animatarum anima uegetatiua, eſt ipſa anima uegetatiua.*
9 *Arbor propriè quæ ſit: & quæ dicatur ſecundùm iuriſtas.*
10 *Herba dicitur quæ terra continetur, & ſeparata à terra non dicitur propriè herba.*
11 *Anima ſenſitua, eſt forma ſubſtantialis rerum animatarũ anima ſenſitiua.*
12 *Anima intellectiua eſt forma ſubſtantialis rerum corporalium, & intelligentium, ut homo.*
Homo, anima ſeparata, non eſt homo, ſed cadauer.
13 *Anima rationalis nõ præſumitur eſſe in monſtro nato ex muliere, nõ habẽte formam exteriorem hominis: ſecus ſi cõmuni aſpectu uidetur homo.*
14 *Hominem non eſſe liberum, non eſt de forma ſubſtantiali, ſed accidentali.*
Homo eſt animal ciuile, politicum.
15 *Hominum duæ ſunt ſpecies, ſcilicet liberi, uel ſerui, conſiderando in eſſe mentali.*
16 *Seruus factus liber, uel econtra, uidetur alius homo, & non tenetur ex ante geſtis.*
17 *Forma ſubſtantialis hominis politici, eſt eſſe liberum.*
18 *Hominum ſpecies ſecũdum ius ciuile, ſunt duæ: quia alij ſui iuris, alij alieni.*
19 *Forma ſubſtantialis in rebus artificialibus, eſt quædam aptitudo, quam habent ad illum finem, ad quem per artificem factæ ſunt.*
20 *Forma ſubſtantialis rerum incorporalium, quæ ſecundum iuris diſpoſitionem ſunt indiuidua, ex natura ipſius rei.*
Actionis natura, dicitur figura ipſius.
Noua actio dicitur, cùm aliquid additur uel detrahitur naturæ actionis.
21 *Seruituti ſi aliquid detrahitur, nõ ualet detractio, ſi additur nõ eſt ſeruitus.*
22 *Stipulatio uitiatur, quando aliquid additur uel detrahitur de eo quod erat poſitum in interrogatione.*
23 *Obligationi de his quæ ipſam reſpiciunt, nihil poteſt addi, uel detrahi.*
Obligationi ſi additur uel detrahitur, quantum ad exceptionem, obligatio non mutatur, nec læditur.
Obligationi reſpectu rerum quæ ſunt in obligatione, & ipſis rebus diuiſionem recipientibus poteſt addi, uel minui: & iſto reſpectu dicitur obligatio pro parte perimi.
24 *Iuriſdictio in ſe non recipit augmentum nec diminutionem: & ipſa non prorogatur, ſed dicitur prorogari reſpectu materiæ.*

QVod ſi. Supra dixi, quando dimittitur alueus antiquus. Hic incipit ſecunda pars, quando dimittitur alueus nouus. Et diuiditur
hæc pars in tres. Prima loquitur quando tempore occupationis noui aluei, nullius ager totus fuit occupatus. Secunda, quando alicuius ager totus fuit occupatus. quid ſit de rigore iuris declaratur. Tertia, quid ſi de æquitate poſt tempus aliquod hic per dictionem poſt tempus, neutrum ſignificatur, ꝙ qualiter procedat, dixi in præcedenti lib. Ad priorem alueum facti communiter accidentis euentum ponit. tamen idem videtur ſi per alium locum fluere cœperit, ſeparatum ab antiquo & nouo alueo. Reuerſum.i. retro ſeu iterum verſum, vt.ff. de legat.ij.l.cum quidam.& de verb.ſig.l.verbum reddendi. Cętera verba quæ ſequuntur, expoſita ſunt in prędentibus. Si cuius.i.alicuius. Stricta ratione. ſtrictam rationem vocat illam quam.j.ponit ibi:quia ille ager &c.quam rationem ſic forma. Acquiſitio aluei dimiſsi fit occaſione vicinitatis, ſed ei qui nullum prædium habet, nihil poteſt deberi, ratione vicinitatis. ergo &c. ꝙ autem nullum prædium habeat, probatur: quia deſinit eſſe amiſſa propria forma. Ex
1 quo † nota, ꝙ perempta forma rei, deſijt eſſe res.ſimile.ff. de
ſta.ho.l.non ſunt liberi.ad exhiben.l.iul.§.ſed & ſi quis.amiſ-
ſa propria forma. Nota ꝙ quando forma eſt perempta, perit
res, ſed ſolùm cùm perit propria forma rei, quæ igitur ſit iſta
propria forma videamus. Vnde ſciendum eſt, ꝙ quædam eſt
forma ſubſtantialis, alia accidentalis. De accidentali non po-
teſt intelligi hic: quia licet vna res mutet ſua accidentia quia:
heri albus, hodie niger, heri iuuenis, hodie ſenex, heri paruus,
hodie magnus, per hoc non deſinit eſſe idem: vt.ff.de iudi.l.
2 proponebatur. de ven.inſpi.l.j.§. de inſpiciendo.& ideo † di-
cimus ꝙ plus & minus, non faciunt res differre ſpecie, vt.ff.de
fun.do.l.fi. oportet ergo, ꝙ hoc intelligatur de propria for-
3 ma.ſ. ſubſtantiali. De iſta igitur † videamus, qualiter cogno-
ſcatur. ¶ Ad ꝙ dicendum, quòd rerum quædam ſunt corpo-
rales, quædam incorporales. Item corporales aliæ naturales,
aliæ artificiales.item naturales poſſunt conſiderari ſecundum
eſſe naturale.& ſecundum eſſe mentale. Videamus ergo pri-
mò de rebus naturalibus corporalibus. Et iſtarum quædam
ſunt inanimatę, quædam animatę. ¶ Animatę quædam ſunt
animatę anima vegetatiua. quædam animatę anima ſenſitiua.
4 quædam animatæ anima rationali. † Rerum inanimatarum
ſubſtantialis forma eſt, id per quod ipſa conſiſtit, & vnde de-
nominationem accipit. loquor de denominatione nominis
appellatiui. Forma autem ſubſtantialis in qualibet re inuiſi-
bilis eſt ſecundum philoſophos. Exemplum in homine in
quo ſubſtantialis forma eſt anima, vt in cle. de ſum trini.c.j.
anima tamen videri non poteſt. ſic nec forma ſubſtantialis li-
gni, vel lapidis, vel cuiuſlibet rei. Sed per formas accidenta-
les, quas vidimus iudicamus de forma ſubſtantiali: quia ho-
mo habet corpus ſic organizatum: ideo dicimus ꝙ eſt homo.
& ſi non haberet illam formam, diceremus ꝙ non eſt homo, vt
l.non ſunt liberi. de ſta.ho. ita in rebus inanimatis, in quibus
cognoſcimus terram: quia habent accidentia terrę exteriora. ſi
illa accidentia perderent: vt quia de terra fieret lapis coctus,
tunc amiſſa propria forma, deſinit eſſe terra, & tranſit in aliã
ſpeciem, & perdit primum nomen appellatiuum: & aſſumit
aliud. Sic econuerſo. ſi glans vel aliud pomum in terra cor-
rumpitur, & perdit nomen glandis, vel pomi, & aſſumit no-
men terræ, vt. ff. de glande legenda. l. j. ſic ſi vinum vel mel
commiſceantur: quodlibet perdit ſua accidentia exteriora, &
tranſit in aliam ſpeciem, & vocatur mulſum, vt.l.adeò.§.cum
5 quis.de acqui.re.do. ¶ Concludo † ergo ꝙ in iſtis inanimatis,
tunc perditur ſubſtantiale. quando perduntur illa communia
accidentia, ex quibus res ſic nominatur: & ſępe apparet, quã-
do res perdit nomen appellatiuũ, & trãſit in aliud nomen ap-
pellatiuũ alterius ſpeciei.& hoc ſic apud iuriſtas, dicitur ꝙ ſic
cõmuniter accidit, vt patet ex ꝑdictis, & eſt expreſſum.ff. de
auro & argẽ.lega.l.ſeia.§.fi.& ideo dicit lex, ꝙ nomina appel
latiua ſunt immutabilia ſtante.ſ.idẽtitate.ff.de legat.j.l. ſi quis
6 in fundi vocabu. Sciendum † eſt etiã circa prædicta, ꝙ vna &
eadem res, ſecũdum diuerſas cõſiderationes diuerſimodè ac-
cipitur, vt ecce: in agris poteſt conſiderari reſpectu materiæ
quia terra eſt.& tũc ibi ſi flumen faciat alueum, nõ deſinit eſſe
terra.& ſic terra remanet in ſuo genere. poteſt etiã cõſiderari
prout eſt terra apta, vt per eam poſsit agi. hoc eſt animalia du
ci, & laborari à quo ager recipit propriã denominationem, vt
dictũ eſt in principio huius libri. Et iſto modo, ꝑdit propriã
formã. ita loqtur hic tex. nõ enim ipſam materiã primã bebe-
mus inſpicere, ſed illã qualitatẽ à qua denominationẽ recipit,
& ſub illa denominatiõe apud nos ſic appellať. ſic ſimile in vi-
7 no † ſi enim fiat acetũ adhuc eadẽ ſubſtãtia eſt ſecũdũ cõſidera-
tionẽ materię. vt.ff. de cõtrahẽ.emp.l.ĩ vẽditiõe. ſecũdũ aũt cõſi
derationẽ ꝓpriã, nõ eſt vinũ, ſed alia ſpecies eſt, & vini appel-
lationenon

a ¶ Et mari. facit text.ĩ.l.in mari.cũ prĩ.l.ſeq.ff.de rerũ di. & rationẽ aſsignant Io.fab. & Ange.de are.in.§. cum in ſuo.inſti. de rerũ diui.& ĩ.l. in tãtum.ff. de re. di.& vide Ioã. de imò Ale. & Iaſ. in l.j.§.nunc videamus.ff. de oper. no.nũ.Tho.

latione nō cōtinetur, vt.ff. de vino triti. & oleo leg.l. si qs vinū. §.j.&.§. si quis acetū.&.§. itē si quis vinū. ¶ Secūdò vidēdum
8 est† de reb⁹ animatis anima vegetatiua, vt plātę. & istarū omniū forma substātialis est anima vegetatiua, licet etiā ipsę in se
9 habēt speciē vt arbor, & herba†, arbor q̄dē dicit̄ tūc propriè, cū radices ita in terrā emisit, vt terrę alimento vegetet̄. & eius materia dura est, & nō tenera: tūc arboris appellatione cōtinetur, vt.ff. ar. fur. cęsa. l.ij. §.j.&.l.iiij. & ideo si quid istorū deficeret. s. ꝙ desineret à terra vegetari. vel ꝙ fiat ita tener, sicut herba etiā si nō haberet formā substantialē nō est arbor, vt dictis legib⁹. & hoc strictè loquēdo. verūtamē quia apud iuristas hoc esset durę inuestigationis suadente ęquitate statutū est, vt arbor intelligat̄ illa q̄ stirpit⁹ euulsa est, & in aliā terrā trāslata, licet nondū cū terra cōprehensa. Itē ꝙ dicat̄ arbor etiā illa cuius radices mortuę sunt, & terra cōtinetur. hoc casu ꝓpriè dicitur arbor cū anima vegetatiua sit priuata, vt.l.iij. §.ij. arbor fur. cę. Illud verò ꝙ à terra succisum est: & sic animā vegetatiuā quæ est eius substātialis forma ꝑdidit nō est arbor, sed vel est lignū sicut causa cōburendi paratū est, vel vocatur materia, si parata est ad aliud ędificiū, vt.ff. de leg. iij.l. lignū. ¶ Eo-
10 dem modo videtur dicēdū,† ꝙ herba dicatur quādo terra cōtinetur. postꝗ̄ verò separata est, propriè desinit esse herba. & cadit in speciē rerū naturaliū q̄ anima carēt. licet apud quosdā nomē nō mutauit, sed adiectionē recipit. ꝙ primò dicebatur herba simpliciter: nūc dicetur herba sicca, vel herba siccata, vt ff. de ver. signi. l. sylua. §.j.&.l. pratū. C. de pascuis publicis. per
11 totū lib.xj. ¶ Tertiò videndum est,† de reb⁹ animatis anima sensitiua, vt sunt animalia. & istorū forma substantialis est ipsa anima sensitiua, & cū ipsam ꝑdiderit, desinit esse illud, & vocatur cadauer, vt.ff. de lega.ij.l. mortuo. in prin. de condi. fur.l. si seruus. §. boue. verùm qa istorū habentiū animā sensitiuā diuersæ sunt species vt equus, bos & similia. Si quid nascatur ꝙ nō habeat figurā exteriorē dicti animalis, dicamus nō esse illud animal: quia ex hoc ꝙ nō habet figurā, dicimus nō habere formā substātialē vt in homine. de statu homi.l. nō sunt liberi.
12 ¶ Quarto† vidēdū est, de reb⁹ corporalibus animatis anima intellectiua. vt homo. In his dico, ꝙ forma substātialis est ipsa anima, vt in.c.j. de summa trini. in cle. & ea separata desinit esse homo, & cadauer vocatur: vt.ff. de cada. punito. per totum.
13 ¶ Itē dico† ꝙ si quid est ꝙ nō habeat formā exteriorē hominis: vt quia ex muliere nascatur, monstrū aliquod, ꝙ in cōmuni aspectu nō dicitur homo: ius præsumit ꝙ ibi non sit anima rationalis: & sic deficere ꝓsumit formā substantialem, & iudicat ꝙ illud non sit homo, vt.d.l. nō sunt liberi de sta. homi. & de verbo. signi. quęret aliquis. Sed si aspectu cōmuni videtur homo licet ibi esset aliquid à natura auctū, vel diminutū, ius præsumitur ꝙ ibi sit forma substantialis, scilicet anima. & sic
14 sit homo, vt.d.l. non sunt liberi. ¶ Quod† ergo ibi dicitur, nō sunt liberi. quia cōtra formā. & econtra intelligitur de forma, hoc est figura quæ est quædā forma accidentalis quæ nō dat, nec tollit esse rei, vt dictū est. sed pro tanto dicitur, non sunt liberi: quia ex defectu talis figuræ, lex præsumit ꝙ deficiat forma substantialis, quæ est inuisibilis. sicut etiā dictum est in cæteris rebus: & hoc prout homo cōsideratur in esse naturali. Sed quia homo est animal ciuile politicū in esse ciuili & politico, habet aliquas differentias quæ inducunt differentiam specificam, & ea existente, vel deficiente videtur alia res esse. hoc autem esse politicū, vel consideratur secūdum ius gentiū, prout cōmune est omnibus gentibus, vel secundū ius ciuile ꝙ
15 propriū est ciuiū Romanorum. ¶ Primo modo† sunt hominū duę species: quia aliј liberi, aliј serui: vt.ff. de statu hominū l.ij. liberi dicūtur esse. serui verò secūdum ius ciuile & politicum dicūtur non esse: quia seruitus morti assimilatur, vt.l. seruitutem. de regu. iur. &.l. quod attinet. §. adeò. Videndum est
16 autem † quid de seruo facto libero, vel de libero facto seruo. videt̄ ali⁹ homo, vt.l. si seruus. §.j. de adi. lega. & si est fact⁹ liber: non tenetur ex antegesto; quia nouus homo est, secundū istam cōsiderationem, vt.C. an ser. ex suo fac. per totū. Forma
17 †ergo substantialis hominis politici, secūdum hanc cōsiderationem est esse hominē liberum deficiente libertate, desinit homo esse politicus: & sic de eo, & super eo cōtrahitur: sicut de animalibus brutis. aliquem verò esse liberum, non inducit differentiam specificam inter homines quia liber est: sed magis est differentia accidentalis: vt. no.ff. de iust. & iur.l. manu-
18 missiones. ¶ Si verò† cōsideratur secūdo modo, scilicet secūdum ius ciuile propriū Romanorum: tūc alia est diuisio: quia quidam sunt sui iuris, quidam alieni, vt liberi qui sunt in aliena potestate: vt.ff. de his qui sui sunt vel alie. iu.l.ij. & tantum in hoc inducunt differentiam specificam, ꝙ olim filiusfami. si efficiebatur sui iuris: videbatur alius homo: quia mutabatur forma substantialis, secundum illud esse ciuile, & per consequens non tenebatur illis obligationibus, quibus erat primò obligat⁹. cū sit ali⁹ homo, licet per prætorē restituant̄ cōtra eū actiones: vt.ff. de capi. dimi.l.ij. §. ait ꝑtor. & ibi no. in gl. ¶ Ex ꝑdictis apparet rō q̄ mouit iuristas ad dicēdū ꝙ manumissiōe, & adoptiōe quis efficit̄ ciuis vnius ciuitatis. Nam sicut qs ĩ natiuitate naturali, efficit̄ ciuis: ita ista natiuitate ciuili. videt̄ eñ nasci nouus homo. Aliæ verò qualitates hominum, vt quidā nigri, q̄dā albi, quidā nobiles, q̄dā plebei, q̄dā furiosi, q̄dā sanæ mētis, & similia nō inducūt differētiā specificā: vt no. insti. de iure perso. in fi. & sic ꝓpter illā qualitatē esse, & nō esse videt̄ alius homo, sed quo ad multa varios effectus habet. ¶ Quintò† videndū est de rebus artificialib⁹. Cir-
19 ca q̄ dico quòd istę assumūt formā substātialē ex quadā aptitudine quā habent ad illū finē, ad quē per artificē factæ sunt, vt domus: tūc enim dicit̄ domus cùm habet debitas partes cōpositas: ita quod est apta ad habitandum: vt.ff. ad legē falci. l. si is qui quadringēta. §. quedā. & ideo ea deposita si quidem aliqua res permaneat apta ad illum vsum: adhuc retinet essentiam domus, vt.ff. de vsufruc.l. si cui insulæ. de contrahen. emptio.l. domum. secus si in totū esset deposita, vt.d.l. domū. & quibus modis vsuffru. amittat̄.l. repeti. §. fi. Item in cipho vel alio vase facto ad finē bibēdi, vel comedēdi: donec retinet illam aptitudinem ciphus vocatur. cùm verò ita fuerit conflatum vt ad illū vsum esse nō possit: dicitur perdere formā substantialem, & desinit esse ciphus, vt.ff. ad exhiben.l. iulianus. §. sed & si quis. & probat̄ expressè.ff. de auro & argento legato.l. quamuis. §. cum aurum. maior capacitas, vel minor non mutat formam substantialem rei, nec eius substantialem vt.ff. de fun. instructo.l. fi. nisi fortè ex capacitate certæ quantitatis assumeret donationes, vt contingit mensuris publicis. C. de suscep. & archa.l. modios. libro.x. dico quòd falsus medius modium facit, vt not.ff. de dolo.l. arbitrio. §. de eo.
20 ¶ Sextò videndum † est, de rebus incorporalibus, vt sunt iura, seruitutes, actiones, & obligatiões, & similia. Dico quòd quædam sunt iura secundum iuris dispositionem indiuidua: & tunc ipsorum forma substantialis, est ipsius rei natura. Et ideo natura actionis, dicitur ipsius figura, vt.C. de rei vxo. actio.l.j. §. cùm autē. & hoc etiam patet: quia si naturæ actionis aliquid addatur: tunc dicitur noua actio.l.j. §. si quid autem. de rei vxo. actio. Vbicunq; autem reperitur aliter, est impropria locutio, vt patet cùm iura senatusconsulti sicut regula ista attribuuntur Trebelliano, vt insti. de fideicom. hęre. §. sed qa. &.ff. de pactis.l. iurisgentium. §. adeo. Sed quia cōsistit in indiuisibili adeò quod in ea nō potest aliquid addi, nec detrahi quin corrumpatur, & transeat in aliam speciē, vt.ff. de iustitia & iure.l. ius ciuile. statim vbi aliquid detrahitur vel additur iure naturali, vel gentium efficitur iuris ciuilis. hoc
21 patet † in seruitutibus in quibus si aliquid detrahitur non valet detractio, vel transit in aliam speciem, vt.ff. de acceptilatio.l. & per iusiurandum. §.j.&.§. sequen. Item nil potest addi, & si addatur erit non seruitus, vt.ff. de aqua plu. arcen.
22 l. si prius. in prin. & quod ibi nota. & hoc† patet in stipulationibus.ff. de verborū obligationibus.l.j. §. si quis simpliciter. &.§. sequē. vbi si respōsioni aliq̄d additur vel diminuitur, de eo quod erat positum in interrogatione, vitiatur stipulatio. vbi dicit text. quod alia res est. & ista sunt vtilia ad multa, vt ibi dixi. ¶ Sed hic obiјcitur, quòd obligatio potest tolli pro parte solutionis acceptilatione, & similibus, vt.l. stipulationes. §.ij. de verborū obligationibus. potest etiam tolli in modo contrahēdi. & huic nil potest addi, uel detrahi. Et ideo dicunt iura quòd certi sunt modi: vt.l. obligationum ferè. §. pla-
23 cet. de actionibus & obligationibus. Secundò potest† considerari ipsa obligatio prout contracta est: & idem quia de his quæ ipsam obligationem respiciūt nil potest addi, vel detrahi: & ideo nec conditio, nec tempus, nec locus adiјcitur, vt.ff. de lega.j.l. nemo potest. & dicta.l. ferè. §. placet. & ideo dictū est. §. quod variatio in conditione, vel tempore facit esse aliā rem, sed ipsę adiectiones apponuntur quantum ad exceptionem per quam ipso iure obligatio non lęditur, nec mutatur, vt dictis legibus. Tertiò potest considerari obligatio respectu rerum quæ sunt in obligatione: & tunc ipsis rebus potest addi vel detrahi: & illo respectu dicitur obligatio pro parte primi in his quæ diuisionem respiciunt. ¶ Item prædictis
24 † obiјcitur iurisdictio quæ res, indiuidua est, & tamen dicim⁹ quòd multis modis iurisdictio prorogatur. Respondeo ipsa iurisdictio non prorogatur, sed dicitur prorogari respectu materiæ: quia in plures personas, vel in plures res extenditur. ipsa tamen in se non recipit augmentum vel diminutionem. Exemplū. vna sciētia dicitur crescere, quādo à plurib⁹

scitur, tamen in veritate ipsa in se non crescit. hæc non prosequor, licet vtilia & necessaria sint.

SVMMARIVM.

1 *Ager inundatus à flumine, si flumen posteà recesit, quando primo domino restituatur?*

Sed ius est vt id obtineat. l. nullo modo id obtinẽs, sed contra istud est instit. de re. diui. §. alia. Solu. illud verum de rigore, hoc de æquitate secundum Azo. & bene cum determinatione quam. j. dicam. dantur in glo. aliæ so-
1 lu. quæ etiam sunt bonę in casu suo. Ideo pro † ipsarum declaratione distinguamus: aut flumen recesit cum impetu. & restituitur primo domino vt. j. proxi. & ita loquitur tertia solu. glo. Ratio: quia magis videtur fuisse inundatio, quàm alueus. aut non recesit cum impetu: & tunc aut apparet forma primi agri domino primo, restituitur, vt hic. ij. gloss. Ratio: quia non desinit esse ager, sed remanet forma. aut forma non apparet: & tunc aut loquimur de rigore, & non restituitur primo domino vt in præcedẽti rubrica. & instit. de re. diui. §. alia. aut de æquitate: & tunc restituitur primo domino, secundum Azo. vt hic. ꝙ intelligo, nisi flumen fecerit ibi alueum per decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes. Sic enim quilibet præscripsisset: ergo flumen cùm habeat titulum de iure gentium. argu. ff. de capti. l. in libello. §. si quis seruum. Item ꝙ dicit in toto fundo, idem in parte fundi eadem ratione. Item sicut recuperat fundum, seu partem eius: ita videtur per eandem rationem æquitatis quod habeat ius acquisitionis aluei dimisi. vel eius quod adderetur per alluuionem. & ista est mens istius literæ si bene inspiciatur.

Aliud sane. Tertia pars loquitur de inundatione fundi.

SVMMARIVM.

1 *Species pro figura sumitur.*
2 *Inundatione licet perdatur possesio, tamen dominium non mutatur.*
3 *Præscriptio nunquam potest perfici, in possesionibus existentibus iuxta flumina.*

1 Speciem. Id est formam, vel speciem. i. figuram vel speciem † propriè hoc non facit transire re in aliam speciem. Nõ mutat. magis enim est tegere, seu cooperire ad tempus ꝙ̃ inundare. facit. ff. de acquir. rer. do. l. ergo. §. alluuio. de flu. l. j. §. si fossa. Sed contra de acqui. pos. l. iij. §. la-
2 beo. Solut. † per inundationem non mutatur dominium, vt hic. sed perditur pos. vt ibi: quia illo instanti non potest pos-
3 sideri. ꝙ not. pro † possesionibus quæ sunt propè flumina, in
a quibus nunquam potest perfici præscriptio [a] propter interruptionem. Item cõtra. ff. quib. mod. vsufru. amitta. l. si ager. Sol. potest dici ꝙ donec aqua iacet, dominium perditur. sed aqua recedẽte restituitur, vt ibi. & ꝙ hic dicit non mutat expone. i. mutare non videtur recedente aqua. Vel verius dic, ꝙ in. l. contraria ponuntur duo casus. Primus, quando flumen fecit alueum, & sic cõcordat cum præcedenti. Secundus, quãdo non fecit alueum. & quod ibi dicit non reuertitur, dicit quatenus de facto exiuit, vt ibi nota. per gloss. Item contra. ff. quib. mod. vsufru. amit. l. cum vsufructus. in prin. sol. eodem modo, & ita dicit glo. super hac. l. Deo gratias.

¶ Finis tertij tractatus de alueo &c. domi. Barto.

b *Incipit tract. de iurisdictione [b] editus per. d. Bar. a Saxofer.*

a ¶ Præscriptio. vide Ale. in cõsi. clxxvij. in. vi. vol. inci. in causa & lite verten. Tho.

b ¶ Tractatus de iurisdictione. Adde ꝙ inuenitur alius tracta. de offõ iud. & in qbus casibus habet locũ officiũ iudi. inci. Quoniã quotidiana magis scire debẽt & ille tracta. attribuitur Bar. & est in meo. xiij. lib. consil. & Card. lxxvij. tamẽ credo ꝙ nec iste tracta. nec ille est Bartol. quia stilus non est ipsius. ¶ Et de materia iurisdictiõis quãdo sunt duo fratres habẽtes iurisdictionẽ & merũ imperiũ, & vnus deliquit an posit ali⁹ punire fratrẽ, vide Ale. de imo. in. l. serui electione. §. labeo. in vlti. col. ff. de legat. j. & ibi multa ponit. Tho. dipl.

SVMMARIVM.

1 *Factum à iudice quòd ad eius iurisdictionem non pertinet, uel spectat ad eius officium, non est ratum habendum.*
2 *Sententia, confesio, processus, & præceptum, facti coram iudice non suo, sunt nulli: nisi in causa reconuentionis, & quando iurisdictio ordinarij sit prorogata?*
Iurisdictio delegati, non prorogatur.
3 *Prorogans iurisdictionem iudicis ordinarij potest pœnitere usque ad litem contestatam: licet teneatur ad interesse si conuenerit.*
4 *Sententia lata in ducentis à iudice, qui ultra centum iudicare non poterat: licet non ualeat in ducentum ualet tamen in centum.*
5 *Vtile ab inutili in contractibus, in quantitate separatur.*
6 *Rei uendicatio, an detur pro iurisdictione? quòd non.*
7 *Officiũ iudicis datur, habẽti ius in aliqua dignitate, & est actio cõfessoria.*
8 *Laicus qui delictum commisit, & posteà effectus est clericus, à quo iudice puniatur: concluditur quòd à iudice laico si effectus est clericus in fraudem.*
Fraus ex quibus præsumatur?
9 *Incola delinquens in loco, & transferens se ad alium locum inquisitus, & positus in bannum à iudice delicti, poterit inquiri, & condemnari à iudice pro dicto delicto.*
10 *Fur qui furtum commisit Mutinæ, post modum aliud Parmæ, & deprehensus per Potestatem Parmæ potest per ipsum tanquam famosus suspendi, si non fuit aliter pro primo punitus.*
11 *Consuetudo in criminalibus, inducitur per binum actum.*
12 *Iudex ille ex pluribus habẽtibus eandem cognitionem in criminalibus præfertur alijs in procedendo, qui præuenit in citando.*
13 *Duo iudices si concurrant in citando delinquentem, & non apparet quis primò, quis secundò citauerit, debet conuenire quis eorum procedat, uel per superiorem concordentur, & pœna per medium diuidatur.*
14 *Pro delicto commisso in confinio duarum ciuitatum, uterque Rector ratione dubij procedit.*
15 *Mandans homicidium fieri: an secuto homicidio in loco mandati delicti, posit per iudicem loci in quo mandatum fuit factum, & delicto sequutum puniri.*
Argumentum de contractibus, ad delicta procedit.
16 *Remisio in criminalibus de urbanitate, non de necesitate fieri dicitur.*
17 *Iurisdictio delegati, qualiter finiatur morte delegantis.*
18 *Iurisdictio delegati Papæ, Papa mortuo non expirat.*
19 *Iurisdictio uicarij episcopi, etiam re integra, non expirat morte episcopi.*
20 *Officium executoris gratiæ apostolicæ non expirat, etiam re integra morte concedentis.*
21 *Procurator, quando censeatur reuocatus morte constituentis.*
22 *Iurisdictio delegati, an expiret morte ipsius delegati?*
23 *Delegatio si est facta pluribus iudicibus sine clausula, quòd si non omnes, & aliquis eorum præueniat, ille erit potior.*
24 *Clausula. quòd si non omnes, uel quod conditio occupantis non sit melior, apposita in delegatione, operatur quòd si unus incipiat, collega non excludetur.*
25 *Si facta est electio de pluribus ad aliquod officium, uno eorum absente, uel recusante exercitum totius iurisdictionis, interim pertinet ad collegã.*
26 *Assessor præsidis quòd non habeat iurisdictionem in sententiando, licet consuetudo contrarium obseruet.*
27 *Præses si remouetur ante tempus, dicitur culpa assessorum.*
28 *Si unus ex præsidentibus ciuitatis fuit cum exercitu extra territorium ciuitatis, quòd ibi non habeat iurisdictionem, nisi fiat reformatio, ut facta exercitu ualeant.*
29 *Præsidentes ciuitatis, quòd habeant iurisdictionem puniendi suos familiares in officio delinquentes.*
30 *Præsidentes ciuitatis, quòd posint cognoscere de iniuria familiaribus suis illata.*
31 *Iudex extra prouinciam existens potest iurisdictionem delegare, & excommunicatum sibi suppositum absoluere.*
32 *Syndicus qui habet syndicare officialem, an poterit cognoscere de homicidio per officialem commisso, durante officio?*
33 *Parmensis si accusatur coram Bononiensi de delicto in territorio Bononiæ commisso, & accusatus comparet declinãdo forum, & si delictum dicit illud se commisisse in Regno: an super accusatione procedi posit, non obstante exceptione?*
34 *Iurisdictio est nomen generale, comprehendens merum, & mistum imperium, licet non conuertatur.*
35 *Causæ meri, uel misti imperij, ut delegari posint, duo requiruntur de iure ciuili: de iure canonico secus.*

PRimo igitur. ¶ Circa iurisdictionem sciẽdum est, ꝙ iudex ordinarius, vel delegatus statim quòd fines suæ potestatis excedit, nihil agit: quia factum per eum non valet ipso iure, vt extra de senten. & re iudi. capi. j. Cùm ergo iudicat de eo quod ad eius iurisdictionem non pertinet, seu vltra quantitatem ad eius iurisdictionem spectantem, non valet quod agitur. C. si à non compe. iudi. l. prima &. C. quando prouo. non est necess. l. certa. extra de consuetudi. c. quanto. &. l. finali. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ¶ Non enim intelligitur iudicium, quando iudicatur ab eo qui ius iudicandi non habet. ff. ad trebellianum. l. prima in fine. vel ius donandi non habet. ff. de pœnis. l. secunda in fine. Item si iudicat inter homines non suæ iurisdictioni subiectos, vel ipsius delegationi subiectos, & contentos, vt dicta. l. prima &. ff. de offic. præsi. l. ij.

prę́ſi.l.ij.& extra de iud.c.at ſi clerici.de offi.dele.c.pe.&.xj.
q.ij.c.j.&.l.fi.de iur.om.iud.Nõ enim debet ĩmittere falcem
in meſſem alienam.xj.q.iij.c.ſcriptũ.& extra de elec.c.vene-
rabilẽ,in prin.&.ff.ſi ſer.ven.l.ſicuti.§.ariſt.Et talis ſnĩa ab ex
traneo,ſiue à non ſuo iudice lata dicitur ſnĩa peregrina.iij.q.
vij.c.peregrinus.Idem ſi iudicat vltra tempus ſuæ iuriſdictio
nis,vt.ff.de pœn.l.fi.nam tranſacto tempore iuriſdictio ex pi
rat,vt.ff.de offi.præſi.aliâs præfec.vrb.l.iiij.& de iur.om.iu.
l.fi.Idem ſi exiſtat in loco ſui territorij.ſi tamen pronunciat
de reb.extra territorium vel interdictum exiſtẽtibus:quia ſi
dici poſſet ꝙ iudicare de his valeat:tamen miſſionem facere
nõ põt.ff.de bon.autho.iud.poſ.l.cũ vnus.§.pe.& de re iu.l.à
diuo pio.in prin.& dic vt plenius no.C.vbi in rẽ act.l.fi.Cõ
1 cluſio autẽ † ad oĩa prædicta eſt,quod factum à iudice quod
ad eius iuriſdi.nõ pertinet,vel ſpectat ad eius officiũ, nõ eſt
ratum habẽdum,vt.ff.de re iud.l.factum.& extra eo.ti.c.ij.&
2 c.quoties.lib.vj.&.l.fin.ff.de iuriſd.om.iud. & idcirco † tam
ſnĩa q̃ præceptum q̃ cõfeſsio & oẽs proceſſus coram iudice
facti,nullius ſunt momẽti,vt extra de iud.c.at ſi clerici.&.ff.
de pœn.l.ij.in fi.Prædicta autẽ fallunt in caſibus ſuis,videli-
cet in recõuẽtione cauſę ciuilis,vt.C.de ſen.& interlo.om.iu.
l.cum papinianus.ꝑ authen.& cõſequẽter.&.d.c. at ſi clerici.
Aliquãdo partes cõſentiunt ſciẽtes eũ,qui habet aliâs ordina
riam iuriſdictionẽ.non dico delegatã,licet inter eaſdẽ ꝑſonas
nõ cõſentientes nõ de illa re vel q̃titate,vt.C.de iuriſ. om.iu.
l.j.&.ff.de iud.l.j.&.ij.& plenius no.in.d.c.at ſi clerici.Sed tñ
3 nõ attẽdas † hic eſſe differẽtiã,ſi talis cõſenſus durat quouſq;
lis cõteſt.ſi enim pœniteret cõſentientẽ quandocũq; ante li-
tem conteſtatam nõ compellitur huic cõuentioni ſtare,vt eſt
caſus de iur.om.iud.l.ſi cõuenerit.licet pœnitens poſsit con-
ueniri ad pœnam.vel intereſſe ſi adiecta fuerit,vt.C.de pac.l.
ſi pac.& inſt.de inuti.ſtip.§.alteri.& adde caſus q not.x.q.ij.
4 in fi.¶ Ex prædictis igit̃ primò quæro.Quid † ſi iudex pro-
fert ſnĩam vltra quãtitatem ſuæ iuriſdictionis,vtputa habet
poteſtatẽ cognoſcẽdi de cauſis cõſiſtẽtibus vſq; ad quãtitatẽ
cẽtum aureorum,ſed ipſe fert ſnĩam in ducẽtis aureis : nũqd
valebit ſnĩa in aliquo?& an valebit ſnĩa?& in quibus iudicare
potuit?& certè de vlteriore quãtitate nõ eſt dubium,vt.ſ.di-
ctum eſt.& ad idẽ.ff.man.l.legatum.ſed in ea quãtitate in qua
põt an valeat ſnĩa? gl.variauit in glo. non aliter dicitur.ff.de
iur.om.iud.l.fi.§.idẽ eſſe.& allegat.ff.de fideiuſ.l.ſi reo.ij.rñ.
&.l.grecè.§.illud & aliter.C.de re iud.l.ij. Vnde quidam ita
diſtinguunt.Aut iudex pronũciat vltra q̃ poſsit & debeat,
& tunc ipſo iure nõ valet,vt.d.§.idem reſpondit.Idẽ ſi vltra
q̃ poteſt,vt.C.quãdo prouo.nõ eſt neceſ.l.certa.aut vltra q̃
debeat.Si vltra id quod poteſt non valet.C.de mo.mul.l.fin.
a ſed videtur verius ꝙ illud inutile tantum vitietur,[a] vt.d.l.cer
ta.&.ff.man.l.ſi procurator.& quod no.C.de ſacroſan. eccle.
l.illud.& clarè dicitur extra de prębend.c.dilectus.quia licet
ſnĩa nõ poſsit pro parte valere,& pro parte nõ valere, vt.d.
l.in hoc iudicio.ff.fa.erciſ.extra eo.c.placet. verum eſt quan-
do vna ſpecies alteri coheret nõ aliâs,vt.d.l.ĩ hoc iudicio.ſed
5 in cõtractibus † ſeparabitur vtile ab inutili: quia quãtitas eſt
ipſo iure diuiſa,vt no.de re iud.l.hoc amplius. & cum vitiata
q̃titate inutili remanet vtilis.& in ea valet,vt.ff.de vſur.l.pla
cuit.& de verbo.oblig.l.j.quæ quidem inutilis adiectio ita vi
tiatur quòd non habetur pro adiecta.ff.de verbo.oblig.l.ſi qs
6 ſtipulatus abs te.¶ Secundò quæro † an Papa poſsit iuriſdi
ctionem vendicare.Et dixerunt quidam ꝙ non : quia dicunt
quòd iuriſdictio eſt quoddam genus, ſed aliquid in genere
vendicari non poteſt.ff.de rei ven.l.ſi rem.in princ.ergo &c.
Item alia ratione:quia vt dicunt iuriſdictio eſt quoddam ius
incorporale,in iure enim cõſiſtentia incorporalia ſunt,vt.ff.
de re.diui.l.j.§.j.ergo vendicari non poteſt:cùm ea vendican
tur quæ poſsidentur.C.de alie.iudi.mu.cau.fac.l.j.&.ff.de rei
ven.l.vendicantem.&.l.vendicatio.ſed incorporalia nõ poſ-
ſidentur.ff.de vſuſca.l.ſequitur.§.ſi viam.ergo vendicare non
poſſunt ſic diſpenſatio.cum conſiſtat in iure,vt.l.diſponit:ta
men verum diſtinguitur.Econtra videtur quòd ſic : quia cũ
non pro iure incorporali,ſed ſeruitutis vel vſuſfructus datur
actio,vt inſti.de actio.§.ij.&.iij.Sed poteſt reſponderi quod
illud ideo : quia ſunt actiones in rem ſcriptæ, vt ibi dicitur.
Item videtur ad id ꝙ ſicut filium meum,ſiue libertum vel co
lonum,in quibus ius poteſtatis habeo,poſſum vendicare,vt
plenè no.ff.de lib.exhiben.l.j.§.pe.ſed hic fiet vendicatio ad
iſta:tamen de iure Roma.vel quiritum.Præterea,ibi vendica
tur perſona propter ius quod in ea prætenditur, ſed in pro-
poſita quæſtione nunquid poſsit iuriſdictio vẽdicari?ſed ad
hoc reſpondeo quòd ſi rectè intelligas,quòd per prædicta iu
ra quęſtio eſt ſublata.nam ſemper oportet eſſe perſonam vel
in qua vel propter quam iuriſdictio uendicatur quod poteſt
eſſe multis de cauſis.extra de præſcrip.c.cum olim.extra de
maio.& obe.per totum.xv.q.vij.omnes baſilicæ.ff.de iuriſdi.
om.iudi.l.& quia.Vel dic ꝙ ibi petitur iuriſdictio tempora
lis,uel ſecularis dignitatis,utputa ius Comitat⁹,uel Marchię,
uel Baroniæ,uel alicuius alterius dignitatis ſpiritualis:utpu
ta decanatus,uel præpoſitura,uel alia dignitas. Implorabit
etiam cognitionem prætoris,uel officium iudicis.licitum eſt
7 enim † ei qui habet ius in aliqua dignitate,ut poſsit eam pete
re,ſed quia non competit ſibi aliqua actio:habet officium iu-
dicis.ff.de mino.l.quod ſi minor.§.fi.& de lib. exhi.l.j.§.hoc
interdictum.& talis actio ſiue officium erit nobile.& hoc te-
net Specu.in titu.de acti.§.ſequitur.uer.porrò. rei uendica-
tio autem in prædictis non competit:quia pro rebus tantum
corporalibus datur,ut.ſ.dictum eſt. & poſſet dici ꝙ actione
confeſſoria agi poſsit ſecundum Innoc.& plenè extra de ex
8 cep.c.uenerabilis.¶ † Tertiò quæro.quidam laicus delictum
b commiſit,& poſtea effectus eſt clericus.[b] quæritur ad quem
ſpectet cognitio illius delicti:an ad iudicem ſecularem de cu-
ius foro erat tempore perpetrati criminis:an ad iudicem ec-
cleſiaſticum in cuius iuriſdictione nunc inuenitur per ſuſce-
ptionem ordinis clericalis.Et primò uidetur quòd ſit cogni
tio iudicis ſecularis quia debemus ſpectare tempus delicti.ff.
de pœ.l.j.&.l.moris.in fi.& de ſtatuli.l.ſtatuli.& ſic ſpectam⁹
tẽpus cõtractus.ff.de contrahen.emp.l.rutilia.ff. pro ſoc.l.iij.
&.ff.de mino.l.iij.extra de elec.c.dudum.& videtur caſus de
adul.l.adulter.§.ſi eo tempore.unde per commiſsionem deli
cti,uidetur præuentus à iudice ſeculari arg.ff.de iud.l.ſi quis
poſtea.& de iur.om.iudi.l.pe.extra de foro compe.c. propo
ſuiſti.ad idem facit:quia obnoxius muneribus realibus, licet
efficiatur miles,cogitur ad illa munera ſubeunda.ff.de mu.&
hono.l.cura.in fi.C.de epi.& cle.l.ſub prætextu.ff.de iur.im-
mu.l.ſemper.§.diuus.quia noxa caput ſequitur, ut delicta &
honores cum capite ambulent.ff.de noxa.l.j.de car.l. cum te.
de iure iur.l.iniuriarum. Item : quia ſeruus delinquens ſi po-
ſtea efficiatur monachus,ut pœnam euitet:debet de monaſte
rio extrahi,& pœnæ tradi,ut.d.§.j.ſi quis de furtis.l.ſi ſeruus
nauem.¶ Sic etiam eximitur à militia, & à militari ſoluitur
ſacramento miles,qui propter metum delicti quod ante cõ-
miſit nomen militiæ dedit,vt.ff.de re mili.l.fi. Ad idem.C.de
decu.l.omnes.lib.x.C.de epi.& cle.l.officialis.in prin.C.ad.l.
cor.de fal.l.ſi quis decurio.§.nec verò.no.in auth.de manda.
prin.ver.ſi vero pu.C.decur.vel cohor.l.j.extra de pœn.c.cũ
dilectus.& de voto & vo.re.c.ij.& de excu.tuto.l. tutor.&.l.
ij.ad muni.l.incola.Econtra videtur,ꝙ cognitio iſtius ſpectet
ad iudicem eccleſiaſticum de cuius foro effectus eſt.nam per
ordinis aſſumptionem,exemptus eſt à iuriſdictione laicorũ.
C.de epiſco.& cle.l.quiſquis cenſibus.imò punitur pœna ſa
crilegij laicus qui cognoſcit.& iuriſdictionẽ exercet in cleri
cos extra de foro compe.c.ij.& de iura.calum.c.cum olim.vn
de ſi iudex laicus ſe intromittat:non valet quod agitur tanq̃
ab incompetente factum,vt extra de iudi.c.j.lib.vj. Itẽ quia
deuenit ad eum caſum à quo non potuit incipere: ideo nõ vi-
tiatur.ff.de ſerui.l.pro parte. & de re mili.l. qui cum vno.§.
reus.quia ſicut ſuperueniẽs dignitas temporalis, eximit quẽ
ab alterius poteſtate.ut in authẽ.conſti.quæ de digni.in prin
cip.poſita.C.de epiſco.& cleri.l.ſacroſanctæ. &.C. de decu.
l.fi.multofortius dicitur ꝙ ſuperueniens dignitas ſpiritualis
debet eximere à iuriſdictione laicorum, vt.C. de hęre. auth.
gazaros.Item quia per aſſumptionem ordinis eſt poſtea de-
fendendus excuſando.ff.de vacã.mu.l.iij.in prin.&.l.his ho-
noribus.§.j.&.ff.ſi quis cau.l.qui autẽ.ff.de excu.tuto.l.ſpa-
donem.§.ſi aũt.l.iuriſperitos.de arbi.l. non diſtinguemus.§.
ſacerdotio.Reſpon.diſtinguendo.nam ſi conſtet ꝙ laicus pro
pter cõmiſſum delictum efficiatur clericus in fraudem,& cau
ſa euitandi pœnam delicti,puniendus eſt per iudicem ſecula
rem.per iura primò alleg.& maximè per.l.hos accuſare.in fi.
primi reſponſi.& de adulte.l.ſi maritus.§.legem.fraus autem
præſumitur ſecundum Dy.ſi iam erat accuſatus,vel in crimi-
ne deprehenſus,per.l.poſt contractum.ff.de dona. Si nõ con
ſtat nec eſt fraus præſumpta etiam puniendus eſt per iudicẽ
eccleſiaſticum,per iura ſecundò alleg.arg.ff.de bo.eo.l.fi.ma
ximè vt cum de dãnatione agitur deprehenditur in habitu.
probatur extra de ſentẽ.excõmu.c.ſi iudex.lib.vj.vel dic vt
9 ibi no.¶ Sed rurſus † quæritur.quidam poſt delictum com-
miſſum fit nouiter incola alterius loci vel ſe tranſfert ad aliũ
locum vbi primò domicilium habebat, contra quem iudex
loci vbi deliquerat,procedit:& eum ex contumacia ponit in
bannum:iudex verò loci vbi nunc inuenitur delinquẽs pro
cedit contra eundem ex eodem delicto : quæritur vtrum de

a ¶ Vitiet̃.Sequitur Lud.ro.in conſil. lxvj.Tho.

b ¶ Clericus. Vide Old.cõſi.iij.quod inci.ꝙ laicus.& vide Bar.in.l.j.in.ij.co.ff.de pœ.& ibi apoſt.Ale.& meã.vbi videas.Tho.

iure possit?& videtur ꝙ non:quia quoties de delicto est se-
mel cognitum,non debet amplius cognosci, siue absoluen-
do.ff.nau.cau.stabu.l.licet.ff.de accusati.l.is cui.§.is quidem.
C.eo.l.si quis homicidij.siue etiam condemnando, vt.ff.de
accu.l.senatus.& de excep.rei iudi.per totum.cum non de-
beat de delicto eiusdē hominis sępius quæri.Sed in casu pro
posito iudex loci delicti cum semel quęsierit eum ex contu-
macia condemnando,sequitur ꝙ secundus iudex eum puni-
re non debet.Contra.ꝙ sic non obstante dicto banno : quia
per bannum non dicitur à pœna delicti absolui,vel condem
natus.Non enim fuit nomen eius receptum inter eos quod
fit per litis contestationem.ff.de adul.l.si maritus.§.præscri-
bere.C.eo.l.adulteram.& ideo diffinitiua ferri nō potuit.C.
de lit.contesta.l.j.in authenti.de exhiben.reis.§.si verò.C.de
accusa.l.absentem.ff.eo.tit.l.iiij.& si obijciatur quòd hoc li-
cuit ex forma statuti quo cauetur,vt etiam contumax possit
diffinitiuè condemnari.Respondeo quòd ex tali condemna-
tione nulla pœna est secuta.vnde condemnatio opitulari nō
debet.ff.de exce.rei iud.l.cui datur.aliâs euidēter.nec ex suo
delicto vel ex sua improbitate debet actionem vel lucrū con
sequi.ff.de fur.l.itaq;.ff.de interdi.& rele.l.relegatorum.§.fi.
& de nego.gest.l.siue hæreditaria.hoc videtur verius quod
bannum fuit ratione contumaciæ,& etiam pro delicto aliter
fuisset punitus.nā si præsens fuisset sine pœna non euasisset.
10 ¶ Quartò quæritur,quid si† Mutinæ fur vnum furtum com
misit,aliud Parmæ,nec inuenitur ꝙ fuerit de aliquo prædi-
ctorum punitus:nunquid si deprehendatur per Potestatem
Parmæ possit eum furcis suspendere?quod videtur: quia se-
pius commisit.ff.de pœn.l.capitalium §.famosos.& quia bi-
nus actus inducit consuetudinem.C.de episco.au.l.ij.& quia
sępius committendo videtur famosus.i.famę,vt ibi dicitur.
¶ Et no.ꝙ plura delicta concurrentia,aggrauant pœnā de-
linquentium:quia grauius punitur.ff.de re mili.l.non omnis.
§.qui de seruorum.C.de rap.virg.l.j.§.fina.Econtra videtur
ꝙ non:quia in territorio Parmæ vnum tantum furtum com
misit de quo tantum habet punitionem Potestas Parmensis,
vt in authenti.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.ff.de
offici.præsi.l.j.& secundum omnes fustibus erit puniendus
regulariter pro vno furto quod in loco suæ iurisdictionis cō
misit,vt in authen.sed nouo iure.C.de ser.fugit.vnde de alijs
nihil ad eum,vt.ff.si ser.vend.l.loci corpus.§.competit.Con
stat enim quòd de alijs iudex per eandem.l.iij.& dictum est
plenius.s.in princi.huius tractatus.imò quod ad alia malefi-
cia alibi commissa,est remittendus ad locum criminis puniē-
dus per suum iudicem,vt in aut.vt nulli iud.§.si quis verò cō
prehensorum.& de act.l.si cui.§.fi.& hoc videtur verius.Sed
Gui.de suza.secundum feroces rectores contrarium seruat di
cens ꝙ constat eos tunc famosos esse:& ideo vt famosi puniē
11 di sunt.& intelligit† quòd binus actus inducat consuetudiné
in criminalibus non aliâs,vt extra de cau.pos.& proprie.c.
cum dilectus.¶ Qualiter autem quis puniatur pro pluribus
furtis,dic vt plenius no.ff.de pœn.l.capitalium.§.famosos.
de causa dic,vt in authen.hodie.C.de fur.¶ Quintò quæro,
12 †quando plures sunt iudices qui parem habeant iurisdictio-
nem in causis,vt puta Potestas & Capitaneus,quorū vterq;
habet iurisdictionem in maleficijs:& eius cognitionē, vt est
in aliquibus ciuitatibus,vt Perusij: vel pone in scholaribus
qui habent tres iudices,vt in authen.habita.vel pone in iu-
risdictione præsidis prouinciæ rectores ciuitatis illius,vt pu
ta in Marchia,vel in patrimonio.Modo accedit ꝙ perpetra
tum est delictū in illa ciuitate:vel territo.cuius occasione Re-
ctor prouinciæ, & Potestas illius ciuita.incipit procedere.
quęritur quis eorum præfertur? & præferendus est qui in
citatione præuenit,vt.ff.de iud.l.siquis postea.&.l.vbi.&.c.
13 proposuisti.extra de fo.compe.¶ Quid† si ita concurrant in
citando quòd non appareat quis prior,& quis posterior ci-
tauerit.Et primò videtur ꝙ inuicem se impediant per cōcur
sum:& qui præuenit procedere debet.ff.de lega.j.l.huiusmo
di.§.fina.C.qui admit.ad bo.pos.l.fina.ff.de reb.dub.l.quo-
ties.vnde ratione incertitudinis, neuter admittendus vide-
tur.ff.de vsufruc.l.si quis.§.interdum.& de re iudi.l.à diuo.
Ad idem quia vbi ratio ista inuenitur eo tempore & die con
fecta,ita quòd non appareat quod fuerit primum, & quod
posterius : ratione incertitudinis neuter valet.ff.de bono.
pos.secundum tabu.l.j.§.j.& ibi not.& in.§.si quis. Econtra
videtur ,ꝙ vterq; habeat iurisdictionem.ff.de excu .tuto.l.si
vnus.§.oriundus.ne vnus per alium impediatur:quia in hoc
sunt pares:quia par in parem &c.l.ille à quo.§.tempestiuum
ff.ad trebel.l.digna vox.C.de legi.Sed ex hoc sequeretur val
de absurdum:quia non debet pro eodem furto citari, & ad
diuersa tribunalia vocari.ff.de re iudi.l.contra pupillum.§.j.
C.de iudi.l.nulli.ff.iud.sol.l.iam tamē.& quia de delicto eius
dem hominis non debet sępius quæri.ff.nau.cau. stabu.l.j.in
fi.de accu.l.senatus.Et ideo dic quòd vnusquisq; illorum re-
ctorum in dubio consequitur medietatem illius pœnæ:& sic
diuidantur inter se pro dimidia parte.& est expressum.ff.de
pigno.l.si fundum.§.si alio.in fi.&.l.in delictis.&.ff.loca.l.in
operis.& ideo inter se debent conuenire quis eorum proce-
dat, & alter desistat.ita quòd tempore exactionis quilibet
dimidiam consequatur . vt dictum est:aliâs per superiorem
compellentur concordare.ff.de excu.tuto.l.chyrographis.&
de peti.hære.l.iij.de præben.c.ad hæc.& no.xlv.di.c.si forus.
14 ¶ † Et idem dicitur in simili quæstionę videlicet quando cō
missum est delictum in confinio duarum ciuitatum,& dubi-
tatur in cuius territorio est commissum.Nam ratione dubij,
vterq; ciuitatis Rector procedere potest,vt plene not.ff.de
lib.agno.l.siue contra.ibi,ꝙ si habet tunc.in beneficijs autē
simul pluribus concessis,dic vt extra de prębend.c.si à sede
15 apostolica.libro.vj. ¶ † Sextò quæritur. ciuis veteris vrbis
tractatum habuit, & mandauit in ciuitate Viterbij cuidam
Seio,ꝙ occideret ciuem Viterbiensem in Viterbio.ibi ipse
captus confitetur quòd de mandato ciuis vrbis veteris prędi
cta commisit qui transtulit se de vrbe veteri : & ibidem sibi
mandauit ciuem occidi,rector Viterbij formato processu,ꝓ
cedit ad sententiam contra alium ciuem Viterbianum man-
datorem.post tempus venit talis mandans in fortiam com-
munis Viterbij,petitur contra eum executio,tanquam con-
tra bannitum & condemnatum.Sed pro parte mandantis ex
cusatur,ꝙ nullus est processus tanquam ab incompetenti iu
dice factus : quia rector Viterbij nullam habet iurisdictionē
in eo.ideo censendus est processus nullus,tāquam factus ab
eo,cui ius damnandi non fuit,vt plenè dictum est.s.in prin.
huius tractatus.Econtra per Rectorem Viterbij allegatur ꝙ
validus est processus:quia ex eo ꝙ mandans prædictus man
dauit secuta offensione,vt.s.probatum est multis iuribus, &
argumen.Et confirmatur : primò quia licet arguere de con-
tractibus ad delicta.ff.de actio.& obli.l.omnem. Sed constat
quòd ibi videtur quis contraxisse, vbi se soluturum consti-
tuit,vt.l.contraxisse.ff.eod.titu.ergo in proposito ibi deli-
quisse videtur,vbi delinquendum mandauit, & sic Viterbij
deliquisse videtur:quia consideranda sunt non solum verba,
sed eius effectus secutus.C.de liber.præte.l.iij.Item quia non
inspicimus tempus conditionis appositæ sed existentis.ff.de
condi.& demonstra.l.legata,sub conditione igitur & hic in-
spicitur tempus perpetrati criminis , & locus vbi perpetra-
tum est quasi præcedentia ex postfacto confirmentur.ff.de
reb.credi.l.proinde. ideo Viterbij dicitur esse commissum.
Item quia ad confirmandam donationem factam inter virū
& vxorem,non attenditur tempus factę donationis:sed illud
tempus ad quod confirmari potest scilicet mortis, vt ex tūc
valeat.vt.ff.de dona.inter vi.& vxorem.l.si eum.§.fin.&.l.se
quen.&.ff.de admi.tuto.l.seruus. ideo sic punitur mandans:
sicut mandatarius.C.de accusa.l. non ideo minus. imò man-
dans pro principali percussore habetur.ff. ad sylla.l.fina.&
si percussit,tunc sic consummatum est mandatum per con-
summationem delicti mandati.ff.de verbo.signi.l.sępe. ad fi.
igitur & sic inspiciēdum est delictum consummatum,igitur
& locus vbi consummatur ad illud referendo,vt.d.l. proin-
de.Econtra videtur, ꝙ iudicium sit nullum tanq; factum ab
incompetenti iudice,cum in ciuem vrbis veteris nullam ha-
beat iurisdictionem:mandatum autem interuenit extra terri
torium Viterbij,vt supra ponitur:ergo &c. argu.ff.de iud.l.
eum quem.& in.l.fi.de offi.recto.prouin.l.iij.C. qui pro sua
iurisdi.l.j.& ideo ad locum delicti remittendus est,vt ibi pu-
niatur,vt in authenti.vt nulli iud.§.si quis verò comprehen-
sorum.cum sit delictum graue,si vero esset leue in loco deli-
cti puniretur,vt eo.titu.§.si quis verò cognoscat.& not.iij.q.
x.in prin.& hoc videtur verius ad.l.contraxisse.Respondeo
quod hęc lex non obstat:quia in casu nostro plura facta seu
delicta commissa fuerunt aduersus quemlibet pro se.sed ibi
prouisio & solutio sunt ad idem quo ad obligationem dis-
16 soluēdam :ideo diuersum.† quod autem dixi de remittendo
ad suum iudicem intelligitur de vrbanitate,non autem cogi-
tur,vt not.ff.de actio.l.si cui.§.fi. Sed è contra prouincię iu-
dex non tenetur reum fugiētem remittere ad locum delicti,
vbi puniendus est.& ita loquitur.d.§.si verò quis cōprehen
sorum.quia iudex loci delicti cognoscit,& punit.ff.de accu.
l.fi.& authen.qua in prouincia.sed cùm nō sit graue.sed leue
delictum:tunc suæ prouinciæ iudex non cogitur remittere,
sed puniet ipsum,vt in authé.vt nulli iu.§.si verò cognoscat,
& not.iij.

17 &no.iij.q.vj.ex prouincia,vt.s.dixi. ¶ Septimò quęrit† nun
quid morte delegantis finiatur iurisdictio delegati. Et distin
gue aut delegatus moritur naturaliter, aut ciuiliter. Item aut
moritur re integra, aut non. Primo casu.s.quādo moritur na
turaliter,& re integra in totum finitur iurisdictio delegati,
vt.ff.de iurisdi.om.iudi.l.& quia.instit.man.§.rectè.extra de
offi.dele.c.licet.& eo.tit.lib.vj.c.si delegatus.à contrario sen
su. Si autē moritur ciuiliter: puta quia relegatur, deponitur,
vel excommunicatur, vel deportatur: tunc si est res integra:
finitur delegatio, vt.ff.de leg.iij.l.cum pater.§.hereditatē.ff.
de iure fis.l.stichus.§.fi.ff.de don.inter vi.& vxo.l.cū hic sta
tus.§.si donatur.&.d.c.licet. Ad idem quod no.extra de offi.
delega.c.j.lib.vj. In alio verò casu quando delegatus re non
integra moritur, quod ex sola citatione etiam si ciuiliter siue
naturaliter moriatur delegans, non expirat iurisdictio dele
gati.ff.de iud.l.venditor.§.j.quia per citationem perpetuata
est iurisdictio, vt extra de offi.deleg.c.gratum.&.c.si delega
18 tus.&.d.l.& quia. ¶ Prædicta fallūt† in delegato papæ cuius
delegatio, obitu non finitur committentis, sed tanꝗ̃ ordina
rius remanet in iurisdictione sibi concessa etiā post obitum
committētis, non inspecto ꝙ res sit incepta vel non, vt extra
19 de offi.deleg.c.ij.lib.vj.no.idem† in officiali, vel vicario epi
scopi: quia licet sit extraordinarius, vt extra de consue.c.nō
putamus.lib.vj.non tamē re integra expirat iurisdictio, eius
obitu committentis, vt no.de offi.vic.c.j.lib.vj. vnde summi
pontificis est speciale propter dignitatem,& honoris prę ro
20 gatiuam, vt.s.dictum est, vt.d.c.j. Sicut etiā† non finitur offi
cium executorum ad exequendam aliquam gratiam vel prę
bendam ab apostolica sede concessam, licet re integra conce
dens moriatur. extra de offi.deleg.c.si super gratia.lib.vj.
21 ¶ † Sed quid de procuratore? dic ꝙ procurator re integra re
uocatur morte cōstituentis, vt.C.de procu.l.procurator.nisi
sit factus dominus per litis contestationē: tunc enim non re
uocatur, vt eo.tit.l.nullum.itē in alio casu, morte constituen
tis non finitur mandatum, si dominus procuratoris præsen
te,& volente satisdedit pro eo: quia tunc etiā lite non conte
stata non reuocat, vt.ff.eo.l.si defunctus. Si autē sit procura
tor ad negotia: dic quòd reuocatus est morte domini.ff.man.
l.inter causas.& insti.eo.tit.§.rectè. quod est verum, si res est
integra scilicet non inceptis negotijs vel negotiationi ceptę
non connexis. Si verò res non est integra, vt quia cœpta iam
negotia vel eius connexa, moritur dominus: tunc procuratio
durat.ff.de insti.l.si quis mācipijs.§.si impubes.extra de offi.
deleg.c.fi.§.officium.lib.vj.&.ff.de neg.gest.l.eum actū.&.l.
qui acqui.§.scæuola.C.vbi causa pupil.l.j.& de pac.pig.l.fi.
22 ¶ Sed quid† ecōtra si moritur is cui facta est delegatio? dic ꝙ
si moritur re integra, nō extinguitur eius iurisdictio, sed re
uertitur in delegantem, extra de offi.delega.c.j.lib.vj. Si autē
moritur re nō integra, extincta est iurisdictio eius: quia nō re
uertitur, vt dictis capitulis.& argu.eius quod legitur & not.
ff.man.l.inter causas.in princi.&.l.si quis alium.§.morte.
23 ¶ † Octauò quęritur, quid si fiat delegatio pluribus iudicibus
de eadem re, nec in delegatione est adiecta clausula, ꝙ si non
omnes.& quę ponitur extra de offi.delega.c.si vno.lib.vj. an
si aliquis eorum præueniat in cognoscendo erit potior alijs
consocijs suis. primò videtur quod sic.ff.de iur.om.iudi.l.cū
quædam.etiam si nondum tulit sententiam, vt.d.l.j.ij.respon
so. Ad idem.ff.de procu.l.si pluribus.& quod no.ff.de iud.l.
vbi.& quod no.in.l.j.C.etiam per procu.&c.& quod no.in
authē.habita.C.ne filius pro pa.ff.de lega.j.l.si pluribus.in fi.
Ad idem.ff.de iud.l.si quis postea.extra de fo.compe.c.pro
posuisti. ¶ Econtra videtur ꝙ non: quia cū duobus causa cō
mittitur, in dubio omnibus commissa videtur, vt.ff.de arbi.
l.non distinguemus.§.cum plures autem pe.responso. igitur
sententia vnius non tenet: extra de offi.delega.c.cùm causam
matrimonij.ff.de re iud.l.duo ex tribus. vnde videt quòd nō
sit portio.ff.de nox.l.si quis à multis.&.ff.de pec.l.si verò.in
quibus dicitur ꝙ nō præuenit agendo vel litem contestando
nisi perueniatur ad sententiam. sed dic ꝙ primum verius est
& cum alijs casibus soluitur: ideo solue secundum Dy. vt ipse
no.in.d.l.si plures.§.fi.sed in quæsito perdendo, desideratur
24 sententia, vt.l.si quis à multis.§.si verò.ff.de noxa. ¶ † Quan
doq; autem adijcitur clausula ꝙ si nō omnes &c. vel illa ꝙ nō
sit melior conditio occupantis: tunc siue vnus siue alter inci
piat: tamen collegam non excludit, vt.d.§.in plures.&.d.c.j.
extra de procu.c.si duo.lib.vj. idem si non sit ibi clausula in
solidum. nam quilibet agit pro parte, vt.d.l.si pluribus. ita ta
men vt simul procedant, vt dictū est hoc in delegatis. secus in
ordinarijs quilibet per se & seorsum habet iurisdictionē, vt.ff.
25 de offi.procon.l.j. Et non† facta coniuncta commisione vel
electione de pluribus ad aliquod officium vel iurisdictionem
exercendam, vno eorum habēte vel recusante interim totius
iurisdictionis exercitium pertinet ad collegam qui exercitiū
26 occupauit, vt.ff.de ap.l.Imperatores.§.si magistratus. ¶ † No
nò quæritur. nunquid assessor præsidum habeat iurisdictio-
nem in ferendo sententiā quibus assidet? & dic quòd nō, sed
sunt ferendæ per eos.s.præsides, vt no.ff.de offi.assesso.l.j.in
gl.fi. vnde sententia lata per assessores non valeret, nisi eā fe
rant ex delegatione à præsidibus eis facta, vt in eadem gl.quę
innuit etiam si sint causæ ciuiles, vel tales criminales, quæ de
legari possunt. vt ibidem dicitur. sed de consuetudine secus
27 obseruatur in ciuilibus. † Itē dicit quòd remoto præside ante
tempus, dicitur culpa assessorum, licet autē contra, vt sibi im
putet qui imperitum elegit.ff.de rei vendi.l.vtiq;.§.fin.& ibi
no.& vide quod no.gl.in.l.j.C.de offi.eius qui vi.alte.gerit.
28 ¶ † Decimò quæritur. quidā de præsidentibus ciuitatis, iuit
extra territoriū, vt puta quando ciuitas eorum facit exerci
tum contra aliquod castrum extra ciuitatis territoriū consi
stens: nunquid habeant illi iurisdictionē mandandi inter suos
subiectos? certè dicendum est ꝙ non: vt extra.ij.q.ij.c.j. quia
ibi priuatus est, vt no.s.in princip.tituli, sed cautela est vt vel
ante exercitū vel post in loco sui territorij faciant reformari,
vt quæ in exercitu fiant ualeant, per ea quæ no.de ca.senten
29 tia.ij.q.pe. † Primò quæri potest nunquid pręsidentes habeāt
iurisdictionē puniendi suos familiares in iurisdictione siue in
officio delinquentes. quòd videtur.ff.de custo.re.l.militi.de
pœnis.l.si quis fortè.§.pe.xxiiij.q.j.c.ex eo.&.c.cū volunta
tis.& aliās per.l.ij.ff.de offi.pręsi.licet posset dici cōtrarium,
vt.C.de offi.pręsi.august.l.ij.sed ibi fortè loquitur de ordina
rijs iudicibus. vnde in eorum priuilegium: quia fortè habebat
30 per se officiū administrationis à populo. ¶ † Sed vlterius quę
ritur, nunquid pręsidentes possint cognoscere de iniuria eo
rum familiaribus illata. Et primò Pe. videtur ꝙ sic.ff.de arb.
l.etiam.de iud.l.& in priuatis. Econtra videtur ꝙ nō: quia ille
loquitur in ciuili, sed in criminali nō videtur.ff.de iurisd.om.
iud.l.qui iurisdictioni: sed dominus Iac.de are.dicit quòd sic:
quia per hoc videtur sententia tueri dignitatem.ff.de officio
præsi.l.obseruandū.& tūc non est dicenda quæstio potesta
tis, sed dignitatis, vt.C.de hęr.l.manicheos. ad hoc facit quod
no.ff.ad munici.l.de iure.&.ij.q.vij.c.si quis. Iure verò decre
31 talium nō distinguitur, vt extra de præben.c.j.lib.vj. ¶ † Po
stremò dic, quòd licet iudex nō possit extra territoriū suum
vel prouinciā iudicare, vt.ff.de iud.l.j.&.ff.de interdic.& re
lega.l.relegatorū.§.sicut.&.§.si qs.& dixi in prin.huius quæ
stionis. nec etiam potest ibi ordinare, vt no.j.q.ij.extra volun
tariam iurisdictionē potest idem exercere,& delegare, vt no.
extra de verb.signifi.c.ex parte. Itē potest absoluere excom
municatos suos in quacunq; prouincia, vt ibi pro tribunali
autem sedere in alterius prouincia non pōt, vt extra de offi.
leg.c.nouit. item nō parochianum alterius prouinciæ ad pœ
32 nitentiam recipere, vt not.extra de sepul.c.j. ¶ † Vndecimò
quæritur si coram syndico qui habet aliquē officialem syndi
care preponitur, vel instituitur actio de aliquo maleficio per
sonali quod dicitur cōmissum per eum officialem qui syndi
catur suo durāte officio, vt puta de homicidio vel alio crimi
ne personali commisso, dum eius durabat officium: nunquid
habet iurisdictionem cognoscendi & puniendi? Et primò vi
detur ꝙ non: quia syndicus non habet merū vel mistum im
perium, sed solā cognitionem,& punitionem. De administra
tis neglectis, vel ablatis per illū officialē occasione illius offi
cij, de quibus puniēdus est per iudicem illius loci vbi officiū
gessit: de alijs potius videtur cognitio Rectoris succedentis
in illo officio, siue alterius qui de hoc habet iurisdictionē, ꝗ̃
ipsius syndici: quia ad ipsum nequaꝗ̃ spectat cognitio meri,
vel misti secūdum formā statuti. Econtra videtur quòd pos
sit: quia examinator villicationis audire debet generaliter
omnem villicationis speciē,& ipsum de omni eo quod com
misit punire: per.c.qualiter & quando el.ij.extra de accusa.
sed generalis nunꝗ̃ syndicatur de omnibus in officio contin
gentibus audire,& cognoscere debet: quia qui omne dicit,
nihil excludit extra de. maior.& obe.c.solite.in fine.& quia
verbum generaliter prolatum generaliter est intelligendū.ff.
de serui.vrb.predio.si seruitus. videtur etiā quod omnis syn
dicus de prædictis punire non possit, cū in generali commis
sione non veniāt, nisi nominatim specialiter demonstrentur.
ff.de offi.eius cui māda.est iurisdi.l.j.extra de offi.vica.c.j.lib.
vj. vnde dicendum est, quòd omnis sua authoritas dependet
ex forma suæ electionis,& potestatis illi attributæ.ff.de arb.
l.non distinguemus.§.nunc de offi. sed cùm dictus officialis
dictum delictū commisit suum officium exequendo an tenea

33 tur vel non, dic vt plenè no.j.de q̃stio.ij.quæstio.iij. ¶ †Duo
decimò quæritur.quidam accusauit in curia Bononiensi Ti-
tium ciuem Parmensem, quē dicit deliquisse in territorio Bo
noniensi.dicit accusatus, ego dico non animo litis.contestan-
dę hoc delictum me non commisisse.sed posito quòd delictũ
probaretur: ego declino forum vestrũ: quia non estis in hoc
iudex competens: nam hoc maleficiũ est cõmissum in regno,
extra vestrum territoriũ, vnde non habetis de hoc notionem.
iudex autem mandat ꝙ respondeat cum ex serie causæ appa
reat eum esse iudicē, replicat accusatus, domine ista exceptio
est emergens: & ideo prius est tractanda.ff.de libe.cau.l.libe
ris.§.fi.C.de ordi.iud.l.j.de dilatio.l.à procedente.ita quòd
causa cognita pronunciare debetis vos esse iudicem, vel non
esse.ff.de iudi.l.si quis ex aliena.dic secundũ Guil.de suza.ꝙ
procedēdum est super accusatione, & in processu apparebit
quem finem, causa habere debeat.C.qui accusa.non pos.l.j.j.
quòd secundum de delicto probabitur.arg.ff.de re iudica.l.
iij.§.ornamenta.nam si constiterit de territo.tunc nõ valebit
processus, sed extra territoriũ remittit ad suum iudicem, vt.s.
in.q.vij.in pronunciando se non esse iudicem per dicta iura.
Si autem de necessitate sit pronunciandũ, dic vt.j.de quęstio
34 nibus verè emergentibus.q.penulti. ¶ †Circa materiã huius
tracta.est sciendum quòd iurisdictio est nomē generale com-
prehendens merum, & mistum imperiũ.sed non conuertitur:
quia non omnes qui habent modicam coerctionem habent
omnem iurisdictionem, vt no.ff.de iurisdi.om.iu.l.imperium
sed nõ conuertit̃: quia nõ omnes qui habent hãc iurisdictionē
habent merũ imperium & mistum. Omnis enim minor magi
stratus habet iurisdictionē, & prebet authoritatē manumit-
tere volentibus.aut apud eũ instrumenta aperiuntur: & pecu
niarias causas iudicet, & leues criminales, vt not.in.d.l.impe-
rium.ergo &c.vocatur modica coerctio, vt eo.tit.l.mandata.
§.j.Et possunt hæc omnia alteri delegari, vt.d.l.j.ij.responso
&.ff.de iurisd.om.iudi.l.imperiũ.in fi.l.solent.&.l.prætor.de
offi.vica.c.licet.&.c.cũ generali. non tamen ille magistratus
habet merum imperiũ, vel mistum: quia illud non competit,
nisi maioribus magistratibus: de quibus habet̃ in.d.l.j.in glo.
35 de offi.eius cui man.est iurisdi. ¶ †Ea verò quæ cõpetunt iu-
re magistratus, vt maioribus: sicut quia merũ imperiũ quod
consistit in facinorosos homines animaduertere, & mistũ im
perium cõsistens in missionem in possessionem, vt.d.l.impe-
rium, alteri demandari non possunt, vt.d.l.j.maximè punire,
vt.d.l.j.§.huius rei. ¶ Quæ enim meri, vel misti imperij sunt,
per libellum.id est iudicem delegatũ expediri non possunt,
vt.d.l.j.de offi.proconsul.l.nec quicꝙ.§. vbi decretum.ff.de
offi.proconsul.& maxime hæc non veniunt in generali dele-
gatione, vt ea.l.in prin.vt ergo delegatio meri vel misti impe
rij valeat, duo secũdũ ius ciuile requiruntur, scilicet specialis

commissio & ꝙ adesse non possint vel abesse contingat, vt ibi.sed tunc non venit vltimum supplicium, nec membri mutilatio, nisi quo ad cognitionem tantum, vt in authen.de colla.§.ad hæc.probabimus de iure canonico ea quæ sunt meri vel misti imperij, de quibus not.extra de offi.leg.c.quod trãslationem.possunt delegari, & à præsente si specialiter committantur.extra de offi.ordi.c.quod sedes.& dicitur.xxiij.q.iiij.illud.extra de rap.c.in archiepiscopatu. & nõ solum quo ad cognitionem, sed etiam quo ad examinationē, vt dicitur merè quocꝫ talis delegatio facienda est habenti iurisdictionem, vtputa alicui magistratui, vt no.in.l.j. de officio eius cui manda.est iurisdictio.&.c. quod sedes. Princeps autem hæc omnia delegat, vt.ff.de testi.l.iij.§.idem diuus.& no.in.d.c.illud. ¶ Patet ergo quòd in terris ecclesiæ non est dubiũ quòd possunt cõmitti, vt dictum est.dicunt enim in alijs prouincijs iudicem de consuetudine obseruare contrarium.

¶ Finis tractatus de iurisdictione Barto.

¶ Casus in quibus citatio non valet, secundum Bar.

¶ Quando in angusta tempora, vt.v.q.ij.c.j. Quando nõ exprimitur causa, quare sit citatus.v.q.ij.c.vlti. Quando minus maturatur per petitorium, vt extra de dolo & contuma.c.j. Non valet ratione temporis, vt quia fit die feriata, vt extra de ferijs.c.conquæstus. Ratione loci, vt si sit extra diocesim, vltra duas dietas, vt extra de rescrip.c.nonnulli. Si fiat ad locum periculosum, vt extra de appella.c.ex parte.& ex quib.cau.maio.l.metum, in glo.& ad trebel.l.de ætate.& vt lit.non contesta.c.accedens. Ratione iudicis, si est euidens quòd non sit iudex, vt extra de offi.delega.c.ex literis. Si rescriptũ apostolicum non seruatur, vt extra de offi.delega.c.ad inueniendum. Si euidens est iudicem esse inimicum, vt.v.qõ.ij.c.quia. Si citatus spoliatur, vt.iij.q.ij.c.si episcopus. ante restitutionem factam. Si libertus citet patronum.xviij.q.iiij.c. item si liberti. Vbicunꝙ euidenti exceptione, potest quis se tueri, vt.ff.de iudi.l.non videtur.sed vbi est dubium, debet ire allegaturus priuilegium, vt extra de appellationibus.c. si duobus.l.ex quacunꝙ sunt.si quis in ius voca. non ierit.et.l. si qs ex aliena.ff.de iud. Sciendum tamen est ꝙ si citatio nulla est, & citatus non defenditur: proceditur, vt.ff.iud.sol.l. si reus.& hic casus not.iij.q.ij.c.si episcopus.

¶ Finis casuum, in quibus citatio
non valet secundum
Bartolum.

a ¶ Incipit ritus iudiciorum. Adde ꝙ iste tracta. sine glo. est Bartol. & ita inueni in. iij. lib. consi. char. cxiiij. qui tracta. fuit postea glossatus, prout in primis impressionibus inuenitur, & confusè. Quis autem glossauerit ignoro. tamen hic est positus tractatus iste Barto. pro textu, & postea additio. sine glossis. Tho.

vel præstare ęstimationẽ. Si verò ignoranter: et tũc aut cõiũ-
ctæ personę, aut nõ coniũctę personæ. si cõiũctæ personę: va
let legatũ. si nõ coniũctę personę: non valet legatũ, vt. Cod.
de leg. l. cum rem alienam. sed iure canonico non tenet lega-
tũ rei alienæ, vt extra de testamẽt. c. filius. xiȷ̃. q. iȷ̃. si episcop⁹.
87 ¶ Item differunt, † quia iure ciuili non requiritur titulus, &
bona fides. in præscrip. xxx. vel. xl. anno. C. de præsc. xxx. an
no. l. sicut in rem. &. l. omnes. Sed de iure canonico secus, vt ex
tra de præscrip. c. si diligenti. & ibi no. eo. tit. c. fin. & ibi not.
88 ¶ Item differunt: † quia iure ciuili durat patria potestas in
omnem ætatem filiȷ̃, sed de iure can. soluitur patria potestas
adueniente adulta ætate filij, quo ad matrimoniũ carnale &
spirituale, & quo ad iuramentũ. xxij. q. ij. c. puella. xxiij. q. ij.
89 tribus. et no. xxij. q. ij. c. honorať. ¶ Item differunt † quia iure
ciuili filiussa. non obligať voto. ff. de leg. l. si quis rẽ. §. voto. ff.
de polli. l. ij. §. voto. Sed de iure canon. sic. xxxiij. q. ij. &. d. c.
honoratur. & ibi no. & vide no. gl. distinguentem in. l. deo no
bis. §. hoc etiam cognitum. in verbo, ingratum. quæ incipit,
90 ob hoc ipsum. C. de episco. & cleri. ¶ Item differunt: † quia iu
re ciuili stuprum committitur in virgine, vidua, vel puero,
vel cum soluta muliere, quæ non habetur loco concubinæ
ff. de adul. l. stuprum. sed iure canonico diciť propriè stuprũ
virginum defloratio, vt. xxxvj. q. j. §. j. licet qñq; dicatur, &
ponať stuprũ pro adulterio. xxxij. q. iiij. c. nemo. xviij. qõ. iȷ̃.
idolu-

91 idololatria.¶ Itē differūt:†qa iure ciuili ſimplex fornicatio
non videt̃ puniri.imò permiſſa videt̃,arg.C.de dona.inter vi
rum & vxorem.l.ij.ff.de concubi.l.in concubinatu.ſed de iu
re canonico prohibet̃ quęlibet fornicatio,& canonicũ crimē
eſt fornicatio.xxx.q.iiij.c.nemo.& ibi no.¶ Item differunt:
92 †qa contra naturam peccans punitur pœna capitis de iure
ciuili.C.de adulte.l.cũ vir.& aut̃.vt non luxu.contra naturã:
circa finē.col.vj. Sed de iure canonico non ita grauis pœna
imponitur extra de exceſ.prę la.c.clerici.xxxij.q.ij.flagitia.
93 ¶ Item differunt:†qa iure ciuili ignoſcitur patri,qui inuenit
filiam in adulterio ſi interficit eam.vt.ff. ad legem iuliam. de
adulte.l.nec in eo.&.l.ſequen.&.l.marito.& in authen. vt li.
ma.& auię.§.penult.& vlti.colũ.viij.ſanè vir mitius punitur
ſi interficit vxorem in adulterio deprehenſam.C.ad.l.iul. de
adulteri.l.gracchus.ſed iure canonico nec pater excuſatur à
culpa vel peccato in caſibus prędictis:qa generaliter dicitur
non occides.xxiij.q.v. ſi non licet.imò expreſſè viro interdi
citur.xxxiij.q.ij.c.admonere.& ſoli iudices canones cogno-
ſcant ſi occidit.xiij.q.v.c.cũ homo.&.c.ſi homicida.nam ec-
cleſia non vtitur gladijs, niſi ſpiritualibus.xxxiij.qōne.ij.in-
94 ter hęc.& ibi no.¶ Item differunt†iure ciuili, non permitti
tur viro vxorem verberare,vt.C.de repu.l. conſenſu. tamen
poteſt eam corrigere.vij.q.j.ſi quid alteri.& no.arg.ff.de pœ
nis.l.reſpiciendum.Sed iure canonico clericis tm̃ eſt permiſ-
ſum vxores ſuas cuſtodire. ligare & corrigere eas ad ieiunia
non tamen mortificare.xxxij.q.ij.c.placuit & eſt ratio ĩ cleri
95 cis potius quã in alijs,vt ibi not.¶ Item differunt† coniunx
non poteſt de iure canonico vouere continentiam ſine licen
tia alterius coniugis.xiij.q.v.c.j.ij.iij.ſed de iure ciuili ſecus:
qa rumpitur matrimonium ſi alius uelit uouere caſtitatem.
96 ¶ Itē differunt:†qa iure ciuili fit computatio graduum hoc
modo:qa ſingulis perſonis ſinguli gradus diſtinguuntur.Vn
de duo fratres ſunt in ſecundo gradu,ſed iure canonico duæ
perſonę ponuntur in eodem gradu.xxv.qō.v.c.ad ſedem.&
ratio vtriuſq; dicti ibi habetur in text. ¶ Item differunt. iu-
re ciuili fit computatio graduum vſq; ad.vj.tantum, quãuis
hoc fiat exempli gratia,ut dicitur intelligi computatione de-
bere fieri in aliquibus gradibus,uſq; ad decem, vt inſtitu. de
ſucceſ.cogna.§.fina.& inſtitu.de gradi.&.xxxv. q.v.c. ad a-
poſtolicam.ſed iure canonico fit computatio graduum uſq;
ad.vij.tantũ,vt dicto.c.ad apoſtolicam.& ibi habetur in tex
97 tu.¶ Item differunt†iure ciuili mulier rapta,non poteſt nu-
bere ſuo raptori,& hoc dicebant antiqu. canones.xxxv.qō.
ij.de puellis.&.c.ſi autem.&.c.placuit.&.C.de rapto.virg. l.
vna.§.ſi autem.& in aut̃.de mulie.quæ proprijs rapt.co.ix.
ſed nouo iure cano.ſecus eſt,vt extra de rap.c. accedēs. xxx.
98 queſtio.ij.c.deniq;.&.c.tria.¶ Item differunt†iure ciuili.qui
emit à fiſco rem alienam,tutè facit ſecũdũ tenorem.l. bene à
zenone.C.de quadri.prę ſcrip.ſed iure canonico nō obtinet
locum.l.illa in rebus eccleſiaſticis.ut extra de reb⁹ eccleſi.nō
99 alienan.c.ij.¶ Item differunt†iure ciuili.in alienatione rerum
immobilium eccleſię requiritur ſolennitas.authenti. hoc ius
porrectum.C.de ſacroſanctis eccle.&.x.quæſtio.ij.c.hoc ius
porrectum.Sed iure canonico nō requiritur tanta ſolenni-
tas.ſufficit quòd intercedat ſolennitas,quæ traditur à ca. xij.
quæſtione.ſine exceptione.& in ſuis ſimil. hoc autem plenè
not.Innocen.in decre.in.c.dudum.extra de reb.eccle.nō alie-
100 nã.in apparatu. ¶ Item differunt†iure ciuili. locator finito
tempore locationis,domum alij locare poteſt, etiam inuito
alio inquilino primo. C.locati. l.ne ui. Sed iure canonico ſi
ſcholaris ſit primus inquilinus:prohibetur alius ſcholaris cō
ducere ſine cōſenſu primi inquilini,extra de locat.& condu-
101 cti.ex reſcripto.¶ Item differunt† iure ciuili. poteſt domi-
nus expellere emphyteutam,ſi nō ſoluit debitum canonem,
C.de iure emphyteu.l.ſecunda.in emphyteuta eccleſiæ ſta-
tutum eſt bienniũ,de ſacroſanctis eccle.authenti.qui huiuſ-
modi.ĩ colono ſimplici ſtatutum eſt biēnium.C.loc.l.prima
ff.loca.l.quero.§.inter locatorem.ſed iure canonico permitti
tur colono & emphyteutę purgare moram prędictam celeri
ſatiſfactiōe.extra de locato & cōdu.capi.propter.& ca.po-
102 tuit,item differunt†iure ciuili.fructus percepti ex re pigno-
rata extenuant.C.de pignora.actio.l.j.&.ij. Sed iure canoni
co inuenimus cōtrariũ in duobus caſibus.Primò quãdo eccle
ſia recipit fundum pignoris ipſius eccleſiæ vel beneficium,
extra de feu.c.primo.& de vſur.c.j.&.c.conqueſtus. Secũd⁹
eſt quando vir recipit pignus pro dote ſibi promiſſa . extra
de vſur.ſalubriter pro oneribus matrimonij.C.de iure doti,
103 l.pro oneribus¶ Item differũt† iure ciuili.res ſacræ vel reli-
gioſę nullo modo poſſunt in obligatione venire.C. quæ res
pigno.obli.poſ.l.tertia.ff.quæ res pig.obliga.poſ.l.j.§. eam.
rem.de pigno.l.ſed & q.§.pro emptione. C. de ſacroſanctis
eccle.l.ſancimus.ſed de iure canonico poſſunt venire ĩ obli-
gatione ex cauſa neceſsitatis:vt extra de pigno.c.j.& ibi no.
104 ¶ Item differunt†iure ciuili.requiruntur.vij.teſtes in teſta-
mento regulariter:& in codicil.v.ut.C.de teſtamē.l. hac cō-
ſultiſsima.& de codicil.l.ſi.in fin.Sed iure canoni. in relictis
eccleſię,vel ad pias cãs,ſufficiunt duo uel tres teſtes,extra de
teſta.c.Ioãnes.&.c.relatum.nam in ore duorũ &c.ij.qō.iiij.c.
j.xlviij.diſtin.qm̃ multa.& quidam dicũt idem eſſe ĩ oĩbus
relictis ſecũdũ ius no.q dic vt not.ĩ.c.cum omnes.&.c.rela-
105 tum.¶ Item differũt.†iure ciuili,nō ualēt inſtitutiōes,& reli-
cta quæ cōferuntur in alterius arbitrium.ff.de hęre.ĩſti.l. illa
inſtitutio.&.l.ſi quis ſemproniũ.&.l.captatorias.&.C.de te-
ſta.mili.l.captatorias.&.ff.de leg.j.l.captatorias .ſed in iure
cano.ſi qs cōmittat alterius arbitrio,videt̃ committere q oĩa
diſtribuantur pro anima ſecũdũ eius arbitriũ quem eligit. &
ideo nō uidet̃ decedere inteſtatus.extra de teſta.c.cũ inter.&
106 ibi no.Inno.¶ Itē differũt.†iure ciui.ĩtelligunt̃ fructus dedu
ctis expēſis.ff.ſol.mat.l.fructus.nam illius caſus eſt,qui talem
impediat deductionem impenſarũ.ff.de petitio.hęre.l. ſi do
mino.§.ſi.&.ff.fa.erciſ.l.fundus qui.ſed iure cano.decimę ſũt
ſoluēdę de omnibus fructibus prouenientibus ex prædijs, nul
la facta deductione impēſarum:ut extra de decimis. capi. cũ
homines,&.c.nō eſt ĩ poteſtate.&.c.tua nobis. ¶ Item diffe
107 rũt:†iure ciuili non fit mora re ipſa,ſed interpellatione ſecu
ta.congruo loco,& tempore.ff.de uſuris.l.mora & ibi plenè
ſed iure canonico fit mora re ipſa in tarda ſolutione decima-
rum.xvj.qō.j.c.decimæ.& nota extra de decimis cum hoĩes.
108 ¶ Item differũt† iure ciuili.noua vectigalia imponēs ſi hoc ſi
ne licētia principis imponatur:punitur ex illo in perpetuũ.
C.noua uectiga.l.ſi.ſed iure cano.punitur:quia priuatur cō-
muniōe Chriſtiana primò monitus qnouſq; deſtiterit,& ſatiſ
109 fecerit:ut extra de deci.c.innouamus. ¶ Item differũt†iure
cano.ſi ſtatim quis deſpōſauerit de facto eam, quam de iure
nō potuit deſponſare impediēte conſanguinitate cum alte-
ro fratre nō poteſt matrimonium cōtrahere.extra de ſpōſali.
c.ad auditiam.ſed iure ciuili nō ſic eſſet.nam cum nullum ob
ligatoriũ vinculo cōtractũ ſit per prima ſponſalia cōſangui-
nitatem impediente cum altero fratre.matrimoniũ impedi-
retur:impoſsibiliũ enim,nulla eſt obligatio,ut ĩſtitu. de inu-
ti.ſtipu.§.ſi impoſsibilis.&.ff.quę ſentē.ſine app.reſcĩ.l.pau-
lus,& impoſsibile eſt id,q eſt cōtra bonos mores.ff.de con-
ditio.inſtitu.l.filius.& ei⁹ q eſſe nō poteſt,nulla eſt promiſ-
110 ſio.ĩſtitu.de inuti.ſtipu.§.primo.¶ Item differunt†iure cano
nico,iuuenis puella nōdũ.vij.anno.ducēs:quam attētauit co
gnoſcere,& nō potuit propter imbecillitatem ętatis.cũ eiuſ
dem conſobrina nō poteſt contrahere matrimonium: & ra-
tio eſt publicæ honeſtatis iuſtitia,extra de ſpō.c.iuuenis .ſed
iure ciuili non inuenio hoc ĩter cauſas quę impediũt cōtrahi
matrimoniũ,quę numerant̃ in ſumma Azonis.de nupt. cir-
111 ca finem.& inſtitu.de nup.§.ſi.in gloſſ.¶ Item differũt† iure
ciuili.qui eligũt Abbatē,iurant eligere quem ſciũt ita caſtũ,
& fide rectum,& qui monaſterio vtiliter prouidere ualeat.ut
in authē.de ſanc.epiſco.§.iubemus igit̃ abbatem.ſed iure ca-
no.nō ſeruat̃ hęc forma.extra de elec.c.qa propter.extra de
112 cōſuetu. c. cũ dilectus. ¶ Item differunt†iure ciuili.videt̃ q
matrimoniũ poſſet contrahi ſine verbis,attamen interueniē-
te conſenſu,inter eos qui poſſunt loqui.ff.de re iudica.l. nu-
ptias.de ſponſali.l.ſufficit.de ritu nup.l.deniq;.& argu.ff. de
legatis tertio.l.nutu.Sed iure canonico requirũtur uerba ex
primētia cōſenſum inter eos qui poſſunt loqui.quãuis in eis
qui non poſſunt loqui nutus ſufficiat,vt extra de ſpōſali.ca.
113 tuę.& ibi not.¶ Item differũt†iure ciuili,ornamēta & ueſtes
cum mortuis ſepeliri nō debēt.ff.de reli.& ſump.fune.l. at ſi
quis.§.nō autē.ſed iure ca.Archieps cũ pallio ſepelit̃.extra de
vſu pal.c.ij.& accidit ad hoc de cōſe.di.j.c.ad hęc.&.c.nemo
114 ¶ Itē pōt qualiſqualis differentia notari iure ciuili.Archieps
extra ſuã prouĩciã p cōſularibus inſignijs pallio utit̃.ff.de of
fi.proconſul.& lega.l.j.ſed iure canonico Archieps non vtit̃
pallio.extra prouinciã ſuam.extra de autho.& uſu pal.c.j. &
115 c.ex tuarũ. ¶ Item differũt†iure ciuili,poteſt ille qui ceſsit
bonis poſtea recuperare re ĩtegra.ff.q bo.ce.poſ.l.is qui.Sed
iure canonico obtenta licentia cedendi dignitati vel epiſco-
patui.cōpellitur cedere.extra de renun.q dam. & ibi reddit̃
116 ratio in tex.¶ Item differunt†ſeu notari poteſt alia differen-
tia.nã iure canonico in libertis eccleſiaſticis multa ſeruamus
ſpiritualia,quę de iure ciuili non inuenimus,vt extra de ſer.
non ordi.de famulis.& ibi not.in gloſſ.& per Innoc. ¶ Item
117 differunt†.nã iure ciuili eſt quædam pœna metalli. quidam
enim damnantur in metallum.& iſti grauioribus vinculis af-

ficiuntur. Alij in opus metalli. & iſti leuioribus pœnis affi-
ciuntur, & ambo iſti ciuitate & libertatem amittunt. Alij ve-
rò damnantur in miniſterium metallorum. i. vt ſeruiant dam
natis in metallum, & hi ciuitatem amittunt non libertatem.
vel hoc ſi ad tempus damnantur. Si verò in perpetuum, vtrũ-
que amittunt ſcilicet ciuitatem & libertatem, vt. ff. de pœnis.
l. ante damnati. &. §. cum pœna. &. §. ſeq. ſed iure canoni. hu-
iuſmodi pœnę non inueniuntur impoſitę. & ſi imponerẽtur,
nõ retractarent. vt extra de calũm. c. j. Sed iſtis, pœnis æqui-
parari poteſt pœna carceris, quam pro grauioribus infligit
eccleſia. vt extra de hęreti. c. pe. & vlti. & pœna qua qs redigi
tur in ſeruitutem. xxxij. diſtinctio. eo. vel traditur curię ſerui
tus, vel venditur. lxxxj. diſtinctione. c. clerici. ¶ Item differũt
118 † iure ciuili pœna falſi eſt deportatio, & oĩm bonorum publi
catio. & hoc in libero homine. in ſeruo autem eſt vltimum ſup
plicium. ff. de fal. l. prima. §. vltimo. ſecundũ cano. verò mul-
tiplex eſt pœna falſi ſecundum q multę ſunt falſitates, vt no
tat Goffred. in ſumma de fal. §. pœna falſi. ¶ Item differunt
119 † iure ciuili. ſi patronus repreſentat indignos, priuatur iure
preſentandi ea vice. & deuoluitur illa poteſtas ad ſuperiorẽ
vt in aut. de ſan. epiſ. §. oratorium. Sed iure cano. patronus nõ
perdit talem poteſtatem. extra de offi. ordi. c. cum nos. & ibi
120 not. ¶ Item differunt † à iure canonico. quædam ſunt pœnę ĩ
canonibus conſtitutę quas ſic expreſſas non inuenimus à iu-
re ciuili, quæ not. extra de offi. ordi. ad reprimendum. ¶ Itẽ
121 differunt † à iure ciuili interfectori imponitur certa pœna. C.
de his qui pa. vel lib. occi. l. vnica. ſed iur. can. nõ ita punitur:
qa Deus non diligit mortẽ peccatoris, ſed vt cõuertatur &c.
xxvj. q. j. c. cognouim⁹. ſed imponit certa pœna magna vt ex
tra de his qui fi. occi. in. c. infan. & ibi de hoc. ¶ Item differũt
122 † iure ciuili. quis poteſt pugnare pro poſſeſ. ſua armis, & res
ſuas tueri, & hoſtem pręuenire in percutiendo: vt. C. vnde vi.
l. j. quando lic. ſe ſine iu. vin. l. j. & de aboli. l. fallaciter. &. xxiij
q. ix. dominus. ſed iure ca. non licet clerico pugnare cum ar-
mis, etiam cum ſarraceno, extra de voto. c. ex multa. l. diſt. cle
ricus qui pannũ. nec propter res ſuas defendendas debet ar-
mis reſiſtere. xxiij. q. viij. c. j. &. c. plenior. & ar. xxxvj. diſt. c. ſi
qs vult. & extra de homi. c. ſuſcepimus. & ibi de hoc. ¶ Itẽ dif
123 ferunt: † qa iure ciuili ſi qs vulnerauerit, & vulnerat⁹ ſit mor-
tuus, & ſit dubium an deceſſerit ex illo vulnere: nõ tenet de
occiſo. ff. ad. l. aquil. l. huic ſcripturę. §. ſi ſeruus. ſed iure cano.
in tali dubio non debet occiſor talis in ſacris ordinibus mini
124 ſtrare. extra de homicid. ad audientiam. ¶ Item differunt † iu
re ciui. qui corruperit virginem licet aliàs grauiter puniatur:
non tamen cogitur eam accipere in vxorem: imò prohibitum
videtur matrimoniũ inter eos: vt in aut. de rap. mulie. ſed iu-
re cano. eam cogitur accipere in vxorem. vt extra de adul. c. j.
125 ¶ Item differunt † iure ciui. q cõmiſit ſtuprũ regulariter eam
accipere in uxorem tenet. & ſi vilis ſit perſona verberatur. ſi
verò per vim capite punitur, vt inſti. de pub. iu. §. ij. &. §. ſi au
tẽ. ſed iure ca. minor pœna imponitur. nam aut qs eam quam
ſtuprauerit in vxorem accipiat: aut ſi renuendam putauerit:
in monaſteriũ mittitur excõmunicatus, pœnitentiam agens
126 ibidem. extra de adul. c. peruenit. ¶ Item differunt † iure ciui
li. propriè raptus committitur in ſponſam. de rapto. virgi. l.
vnica. ſed iure ca. ſecus extra de rap. c. cũ cauſam. xxviij. q. ij.
§. j. & no. in dicto. c. cũ cãm. per Inno. in apparatu or. ¶ Itẽ dif
127 ferũt † iure ciuili ſi quis rẽ emit ex pecunia mea. ſed nomine
ſuo non habet ius in illa. ff. de rei vendic. l. ſi ex pecunia. ff. de
fur. l. qui vas. §. fina. C. de proba. l. ad probationem. fallit in
caſibus not. in illa. l. ſi ex pecunia. ſi ſit empta ex pecunia fu-
nebri: debet illa res vendi, & reſtitui pecunia, vt à peccato qs
liberetur, vt extra de vſuris. cũ idem eſt ſi de alia pecunia res
ſit empta. j. q. j. non eſt putanda. & ibi not. ¶ Item differunt,
128 † iure ciuili non debet quis in pœnam ſignari vel bullari in
fronte, C. de pœnis. l. ſi quis in metallum. Sed iure canonico
qñq permittit. extra de falſis. c. ad audientiam. ¶ Item dif-
129 ferunt † iure ciuili ſi quis vtitur falſis inſtrumentis, & pœni-
teat. non punitur de falſo. C. de fal. l. ſi falſos. de iure cano. ſe-
c⁹ ſi literis apoſtolicis, extra de fal. c. durat. &. c. ad falſariorũ.
130 ¶ Item differunt † iure ciuili, blaſphemator Dei, & Sanctorũ
punitur vltimo ſupplicio, vt in aut. vt non luxu. cõtra nat. col.
vj. ſed iure canonico ſi laicus eſt, excõicatur, ſi clericus depo-
nitur. xij. q. j. ſi quis per capillum. & imponitur pœnitẽtia. ex
131 tra de cle. ma. c. fi. & ibi de hoc no. ¶ Itẽ differũt † iure ciuili ſi
quis mutauerit ſibi cãm poſſeſsionis, habent locum iura quę
habemus. C. de acquiren. poſſeſ. l. cũ nemo. &. l. ex liberis. &
q in eis not. Sed iure cano. ſi quis mutauerit cãm poſſeſ. &
beneficiũ: tanq indignus ſuis beneficijs eſt priuandus. extra
132 de cauſa poſ. per totum. ¶ Item differunt † iure ciuili. dicitur
quod terra quæ anno ceſſat, ſi præcidet meli⁹ fructificet. ff. de
uerbo. ſignifi. l. ſylua. §. nouales. Sed iure canonico dicitur no-
ualis terra, ad culturam redacta de nouo, cuius non extat me-
moria quòd culta fuiſſet. extra de verbo. ſignifica. c. primo. &
c. quid per nouale. & extra de priuile. c. fi. Prætereà etiã de iu
re ciuili ſumitur in hac ſignificatione qñq, vt. ff. de pet. hære.
133 l. vtilis. ¶ † Item differunt iure ciuili. poſsidet etiam qui mala
fid. poſsidet poſtq præſcripſit. extra de præſc. c. vigilanti. &
Cod. de præſcrip. xxx. anno. l. ſicut in rem. &. l. omnes. ſed iu
re canonico non iure poſsidet qui mala fide poſsidet. non em̃
præſcribit aliquo tempore, vt extra de præſcrip. ca. vlt. & ex-
134 tra de verbo. ſignifica. c. ius dictum. ¶ Item differunt † iure ca
nonico, malefactores rerum eccleſiæ tanquam ſacrilegi ſub
iudice eccleſiaſtico poſſunt conueniri. extra de foro compe-
ten. c. cum ſit. de iure ciuili actor ſequitur forũ rei. C. de iuriſ.
om. iu. l. iuris ordi. &. l. ſeq. niſi forte in vno caſu. C. de epiſco-
pis & clericis. authen. item nulla communitas. & ibi no. ¶ Itẽ
135 differũt † iure ciuili. ſi quis petat plus re, cauſa, vel loco. ſi aliqd
damni infert: damnum in diſtractione ſportularum patitur. q
plus petit: in triplo, & in expenſis, per regulam generalẽ quæ
dicit victus victori &c. Co. de iu. l. properandũ. & inſt. de act.
§. ſi autem. ſed iure ca. cũ in foro eccleſiaſtico nõ ſeruent ſpor
tulæ, vt extra de ui. & ho. cle. c. cum ab omni. non condemna
tur in hoc triplo, ſed ad expenſas tm̃, vt extra de plus pet. c.
136 j. ¶ Item differunt † iure ciui. ſi quis legatum impediat tradit
hoſtibus, vt ſit hoſtium. ff. de legi. l. fi. ſed de iu. ca. excoĩcatur.
137 xiiij. diſtin. c. ſi qs. ¶ Itẽ differũt † iure ciuili, qui fugit in bello
publico, capite puniat. ff. de re mili. l. nõ oĩs. §. qui acie. ſed iu-
138 re ca. eſt infamis. vj. q. j. infamis. ¶ Item differunt † iure ciui.
quæ in bonis nullius ſunt, concedũtur occupãti, vt inſt. de re.
diui. §. itẽ ea. &. §. itẽ lapilli. ſed iure ca. in locis habitis ab ho-
ſtibus vel nemini attributis, aliqs epiſcop⁹ non põt occupare
diœceſim, vel ius parrochiæ, niſi ei concedatur à ſuperiore ex
tra de proba. c. cũ cauſam. & ibi p Inno. no. Inſurgit alia dif-
139 ferẽtia: † nam iure ciuili pẽdente qõne in integrum reſtitutio
nis, nihil eſt innouandũ. neque ſnĩa interim executioni man-
datur. C. nil. no. in integ. reſt. pen. in rubro & in nigro. ſed iu-
re ca. mãdatur ſnĩa executioni pendẽte. q. in inte. reſtitutio-
nis. dummodo interponat cautio de mãdando omnia retro ſi
contingat concedi beneficiũ in integrum reſtitutionis, vt ex-
tra de in integ. reſti. c. ſuſcitata. &. ij. q. j. ſicut: vel dic q ibi eſt
pręſumptio contra petentẽ in integ. reſti. vt no. in decre. ſu-
140 ſcitata. s̃. allegata. & ad hoc. C. ad. l. corn. de fal. ſatis. ¶ † Inn.
no. aliã differentiã inter ius canonicũ & ciuile, quia de iure
ciui. delegatus ab ordinarijs, nõ exeqtur ſnĩam ſuam. ſed re-
curritur ad delegatum, ut eã exequat: vt. ff. de re iudi. l. à diuo
pio. in princ. neque poſſet in poſſ. bonorum quem mittere. ff.
de iu. om. iud. l. iubere cauere. ſed iure cano. illa ſubtilitas nõ
ſeruatur. ex quo em̃ aliqd cõmittit: omnia videntur eſſe com
miſſa, quæ ad cauſam ſpectare dicuntur, vt extra de off. dele.
c. ſuſpicionis. & hoc no. ij. q. iij. c. quiſquis. & extra de fo. cõp.
141 c. ſi qs cõtra clericũ. ¶ Itẽ differũt † iure ciuili, ſi plures fuerint
in diſcordia. obtinet ſnĩa pluriũ. ff. de re iu. l. duo ex tribus. ſed
iure cano. non valet contra eũ q eſt criminaliter cõdemnatus,
ſed concors debet eſſe ſnĩa. vj. q. iiij. c. ſi qs epiſcopus. & no. ex
142 tra de iud. c. iij. ¶ † Itẽ differũt iure ciui. miſſus in poſſ. ĩ act.
reali. ſtatim poſsidet. C. de pręſcrip. xxx. vel. xl. annorũ. l. ſi qs
emptionis. §. pe. ſecũdũ Mar. Io. and. Azo. quamuis Gul. con
tra vt ibi no. iure aũt canonico miſſus in poſſ. in actione rea-
li non eſt verus poſſeſſor: niſi poſt curſum anni. ut extra de eo
q mit. in poſ. cã. rei ſeruandæ. c. ſi. & de of. or. c. paſtoralis ver.
verum, et no. de dolo & contuma. c. contingit. ¶ Item diffe-
143 runt † iure ca. bona hęreticorum publicantur, & filijs auferũ-
tur, & alijs propinquis. extra de hæreti. c. vergẽtis. &. xxxiij.
q. iiij. quaſi p totũ. Sed iure ciuili, nõ auferũtur filijs catholicis
C. de hęret. c. cognouimus & aut. item. ſed ſecundũ conſtitu-
tiones Federici cõſonare vñr iura canonica. ¶ No. aliã dif-
144 ferentiã † iure cano. bona eorũ qui cõmittunt enormia deli-
cta in eccleſia cõfiſcant in fiſcũ eccleſiæ. xvij. q. iiij. c. ſi qs dein
ceps, &. c. quiſquis. & no. xxvij. q. ij. c. ſi quis rapuerit. ſed iure
ciui. bona damnatorũ traduntur hęredibus. C. de bo. dã. aut.
145 bona. ¶ Item differunt † quia iure ciui. executio fit gladio in
talibus criminibus per iudices ſeculares. ff. de iu. om. iudic. l.
imperium. & de offi. pręſi. l. illicitas. §. qui uniuerſas. non ha-
bent hoc iudices canon. nec ipſe Papa quo ad executionem
146 xxxiij. q. ij. c. inter. ¶ Itẽ differunt. † nam iure ciui. infertur
pœna mortis. vt extra ne cle. uel. mo. ſententiam. q̃uis etiam
de iu. ca. ſint quędam pœnę q̃ ęquiparantur morti: q relinq-
tur iudici ſeculari ad puniendũ, ut extra de fal. c. ad falſario-
147 rum. ¶ † Item poſſumus notare aliam differentiam: qa iu
re ciui

re ciuili ſi quis appellat à ſnīa excōmunicationis, pendente
appella.non eſt excōmunicatus,ſed per appellationem ei re-
ſcinditur pronunciatum.ff.ad tertul.l.j.in fi.& qa appellatio
ne facta exemptus eſt à iuriſdictione eius & ſic ſua ſentētia eū
iterum non aſtringit.ff.de iur.om.iu.l.fi.C.ſi à non cōpeten.
iudi.l.fi.& à ſententijs quæ trahūt ſecum executionem etiam
appella re licet.ff.de pœn.l.qui ad ſtatuam.&.l.in ſeruorum.
§.qui ex cauſa.&.l.qui vltimo.& de appel.l.iiij.§.in diē.Sed
dic ꝙ aut fert in diem vel ſub conditione:& tūc ſi appellatur
interim non durat effectus excommunicationis. aut fertur
purè:& hoc caſu remanet excommunicatus etiam pendente
148 appellatione,vt extra de appel.c.paſtoralis.¶ Item†adhuc
aliam differentiam habemus:qa iure ciuili iudex appellatio-
nis nihil poteſt in prẹiudicium cognitionis de appellatione
&.C.de ap.l.iiij.ff.nil no.ap.pen.per totū.Sed iure ca.poteſt
iudex à quo appellatur ſtatuere terminum infra quem ap-
pellās proſequatur appellationem,vt extra de appel.c. cum
ſit romana.& in.c.abbate.& in concilio Lugd. de app. ordi.
149 ¶ Aliam differentiam † habemus:quia iure ciuili non po-
teſt appellari ab Imperatore, omiſsis medijs, vt in prẹſidi-
bus prouinciarū & alijs ad quos poſſet appellari ad Papam
omiſsis alijs extra de priuileg.c.antiqua.&.ij.q.vj.romanam.
150 & extra de ap.c.ſi duobꝰ.& ibi no.¶ † Amplius eſt alia dif-
ferentia de iure ciuili,non appellat ab interlocuto. uel graua
mine, vel ante diffinitiuam ſententiam.C.de iudi.l.apertiſsi-
mi.& de epi.audi.l.ij.& quorū appel.nō reci.l.añ diffinitiuā.
De iure verò cano.à qualibet interlocutoria vel grauamine
appellatur.de ap.c.cū cauſam.&.c.dilecto.&.c. vt debitꝰ.&
151 c.cordi nobis.extra eo.titu.¶ Item differunt†iure ciui.ſi ap-
pellatum eſt à iudice in vnam cauſam.in alia verò non poteſt
quaſi offenſum.ff.apud eum à quo appellari.l.vnica.iure verò
152 canonico ſecus.extra de appel.ad hæc.¶ Audi† aliam diffe-
rentiam iure quidem ciui.nō appellatur à momentanea poſ.
vt.C.ſi de momēta.poſ.fue.ap.l.vnica.&.ij.q.vj.c.ſi propter
§.ſi de poſ.ſecundū verò cano.appellatur,vt extra de teſti.c.
ſignificauerunt.& extra de electio.c.dilectus.& de appel.ſu-
per eo.& no.in dicto.c.ſi propter.§.ſi de poſ. ¶ Item diffe-
153 runt†iure cano.apertis & publicatis atteſtationibus. poſtea
in cauſa appella.non pñt recipi teſtes ſuper eiſdem articulis,
extra de teſt.c.fraternitatis.ſed iure ciui.ſecus: qa in cauſa ap
pellationis poſſunt recipi teſtes ſuper eiſdem articulis.C.de
ap.l.eos.§.j.&.ij.C.de tēpo.appel.l.ꝑ hanc.& not.in.d.c.fra
154 ternitatis.¶ Item differunt:†qa iure ciuili à ſententia epiſco
pi poteſt appellari ad ſecularem iudicem.C.de epiſcopa.au-
dien.aut.ſi qs litigantium. Sed iure canoni. appellatur à ſen-
tentia epiſcopi ad metropolitanum: vel ad Papam. extra de
offi.dele.c.j.& de offi.ordi.c.duo.&.ij.q.vj.ad romanā.¶ Itē
155 differunt†iure cano. non currit præſcriptio toto tempore
prẹlati male alienantis.vel dilapidantis,vt.xvj.q.iij.c.ſi ſacer
dotes.Sed iure ciuili non habemus hoc.ſed curreret præſcri-
ptio ſtatim poſt alienationem.C. de ſac.ſanc. eccle. authen.
156 quas actiones.¶ Item†probabiliter notari poteſt alia diffe-
rentia iure ciuili,inſpecto etiam in temporalibus cauſis iura-
tur de calum.C.de iureiu.propter calū.l.j.vbi dicit in omni-
bus.& ibi dū dicit,ſiue ꝓpter quicquid aliud fuerit iuratum
&c.ſed iure cano.in ſpiritualibus cauſis non iurat de calum.
ſed iuratur de veritate dicenda.vt extra de iur.calum.c. lite-
ras.& ibi no.& ratio redditur in tex.illius dicentis. Illud ve-
rò ſciendū eſt,ꝙ in ſpiritualibus cauſis non procedit ſecundū
157 leges, ſed ſecūdū canones,vt.d.c.literas.¶ Eſt & alia† differē
tia iure quidē cano.queſtio nataliū ſpectat ad iudicem eccle-
ſiaſticum.& ſi queſtio de ſucceſsione moueat corā iudice ciui
li,vel ſeculari,& incidat quæſtio natalium:nō decernet.extra
de ordi.cog.c.tuam.ſed iure ciuili de tali quæſtione inciden-
ter iudex ſecularis poſſet cognoſcere,vt.C.de iudi.l.quoties
de ordi.cogni.l.aditẹ.de iur.om.iud.l.ſi idem. ¶ Item diffe-
158 runt:†quia iure ca.minor cenſetur maior,in cauſa matrimo-
niali.extra de reſti.ſpo.c.ex pte.ſimiliter & in voto.xx.q.ij.
c.j.&.ij.& in his caſibus poteſt agere & conueniri.& ideo da
retur ei in integrum reſtitutio.Sed iure ciuili ſecus.C.qui le-
gi.perſo.l.j.ff.de mino.l.ait prætor.§. geſtum. ¶ Item diffe-
159 runt†iure ciuili.meræ negatiuæ nō poteſt fieri poſitio: qa ea
ſunt poſsibilia,quæ probalia,ſed merè negatiua non poteſt
probari.C.de proba.l.actor.& in locum probatiōis ſunt po-
ſitiones inductẹ:vt in aut.de his qui ingredi. ad app.l.ij.§. ꝙ
obſeruari de æquitate verò canonica meræ negatiuæ poteſt
fieri poſitio:ſi aliâs probari nō poteſt, & iudici æquum vi-
deatur,in decre.Innoc.quarti ſtatuimus.extra de confeſ. in
160 vj.¶ Item differunt†iure ciui.ſenes & valitudinarij nō com
pelluntur ad teſtimonium ferendum.iij.qō.iij. inuiti .ff. de-
teſt.l. inuiti.ff. de excu.tuto.l.ij. ſed iure cano. compelluntur
propter peccatū.extra de fal.c.j.&.xj.q.iij.c.quiſquis. extra
de iudi.c.nouit.eſt ar.de vaca.mu.l.j.§.corporis debilitas,&
161 extra de teſt,ſi qui teſtium.¶ Item differunt†iure ciui. pro-
pter crimen,& peccatum nō repelletur quis à teſtimonio,niſi
ſit quis damnatꝰ de crimine.ff.de his qui no.infa.l.athletas.§.
calumniator.ff.de teſt.l.iij.§.lex iulia..Iure ca.repelluntur cri
minoſi.ſiue ſint damnati ſiue non:dummodo probetur eius
crimen,vt extra de teſti.ſuper eo.&.c. teſtimonium. ¶ Item
162 differunt†iure ca.poteſt quis accuſari poſt mortem in qui-
buſdam caſibus,vt excommunicetur poſt mortem,vt in cri-
mine hæreſis.xxxiij.q.ij.c.fi.Item ſi hæreticos aliquos inſti-
tuit hæredes.extra de hæreti.c.ſi quis.Item ſi in notorio cri-
mine quis deceſsit.lxxxviij.di. ne qd.xxiiij.q.iiij.c. placuit.
de quocunq; crimine poteſt agi contra defunctum propter
damna illata ciuiliter,ſecūdū canonicā æquitatem. arg.xvij.
q.vij.ſi epiſcopum.extra de rap.c.pe.extra de vſur.c. in tua.
Iure verò ciuili,non permittitur aliquem accuſari poſt mor-
tem niſi propter bona.C.ad.l.iul.maie.l.fi.& de hæreti.l.ma-
nicheos.ff.de accu.l.ex iudiciorum. & ſi reus vel accuſator.l.
vlti.& de apoſta.l.apoſtatarum.& no.xxiiij.q.ij.in princip.
163 ¶ Item no.differentiam.†iure cano.non ſunt teſtes compel-
lendi niſi in cauſa criminali, vt de teſti. cog.c. delictorum. &
dic plenè vt ibi no. ſed in ciui. teſtes in qualibet cauſa com-
pelluntur exceptis quibuſdam perſonis.ff.de teſti.l.iulia. &
164 l.inuiti.& quod in eis no.¶ Item differunt.†iure ciui. nō re-
pelluntur à teſtimonio tanq̃ infames criminoſi, niſi ſint de
crimine condemnati.ff.de teſti.l.iij.§.iulia.iure verò ca. repel
litur criminoſus à teſtimonio, etiam ſi non ſit condemnatus
de crimine.extra de excep.c.deniq;. & ibi not. teſtimonium.
165 ¶ Item† differunt iure ciui.mulier non accuſat de adulterio
virum,maximè iure mariti : quia ipſa non habet thorum.C.
ad.l.iul.de adulte.l.j.& ſecūdū hoc loquitur cano.xxij.q.pri-
ma apud miſericordem.§.publica.ſed ſecūdū ca.videt ꝙ mu-
lier poſsit accuſare uirum de adulterio. extra de procura.c.
tuẹ.ar.in aut.vt lic.matri & auiæ.§.qa verò plurima.colla.ix.
166 & not.in alleg.§.publica.& dic vt ibi.¶ Item differunt:†qa
iu.ciui.agitur de pœna corporali imponēda,vt inſti. de pub.
iudi.§.ſicut.& in.§.iul.de adulte.&.C.de adulte.l.q̃uis.& in
aut. ibi poſita. Sed iure ca.agitur tantum ad ſeparationem
thori,& ad lucrum dotis,vel donatiōis ꝓpter nup. vt extra
de procura.c.tuæ.arg.C.de repu.l.conſenſu.& in aut. vt lic.
167 ma.& auiæ.§.quia verò plurima. ¶ Item differunt† iure ci.
allegata cauſa ſuſpicionis,iudex recuſatus compellit partes
arbitros eligere coram quibus litigatur.C.de iudic.l. apertiſ-
ſimi.&.l.cum ſpirituali.Sed iure canoñ.recuſati à iudice,eli-
guntur arbitri coram quibus cognoſcitur de cauſa ſuſpicio-
nis:& tunc ſi cauſa non fuerit vera:tunc idem iudex procedit
in cauſa,ſuſpicione illa non obſtante. Si verò inuenta fuerit
vera:ſi quidem recuſatur,iudex eſt ordinarius.aut compellit
partes eligere arbitros,aut remittet ad ſuperiorem, vt extra
de appel.reprehenſibilis.&.c.ad hæc.c,cum ſpeciali. Si verò
eſt delegatus,nullo modo æliget arbitros : quia ſuſpenſa eſt
eius iuriſdictio.extra de appel.c,ſecundo requiris . ¶ Item
168 differunt,†iure ciuili excludit maritus ab accuſatione adul-
terij,per ſpatium quinquennij.ff.de adul.l.miles.§.adulterij.
Sed iure ca.non excluditur quo ad petendum ſeparationem
169 thori.xxxiij.q.ij.c.admonere.& ibi no.¶ Itē differunt.† iu
re ciui.iudices poſſunt à partibus quæ coram eis litigant ali-
quid habere.ſ.delegati à principe in principio cauſæ duos
aureos.in fin.uerò alios duos,& non vltra, vt in aut. de iudi,
§.ne autem.& ar.C.de teſt.l.hac conſultiſsima.ordinarij autē
non debent habere niſi ſportulas.arg.C.de epiſ.& cle. aut.ge
neraliter.&.iij.q.iij.§.offeratur.ſed iure ca.iudices nihil poſ-
ſunt percipere vltra expenſas,quas delegati debent percipe
re quando proficiſcūtur extra de vi. & honeſta.clerico.c.cū
170 ab omni.& de hac materia ibi not.¶ Item differunt.†iure ci
uili in notorijs proceditur extraordinariè : ſed ſententia lata
etiam in notarijs contra ordinem iuris non valet.C.de ſentē.
l.prolatā.& de accu.l.ſi abſentem.Sed iure cano.poteſt pro-
cedi extraordinariè,& iuris ordine nō ſenato.extra de coha.
cle.& mu.c.veſtra.&.c.tua nos.& de hoc no.in.c. veſtra. per
171 Innocen.¶ Item differunt.†iure ciui.ea quæ deſiderant cau
ſæ cognitionem & decreti interpoſitionem, & expediuntur
officio iudicis,non delegant.ff.de offi.procō.& le.l.nec qcq̃.
§.vbi decretum.ſed iure cano.ſecus.extra de offic. Archidia.
c.ad hoc.&.c.j.&.x.q.j.c.epiſcopꝰ.&.c.placuit.& no. ꝑ Inn.
172 extra de reli.do.c.conſtitutꝰ.¶ Item differūt.†iure ciui.plu-
ribus diuerſiſq; actionibus perſonalibus, poteſt quis con-
uenire eundem coram diuerſis iudicibus: niſi ratio diuerſi-

tatis impediat.ff.ex quib.cau. in poss.ea.l.j.&.ij.C. de iudi.l.
nulli.&.ff.de libe.causa.l.si pariter.&.l.cognitio. sed iure ca.
secus, vt extra de rescrip.c.quia nonnulli. ¶ Item differunt.
173 †iure ca.parentes admittuntur ad testimonium faciendum
de consanguinitate, quæ dicitur inter virum & vxorem.vtrũ
sit vel non sit.& hoc fauore matrimonij.& quia per eos me-
lius sciri potest, quàm per alios, vt extra qui ma.accu.poss. sed su
per ipso cõtractu matrimonij, distinguitur, vt extra de testi.
super eo. Iure verò ciui. parentis testimonium in causa filij,
174 non valet.C.de testi.l.parentis. ¶ Item differunt.†iure ciui.
ordinarius causas medias non potest committere, nisi iusta
causa & appello causas medias, causas pecuniarias, de trecen
tis aureis.C.de peda.iudi.l.placet.& ibi not.Sed iure ca.po-
test committere sine aliqua iusta causa.dum tamẽ se maliciosè
exonerare non quærat, vt extra de officio.deleg.c.pastoralis.
in principio.& ibi de hoc, & hoc modo intelligitur eodem
titu.& pro debilitate quàm quis prælega.decre.in delegato à prin
175 cipe vel Papa loquatur. ¶ Item differunt.†iu.ci. potest ferri
prorogatio de persona ad personam habentem iurisdictionẽ
ordinariam, vel etiã delegatam.C.de iu.om.iud.l.j.& ibi not.
ff.de iudi.l.ij.in princip.sed iure ca.secus.extra de offi.deleg.
176 c.p.&.g.& ibi not. ¶ Item differũt.† iure ca. potest accusare
vir vxorem adulteram, & agere solùm ad separationẽ thori.
& est hic modus agẽdi:nec est materia ciuilis, nec materia cri
minalis, vt extra de pcu.c.tuæ.vbi de hoc. Sed iure ci.non ha
bemus iustum modum agendi:imò vir primò debet se inscri
bere, & accusare vxorem de adulterio, vt puniatur pœna le-
gali, & postea eã repudiare, vt in aut. vt liceat matri & auiæ.
177 §.quia verò plures. ¶ Item differunt. †iure ci. filiusfamilias
in omnibus causis regulariter nõ potest esse in iudicio, absq;
consensu patris.nec etiam in castrensi, vel quasi, vt.C. de bo.
quæ libe.l.cùm non solum.§.necessitatem.&.ff.de ma.l.j.§.fi.
&.l.ij.ff.de castren.pecu.sed iu.ca.tenerem⁹ quod in spiritualib⁹
potest esse in iudicio sine patris consensu, sed potest requiri
authoritas sui prelati.de hoc not.de procura.c. accedens.per
178 Inno.& extra de æta.& quali.indecorum. ¶ † Aliã differen-
tiam no.quod iure ciuili hæres qui fecit inuentariũ non tenetur
vltra vires hæreditarias.C.de iure deli.l.scimus.& ibi de hac
materia plenè no.sed iure ca.illa solẽnitas non videtur atten-
di, sed in contractibus & in delictis si aliquid peruenerit ad
heredem, siue nihil siue lis fuerit cõtestata cum defuncto siue
non: semper hæres tenetur insolidũ.xvj.q.vj.c. si episcopũ.
extra de rap. in literis. & de hoc habemus not.xij.q.ij.c.epi-
scop⁹ qui filios. ¶ Per quę apparet etiam in alio casu, differ
re à iure ciuili quod hæres non tenetur de delicto defuncti, nisi
lis fuerit cõtestata cũ defuncto.C.ne ex delic.defunc.l.vnica.
& ibi plenè not. Item iure ciuili hæres non tenetur nisi pro
portione pro qua est hæres.C.de hære.act.l.quod hæredita-
179 rijs. ¶ No.aliam† differentiam:qa iure ciuili subsequens con
suetudo vincit legem, & præiudicat iuri scripto. & quidem
generaliter si generalis.specialiter autem quando particula-
ris est consuetudo in aliquo loco.ff.de leg.& senatusconsul.l.
de quibus.in fi.C.quæ sit lon.consuetu.l.ij.& ibi no.ff.com-
munia prędio.l.venditor.§.si constat.iure verò canonico ita
demum præiudicat cõsuetudo iuri communi, si rationabilis
& legitima præscripta est:vt extra de consu.c.fi. ¶ Illud aũt
non omitto:quia leges sumunt consuetudinem, quæ attẽdit
circa factum & processum iudi.& etiam quæ attenditur cir-
ca gesta communiter hominum alicuius ciuitatis, castri, vel
terræ.Sed canonistę sumunt consuetudinem quæ attenditur
circa priuatũ ius aliquorum.& ita loquitur dicta decretalis.
de causa poss.& proprie.c.cum ecclesia.quæ quidem consue-
180 tudo de iure ciuili appellatur prescriptio. ¶ Item no.†aliam
differentiam.de iure cano.locus fit religiosus, vel res, autho-
ritate pontificis.de reli.domi.ad hoc sed iure ciuili fit religio
sus ex eo quod mortuus infertur vel cum inde extraheretur, vel
etiam cũ ab hostib⁹ capitur, desinit esse religiosus.ff. de reli.
181 l.cum in diuersis.&.l.cum loca. ¶ Alia† est differẽtia. iure ca.
homines sunt sepeliendi potius in ecclesia quàm alibi: quia eorũ
proximi quoties ad eadem loca sacra veniũt, & eorum sepul
turas inspiciunt recordantur de eis & pro eis domino preces
fundunt.xiij.q.ij.sed non deprimunt. Secunda ratio est:quia
specialiter commendatur patrocinijs illorum sanctorum, in
quorum honore dedicata est ecclesia illa, vt eadem.q. nõ esti-
memus.ad fi. Tertia est ratio : quia minus ibi vexantur à de-
monijs.vnde in cemiterijs videtur esse requies defunctorũ.
xxij.q.ij.aut.sed lex præcepit ne corpora in ciuitate sepeliã-
tur ne ciuitas corrũpatur fœtore.C.de reli.l.monumentorũ.
182 ¶ Item not.†aliam differentiam.secũdũ leges in vsucapione
requiritur bona fides tãtum ab initio.C.de vsuca. transfor.l.
vnica.§.hoc tantummodo.de iure ca. cõtinuo exigitur bona
183 fides.xvj.q.iij.§.potest. ¶ Item† secũdũ leges, in longissima
præscriptione non requiritur bona fides:nec iustus titulus.
C. de anna.exce.l.j. secundum ca. præscribens debet habere
bonã fidẽ aliàs præscriptio non procedit.extra de præscrip.
c.vigilãti.xxxiij.q.ij.si virgo. Et aduertẽdum est quod secundũ
cañ.non requirit titulus in longissima pscriptione. extra de
præscri.c.si diligẽti.& ibi no.& hoc habes plenè.xvj.q.iij.c.
in summa. ¶ Est & alia differẽtia circa idẽ.secũdũ.l.interrupta
præscriptione p litis contestationem potest postea præscri-
bere possidens.C. de præscrip.xxx.ann.l.fi.sed secundũ ca.
non potest postea præscribere possidẽs cùm presumatur ha
bere malam fidẽ, & de suo iure titubare.C. de acquiren. pos.
l.nemo.vnde nõ prescribet ad mille annos, vt extra de pscri.
184 quoniam.& not.hoc.xvj.q.iij.per singulas. ¶ Alia potest†
differẽtia notari.iure ciuili nulla pœna debet excedere qua-
druplum.insti.de act.§.omnes.Iure verò cano.aliter inuenit
iustitia suadente.xvij.q.iij.c.quisquis.&.xij.q.ij. cùm deuo-
tissimam.& hæc de istis dicta sufficiant.

¶ Expliciunt differentiæ inter ius canonicum, & ciuile secũ
dum Bar.à Saxoferrato eximium legum doctorem.

a ¶ Tractatus de guelphis. Adde quod iste est tracta. Bar. de quo vide Bal. ĩ l.j.C.ad.l.iul.mai. & in.l.filium.C. de suis & legiti.& Marti. lau. in suo tractatu de principibus. ĩ,.§.cliiij. vbi videas. & adde quod partis guelphæ. & gebellinę nulla est maiestas: & ideo inter ipsos non committitur crimẽ læsæ maiestatis. vide do. Bartho.soci. in consi. xxij.inci.sequẽdo in.ij.col. Tho.

a *Incipit tractatus de guelphis[a] & gebellinis domini Bartoli a Saxoferrato.*

SVMMARIVM.

1 *Guelphi & gebellini originẽ sumpserunt tempore Federici Barbarossæ.*
Guelphi zelatores fidei, os loquens, & confidẽtes in orationibus interpretãtur, & sequentes ecclesiam.
Gebellinus in fortitudine confidens interpretatur, & existens contra ecclesiam.
2 *Guelphus hodie dicitur, qui affectat statum illius factionis quæ in aliquo loco appellatur guelpha:nõ habito respectu ad ecclesiam. Gebellinus affectans statum illorum qui appellantur gebellini, nõ habito respectu ad Imperatorem.*
3 *Guelphus quis non potest esse in uno loco, & in alio gebellinus, accipiẽdo guelphum & gebellinum propriè primo modo.*
4 *Guelphus quòd hodie quis esse poßit in uno loco, & in alio gebellinus.*
5 *Quis uno respectu potest esse guelphus, & alio gebellinus.*
6 *Partialitas guelpha, uel gebellina, quæ tendit ad propriam utilitatem & non ad bonum publicum, est illicita.*
7 *Partialitas guelpha uel gebellina tendens principaliter ad bonum publicũ, ut ciuitas rectè gubernetur, est licita.*
8 *Partialitas quæ uult deponere aliũ de regimine est illicita, si regimen erat bonum. secus si tyrannicum, & malum.*
9 *Qui conatur deponere tyrannum, etiam si peruenerit ad actum, non tenetur pœna de seditiosis si hoc agit ad utilitatem publicam.*
10 *Honestum uirum non decet esse factionis guelphæ uel gebellinæ, nisi ex magna causa.*
11 *Guelphum esse uel gebellinum, qualiter probetur?*
22 *Euntes in exercitum de mandato regentium ciuitatem, non dicuntur esse factionis regentium.*
13 *Filius præsumitur esse illius factionis, cuius erat pater.*
14 *Statutum Pysanum quòd nullus guelphus ad aliquod officium remittatur intelligitur de eo qui esset factionis guelphæ in ciuitate Pisarum.*
Statutum, in dubio intelligitur de his quæ fiunt in territorio statuentis.
15 *Ciuis Pisarum qui adheret ciuitati insidianti ciuitati Pisarum, dicitur guelphus.*
16 *Ciuis Pisarum qui gerit officium in ciuitate Perusij quæ guelpha est, non tamen dicitur guelphus in ciuitate Pisarum.*
17 *Ciuitatem aliquam esse factionis guelphæ uel gebellinæ, qualiter probetur?*
18 *Aliquem mutasse factionem, qualiter probetur?*

ISta cum circa literalem expositionem scripsissem. & super hãc tertiã partem, Tyberis meus anim⁹ ferretur reperi me.j. centesimum lapidem ab vrbe Romana prope ciuitatem Tudertinã: ibiq; vidi quod ea quæ literaliter scripta sunt de flumine, & ei⁹ alueo allegoricè, & moraliter dici possunt de his quæ in ciuitate Tudertina pręcipue frequentantur.nam tota nostra vita flumen, seu aqua fluminis est iuxta illud omnes morimur & quasi aqua dilabimur in terrã quæ &c.ij.Reg.c.xiiij. Alueus verò super quem iste aquæ decurrunt, sunt illa ad quæ affectiones habemus:iuxta illud Matth.v.c.ubi est thesaur⁹ tuus ibi cor tuum. ¶ In illa uerò ciuitate Tudertina reperi duas factiones.quidam enim vocanrur guelphi, quidã gebellini. &
ibidem

ibidem in quolibet officio publico dicebant esse, tot de vna affectione quot de alia. contingit. etiam ꝙ ille qui est de una affectione certo tempore mutat alueum & incipit esse de alia & circa hæc plura dubia oriuntur. Ideo aliqua videamus. Primò, unde illa nomina originem sumpserunt, & de eorum significatione. Secundò quid hodie importent. Tertiò, utrũ habere istas affectiões sit licitum? Quartò, qualiter probetur aliquem esse istarũ affectionũ siue loquamur de priuato siue de republica. Quintò qualiter probetur aliquem affectioné mutare.
1 ¶ Circa † primum sciendum est quòd olim magna
a discordia orta fuit inter Romanam ecclesiam & Federicum qui uocatus est Federicus barbarossa[a]: tunc Romanorum Imperatorem à quo cum in ecclesiæ deuotione persisteret, aliquas leges habemus, vt patet in usibus feudorum quem post ca ecclesia priuauit imperio, vt. c. ad apostolicæ. de re iudic. lib. vj. & de elec. c. fundamenta. & in Alemania agnatio illius Federici, cognominabatur domini de gebello: cùm tamen dicta discordia diu duraret, magna pars Italicorum adhæsit illi Imperatori deposito: & illi dicti sunt gebellini, quasi adherentes illi domino de gebello. Alij verò adheserunt eccle. & vocati sunt guelphi, quasi zelatores fidei. de prędictis habemus figuram. j. Regum. vlti. c. & ij. Regum. j. ca. in princip. vbi fuit conflictus & occisus in monte gebello qui interpretatur locus fortitudinis. ita ille Federicus Imperator, quoniã tunc reprobatur confidens de fortitudine domus suæ de gebello conflictus & confusus fuit à guelphis hoc est à zelatoribus fidei. Hoc enim nomen guelphi habetur Geñ. xxx. c. & interpretatur os loquens. quod in proposito ecclesiæ congruit. per uerba enim excommunicationis sententiæ prolata per summum pontificem fuit ille Imperator confusus. propriè ergo loquendo sicut gebellus interpretatur locus fortitudinis: ita gebelli appellantur confidentes in fortitudine, scilicet tempore militum & armorum. & sicut guelpha interpretatur os loquens, ita guelphi interpretantur confidentes orationibus & in diuinis: sicut faciebat Iustinianus Impe-
2 rator. C. de vete. iur. l. j. in princip. Circa secundum verò † quid hodie dicta nomina importent, dico ꝙ ex prædictis apparet prædicta nomina significare affectiones hominum. affectantes enim statum ecclesiæ contra illum inimicum uocantur uno nomine. hodie uerò nomina prædicta durãt propter alias tamen affectiones. uidemus enim plures qui guelphi uocantur, esse rebelles imperij. sed sicut contingit in prouincijs & ciuitatibus in quibus sunt diuisiones & partialitates, necesse est ut dictæ partes aliquo nomine uocentur. ideo dicta nomina imponuntur tanꝗ magis communia. In quibusdam verò locis ad alia particularia deuenitur. de quibus ad præsens non curo. & istę sunt partialitates, ut. ff. de capti. l. si quis ingenuam. §. qui alterutras. ¶ Dico ergo ꝙ hodie ille dicitur guelphus qui adheret & affectat statum partis, quæ appellatur guelpha. & gebellinus qui adheret & affectat statum partis quæ appellatur pars gebellina. & in hoc non habetur cõmuniter respect⁹ ad ecclesiã uel imperiũ, sed solũ ad illas partialitates ꝗ in ciuitate uel ꝓuincia sunt, vt. d. §. q alterutras. & ibi sentit glo. sup ver. dissensissent dũ dicit, uel ciues cõtra ciues, uel una ciuitas contra aliam. Item dictæ partialitates sunt quandoq; inter prædictos: & tamen nullus rebellat domino suo, scilicet ecclesiæ, imperio, uel Regi, uel pupillo qui tenet imperium: ut. d. l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. & illa uerba esse ostendunt accidentia facti. ex hoc infero tria.
3 ¶ Primum † ꝙ si accipitur guelphus & gebellinus prout primo modo fuit inductum, quis non potest esse uno loco guelphus & alio gebellinus. Ratio est: quia illę affectiones scilicet ecclesiæ uel imperij, reprobatę respiciunt uniuersaliter totũ mundum & uniformiter. ideo dicere ꝙ quis uno loco esset vnius affectionis, & alio loco alterius, contineret repugnantiam: sicut quis tutor non potest esse author duorum pupillorum inuicem litigantium super eodem: vt. ff. de autho. tut. l. accipientis. & ibi not. facit quod dicitur: nemo potest duobus dominis seruire, scilicet contrarijs. Matth. vj. capitu.
4 ¶ Secundò infero, scilicet quòd † secundùm dicta nomina hodie accipiuntur ꝙ quis in uno loco potest esse guelphus, & in alio gebellinus: quòd patet. dictę affectiones sunt circa diuersa, ut patet. pone ꝙ in una ciuitate est unus Tyrannus qui cum sua secta dicitur guelphus, cui affectioni aliquis bonus homo est aduersus: quia aduersatur isti homini tyranno: in illa terra dicitur gebellinus: & in alia ciuitate non dependente ab illa ponatur unus Tyrannus gebellinus: certè ille bonus homo aduersabitur illi Tyranno & ibidem est guelph⁹. arg. eius quod dicimus de tutore qui potest esse actor utriusq; eorum qui contendunt circa diuersa tamen, ut. d. l. accipiẽtis.

5 ¶ Tertiũ infero, scilicet quòd † quis uno respectu potest esse vnius affectionis, & alio respectu alterius. Exemplum: in ciuitate Perusij, sunt multi qui uolunt reputari gebellini respectu primo. quæ nomina istarum affectionum fuerunt inducta quasi reputantes sibi ad honorem ꝙ tam antiquo tempore sui genitores ita nobiles fuerunt ꝙ illius affectionis reputarentur. Sed ꝗtum ad statum qui modo regit ciuitatẽ, sunt Guelphi: ideo dicit se gebellinum origine, sed Guelphũ quo ad statutum ciuitatis nec est contradictio quando diuersis respectibus ista proferuntur. facit id quod dicimus ꝙ eodem respectu pro eadem pecunia quis non potest esse principalis & fideiussor, vt. l. generaliter. de fideiusso. sed diuersis respectibus sic, vt. ff. de duo. l. reos. in principio. ¶ Circa tertiũ,
6 scilicet † utrum habere istas affectiones sit licitum? dic si plures sunt unius affectionis, uel si quis adheret uni affectioni, non propter bonum publicum, sed propter propriam vtilitatem, uel vt alius opprimatur. istud est simpliciter illicitum, & si hoc inuicem conuenerint, esset punibile quasi contrahentes societatem in pœnam innocentium, vt. ff. ad leg. iul. de
7 vi. l. ex senatuscon. & de concussionibus. l. j. quandoq; † tamẽ quando est una pars in ciuitate, tendens principaliter ad bonum publicum vt ciuitas rectè & quietè gubernetur: nec tamen posset aduersarijs resistere, nisi sub uno partialitatis nomine: & tunc puto talem affectionem, & partialitatem communi esse licitam. sicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos, ita multòmagis ad tuitionem publicam. vt
8 ff. de ui & ui ar. l. iij. §. cum igitur. quandoq; † non solum vult vna pars resistere, sed vult ponere de regimine alios regentes: tunc si quidem insurgerent aduersus istud regimen: istud esset simpliciter illicitum: vt. C. de seditiosis. l. j. & ibi not. de eo qui volebat deponere potestatem. ¶ Si uerò regimen ꝙ uolebat deponere erat tyrannicum & pessimum: tũc cum esset vnius partialitatis, licitum est duobus concurrentibus primò habendo recursum ad superiorem non possit illa tyrannis deponi sine magna difficultate. Secundò ꝙ ipsi hoc faciant propter vtilitatem publicam: vt status ciuitatis restauretur. secus si hoc facerent vt ipsi nouam tyrannidem innouarent alijs expulsis. ¶ Primum probatur: quia licitum est eis ius dicere ꝓpria authoritate quãdo nõ habetur copia iudicis: vt. C. de iudi. l. nullus. & ibi no. ff. de his quæ in frau. cre. l. ait pretor. §. si debitorem. & xxiij. q. ij. c. dixit domin⁹. Si ergo licet pro singulari cõmodo, ergo licet ad liberandam rem pub. ad quam defendendam omnes admittunẽ: vt. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. fi. & l. seq. præterea si hoc ꝑmittitur contra depopulatorem agrorum uel desertorem militiæ; multòmagis debet permitti contra eos qui ipsam rem publicam, & eius statum depopulantur, vt redigãt sub iugo seruitutis. ¶ Secundum probatur, ꝙ ad propriam utilitatem non liceat: qa illi qui occupatam per tyrannidem tenent; rem pub. vel eã possident ab ipsa repu. uel dño superiori, vel ab aliquo priuato. Alius qui talem tyrannum deponere conatur propter se, uidetur facere illicitum: vt. ff. de ui & ui ar. l. j.
Mortuus ut ex aspectu recognoscatur.exhibetur.

47 Testis deponens super longitudine,uel latitudine alicuiꝰ rei probat si dicit quòd uidit mensurari.& idem si

Testis dicit rem magnã,uel paruam,quia uidit.

48 Testis deponens super mẽsura fundi,uel muri limitatè probat.si est peritus in mensura,& dicat se mensurasse,uel mensurari uidisse.

Mensura fundi,indeterminatè ab oĩbus cognosci pōt.

49 Pondus determinatè probatur per testes,dicẽtes se ponderasse,uel uidisse põderari,indeterminatè uerò si dicit q, manibus ponderauit.

50 Testis deponens determinatè circa mensuram uini,uel olei: si dicit quia mẽsurauit,uel mensurari uidit,probat.si uerò indeterminatè:satis est q, dicat q, uidit.

51 Mensuratio totius corporis,in non consistentibus pondere, numero uel mensura difficilis est:& nõ fit nisi à peritis.

52 Quantitas corporum separatorum,quorum numeratio est facilis,fit per numerationem.

53 Testis si dixit q, uidit tradi.x.corbes frumenti probat.secus si dicit quòd uidit tradi aceruum frumẽti:quod erat.x. corbes.

54 Testis deponens de quantite urbis, qualiter deponere debeat ut probet?

55 Fama probat quantitẽ, numerũ miliarium existentium de loco ad locum.
Mensura quantitatis miliarium, fit per longitu dinem itineris secundũ ꝙ commeatur.
Mensura super distantia, uel uicinitate, fieri debet per directũ: & qñ per terram fieri non potest, fit per aerem cum chordula,
56 Intelligere substãtiam incorpoream, non pertinet ad iuristam.
57 Miraculum dicitur quasi admiratione plenum: & est id cuius effectus est manifestus: & causa eius omnibus simpliciter occulta.
Miraculorum tres gradus, & qualiter probentur?
58 Qualitates substantiæ animatæ, anima rationabili sunt tres.
Sacramẽtũ est sacræ rei signũ. item inuisibilis gratiæ, uisibilis forma.
59 Christianum aliquem esse, uel sacerdotem, qualiter probetur?
60 Iuristam aliquem esse, qualiter probetur?.
Iurista an sit sufficiens ad doctoratum, probatur per testes eiusdẽ, uel maioris peritiæ
61 Testis deponens aliquẽ Cerdonem alicuius artis, si dicat ꝙ uidit eum exercere dictam artem, probat.
Cerdonem esse bonum, probatũ per testes eiusdẽ uel maioris peritiæ.
62 Mercatorem esse, officium est, non artificium.
Mercator dicitur, qui cum quadam perpetuitate mercatur.
Mercatorem esse, qualiter probetur per testes.
63 Mercator qui per quinquẽniũ dimisit cõsuetudinẽ mercandi, nõ dicitũ mercator: & ex hoc probatur quòd desinit esse mercator.
64 Artifex qui per decenniũ artem nõ exercuit: nõ dicitur artifex, & ex hoc probatur quod desijt artifex.
65 Scholaris ꝙ desierit esse scholaris, quãtũ tẽporis requiratur arbitrio iudicis relinquitur.
66 Virtus est habitus electiuus in mediocritate consistens, quo ad nos determinatam rationem, & ut sapiens determinabit.
67 Virtuosus quis probatur, probando actu tales, qui apud iudicem & bonũ uirum, uirtuosi determinantur.
Iudex apud iuristas, dicitur bonus uir.
68 Virtutum moraliũ, quatuor sunt cardinales. s. prudentia, iustitia, fortitudo, & temperantia.
69 Prudentia est habitus, cũ ratione actiuus, circa bona, uel mala.
Scientia, sapientia, & prudentia differunt.
70 Sapientia est habitus speculatiuus, considerans causas altißimas, & ad iuristas etiam spectat.
71 Scientia est habitus speculatiuus, demonstratiuus ratione uera, cõsiderans causas inferiores, & hæc spectat ad naturales, & etiam ad iuristas.
Lex est inuentio, & donum Dei.
72 Ars est habitus, ratione naturæ factus.
Ius ciuile appellari potest, sapientia, & ars.
73 Prudentia consistit circa particularia, & ea quæ cõtingenter eueniunt, ut inter se consiliari & disputare, & recta ratione uniuersalia particularibus congruentius applicantur.
74 Prudentẽ aliquẽ esse, qualiter probetur, & quod requiruntur octo, scilicet memoria, intelligentia, experientia, docilitas, deliberatio, solertia, prouidentia, circunspectio, & cautio.
75 Prudens quilibet præsumitur, nisi contrarium probetur.
76 Prudens prudentia perfecta, ea perfectione quæ in hominem cadere põt naturaliter, qualiter quis poßit esse?
77 Prudentia particularis est, cũ ad sui ipsius quidam prudentes inueniũtur, qui habent ea quæ generaliter supra de prudentia dicuntur.
78 Heremitæ et uitæ contemplatiuæ dediti: quo ad se, sunt boni & prudentes & aliorum negotiorum inexpertes.
Heremitæ excusantur à tutela, & ad prælaturã nõ promouẽtur: & si sunt uitæ laudabilis, in testimonijs multum creditur.
Episcopum oportet esse prudentẽ, non solũ literarum peritia, sed secularium negotiorum dispensatione.
79 Economica prudentia, pertinet ad regimen familiæ.
80 Carolus quartus conceßit Bar. & eius descendentibus potestatem cõcedẽdi ueniam ætatis.
81 Mores ciuitatis, qui dicantur.
Habitus in moribus probatur, per tempus trium annorum,
82 Aliquem honestè uiuere: qualiter interpretetur?
83 Testis qui dicit aliquem prudentẽ, diligentemq; patremfa. quia per triennium uidit diligẽter gerere negotia sua: probat, & interrogatus quid respondeat.
Testis qui dicit se continuè uidisse, intelligitur de uisione continua, quæ cadit in socium, uel uicinum.
84 Modicus defectus animæ non facit quẽ non prudentẽ uideri, sed uitium notabile & damnosum.
Iudæus publicus fœnerator, non reprobatur ut imprudens.
85 Prudens ut quis dicatur & diligẽs circa celebrationẽ actus particularis à se gesti siue gerẽdi, tria sunt necessaria, scilicet prudẽtia, circunspectio & cautio, qualiter testes reddere habeant causam cum deponant.
86 Prudentia regnatiua, consistit in bene operando bonũ finẽ: hoc est in quietem & bonũ subditorũ, non in finẽ sui lucri, uel gloriam.
87 Prudentia regnatiua in principe præsumitur: qñ gradatim ascendit, uel ꝙ ita de eo sit fama, uel ex unico actu notabili declaratũ, & hoc iure ciuili.
88 Prudẽtia regnatiua, alia in principe ecclesiastico, alia in seculari requiritũ.
89 Nullus uilis, qui ex turpibus lucris lucratus est dignitatem, habet prudentiam regnatiuam.
Ad probandum in aliquo esse prudentiam regnatiuã, non requiritur tantum tempus, quãtum in economia.
90 Actum particularem fuisse prudenter factum à regente, ꝙ probatur per circunstantias, ut supra in economica.
91 Prudentia ciuilis siue politica, quæ in subditis requiritur, cõsistit ut in bonum finem domini operetur.
Mercatorem, uel artificem prudentem diligentemq; esse probatur, ut supra economica.
92 Prudentia militantis, consistit in bene operando, in finem uictoriæ, ob quietem reipublicæ.
Prudentia militaris, ꝙ in aliquo sit generaliter uel particulariter, qualiter probetur?
Nobilis & assuetus equis præsumitũ ꝙ præualeat in militia equestri.
Carnifices & fabri præsumuntur, ꝙ præualeant in militia pedestri.
93 Imprudentia, quæ contingit ex ætate uel casu, est opposita prudentiæ particulari ad suijpsius regimen.
94 Furiosum quem esse probatur, si testis dicit ꝙ uidit eum furere, & actũ furiosum facere: secus si dicit quia uidit eum carceratum, nisi adderet & audiuit uerba insania dicere.
95 Actus factus ab habente dilucida interualla, qñ in furore, & qñ in sana mente dicatur factus.
96 Aliquem furorem fingere, & ex suspicione, põt cognosci.
De quodam qui biennio finxit se dementem, ut uindictam de inimico sumeret: & fecit.
97 Imprudentes ex sensus defectu. qui?
Mutus & surdus qualiter dicantur: & probentur imprudentes.
98 Mente capti: alij stulti, alij fatui: & qualiter probentur.
Stulti dicti à stupore: quia stupẽda nõ stupẽt, & nõ stupẽda stupent.
Fatui à fando dicunt. i. loquẽdo, quia suã fatuitatem loquẽdo fatentur.
99 Alia quæ opponuntur prudentiæ economicæ.
100 Dolus est omnino oppositus prudentiæ economicæ.
101 Dolosus, deceptor: uel similis: ꝙ quis sit probatur ex uno actu.
Dolosus quis nõ dicitũ, si post dolũ cõmissum ꝑ triẽniũ bonã uitã ducat.
102 Dolus an fuerit commissus in aliquo actu particulari, qualiter probetur?
103 Testis deponens aliquem fugitiuũ, equũ calcitrosum: uel quid simile: ut ꝓbet, qualiter deponat circa scientiam.
104 Asserens aliquid esse ꝙ nõ est, qñ dicatur dolũ committere, & nu. 117.
Scientia alicuius, tripliciter sumitur.
105 Dolus aduersus solertiam, qualiter probetur?
106 Dolus dicitur ꝙ uerbo uel facto committitur: fraus quod facto.
107 Latior culpa, an sit dolus.
108 Dolus manifestus dicitur de quo præsumptiones ita claræ sunt, ut iudex in claram fidem inducatur.
Dolus præsumptus dicitur, qñ præsumptiones nõ sunt ita claræ, sed aliqua indicia apparent.
Minor, excusatur à dolo præsumpto.
109 Lata culpa est deuiatio indeliberata, ab ea prudentia quæ inest communiter omnibus qui sunt eiusdem instructionis & professionis.
110 Lata culpa, potest committi contra quãlibet prudentiæ partem. & numero. 111. 112. & . 113. & . 114.
115 Leuis culpa ad quem propriè pertineat, & quibus modis cõsideretur: & nume. 116.
118 Ex omißione etiam & culpa committitur. & nu. 119.
120 Leuis culpa qualiter diffinitur, & quot sunt eius species: & quomodo debeat æstimari. & nu. 121. 122. & . 123.
Et quid leuior culpa & leuißima. & qualiter diligentes, diligentiores, & diligentißimi cognoscantur. & nu. 124. & . 125.

TEstimoniorum usus frequẽs est & necessarius. Et circa personas & modũ producendi, cogendi, & iurãdi examinãdi: & publicãdi multa dubia oriunt: ad quę declaranda pręsens opusculum intẽdit. Postq̃ uero, prędicta discussa sunt, ad dicta testium litigãtes ueniunt. & an dicta sufficientia sint ad probandum id ꝙ intẽdit: ad disputationem ueniunt. super quo iurium conditores & antiqui iuris interpretes: ac etiam moderni cuncta uniuersaliter tractauerunt, quod ad particularia trahere est contentiosum partibus: iudicibus durũ: qm̃ contra se molestè ferunt litigantes: propter quę ueritas sępe subuertitur: & scandala sępe oriuntur. Super his uiri scholastici & etiam causidici remanent scientes: quibus obuiare cupit scribentis intentio. Igitur prout ille qui trinus & unus, bene ministrabit eidem ita posteris tradet: & si quid bene traditum est, ei soli ascriba

tur. si quid verò minus bene, vel imperfectè imbecillitati scribentis illud lector attribuat. Omnis enim imperfectio quę hic est scribentis est. audet enim scribens scribere: quia etiā minus bene dicta prosunt: incitant enim alios ad inuestigationem perfectam. Cupit igitur scribens corrigi & suppleri. charitas enim eum incitat ad laborem, vel vt detur sitientibus potus, vel vt via aperiatur per quā inducatur intelligentia vbi his plena sunt vasa, ille qui scribit est Barto. de saxofer. ll. doc. minimus Perusiī ciuis. cuius in tradendo forma hæc est, hoc vnum opusculum quod facit testimoniorū liber, vocatur. qui liber per rubricas subscriptas diuiditur. quęlibet autem rubrica per multas particulas diuiditur, sicut sunt multa testimonia, & quęlibet per se particella testimonium nuncupetur, seu nominetur &c.

TEstium dicta an probēt, princeps certa lege non tradidit: sed ius dicenti in hæc verba rescripsit, vt. ff. de testa. l. iiī. §. idem diuus. Tu magis scire potes quāta fides adhibenda sit testibus, qui & cuius dignitatis, & cuius æstimationis sint, & qui simpliciter visi sunt dicere verum vtrum vnum eundemq; præmeditatum sermonem pertulerīt, an ad ea quę interrogaueris ex tempore verisimilia respōderint. Hic annotandum est piīssimum principem non in sola iudicis potestate hęc posuisse, sed & quatuor consideranda iniunxit. ¶ †Primum circa personas
1 dum dicit, quis & cuius dignitatis, & ęstimationis sint. & hęc ad pręsentem tractatū non pertinent. ¶ Secundū circa ipsius testis dictū, respectu ipsius testis, & dicti dū subiicit, & hoc dū dicit, qui simpliciter sunt visi dicere verū. ¶ Tertiū circa ipsum dictū respectu habito, ad aliorū testiū dictadū innuit, vtrū vnū eundemq; pręmeditatum sermonē attulerint. ¶ Quartū circa ipsum dictū respectu habito ad circūstantias temporis loci, & similiū dū dicit, an ad ea quę interrogaueris ex tēpore verisimilia responderint. ad quę tria pręsens inuestigatio intendit. Primò igitur qui testis videatur simpliciter dicere veritatē sub sequenti testimonio declaretur.

2 TEstis causam† sui testimoniī faciat manifestā in authē. de testi. §. & licet. quod interpretatū est vt not. C. de testi. l. solā. per Inno. de test. c. cum causam. Si interrogatus fuerit de causa, aliâs stabitur dicto suo: quia verbosus esse nō debet. hoc manifestè docetur quod qui causam sufficientem sui dicti non reddit, non simpliciter sed malitiosè loqui videtur, vel loquitur simpliciter qui simplicitate stultitiā includit. quę est legibus inimica. qui verò causam sufficientem assignat, videlicet simpliciter hoc est purè: sine plica: visus est loqui simpliciter, quę simplicitas legibus est amica. Qualiter autem causa reddatur, declarabitur in sequenti.

3 TEstis interrogatus† de causa eius quod dixerat, dixit scio[a] quia scio: vel quia sic est.
a Responsum est huius dicto standum non esse per Innocē. extra de testi. c. causam. & in Specu. eo. titu. §. nunc tractandum. ver. de visu. & cum eadem sit ratio cū dicto, quod esse non debet. ff. de peti. hęre. l. pro hęrede. & no. de offi. procu. cęs. l. fi. in prin. & de procu. l. labeo. & de exce. l. j. cui assentio. nam dictum, debet probari per aliud manifestius eo, non per idem, vel per aliud manifestum ęquè vel minus.

b TEstis [b] causam sui† dicti reddere debet, per
4 id quod aliquo corporis sensu percipitur quia secundū naturam nil est in intellectu quod prius nō fuerit in sensu: vnde si de aliquo visibili interrogetur per visum, causam reddat: vt dicat id sic scire quia vidit, et eodem modo si de dicto, vel cantu per auditum. Si de odore per odoratum. Si de sapore per gustum. Si de lenitate vel asperitate per tactum: & pariter de similibus: istud legibus comprobatur: vt. ff. testamen. l. qui testamento. in fi. de his quæ in testamē. delen. l. prima. in princip. l. testium. C. de testib. ibi in eo quòd requiritur eos fuisse præsentes. & in authenti. & de hęredi. & falci. §. si verò absint. ibi: se affuisse & vidisse: & à nostris maioribus est receptum per Innocen. in. d. c. cum causam & in Specu. eo. titu. §. nunc tractandum. & Iaco. de are. & Cy. C. eod. l. testium. sunt etiam quędam quę per diuersos sensus percipimus: vt motum alicuius rei per visum: per tactū, & auditum. vt motum campane per sonum. Similiter & alicuius rei: quam per visum: & per tactum percipimus, quandoq; etiā ad cognitionē non sufficit vnus sensus: & tunc vtraq; ratio reddi potest, seu debet.

5 TEstis dixit † aliquem esse dominum rei, & causam non addidit: qui nec interrogatus fuit: an eius dicto stetur? respōsum est per Innocentium in dicto capitulo, cum causam. & in Speculo in. d. §. nunc tractandum. non esse standum. quod enim traditum est valere, dictum sine causa: cum non interrogatur in his receptum est, quæ ab aliquo sensu corporis per-
c cipiūtur, [c] vt dictum est. dominus autem magis ab hominibus ratione iudicatur quàm sensu percipiatur. hoc autem ad iudicem pertinet. non ad testem. ¶ Idem dicendum est si testis dixerit aliquem ebriosum, vel iracundum, & causam non adiecit, cum etiam hoc sensu non percipiatur. & hoc iure vtimur & hoc contra videtur his quæ constituta sunt in. l. testium Codice de test. enumerationem pecuniæ posse probari per testes, qui viderunt. solus enim color videtur. an autem sit pecunia, vel aliud, & an sit aurea, vel argentea iudicat intellectus. ¶ Et similiter per auditum solum vox auditur, significatio autem in intellectu percipitur, sensus autem corporis maioribus & infantibus est, & nobis & in brutis: illi tamen non iustificantur quando carent iudicio. per aliud ergo quàm per id quod sensu percipitur, ratio reddi debet: dum ergo dicitur sensu corporis percipi latius assumendum est scilicet id quod per omnem sensum homini in notitiam deducitur: ita quòd illud ignorare in supinam ignorantiam caderet. & ita senserunt qui dictam doctrinam primitus tradiderunt. quis enim tam stultus, tamque ignorans reperitur: vt pecuniam an sit aurea vel argentea non cognoscat aspectu? vel quis est qui ex sono verborum intellectum non capiet? tales quidem, vt dementes iudices non admittant, si super eorum testimonio non disputatur: sed propter personā
6 non creditur. & vt †hoc euidentius declaretur, considerari oportet quòd res quædam sensu percipiuntur: & ex his cum magno discursu per intellectum aliquid iudicatur: vt quem esse dominum, nam quia vidi Titium. & quia vidi legitimis temporibus possidere: ex his concludo dominum. ¶ Per modum enim cuiusdam syllogismi, ad notitiam huius deducitur & hæc sunt quæ dicta non sufficiunt, nisi causa reddatur per premissa quæ sensu percipiuntur. ¶ Quædā sunt quæ nō solo
d sensu[d] absque decursu aliquo, vel saltem cum modico percepit intellectus, vt quem possidere. & loquor de ea possessione quæ est facti, numerare pecuniam, quem ambulare, & similia & in his dictum sufficit, cum non interrogetur de causa
7 eius cuius gratia de facto † quæstionem occurrentem subda-
e mus. testis dixit fundum valere decem: [e] an probet si non fuit interrogatus de causa: dixi non probare. nam valor fundi cum non magno discursu percipitur, sed ex fructuū quantitate, ex situ & circumstantiis rerum ex valore. Syllogizat enim intellectus ex his. nec horum est communis notitia. in frumenti verò æstimatione, vel alterius animalis ad vsum hominis destinati: secus esset nam ex solo affectu vel tactu æstimationis, est communis notitia. in equo verò æstimando sicut in fundo, discursus requiritur, & forte vehe-
f mentior.[f]

8 TEstis dixit †aliquem dominum, & causam adiecit: quia vidit eum possidere tanto tempore quòd præscripsisset. Responsum est per Innocen. in dicta. c. cum causam. & in Speculo eod. titu. §. nunc tractandum. vtile dominium esse probatum, si non fuit vlterius interrogatus. sicut enim probat dictum, si non interrogatur de causa sufficiens causa est. si de causa causæ, vel eius circumstantiis non interrogatur hic de ea pręscriptione intelligendū est in qua titulus non requiritur: & sic ex eo quòd possidere conspexit sine magno discursu, comprehenditur eum dominum. quòd si titulus requiratur: non sufficeret nisi de titulo: sufficiens testimonium reddetur. est enim quid à possessione separatum.

9 TEstis dixit †aliquem possedisse, & causam non adiecit,. videbatur non probare: quia possessio est ius insistendi rei non prohibitę possideri, hoc quippe sensu non percipitur, sicut nec dominium. Sed responsum est per gloss.
g in. l. stipulatio[g] ista §. hi quoque. de verb. oblig. & per Inno. in dicta. c. cum causam. ad possessionem quę facti est & sensu percipitur, & hoc referendum. idem in similibus quę ius, & factum sonant.

10 TEstis dixit †aliqua vera esse, quia audiuit dici. responsum est vt nō probet, ut not. Cod. de test. l. testium & de aqua plu. ar. l. secunda. §. idem labeo. & c. licet ex quadam & c. series. extra de test. in authen. de hęred. & fal. §. si verò absunt. colum. prima. & in Spec. eo. §. j. versic. idem quòd
11 non prohibet † ¶ Testimonium de auditu alieno, regulariter non valet. huius ratio est: quia ratio non est manifestior

a ¶ Dixit scio. Vide Bal. in l. iī. volūtate ff. sol. ma. & Abb. ī c. peruenit. de test. cogē. & Spe. ī tit. de teste. §. j. uer. quod visu. & Bal. ī l. dicē §. corā. ff. de arb. et in. l. si sub speciali. C. de test. & Ang. ī aut. de testib. §. si quis per gl. & doc. in c. pręsentia. de testi. Tho.

b ¶ Testis. vide Pe. cor. ī cōsi. xxviī. in iiī. vol. ī pn̄ti cōsulta. ī. iī. col. & Abb. ī cōsil. cōsuluit. de appel. Tho.

c ¶ Percipiunt. Adde Bal. ī. l. solā. C. de testi. Inn. d. Anto. Bal. & d. Car. fl[illegible] cū cā. de testi. [illegible] ibi vide Ab. vbi alle. Bar. hic. ī iī. colū. & ibi uide plures cōcor. per Fely. ī. v. colū. ubi oīno uideas. Tho.

d ¶ Sensu. Adde Abbatē post Cardi. in. c. cū cām. de test. cū cōcor. de quibus per Fely. ibi in v. co. in ver. modo hāc fallētiā. Tho.

e ¶ Valere decē. No. quod dicit Bar. hoc quod testis deponēs super valore, nō probat nisi assignat cām ēt nō interrogatus. vide Car. & Ab. ī. d. c. cū cām. de test. et Bal. in. l. pe. C. de sen. quę sine cer. quāti. cū cōc. de quibus per Fel. in pallē. c. cū cām. in iiiī. co. de test. Th.

f ¶ Vehemētior. vide Al. de Imol. ī. l. pcia rerū. in vi. co. ff. ad. l. fal. et ibi scripsi. Tho.

g ¶ In. l. Stipulatio. adde Bar. ī. d. l. stipulatio ista. §. hi quoque. cū concor. de quibus ibi per Ale. & Ias. & vide Fel. in. d. c. cū causam. in. vj. co. de testi. in vers. secundo tēpora. Tho.

festior dicto, sed æque vel minus. iudex enim nō
audit à teste, & ex eius dicto certus non redditur.
ideo de causa quærit. si igitur ab alio se audiuisse
respondit ignotum per ignotius ostendit. Sed si
addat se audiuisse ab aliquibus qui se vidisse dixe
runt causa videtur aliqualiter manifestior dicto.
insufficiens tamen non est. Non enim testi credi-
tur, nisi in iudicio per iudicem iuramento pręsti
to, parte pñte, vel contumace solenniter exami-
netur. sed cum testis audiuit alium se alium vidis
se dicentem: ista solennitas defuit: igitur insuffi-
11 ciens est causa. sed fortè† si scriptura continens di
cta testium deperiret, & extarent qui dicerent se
a vidisse aliquos testes idoneos[a] iurare in causa, &
solenniter examinari, & dicerent se vidisse: tūc eo
rum testimonio standum esset, vt not. ff. eo. l. cu-
rent. facit. C. eod. l. testium in fine.

12 TEstis dixit† aliqua vera esse. quia
b credit[b] sic eius dicto stādum
non esse ab omnibus responsum est p
Iac. de are. & Cy. in. l. testiū. C. eo. ma-
gis enim iudicat q̃ testificetur, nisi causam pro-
pter quam credit sufficiētem annectat, nisi in his
quæ consistunt in artis peritia, vt Medici, & ob
stetrices, & similes, qui de credulitate deponunt.
non enim sunt propriè testes, sed magis vt iudi-
ces assumuntur ad illum causæ articulum iudicā
dum, vt. l. j. de ven. inspi. & quod ibi not.

13 TEstis dixit† aliqua se vidisse, & in
terrogatus de causa nullam
reddit. responsum est per Innoc. eius
dicto standum in. d. c. cum causam. qa
in dicto sensum exprimit, q verum est quod em
demonstratum est: amplius demonstrari frustra
est, vt. ff. de do. præle. l. j. in fi. nec repugnat quòd
visus decipi potest: similiter & cæteri sensus. nam
intelligimus personas testiū esse probatas in qui
bus secundum q cōmmuniter accidit, non cadit
c sensus deceptio, ita q non cognoscat ab eis. por-
d rò si sensum decipi cognoscerent. nō[c] testificant.[d]

14 TEstis dum de vita† & moribus ali-
cuius interrogaretur depo-
suit, & causam sciētiæ reddidit: quia &
vicinus & consanguineus est, videba-
tur eius dicto non standum, quia per nullum sen
e sum corporis[e] causam reddit, dicebam standum
esse. sufficit enim sensum exprimere, vel aliquid
per quod secundum communiter accidentia, per
sensum habeatur notitia: quia eius vicinus, vel cō
sanguineus est videtur secundum q communiter
accidit uitam & mores eius per visum: ergo cau-
sam reddidisse videtur. hoc etiā legibus cōproba-
f tur, vt. C. de in inte. resti. l. de tute.[f] vnde. ff. cog. l.
octaui. extra de præsum. c. quosdam. & c. fi. ff. lo.
l. dominus horreorum. de fun. instru. l. si ita. in fi.

15 TEstis †, de sapore[g] vini interrogatus,
g dixit esse dulce & causam red-
dit: quia bibit. videtur non valere: quia
bibere tactum respicit. sapor autem habetur per
gustum. sed cum per talem tactum perueniat ad
gustum, iustam causam reddidisse uidetur. gustus
enim quidam tactus est, vt Aristo. dicit.

16 TEstis dixit, † q vidit Titium promit
tere Seio. an tale testimonium
valeat? dubitatur: quia magis auditu quā
visu percipit actus promittendi. sed respōsum est
per Iac. de Are. & Cy. in. l. testium. Cod. de testi.
& per Spec. eo. ti. §. nunc tractandum. ver. de au-
ditu. videtur aliter dici &c. quòd appellatio vi-
dendi, videtur communis ad omnem sensum quo
h aliquid pcipitur. quotidie[h] enim dicimus, vidi ta-
le uinum esse dulce. & uidi talem rem esse duram
i uel mollē,[i] & similia cùm rectè alio sensu percipiā
tur. an autem de tactu hæc possent dici probabi-
k liter dubitatur. sępe enim dicimus nos manibus[k]
tangere id quod non est tangibile, vt in epistola
canonica Ioan. in princip. Ibi, manus nostræ per
tractauerunt quæ sunt de regno vitæ. Sed in no-
strā clarā puenit notitiā. sed illud p claro intelle
ctu apponit nō q vnū tāgere p alio sensu ponat.

17 TEstis† dixit se aliquid scire, qa
pręsens fuit, uel
quia intersuit: an probet? non enim per
sensum aliquam causam reddit: & potest esse q
fuit pręsens, non tamen uidens nec audiens, quod
plerique dixerunt. pro hoc. C. de erro. aduoc. l. j.
& ibi gloss. & Ioan. And. extra de testi. c. præsen
tium. libro sexto & Specu. e. ti. §. j. uersi. item q
nō perhibet. arbitror tamen, quòd probet. q em
l dixit se[l] præsentem scire, creditur per sensum suū,
cū non sit interrogatus vlterius vt in præcedenti
bus est relatum, non autem potuit scire se præsen
tem fuisse negocio, nisi id intellexisset. hoc etiam
imperiali constitutione probatur, quæ dicit esse
eius testimonium qui sub præsentia sua dicit de
bitum esse solutum. C. eod. l. testium. ¶ Sed con
tra facit in authent. de hæred. & fal. §. si uerò ab-
sunt. vbi innuit quòd debet dicere se præsentem
fuisse, & uidisse. Sed sol. patet. aliud est dicere se
præsentem, & aliud si alium diceret fuisse præ-
sentem, quod ad præsentiam corporis refertur,
quæ sensu percipitur, non ad præsentiam animi
alterius quàm testis quæ sensu non percipitur. &
18 ita intelliguntur contraria. Sed si lex, † testator,
uel contractus aliquid fieri debere aliquo pręsen
te requireret: semper intelligitur præsente & in-
telligente, ut. ff. de arb. l. diem. §. coram, & de uer
19 bo. signi. l. coram. secus† si notarius in instrumēto
aliquid factum esse ab aliquo præsente narraret:
quia de præsente intelligente intelligetur. uerba
enim notarij & iudicis sunt cum effectu iuris intel
ligenda aliter quàm in teste, ut patet in uerbo, p-
misit. ff. de uerborum obliga. l. sciendum & quod
ibi dixi. & institut. de inuti. stipu. §. si ita scriptū.
& de fideicommiss. §. fi.

20 TEstis † super aliquo
deposuit dicens, quia sic sibi uidetur. qui
dam putabant eum probare exemplo iudicum
qui pronunciauit sibi sic videri. sed hæc dissimi-
lia sunt. istud enim verbum mihi, refertur ad iudi
cium intellectus: quod iudici congruit & non te-
sti. vnde dicebam non probare, nisi hoc quod di
m cit sibi videri[m] sit coniunctum sensui. vt si dixit
quòd vidit talem possidere, & uidetur sibi q sint
x. anni. ex eo enim quòd vidit, coniucto eo quòd
sibi videtur bonum est testimonium. vel si dicit
se uidisse vnum hominem, & uidetur sibi q fue-
rit Titius & similia.

POst tractatum re-
rū uniuersaliū pertinentiū ad testium
dicta, est ad particularia descendendū.
Omnis autem res super qua potest testis interro-
gari, aut est res aliqua in actu, aut in potentia ad-
esse. Item eorū quæ sunt in actu, aut est res aliqua
intra intētionem, aut est res aliqua extra intentio
nem. Item earum quæ sunt extra: aut est substan
tia, aut quātitas, aut qualitas, aut relatio, aut actio
aut passio, aut tempus, aut situs, aut habitus, aut
est aliquod compositum ex prædictis, vel aliqui
bus prædictorum. & prædicta per suas rubricas
infra singulariter prosequemur. quia tamen ea
quæ sunt in potentia non intelliguntur nisi per
ea quę sunt in actu. quæ verò sunt in actu & intē
tione non intelliguntur nisi per ea quæ sunt ex-
tra: ideo ab his quæ sunt extra est inchoandum.
& primò de substantia uideamus.

SVbstantia si accipiatur pro
genere generalis
simo, uel subalterno, vel specie aliqua
supra indiuiduum, siue dicamus quòd
sit intentio sola, siue quòd sit extra animā: vt dia-
lectici disputant: ad tractatum nostrum nō perti
net. non enim illo modo sumpto: nostro est in cō
mercio. licet enim dicatur hominem deberi in ge
nere: non tamē ipsum genus uel species ita debet:
21 sed istud indiuiduum q soluetur. igitur prout† in
hoc nomē substātia respicit indiuidua: quæ in no
stro cōmercio sunt, inuestigationis nostræ est: aut

a ¶ Aliquos testes idone. No. q dicit Bart. hoc q si scriptura continēs dicta testiū, est dep-dita, & extant testesq dñt se vidisse aliquos testes idoneos iurare in cā, et solēniter examinari: tūc dicto eorū standū erit. vide plures cōcor. p Fel. in. c. sicut nobis in. ij. & iij. col. de re iudi. Tho.

b ¶ Quia credit. vide plures concor. per Fel. in. c. sicut nobis in. ij. & iij. col. de test. Tho.

c ¶ Non testificantur. vide Ale. in. l. ij. in. pe. colū. C. de resc. vēd. in apost. Bart. & ibi vide apost. meā vbi plenè scripsi. Tho.

d ¶ Testificant. vide Ale. in. l. ij. ī pe. col. in apost. Bart. & ibi dixi ī apos. mea. C. de rescin. ven. Tho.

e ¶ Nullum sensum corporis. vide Barto. in. l. labeo. ff. de suppel. leg. & ibi Alex. in addi. penulti. Tho.

f ¶ L. de tute. et ibi uide Ale. in. ij. co. in prin. & ibi apostil. Tho.

g ¶ Testis de sapore. uide Bar. in cō. cxx. qdā Masiol. & j. in. vij. col. uer. unū dixit. uide ēt Fel. in. c. cū cāni. ī viij. colū. ij. fallen. de test. & ibi uide plures cōcor. Th.

h ¶ Quotidie. uide Ale. ī. l. j. ī prin. in viij. si cer. pet. Th.

i ¶ Vel mollen. adde gl. in. c. testes. et in. c. qa uide nat. iij. q. xj. de qua facit festū Lud. in. l. sciendū in. vj. col. ff. de uerb. obli. cū cōcord. de qbus p Fel. in. d. c. cū cāni. in. viij. co. uer. sed istam conclusionē uide Ale. in. l. ij. §. fi. in. iij. col. ff. sol. ma. Tho.

k ¶ Nos manibus. vide plenè p Ias. in l. manumissiones. in. iiij. col. ff. de iusti. & iur. Tho.

l ¶ Dixit se. uide Bar. in. l. j. §. tutor. & ibi uide apost. in uer. q sufficiat. ff. de aut. tut. & ibi dixi. & vide Ale. in cō. xxix. vij. uo. inci. clarissime docto. i. vij. col. & in cōs. clxxiiij. in. vj. vol. in causa & lit. in pe. co. in fi. Th.

m ¶ Videri. not. hoc q verbum uidet: quando iungitur cum sensu cōrporis: tunc testis probat. adde Bar. in. l. quid tamē. §. si arbiter. ff. de arbi. & Alex. in cōsil. cix. uisis ut oportet et cōsideratis. in. vj. co. in. j. uol. et hæc adde ad no. p Fel. in. c. quoties. ī ul. col. de testi. & uide Alex. in consil. cxlvij. in. ij. uol. in ult. colum. in princip. & Iaso. in. l. j. in prin. in ult. col. ff. de iustitia & iure. Thom.

est substantia, aut rerum incorporalium, aut cor-
poralium. de incorporalibus testificari nõ possu
mus directò: qm̃ sensu non percipiuntur, sed per
alia dicta, vel facta cõprehẽdunt̃: ideo de his sub
titulo de actione & passione dicetur. corporalis
autẽ res, sensu cõprehendit̃: igit̃ de his dicẽdũ est.
licet eñ iuriscõsultus res corporales subdiuidat
in plures: tamẽ illę subdiuisiones magis qualitatẽ
rerum, quã substantiam respiciunt, ideo de eis in
tractatu de qualitate dicet̃. de substãtia ergo rerũ
corporalium est dicendum.

a REm aliquam [a] esse cõstat omne id ꝙ
sensu percipit̃, sed q̃ sit, vel fuerat eius
substantia, si dubitatur ad testes decur
rent: quãuis enim res corporales & visibiles sint
ipsa: tñ substantia inuisibilis est, vt in hoĩe aĩa. vn
de circa rationem dicti testis potest probabiliter
22 hesitari. ¶ † Aduertendum est igitur, ꝙ per re-
rum accidentia q̃ sensu percipiuntur substantiã
23 cõprehẽdimus. hoc aũt tripartitũ est. q̃dã † enim
ita nobis cõia sunt, ꝙ aspectu ab oĩbus cognoscũ
tur, vt lapis, lignũ, ferrũ: & similia. & in his suffi-
cit si testis dicat lignum fuit: qa vidi. & si vlterius
interrogetur quid vidit: & dixit vidi habere for
mam ligni, seu qualitatẽ ligni, satis exprimit. si vl
terius interrogetur, quæ erat illa forma seu qua-
les illę qualitates: nõ cogit̃ respondere, nec debet
interrogari: qm̃ nõ habemus nomina manifestio
ra his. non enim color ligni est albus simpliciter,
nec niger, nec vllo alio nomine expresſi⁹ dici põt
quã cũ dico, color ligni est. rectè testis de his ĩter-
rogat⁹ dixit nescio aliter q̃ꝫ dixerim. & si simpli
citer dicat nescio, debet ĩtelligi eo modo, ne sibi
24 contrarius sit. ¶ † Quędã autem non in omnibus
cõia sunt, sed certę conditioni hominũ, vt aroma
ta, lapides ꝑtiosi. & similia, quæ à mercatoribus
& eorũ artificibus manifestè cognoscunt̃, ab aliĩs
non. tunc pro causa sufficienti duo, testem opor-
tet dicere. s. se vidisse, & se scire illius conditiõis
esse. credit̃ enim ei in hoc, cũ nihil cõtrariũ probe
tur. sed ꝙ simpliciter dixerit se vidisse, ei nõ sta-
b tur [b] nisi per alia illius conditio doceatur.
25 ¶ † Alia verò sunt, quę non per hoĩes illius artis
nisi per valde peritos cognoscuntur. quid sit ꝙ
sępe contingit in his reb⁹ q̃ multas similitudines
habent. tunc si res de qua dubitatur potest habe
ri: qa ius dicit, qbusdã peritis cõmittat, qui de rei
quidditate renunciet, quibus statur. & illud ma-
gis iudicium quã testimonium est, vt in his qui-
bus committitur literarum comparatio facien-
da: quòd si de quidditate rei quę desĩt: vel habe-
ri nõ potest dubitetur, & tam difficilis fuerit co-
gnitionis, & hoc cõstat testibus peritis, qui talem
rem viderũt esse, credendũ est vt in his qui priui
legiorũ deperditorũ tenorẽ probãt cõstitutum
per canones esse cõperimus, ꝙ à nostris ꝓcepto-
26 ribus approbat̃. ¶ † Cõtingit aliquãdo qué esse
binomiũ, & ex aliqua honesta cã, nomen ꝓpriũ
cõmutasse: tũc dicendũ est iustũ esse errorẽ, q alio
noĩe Philippus vocat̃. vel qui alio noĩe nuncupa
tur. causam autem dicti reddit: vt. s̃. illud autem
27 † ꝙ à quibusdã est receptũ, vt auditu vocis cogno
scatur homo, nunq̃ꝫ approbaui. multæ enim simi
litudines reperiunt̃ in vocibus, & sępe vidi vnũ
alterius vocẽ fingere: vt auditu idẽ oĩbus videret̃
& in voce eiusdẽ multas mutationes videmus: vt
idem non videatur. alia enim est vox pueri. alia
adulti. alia iuuenis. alia senis: alia sani: alia ęgrotan
tis: uel rauci. alia ieiuni, alia saturi: vel ebriosi. Ex
loco etiam apparet mutatio vocum. aliter enim
percipimus vocem existentis in eodem cenaculo
aliter eius qui esset in alio, existente medio pa-
riete. ¶ Et etiam ex tempore: contingit muta
tio vocum. aliter enim per vocem percipimus
cum ventus spirat, aliter quieto tempore. cum
hæc sit quædam aeris repercusio: apparet hoc
non vniformiter fieri. quin tamẽ iudiciũ aliquod
faciat, non negarem.

28 HAnc † eandem rem numero
esse istam cum illa, de qua retro aliam quidem fuisse ponitur
si de re alia ab homine loquitur, fortis probatio est. hæc eñ
dubitatio contingit interdum in rebus solo coherentibus. pone enim
instrumentum emphyteusis continere fundum, cuius fines sunt fundus
Titiĩ: & fundus Semproniĩ qui fines cursu temporis dominos mutaue
runt. ¶ Vt igitur illum esse eundem fundum cum eo qui in instru-
mento continetur: ostendam hoc modo: habeo ponere & probare
quòd talis fundus cuius olim erant tales fines. & talis fundus cuius
hodie confines sunt tales. est vnus & idem fundus. et si testis hoc
dixerit verum esse: & pro causa adiecerit: quia vidit olim illos
fuisse possessores dictorum fundorum: qui pro finibus apponuntur
nunc verò videt posſideri ab istis. sanè dicit. non enim de dominio fi-
nium disputatur: sed sufficit quòd testis aliquid dicat propter quod illi
fines taliter denominati fuissent sed constat à possessore fundum deno
minari solere. ¶ Sed aliquando vetustas vt testes habeantur: de visu
non patitur: tunc puto sufficere si testis dixerit se à suis audiuisse anti-
quis fide dignis quia talis fundus qui pro fine apponitur, iam fuit Ti-
tiĩ, postea venit ad alium gradatim: singulos nominando vsq; ad eum
qui nunc possessor est. & hæc opinio circuncolentium. hoc enim rece-
ptum est sufficere in probatione consanguinitatis: quia grauius est.
29 ¶ † Aliquãdo dubietas hic occurrit in animalibus: vt si dubitatur vtrũ
equus vel mulus sit: ille qui ante fuit Titiĩ: non enim ista per faciem co
gnoscuntur: vt homines. sed cum corpora animalium non cognoscun-
tur super corio possunt esse signa per quæ recognoscuntur de facili. ex
30 quibus testis sui dicti causam poterit comprobare. ¶ † Aduertendum
tamen est, ne contingat deceptio: quia quædam sunt quæ mutari pos-
sunt facto hominis: vt in boue cornua quæ in ignem apposita in par-
tem aliam volui possunt. Quædam etiam animalia in eo ferro signantur
vt valeant recognosci. Sępe etiam de hoc dubitari contingit in specie-
bus aliarum rerum mobilium. & harum quædam sunt multa varieta-
te composita: vt libri. vasa argentea, & talia variĩs formis ornata: & his
similia: & hæc recognoscunt̃ de facili. & si testis ideo se recognoscere
dixit quia vidit: & diligenter aspexit: puto sufficere: sicut de aspectu fa
ciei de homine diximus. Quędam horum sunt magis simplicia: & tunc
propter multam similitudinem quam cum aliĩs eiusdem speciei repe-
riuntur habere: recognitio difficilis est. & harum quædam accipiunt
formam opere manufactam: quædam ab ipsa natura formata produ-
cuntur. primæ quidem quia eiusdem hominis opere: secundum varie
tatẽ temporis sunt diuersæ, & de facili possent habere signa: vel in ipsa
rum confectione concurrentia: uel ex postfacto accidentia ex quibus
recognoscuntur, tunc testem oportet per illa signa. vel ipsorum vnam
tantum causam notabilem reddere: cum receptum sit quòd per duas
demonstrationes: vel vnam notabilem res certa demonstratur. quòd si
hæc signa deficerent: causam reddi oportet per aliquod quod sit extra
ipsam rem. Exempli gratia, quędam referamus interdum ex vase ad fi-
dem de rei identitate adducimur. Quid enim habebam cultellos com-
munis formæ: in vagina difformi: & apud te vagina dignoscitur cum
cultellis? vel quid si marsupio difformi: & difformiter ligato pecuniam
certam posui? ꝙ marsupium apud te est cũ tanta pecunia. quamuis eñ
cultelli per se vel pecunia ꝑ se cognosci nõ valeãt: ex vase tñ eadẽ esse
numero: rectè dicam. Interdum etiam aliarum rerum coadiuuatione
adducimur ad dicendum idem esse. quid enim si in marsupio formæ
communis posui certam quantitatem pecuniæ aureæ: certam argen-
team: certam ære contaminatam: & marsupium apud te reperiatur il-
lius formæ communis: cũ eiusdem quantitatibus? certè ad fidem addu-
cor quod corpora sunt eadem. ¶ Interdum ex persona habentis, hoc
comprehenditur, quid enim si ciphum meum communis formę perdi-
di & apud te reperiatur? nempe cum à me causam habeas: illum eun-
dem esse certum est, nisi aliud doceatur expressè. vel quid si apud fa-
mulum pauperem reperiatur ciphus argenteus formæ communis: di-
cam esse ciphum domini sui quem eiusdem formæ communis ante ha-
buisse constat: nisi aliud doceatur. hoc etiam Salomonis probatur exem
plo: qui illius iudicauit esse infantem qui eum diuidi contradixit. nec
his contradicit ꝙ constitutum & responsum est in libello: tam in reali
quam in personali sufficere. si pecuniæ dicatur numerus. materię verò
factę materia, & species: & ciphum argenteum & similia. & istud suf-
ficit vt admittatur libellus. non autem in probatione sufficeret quan-
do cõstaret ꝙ eiusdem materię & formę reperirentur: quia enim plu-
rium diuersitas rerum vno nomine comprehensarum probationem fa
cit obscuram. vt constitutũ est. hanc igitur rerum multiplicitatem reus
31 doceat. ¶ † Quædam ab ipsa natura formata producũtur: vt fructus, in
quibus cum natura vniformiter operetur: ex forma & plurium reco-
gnitio est imposſibilis: vt in vino, frumento in eadem regione nato, igi-
tur recurrendum est ad signa quę ab extra veniunt. Si enim frumen-
tum meũ fuit in certo loco depositũ: & ibi reperiatur: illud idẽ esse prę
sumitur,

a ¶ Rem aliquã. Vide Ias. in. l. j. ĩ princi. in. iiĩ. colũ. ff. si cer. peta. Tho.

b ¶ Ei nõ stat̃. vide plenè ꝑ Fel. ĩ rub. decretaliũ. in vlti. col. in fi. & Ias. ĩ. l. iĩ. §. volun. ĩ. v. col. ff. sol. mat. Tho.

de voce an testificetur franc. Person. lib. 1.° cons. 7. n.° 17. Mascard. de probat. conclus. 77. Mar. Gurba cons. criminali. 37 n.° 42

ſumitur, niſi de mutatione doceatur. ſi tamen aliqui fructus eſſent qui ſummum gradum bonitatis attingerent: hi certi dicuntur, vt conſtitutum eſt: & tunc recognitio eſſet poſsibilis ex colore, odore, & ſapore, & ſimilibus. licet autem hæc probatio ꝙ ſit eadem res difficilis ſit: tamen probatio ꝙ non ſit eadem res facilis eſſe pōt ex diuerſitate formæ, & etiam qualitatū, quæ non poſſunt abeſſe abſque corruptione. ſubſtantię vt ꝙ liber parui voluminis efficiatur magni voluminis abſq; adiectione chartarū. aliud in his qualitatibus quæ adeſſe & abeſſe poſſunt abſque corruptione ſubſtantiæ.

32 PEremptam † rem ſeu deperditam eſſe qualiter probeť, dubiū eſt: qm̄ hoc priuationē ſignificat, & ꝙtū ad eū ad quē rem perueniſſe non conſtat, ſatis liquet rem nō eſſe, vel deperditam eſſe: ſi adhibita diligenti inquiſitione, rem non reperit, & nō reperire ſe aſſerit, niſi per aduerſariū aliud doceatur. ſed ſi ad aliquem rem perueniſſe conſtat, & ipſe rē deperditam vel perēptam eſſe dicat. hoc probare debet. hoc aūt interdū iuramēto ſolo ꝓbať, vt ſi ad rē exhibēdā ſolo iudicis officio arcebať, vt cōſtitutū ē in eo à quo inſtrumēti producti exhibitio poſtulatur. ſed ſi ad hoc iure obligationis tenebatur tunc: hoc debet manifeſtè probare ꝙ in rebus ſolo coherētib⁹ fit de facili per aſpectū, vt ſi ibi erat domus, q̄ nūc nō eſt. Si ibi erat fundus qui nūc nō eſt: quia caſmate perijt. ¶ In rebus verò mobilibus etiam poſsibile eſt, ꝙ quis caſu viderit quo res perempta eſt, vt rē extingui incendio, vel impetu aquarū, vel facto hominis. & in his directò per uiſum teſtis rationem dicti reddere pōt: quòd ſi talis caſus viſus nō fuerit, pōt aliquādo ex natura ipſius rei probari peremptio. ſunt enim quædā quę longo tēpore ſeruari nō poſſunt, ſed modico tēpore naturaliter pereunt, vt fructus quorū quidam paucis diebus. quidā menſibus, quidā anno pereūt. & animalia ſuæ ętatis tempus longiſsimū habēt naturaliter limitatū ꝙ tempus ſi elapſum fuerit, rē cōſtat eſſe extinctam, vt ē in homine dictum. ¶ In his verò quæ ſeruari poſſunt ē ad alia indicia recurrendum, vt ſi horrea in quibus res erat reperta, ſunt fracta & alię ſimiles præſumptiones, hæc omnia legibus comprobantur. An autem perdentis culpa interueniſſe præſumatur, alibi diximus.

33 a CVra † carnium [a] in abundantia habendarum commiſſa eſt aliquibus de populo Peruſino qui animalia multa emerunt in Apulia, & conduxerūt ea in territorio Peruſino, & ea tenuerunt per annum, faciebantq; de eis occidi: prout quotidiana neceſsitas exigebat. paſtores q̄ꝗplures ex illis animalibus in itineribus, & in paſcuis perēpta & perdita retulerūt: & ſic in libro rationis dicti officij, ſcriptum eſt: qui ab eis rationes exigebant non adhibēt eis fidem. dixi ſi communiter ſic aliâs contigiſſet: ut ex tanto numero tot animalia illo tempore perdidiſſent: & hoc probaretur. & etiam eis hoc ueriſimiliter eueniſſe: & ſic probatum eſſet: ea deperdicta per hoc ueriſimile. ſi enim in hoc genere cauſarum etiam de hominis morte: per ueriſimilia receptum eſt probari: multò fortius de hoc dicebam in paſtoribus deponentibus eſſe credendum. ſicut enim duci de morte militis creditur: ſic & paſtori de morte animalium ē credendum quòd ita ęquum viſum eſt: vt. l. lata ipſius ciuitatis ſic terminaretur.

34 b VInum † dixit quia vidit, dixit [b] probare: quia hoc ꝙ dixit vidit omnem ſenſum reſpicit per quem ad iſtius notitiam peruenitur. ſed dixit quia uidit colorem: dubium habet. nam aqua tincta nebulis, uel moris, colorem uini habet, ſimiliter lixiuium & vrina. Quædam ergo per teſtem addi oportet. ſcilicet quia vidi: & odoraui. ex his enim duobus circa unū nō cōtingit deceptio cōmuniter. vel dicat qa uidi: & guſtaui. vel vidi hęc in taberna uinaria: vel extrahi de uaſe vinario: & ſimilia. ſecus autem ſi in apotheca ſpeciarij, potuit enim eſſe ſyrupus: uel quid ſimile. viſus ergo in prędictis ſine alijs adminiculis ad fidem iudicem non adducit. ¶ Sunt autē alia adminicula: vel ſenſus. alij attendunt vel locum, uel tempus. licet em̄ in cereo paſchali tēpore facto: vnę videanť aſpectu: tamen ex loco et tēpore cōprehendimus cerā eſſe ad illā ſimilitudinē coagulatā. aliud ſi in uitę tēpore congruo viderētur: quod in ſimilib⁹ arbitror admittendū.
35 & etiā † ex his modis negatiua directò probatur, ſcilicet quòd talis res non erat lignū & ſimilia. cū em̄ ad certū corpus non referamus: eſt negatiua coarctata. & ſic per qualitates quas percipit ſenſus directò repreſentať eidē: quòd alia ſubſtantia non eſt. ſicut cū diem video, directò comprehendo noctē non eſſe, et econuerſo, vt proculus reſpondit de alijs verò negatiuis. j. locis ſuis dicetur.

36 HOminem † viuum fuiſſe: vel aliud aīal dixit. qualiter autem huius dicti cauſa reddatur eſt manifeſtum ſi de ſano loquamur, dico enim me ſcire: qa vidi operationes hominis, vel alterius animalis illius ſpeciei. ſ. ędere, bibere, ambulare, loqui & ſimilia. ¶ Sed in puero poteſt eſſe dubiū quid enim de partu quē dicunt natum viuū, ſed ſtatim mortuum. alij negant viuum fuiſſe, vel de eo qui in actu moriendi erat quē quidā iam mortuū. alij adhuc viuere dicunt? Reſpondeo, ſi teſtis dixerit viuere: qa vidit eum moueri, non probat nam in mortuo ſępe viſum eſt. vētoſitates ī corpore ſępe motum facere, dicat igitur teſtis, quo motu vt ſi tibias vel brachia extendere. vel artare uidit. hęc quidē actio, vel paſsio animę eſt. vel ſi dicat ſe ſenſiſſe diaſtolem, & ſciſtolem pulſum: hęc q̄dem à corde cauſantur ubi radix ſpiritus uitalis eſt. Idē ſi dicat qa vidit emittere, & attrahere flatū. aperire oculos, & claudere, hęc proculdubio viuentis ſunt.

37 c MOrtuum hominē † [c] dixit: qualiter cauſa ſiue ratio reddatur heſitatio eſt. Mors enim eſt priuatio uitę. ſi priuatio: ergo negatiua cuius difficilis probatio eſt. Sed aīaduerte de morte. quid in cauſis paruis, quid in magnis, maioribus: & maximis. ī paruis quidem vbi ꝑiudiciū modicū verſatur vt ſi de aperiendo teſtamento tractatur, & ſimilia, non ſolū per
d viſum, ſed per leuē pręſumptionē [d] probatur mors. ¶ In cau
38 ſis uerò magnis ubi magnū pręiudicium uertitur, ut ſi de hæreditate contenditur: uel alio cōmodo pecuniario etiam magno: p famā mortē ꝓbari iuris īterp̄tes tradiderūt: ꝙ intelligendum opinor: non de fama quę ab hominibus uilibus: & cauſis leuibus ſumpſiſſet originem. illam enim leuē præſumptionem reputo quam in pręcedēti articulo ſufficere receptū eſt. Sed intelligo de fama quę ab hominibus grauibus, & cauſis rationabilibus originem trahat. quid enim ſi intrauit ma-
e re [e], & ſuperuenit tēpeſtas & expectato tpe cōgruo nō eſt reuerſus, & perquiſitus per loca ueriſimilia, nec ipſe eſt inuētus nec nauis eſt inuēta. ¶ Quid etiā ſi magno exercitu uiſus eſt & finito aliâs ſecuto conflictu nō inuentus & expectatus eſt, & à conſanguineis perquiſitus? Quid em̄ ſi per loca inſidioſa tranſiuit, nec poſtea eſt repertus? Quid etiā ſi p loca nō inſidioſa tranſiturus, de domo rècesſit mercator, bonæ vitæ, diues, & à familia expectatus per tempora non reuertitur, & p quiſitus nō reperitur? dico ꝙ fama quæ ex cauſis iſtis progreditur. & ſimilibus non eſt leuis pręſumptio, ſed ꝓbatio quæ iudicem & bonū uirum adducit ad fidē. ſit ergo cauſidicus in probando attentus. ¶ Sed & ſi ponamus ſenem diſceſsiſſe: & tanto tpe ſtetiſſe ꝙ nūc ſi uiueret. c. anno. ętatis eſſet. erit q̄dē hęc ſufficiēs ꝓbatio. qualiter autē poſsit talis ętas ꝓbari. j. in tit. de tēpore diſcernemus. ¶ De profugo aūt: ſeu uagabundo vel alio in quo prędicta indicia ceſſant. plus dubitationis eſt, ſed cauſas abſentiæ inueſtigandas arbitror. Si enim propter inimicorū potētiam aufugit, & ſe p mūdū occultat. & ubi ſit ignoretur, quātūcūq; temporibus ignotus extiterit ad mortis fidē iudex nō adduceť, niſi indicia alia doceanť: uel ad exceſſum ętatis longiſsimę, & legitimę veniať. ſed ſi per mūdū vagari cœpit luſor: luxurioſus: bellicoſus: tūc ab eo tempore de eius uita cœpit dubitari, ſi poſtea quinquēniū ſit elapſum nec de eius ſoſpitate aliter ſit notum, mortem probatam arbitror. hoc enim Imperator conſtituit in muliere quę virum tāto tempore expectauit. & licet hoc per poſteriores leges mutauerit. tamen q̄ꝗtum ad matrimonium illud fecit quę cā eſt maior, & ſequentem articulum reſpicit. ¶ In prædictis etiā puto iudicem poſtulante eo cuius intereſt debere exploratores mittere pro fama, ſicut cum rerum diſcuſsio agitať quia ſi in minoribus cauſis hoc fit, & in maioribus quidem cauſis fie-
f ri debet: ubi maius periculum [f] vertitur: vtputa ſi famæ: uel ſtatus cauſa ex hoc principaliter oriť inter quas eſt ſi de alio matrimonio contrahendo tractaretur. graue eſt enim vxorem propriam alij copulatam recipere: & bona apud alium tranſlata retrahere. dictę probationes non ſufficerent: ſed cōſtitutū eſt ꝙ ſi mulier mortuū virū audierit: illius ſub q̄ militabat dictū recipiatur, qui acta cū iuramēto deponat ꝙ ille de quo quęriť pro veritate mortuus eſt, q̄ cōſtitutio oſtēdit famam ſolam nō ſufficere, niſi ſaltem dicto unius teſtis cauſa idonea comprobetur. ¶ Sed aduertendum eſt: ꝙ conſtitutio non requirit ꝙ dicat ꝙ uiderit eum mortuum: ſed quòd in ueritate mortuus eſt quę veritas poteſt in noſtrā notitiam peruenire

a ¶ Cura carniū. vide Alex. ī cōſil. x. ī. vj. vo. inci. maturè ꝙ eſt duplicarū in cōſi. cxlj. ı. j. vo. vbi Alex. in. j. co. dicit ꝙ tra. iſte nō inueniť eſſe Bart. niſi vſq; ad hoc capitulū & ꝙ ipſe habet ꝑfectū & idcirco cōclu. hmōi tractatū eſſe ꝑfectū ex verbis. do. Alex. Tho.

b ¶ Dixit. adde quę no. Bar. ī cōſil. cx. q̄dā maſcul⁹. & . ſ. in. iiij. col. verſi. de ſapore. Tho.

c ¶ Mortuū hoīem. vide. ſ. ī trac. Bar. qūo ꝓbeť mors, et illa verba ſunt eadē ꝑut hic. & vide Fely. qūo ꝓbetur mors. in. c. qm̄ frequēter, in. §. porrò. in. ix. col. vt li. nō cōteſt. Tho.

d ¶ Per leuē p̄ſumptionē. vide Ale. ī cōſil. clxxij. in. vj. vol. nu. viij. & ī cōſi. clxxxvij. in eo. vol. in fi. Tho.

e ¶ Intrauit mare. adde Bar. in. l. ſi q̄dē. C. ſo. ma. et. ī. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quēad. teſt. ape. & in. l. quoties. C. de nauf. lib. xj. cū cōcor. de qb⁹ p Pet. cor. ī cōſ. cciiij. ī. ij. col. q̄ꝗ. in. iij. vo. & vide Alex. in. l. j. §. ſi dubitetur. ī additione. Bar. ff. quēad. teſt. aper. eundē Alc. in conſi. xxv. in. iij. vol. in. ij. col. in cā & lite vertente. Tho.

f ¶ Maius periculū. uide Bart. in trac. de morte poſt prícipiū, vt idē extendit ēt ſi de matrimonio cōtrahēdo oritur contentio. & Cyn. poſt gloſ. in. l. ſi quidē. C. ſo. mat. et Bart. in. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. quēad. teſt. aper. & ibi fortius tenet Ioan. de Imo. ſequutus Cy. ī. d. l. ſi quidē ꝙ indiſtinctè vbi tractať de magno præiudicio. & cōmodo pecu. requirať vera probatio mortis, & non per famam & coniecturas. vide Alexā. in

cons. clxxxvij. in vj. vol. in fi. & Fel. in. c. q̄m frequent in. §. porrò. in. ix. colum. Vt lite non contest. & eũdem Fel. in. c. sicut. ĩ. v. col. de re iudi. Th.

etiam sine vsu sicut receptum est de eo qui iurat' de veritate
dicenda, quod in alijs testibus non sufficeret secundum ea
quæ relata sunt. ¶ Sed finge quẽ in terra longinqua mortuũ,
qui sub nemine militabat, qualiter in hoc genere causarum
talis fiet probatio: puto ꝙ si fama esse probaretur in loco vbi
causa agitur. & probaretur etiam ea forma certi loci vbi mor
tuus dicitur sufficere, vt illi⁹ loci fama, loco dicti eius sub quo
militabat succedat. ꝙ enim dictum est in hoc genere famæ
probationem non sufficere: intelligendum est de fama sim-
plici quem mortuum esse, non de fama quæ in certo loco ẽ,
39 vbi quis mortuus dicitur hæc enim est vehementior. ¶ † Po
ne, testes dicere quem mortuum, quia interfuerunt eius sepul
turæ, non ꝙ ipsi viderunt cadauer: quia erat ĩ capsa cooper-
tum lintheis, vel pannis inuolutum. sed si tunc ab hominib⁹
dicebatur proculdubio in hoc genere causarum probabit. sa
tis enim ad fidem iudicem adducit secundum ea quæ commu
40 niter à nostris maioribus obseruantur. ¶ † In maximis verò
causis vbi hominis vita periclitatur, vt si de homicido accus-
setur, vel de puniendis seruis qui non iuuerunt dominum, vel
de torquendis eis pro homicidio inueniendo lege cautũ est
quòd debet constare, & liquere hominem interemptum. id
est liquido apparere. quod quandoque fit per relationem of-
ficialis qui ad hoc mittitur. quãdoque ad testium examinatio
nem recurritur, vt in occisis, possunt aliquando manifestam
causam reddere, vt si viderunt eum capite mutilatum. si vide
runt venas gulæ pręcisas, & inde sanguinem effundi, donec
frigidus remaneret, & sine sensu, & similia. ¶ Aliquando ta-
lia signa visa non sunt, vt in eo qui dicitur suffocatus, nonnũ
quam etiam ad sui defensionem dicit quis aliquem ante na-
turaliter mortuum, quàm ab eo percuteretur, nonnunquam
contingit & mortẽ expedire probari. verè in causis maiorib⁹
& magnis, vt cum certa die & hora quis mortuus dicitur hęc
enim ita limitatè raro in famam deducuntur vnde ad proba-
41 tionem testium, de visu peruenitur. ¶ Si igitur dicit testis
ꝙ talem vidit mortuum nec interrogetur vlterius. puto suffi
cere, & si interrogetur quomodo cognouit ꝙ mortuus esset.
& si dixerit ꝙ vidit eum absque aliquo motu, absq; emissio-
ne, & attractatione spiritus, tetigit, & nullus motus erat in
pulsu, hæc enim certa signa sunt mortui. Sed si diceret q̄a mo
ri, & expirare vidit eũ. puto sufficere. satis em̄ cõmuniter co-
gnoscitur id, nec verbis clarioribus potest exprimi. sed & si
dixerit quia vidit habere omnia signa, & omnẽ aspectũ mor
tui satis exprimit. est enim ille aspectus cõmuniter notus etiã
in mortuo de recenti. hęc enim testificatio euangelico corro-
boratur testimonio dicente, ad Iesum autem cũ venissent, &
uiderunt eum iam mortuum, non fregerũt eius crura. sed &
si testis dixerit ꝙ eũ sepeliri vidit: hoc sufficere susceptũ est.
¶ Sed si quis viderit aliquem, vel in mari, vel in flumine ꝓij
ci, & corpus nunꝗ reuisum est: de illius morte testificatur,
licet non viderit mortuum. certum est enim post illum actũ
quem, modico tempore victurum, et salutis nulla indicia su-
peresse. ¶ Si quis etiam viderit quem, in carcerem claudi,
vbi nil erat ad uictum, & carceris custos fuerit, ita ꝙ eidem
carcerato aliquid quod ipse non vidisset inferri non potuit.
post aliquos dierum cursus, rectè testificatur de morte: licet
cadauer non viderit, & multa his similia visa sunt quæ enar-
rare magis laboriosum est quàm subtile.

a ¶ Titium esse. adde Bart. in. l. stimata. & ibi Io. de platea. C. de fabricẽ. lib. xj. & vide concor. per Fel. in. c. sicut nobis. in. v. co. de re iudi. Iaso. in l. nõ minorem. in fi. C. de transacti. Thom. dip.

b ¶ Si de nocte, vide plures cõcor. p Ias. in. l. si minorẽ. in fi. C. de trãsac. licet de Bartolo hic non faciat mẽtionem. et vide Fely. in. c. sicut. v. co. de re iudi. & vide Barto. in. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœ. & ibi Alexan. in addi. Thomas.

a
42 TItium esse [a] vel † fuisse vult aliquis pro-
bare: q̄a pars aliquid factum
esse fatetur per vnum hominem, sed illum fuisse
Titium negat: propter quod ad testes recurritur.
Si testis dixerit Titium fuisse illum, quia vidit, satis est. idem
si dixit, vidi faciem eius, satis exprimit. nam Paulus respõdit,
ꝙ ꝑ imaginẽ recognoscimur. tot em̄ Deus fecit in faciẽ ꝙ ferè
est impossibile reperire homines q̄ in facie omnino similen-
tur, secus puto, si à tergo dixerit se uidisse. ¶ Huic aũt dicto
de visu derogaretur ex loci distantia. Si enim à longè dixerit
se vidisse, aduertenda est distantia, vt si est tanta in qua sensus
communiter possit decipi plenam fidem non facit. secus si di
stantia esset modica, & hoc à nostris maioribus est receptum
& ideo vt prædicta cessent, sępe dicto testis adijcitur: q̄a uidit
& præsens fuit sed si simpliciter dicat vidi, intellige de vi-
sione plenaria quæ est de propinquo: nisi interrogetur vlte-
rius: eum etiam à longe vidisse se vt consueuit apponi loci
distantia. vel per mensuram, vel per exemplum alicuius lo-
ci distantia, vel per mensuram vel per exemplum alicuius lo
ci notorij, vt ex hoc cognoscatur an iudex ad fidem ad-
duci debeat, sed si simpliciter dixerit à longe se uidisse, nec
de distantia aliquid exprimatur: eius dicto ad plenam fidem
43 standum non puto. ¶ † Huic etiam derogatur ex tempore.
b quid enim si de nocte [b] dixerit se vidisse? cùm enim illo tem-
pore sensus decipiatur, faciliter non putarem ei standum ni
si bene se recognouisse exprimeretur, vel ex approximatione
44 multa, vel ex lumine alicuius materiæ ignis, vel lunæ. † Et ẽt
derogatur ex qualitate quod qualiter fit est videndum. quid
enim vt in facto accidit, si testis dixerit quòd dum in taber-
na tonsoris in speculo se aspiceret. in eodem speculo illum
vidit & titiũ fuisse cognouit. huic enim dicto standum non
arbitror: illa enim visio per lineam reflexa fit, & imago per-
sonæ multo minor, quam sit oculis nostris cernitur, sicut si
multum persona distaret: ideo non facit fidem. sicut de di-
stantia loci vt receptum est. ¶ Quòd autem dictum est, quòd
sufficiat dicere se vidisse, etiam ratione illa non videtur sub-
sistere. non enim sufficit videre solum, nisi etiam anterior pręce-
dat notitia, de quo in reddendo causam de causa nil dicit,
sed cũ nulli⁹ dictũ intelligi debeat vt loquatur vt stultus ma-
ximè in proposito, vbi de teste loquimur cuius persona vt
idonea est recepta: dicendum est sufficientem causam reddi-
disse, vt sic dicendo se vidisse illum fuisse titium, omnia di-
xisse videatur, quæ ad cognoscendum quid sit titius requi-
runtur: nisi interrogetur vlterius, cui congruit quod relatum
est sufficere causam dicere: nisi de causa etiam fuerit interro-
45 gatus. Sed si interrogatus † fuerit si eum prius cognoscebat,
& qua notitia: respondere tenetur. si enim dixerit quia erat
suus vicinus continuus, vel aliter cum eo assiduè conuersaba-
tur: satis exprimit. quod si eum dicit aliâs uidisse semel tan-
tùm, & leui notitia, & postea magnum tempus excessit: tunc
plenam fidem non faceret. de facili enim talis recognoscendi
notitia perditur, vel ex imbecillitate memoriæ regnoscen-
tis, vel ex mutatione quæ in cognita persona contingit pro-
pter antiquitatem, seu infirmitatem: & alios casus. ¶ Sed si
eum in pueritia regnouisse se diceret: nunc vero ad ætatem
adultam seu virilem processerit ille qui dicitur cognitus, pro
culdubio non probaret: propter mutationem quæ contin-
git in membris. & hoc expressè ex edicto pętoris de partu
custodiendo colligitur. ista enim iudicialis inuestigationis
46 sunt: secundum causarum varietatem. † Interdum testes di-
xerunt hominem aliquid facere, quo aũt nomine vocetur
ignorant: tũc ad iudicẽ spectat illũ hominẽ exhiberi: vt si ille
fuerit cognoscatur à teste. Sed & si de mortuo homine quę-
rat̃ quis sit: puto ex aspectu recognosci. vt diximus in viuen
te. nonnũꝗ tamen in morte tanta fit permutatio. vt cognitio
sit difficilis ex aspectu faciei: tũc de necessitate recurritur ad
eos qui partium corporis recognoscunt signa, quæ cooper-
ta portantur.

QValitas alia est corporis continui perma-
nentis perpetuò, vel per aliquod
tempus. alia corporum separatorũ, altera rei fluxi
bilis, & transeuntis. vt qualitas temporis. de quo
non habemus nisi præsens. quod enim præteritum est, esse
desinit. quòd verò futurum est, nondum est. de hoc in titu. de
tempore dicetur. Alia est quantitas qualitatiua. prudentes
enim suo ingenio, qualitates metiuntur per gradus vt bonus
melior, optimus: pessimus & mediocris: & alijs modis diuer
sis. & hæc in titu. de relatione ponemus. ¶ De primis ergo
duabus inuestigandum est de quantitate corporis continui
quæramus vel de linea longitudinis vel latitudinis vel de su-
perficie tota vel de toto corpore. hæc autem quantitas quate
nus ad nos spectat, cognoscitur per mensurationem ad aliq̄d
aliud: ideo constitutum est, & de cõsuetudine obseruatur: vt
ciuitas suas habeat mensuras, & põdera: & ad quas rei quanti
tas mensuretur, & discernatur: vt puta pedem: passum: canta
47 rum: modium: starium: & similia. si igitur † de longitudine ali-
cuius rei quęritur determinatè, vt quot pedum sit tota longi
tudo talis rei, testis dixit esse decem pedum: quia vidit suffi-
cientem causam non reddit: quia per visionem solam ipsius
rei: de hoc certi non reddimur. debet ergo dicere: quia vidi:
et mẽsuraui: vel mensurari vidi. mensurare enim longitudinẽ:
& latitudinẽ: cõmuniter omnibus notum est. si verò de hoc
indeterminatè quęratur: potest per visum simplicem causam
reddere: vt si testis interrogatus dixerit rem paruã vel magnã
vel mediocrem quia vidit: satis em̄ exprimit. hoc enim satis
est ab hominib⁹ cõiter cognoscibile per aspectum in rebus
quæ eiusdem speciei sunt. Idem si dixerit interrogatus de lõ-
gitudine alicuius rei, respondit esse decem pedum: & vltra
quia vidit. tantum enim potest esse excessus: quia decem pe-
dum esse ab omnibus qui illud viderunt cognoscatur, idem si
48 dixerit: non esse decẽ pedũ: q̄a vidit. ¶ † De sup̄ficie vero to
tius cor-

tius corporis menſurandi tractatur,cum fundus venditur ad
menſuram,& cum de aliquo pariete quod cánarum ſit quæ-
ritur vel de tabulis,vel de edificio ex tabulis cõpilato quæri
tur quot pedũ ſit,& ſimilibus.hoc enim cõiter omnibus no-
tum nõ eſt,ſed conſiſtit in artis peritia.ideo ſi res de qua quę
ritur haberi poteſt,eſt per iudicẽ menſuratoribus cõmitten-
da:ꝙ ſi res haberi nõ poteſt,nõ credendum eſt teſtibus, qui
de rei menſura dicerent limitatè:niſi eos conſtet in dicta arte
peritos,& ſe menſuraſſe,vel menſurari vidiſſe teſtẽtur. vt in
præcedẽtibus eſt de ſubſtantia dictum.Indeterminatè verò
de tali q̃titate per viſum ab omnibus recognoſci,& teſtifica
ri eſt facile.de toto verò corpore mẽſurãdo difficile eſt,ſi quę
ratur quoniam corpus quodlibet ꝑ ſuperficiem tegitur,quę
eſt ſecundũ omnẽ eius viſionẽ,& accedit ad mẽſurã quę ineſt
ſtante corporis integritate,& eſt poſsibilis ſi diuidat̃,vel per
foretur tunc ſupficies erit.¶ Eſt ergo neceſſe ꝙ ipſius corpo
ris quãtitas,ꝑ aliquod extrinſecus oſtendatur, vt contingit
in his quæ pondere,& menſura cõſiſtunt. Si enim quæratur
de q̃titate maſſæ auri,vel argẽti,non de longitudine, vel lati
tudine,ſed de toto corpore quæritur,& ſi dicatur ꝙ eſt libra
vel alterius ponderis,nõ reſpõdetur de quãtitate,ſed de qua
litate ponderis.põdus enim quãtitas eſt,ſed in his rebus quas
conſiſtere in põdere dicimus,hoc euenit vt ex pondere gra-
uiori vel leuiori maior vel minor quantitas diſcernatur. vn-
49 de congruè de pondere reſpõdetur. ¶ †Si igitur teſtis dixit
maſſam eſſe decem librarum,quia vidit:nil probat, nõ enim
per viſum comprehẽditur põdus.ſolùm enim ſuperficies vi-
detur,& poſſet eſſe cõcauitas intrinſecus.ſed ſi diceret pon-
deraui põderibus.vel vidi põderib⁹ põderari. ſatis eſſet etiã
ſi de põderibus limitatè nõ dicat̃. põdera enim & põderãdi
modi,cõiter cognoſcũtur. Sed ſi diceret:quia põderauit, vel
quia ſuis manibus põderauit:idẽ puto quia põderare in ve-
ro eloquio,idẽ eſt quod põderibus examinare. ſed ſi diceret
in manibus tetigi,vel in meis manib⁹ vel in meis humeris ſub
leuaui vel portaui:tũc poteſt indeterminatè teſtificari de põ-
dere nõ determinatè.licet enim ꝑ tactum iudicetur de ponde
re:non tamẽ determinatè niſi inſtrumenta ponderatoria ad-
50 hibita ſint.¶ Sicut†enim ſi quæratur de quãtitate eorũ quæ
mẽſura conſiſtunt,vt vini & olei,& dicatur decẽ lagenas eſſe
vel fuiſſe in aliquo vaſe quia vidit, & ita determinatè loquit̃:
nõ probat niſi adijciat quia mẽſurauit vel mẽſurari vidit. ſe-
cus ſi indeterminatè loquatur ſecundũ quod eſt in pręceden
tibus dictum.¶ Aduertẽdum eſt tamẽ, ꝙ licet ꝑ mẽſuram to
tum illud quòd in vaſe menſurato continetur : cum mẽſura-
tum comprehendatur:tamen verè & propriè in vaſe non eſt
niſi illa ſuperficies vini vel olei,quæ tãgit ſuperficiẽ vaſis.cę
terę vero partes vini vel olei vna ſuper aliã ſucceſsiuè in va-
51 ſe cõſiſtunt:tamẽ totum in vaſe eſſe dicimus. ¶ †In his verò
quę nõ conſiſtunt in pondere vel menſura.vel ad iſta non re
ducuntur.mẽſuratio totius corporis eſt difficilis,nec poſſet
fieri niſi à peritis in arte.oportet enim ꝙ mẽſuretur ſupficies
cuiuſlibet diuiſionis que ſunt ſex.ſ.ſ.&.j. ante & poſt, dex-
tra & ſiniſtra.exẽplũ de taxillo.Ex his quæ ſit quãtitas totius
corporis colligitur.poſſet etiã hic eſſe deceptio ſi intra cor-
52 pus eſſet cõcauitas.Corporũ verò † ſeparatorũ ꝑ quantitatis
inueſtigationem ſcire oportet quia quædam ſunt corpora
ita minima ꝙ eorum dinumeratio eſſet impoſsibilis.vt in fa-
rina & cinere.& etiam in cæteris pulueribus, In quibuſdam
verò dinumeratio eſt difficilis, poſsibilis tamen:vt in frumẽ-
tis.& in his ſicut in corporibus liq̃dis ꝑ mẽſuram vel pondus
q̃titas cognoſcitur.& etiã in mõ atteſtandi,eſt idẽ quod.ſ.di
ctum eſt.¶ Eorum vero corporum quorum numeratio faci
lis eſt,q̃titates cognoſcuntur per numerum.numerus autem
percipi poteſt,tam per viſum q̃ per tactum.rectè ergo dicit
teſtis ꝙ fuerunt decem aurei: quia vidit.& ſi de materia con-
ſtaret,& ſolum de numero dubitaretur:rectè dicetur,& ſi cer
tus eſſet ꝙ fuerunt decem:quia tetigit. & iſta quãtitas quæ
numerus vocatur,eſt ab omnibus cognoſcibilis.

53 DIxit teſtis † vidi tradi decem corbes fru-
menti,eum probare iudicaui:
tunc enim ad menſuram ſe vidiſſe tradi domino
de neceſſitate,infertur ꝙ menſurari vidit. aliud ſi
dixerit ſe vidiſſe tradi aceruum frumenti ꝙ erat decem cor-
bes,hoc enim nõ debet eſſe traditum ad mẽſuram:ſed debet
aceruum traditum tãtæ quãtitatis exiſtere.hoc enim viſu de
terminatè non ꝑcipitur, vt traditum eſt,idẽ in ſimilibus.

54 VAs vini † plenum fuerat,totum conſum-
pſerat de eius q̃titate.quæſtio eſt
ad mẽſuram vaſis recurrendum eſt,quod fit replẽ
do eum de alio ad mẽſuram.& hoc eſt ab omnibus
notum,vel menſurando q̃titatẽ ſpatij vacui:& hoc conſiſtit
in artis peritia.qui igitur aliquo dictorum modorũ vas vide
rit mẽſurari:de quãtitate & cõtinentia ipſius rectè iudicat.

55 VIcena milia † paſſuum in ſingulos dies de-
numerari ꝑtor iubet.qualiter autem
hæc probetur diſtantia dubitatur. dixi ſi vulgi
opinione & fama,inter loca certus miliarium nu
merus nuncupatur.illi ſtandum niſi probetur contrariũ.cre
dẽdum eſt enim illud vulgare & antiquum à certa antiquo-
rum mẽſuratione ſumpſiſſe exordium.¶ Ei autẽ qui poſtu-
lat mẽſurari illud ſuis expẽſis,mòs gerẽdus eſt. erit autẽ hæc
mẽſura faciẽda pariter ſecundũ quod cõiter cõmẽſuratur ſe-
cundum ipſius longitudinẽ.& hæc cũ de dando ſpatium ad
veniẽdum quærimus.Sed ſi ſup aliqua locorũ diſtantia, vel
vicinitate quæratur ꝑ directum.eſt faciẽda mẽſura itinere nõ
attẽto.& ſi loci diſpoſitio ꝑ terram ad mẽſurãdũ non patiat̃:
quia fortè paluſtris,vel ſpinoſus erat:ꝑ aerẽ eſt fiẽda mẽſura
vt eſt conſtitutũ in extrauaganti quæ monaſteriũ mẽdicãtiũ
conſtrui intra certum numerum cãnarum interdicit:quæ mẽ
ſura fiet chordula ꝑ directum tranſducta.eſt enim poſsibilis
meſura cuiuſlibet diſtantiæ,per aſpectum tamẽ:ſed hoc non
omnibus:ſed geometris tantum.ſi de hoc determinatè loqui
mur.indeterminatè verò eſt cõiter cognoſcibile.

QValitas ſine ſubſtantia naturaliter eſſe nõ
poteſt,ſubſtãtia aũt,aut corporea
aut incorporea. Corporea alia eſt animata.alia eſt
inanimata. Animata alia eſt anima rationalis, alia
ſenſitiua,alia vegetatiua,alia inanimata.de qualitatibus ergo
quarũlibet eſt vidẽdum. Sed ſubſtantia incorporea eſt Deus
in quo cum ſit ſimplex,omnino nulla eſt qualitas,& tã ſum-
mas res ad inueſtigandum iuriſtarum non ſpectat intelligen-
56 tia.¶ †Aliæ etiam ſunt ſubſtãtiæ incorporeæ.& ſimiliter nõ
ſunt inueſtigationis noſtræ huiuſmodi. etiam ſunt animæ ſe-
paratæ:quia de his quandoq; quæretur in foro ciuili:de cuius
memoria damnanda tractatur.hoc autem fit propter ea quæ
geſsit in vita. vnde cùm qualitas quam habuit in vita dicere-
tur homo:propter quæ damnatur memoria doctrina ſumet̃
de hoc etiam quæritur,cum de aliquo cõprobãdo in ſanctũ
agitur:tunc enim vita:& miracula ſunt probãda,vt ex factis
canonibus conſtitutum vitã probare facile eſt: de miraculis
57 videamus.¶ †Miraculũ dicitur, quaſi admiratione plenum:
& eſt miraculum id cuius effectus manifeſtus eſt.cauſa autem
eius omnibus ſimpliciter eſt occulta: quia ſolus Deus ſcit.vn
de quæ à Deo fiunt propter cauſas nobis ignotas ꝙ vires no-
ſtras excedunt:ideo miracula nuncupantur. ¶ Et ſancti do-
cto.tradunt hoc tribus modis contingere. Primo circa ſub-
ſtantiã facti. vt quando Deus facit aliqua quæ natura nullo
modo facere poteſt,vt ꝙ ſol ſtet.vt fuit tempore Ioſue.vel ꝙ
homo habeat corpus glorificatum.vt Chriſtus poſt reſurre-
ctionem.& id quod in ſacramẽto altaris fide cernimus.& iſta
in miraculis ſummum gradum obtinent.¶ Secundo quandò
illud fit quod natura facere poteſt,non in illo in quo fit ſicut
reſurrectio mortuorum:illuminatio cecorum, & ſimilia:po-
teſt enim natura dare vitã,aliâs ſecare vitã.ſed nõ in mortuo.
& poteſt præſtare viſum,ſed nõ tamẽ in vera cecitate: & hoc
tenet ſecundũ locũ in miraculis. Tertio, quando illud quod
fit natura facere poteſt,ſed nõ illo ordine. vt quando aliquis
virtute diuina ſubito liberatur à febre:nullis adhibitis reme-
dijs,vel cùm nõ conſueto proceſſu naturæ, panis multiplica
tur.põt enim homo naturaliter facere panẽ:ſed nõ illo ordi-
ne.liquet ergo ꝙ miraculũ probari oportet,probando aliq̃d
naturæ:aliâs verè,ita ꝙ vires noſtræ naturæ excedunt̃, vel in
ſubſtãtia eius ꝙ fit,vel in ſubiecto eius in quo fit,vel in ordi-
ne faciẽdi.ſed ſi illud potuiſſet ꝑ cauſas naturales reduci nõ
eſſe miraculũ clarè probat̃.ꝙ aũt Deus fecerit propter inuo-
cationẽ illius ſancti,probata inuocatione, vel voto ad illum
ſanctũ,emiſsis,q̃bus ꝓbatis rectè cõcludit̃ illã animã eſſe bea
tam:quia tamẽ in iſtis põt faciliter eſſe deceptio.iſtud eſt de-
terminationi eccleſiæ Romanę reſeruatum cui ſtandũ eſt.

58 SVbſtantiæ † animatæ anima rationali
qualitates triplices ſunt, vt
iuriſconſultus ſuper edicto ędilium curulium di-
ſtinguit. Aut enim ſunt in anima, aut in corpore,
aut in vtroq;.In anima verò qualitas quandoq; ſupernatu-
raliter infunditur:vt in ſacramento fidei noſtræ. Sacramen-
tum enim eſt ſacræ rei ſignum. Itẽ ſacramentũ eſt inuiſibilis
gratię viſibilis forma,vt ſancti doc.docẽt.In baptiſmo enim
quædam qualitas animabus noſtris infunditur,hoc eſt gra-
tia per quam Chriſtiani dicuntur.Eodẽ modo in ordine ſa-
cerdotali,in aĩa infunditur q̃dã gratia,quæ eſt quædã qua-

litas in anima, ꝑ quā sacerdos dicitur idē in similibus. Si ergo
59 † quæratur an aliqs sit Christianus, & dixerit testis ꝙ sic, qa
vidit eum baptizari: satis exprimit, modus enim & verba sa-
cramenti huius cōmuniter oībus nota sunt, sed si probaretur
ꝙ ritum Christianorum seruauerit diu in foro nostro: omnia
præsumuntur solēniter acta, & solēniter processisse. Idem si
dubitaretur an aliquis sit sacerdos debet probari ꝙ secundū
stilum ecclesiæ fuerit ordinatus. Idem in similibus. hæc autē
canonistis relinquenda sunt, & theologis ad quos magis ꝙ̄
ad nos pertinet,

ALiæ qualitates sunt natura
liter acquisitę hominibus de quibus Aristote. facit
quatuor species. ¶ Prima vocať habitus, & dispo-
sitio, ex quibus qs dicitur scientificus alicuius sciētiæ, vt grā
maticus, physicus, vel legista, vel artifex alicuius artificij, vt
cerdo, faber, & similes. virtuosus vel vitiosus. & istę qualita-
tes si quidem de anima faciliter mouerentur: dicitur dispō. si
difficiliter, habitus: qa habitus acquiritur ex frequētibus acti
bus. & q̄ꝫto plus frequētantur: tanto plus, seu maior fit habi-
tus. Omne enim artificiū per exercitium suscipit incremen-
tum: de his ergo qualitatibus probandis videamus.

IVristam † esse solum vna probatiōe pro
bare possunt iurisperiti, quos di
cere sufficit sic esse: quia eum examinauerūt. in hoc
enim verbo interrogatio & responsio includitur,
& sic per sensum causa redditur. Idem si dixerit quia vidit ip
sum allegare legem, & allegationibus respondere, vel aliquē
actum qui in alium q̄ꝫ in iuristam non caderet. Sic in cæteris
speculatiuis scientijs puto idem. testis antem qui iurista non
esset, coniecturis aliquibus probabiliter demonstraret, vt qa
eum in habitu aduocatorum vidit incedere, & eum vidit co
ram iudice aduocare. licet quid dixit ignoraret. hæc enim tā-
tam præsumptionem inducerent ꝙ ei staretur: nisi in contra
rium doceretur per iurisperitos qui per examinationem ita
non esse: sicut esse peritum dicitur comprehēdunt. & idem
in cæteris scientijs. quarto periti secundum mores ciuitatis
vtuntur diuerso habitu à cōmuni, ¶ Et si quæratur an sit iu-
rista: non curatur an magnæ vel paruæ sufficientię sit. Si verò
determinatè quæratur, an iurista sit sufficiens ad doctoratū,
vel ad aliud simile: tunc testem oportet esse eiusdem sufficiē-
tiæ, vel maioris q̄ꝫ sit ille de quo quæritur. secus si esset mino
ris. nullus enim potest iudicem certum reddere de eo quòd
vires intelligentiæ ipsius testis excedit.

a ¶ Cerdonem. vide Alex. in. l. cætera. §. sed & si quis. in princi. in. j. col. ff. de lega. j. Tho. di.

a 61 CErdonem [a] esse † vel artificem alicuius
artis mechanicę. testificari po
test quilibet, cùm id opus quod ex artificio illo re
sultabat ab illi⁹ artis artifice processisse oībus no-
tum est. Si ergo testis dixerit, cerdonem esse. quia vidit eum
exercere dictam artem, satis probat si non interrogetur vlte-
rius. sed si adiecerit: quia vidit eū operari in illa arte, nō pro-
bat: quia præparare corium cerdoni est operari in illa arte:
non tamen est artifex. vt ergo lucida sit probatio, dicat ꝙ vi
dit eum aliquod opus facere, quod certum sit absq; illius ar-
tis peritia fieri non posse. & hoc cum simpliciter, an sit cerdo
quæritur. Si verò quæratur quantum gradum perfectionis
in illa arte quis teneat: vel quantum artificem illum vnus ex-
cedat: non potest testimonium reddi rectè, nisi per illos qui
sunt in artificio illo periti.

b ¶ Mercatorē. Vide Bar. in. l. legatis seruis. in princ. ff. de lega. iij. & ibi vide plenè Alex. in apostil. magna. & eundē in. d. l. cętera. §. sed & si qs. in. j. col. ff. de leg. j.

62 b MErcatorem † [b] seu negotiatorem esse,
non est artificium: quoniā
ex cōmuni vsu dicitur absq; singulari doctrina. &
ideo hoc officium appellamus, nisi in hoc alij sint
perspicaciores alijs. nō ergo mercator dicitur ꝙ huius rei no
titiam habet: quia sic omnes mercatores dicerentur, sed hanc
appellationem personæ ex vsu mercandi adijcimus non ex
vsu quolibet. non enim qui propter eminentes necessitates
mercatur mercator dicitur: sed qui cum quadam perpetuita-
te deputauerit se ad hoc. ¶ Idem in cæteris qui in officio ma
gis q̄ꝫ in artificio consistūt. & ita à legum latoribus. & à nostris
prędecessoribus est acceptū. Teste enim q hoc deponit cām
oportet reddere concludentē. prædicta puto: quia vidit eum
tabernam tenere, vel mēsam ad hoc, vel quia vidit eū sic age-
re, sic contrahere, vt faciunt ij qui mercatores appellantur.

63 ALiquam ex prædictis † qualitatib⁹ nō
habere quem, probatur, eo
ipso ꝙ cōtrariū nō probať, sed si cōstet eum semel
talē fuisse, qualiter probeť ꝙ talis eē desierit dubi
tabile est. puto ꝙ si quæratur de his q̄ in officio cōsistunt, pro
bari oportet ꝙ deposuit animū exercēdi illud, ex eo enim tā
tum talis dicebatur talis esse, & durare præsumitur donec de
contrario doceatur quod probabitur si expresse de eius con
stituerit voluntate. professionē facit in qua negotiari non li-
cet, vel si tanto tempore mercandi consuetudinē dimiserat ꝙ
animum dimisisse verisimiliter probatur, ad quod quinquē-
nium requiritur, vt reperitur in notarijs reipublicæ, & etiam
64 in domesticis cōstitutum. Sed si de artificijs †, mechanicis, du
bitatur plus difficultatis habet, quoniā ex habitu, & peritia
illius artificij talis dicitur, qui habitus est de difficili mobilis.
maximè cùm talia artificia sic consistant, etiam vt in modicis,
vt in scripturis redigi non sit necesse, sed probabiliter dici ꝙ
si ꝑ decēnium desierit tale artificium exercere, ꝙ artifex esse
desinat. tanto enim tempore obliuionē lex præsumit, vt sta-
65 tutum de pos. perdēda. ¶ † De sciētijs vero speculatiuis, cùm
varias & implicitas habeant conclusiones, alia inspectio est.
Quid enim si scholaris in quo nondum habitus scientiæ fir-
mus erat, vel habiturus erat habitu multum leuij, ad exerci-
tium, armorum se transtulit, & à studio ex toto cessauit? pro
culdubio per actus tales habitus tales dicuntur extincti mo-
dico tēpore quod tēpus iudicis arbitrio relinquēdum est. cu-
iuscunq; tamē fuerit firmissimi habitus, per decēnij cessatio-
nem ab actu absentiæ, & extinctio præsumetur, vt dictū est
ex prædictis: ergo liquet qualiter probetur ꝙ talis esse desie
rit. potest etiam per peritorum examinationem probari.

66 DE virtutibus & vitijs oppositis videa
mus. Est autem † virtus
vt Arist. ait, habitus electiuus in mediocritate con
sistens, quo ad nos determinata ratiōe, & vt sapiēs
determinabit. Ex eo quod dicit habitus, apparet ꝙ est quali-
tas animæ. de qua nūc tractamus. Ex eo ꝙ dicit electiuus, dif-
fert ab habitu alicuius scientiæ, vel artis q non est habitus ele
ctiuus, sed sciētificus. potest aliqs aliqd scire, & nolens, & sic
actus scire necesse non eligitur ꝑ imperiū volūtatis, ꝙ nō est
in actibus virtuosis. Ex eo ꝙ dicit in mediocritate consistēs,
differt à vitijs q̄ in extremitatibus assistūt. vt nil largiri auari
tia est, oīa largiri prodigalitas est. & vtrūq; vitium: tenere me
dium tēperantia est, & est virtus idē in silibus. Ex eo ꝙ dicit
quo ad nos apparet ꝙ secundū diuersas cōditiones ꝑsonarū,
diuersificatur mediū. alia enim est moderata expensa in nobi
li & diuite. alia in rustico, & paupere. & ideo iura hæc mode-
rantur secundū nobilitatē nataliū, & patrimonij quātitatē. &
idē de alijs. Ex eo enim ꝙ dicit determinata ratione, apparet
ꝙ habitus electiuus debet fieri ad finē boni. bonū enim est de
bita ratio & cā oīum. si enim fieret in malū finē, non esset vir-
67 tus, vt diceť inferius. Ex eo verò † ꝙ dicit, vt sapiēs determi-
nabit, apparet hoc cōmissum arbitrio boni viri, hoc est iudi-
cis q sapiēs & bonus vir apud nos est quòd merito dicitur, vt
j. probabiť. apparet ergo ex prædictis ꝙ cū habitus animę nō
possit probari, nisi ꝑ actus extrinsecos ꝙ ille virtuosus pro-
batur cuius actus tales probantur, qui apud iudicē & bonū
virum virtuosi determinantur. & econtra de vitijs est, sed qa
generalis doctrina studiosos certos nō reddit: ideo est ad par
ticularia descendendum.

68 VIrtutum aliæ sunt morales. aliæ theologi
cæ. Primò † moralium quatuor
sunt principales, quas cardinales vulgo appella-
mus. sicut est hostium in cardinibus, ita & his qua
tuor omnes alię reuoluuntur. & sunt hæ. s. prudentia, iustitia,
fortitudo, & temperantia, huius ratio est: quia ad rectè viuen-
dum primò requiritur in homine recta ratio per quam inter
se syllogizet. & ꝙ melius est cognoscat. & hoc ꝑtinet ad pru-
dentiam. ¶ Secundò cognitionem boni debet sequi opera-
tio: & tunc si est ad alterum. & pertinet ad iustitiam quæ ius
suum vnicuiq; tribuit. Si verò respicit operationē prout est
inter se: tunc prudentia sola nō sufficit, licet enim quis cogno
scat' quod melius est: potest esse aliquis appetitus qui cōtra-
rietur vt vltra velit, & vt hic appetitus noxius limitetur est
necessaria alia virtus, quæ dicitur temperantia. Quandoq; est
aliquis appetitus per quem ab eo quod bonum cognoscit de
sistit propter timorem, vel laborem. & ad hūc appetitum no
strum refrenandum alia virtus necessaria est scilicet fortitu-
do. & hæc vera sunt. & legibus probantur. de qualibet ergo
singulariter videamus.

69 PRudentia † est vt ait Aristo. lib. vj. ethi-
corum habitus cū ratione acti
uus circa hominis bona, vel mala. ad quod declarā
dum sciendum est ꝙ sapientia, scientia, & pruden
70 tia differunt. ¶ † Est enim sapientia habitus speculatiuus con
siderans causas altissimas. & hæc pertinet principaliter ad
Theologiam, & Methaphisicam. quæ Deum. & primas cau-
sas considerat.

v. differentia int. sapientia, scientia, et prudentia

ſas conſiderat,& de principijs omniũ aliarũ ſcientiarum iu-
dicat.& etiã de iſta ad iuriſtas.vnde meritò dicitur: eſt enim
res ſanctiſsima iſta ciuilis ſapientia.vt Vlpia.ait.ipſa enim
cauſas altiſsimas cõſiderat:quia eſt diuinarum,atq; humana-
rum rerum noticia & cognitio.iudicat de principijs aliarum
ſcientiarũ.reprobat enim principia omnia quæ fidei catho-
licæ repugnant,& hac conſideratione bonus iudex rectè ſa-
piens dicitur,& cũ ad conſilium ſapientis recurritur, vulgo
71 de iuriſperito intelligitur.¶†Scientia autẽ eſt habitus ſpe-
culatiuus demonſtratiuus ratione vera,cõſiderans cauſas in
feriores,& hoc ad ſcientias naturales ſpectat.hęc quidem de
vniuerſalibus,& neceſſariò ſe habentibus hoc nomine ſcien-
tia.& iuri noſtro attribuitur per principẽ in prima conſtitu-
tione.fforum,& meritò:quia etiã cauſas inferiores cõſiderat.
non ſolũ enim diuinarum,ſed etiã humanarum eſt cognitio,
ſed etiã de vniuerſalibus iudicat.¶ Iura enim non ad ſingula
res perſonas,ſed generaliter conſtituuntur.eſt etiã de neceſ-
ſario ſe habẽtibus.leges enim cõſtringunt hominum vitas,&
eis omnes obedire oportet,maxime quia eſt inuentio & Do-
num Dei,vt ait Demoſthenes,& retulit Marcellus in.l.ij.ff.
de legi.nec prædictis obuiat:quia mutabilia ſunt per princi-
pis imperiũ,vel alterius cui attinet:quia etiã quæ iura natura
lia ſunt mutabilia ſunt diuino imperio,vel alterius cui Deus
conceſſerit,vt in miraculis declaratũ eſt.nec tamen per hoc
72 minus dicuntur neceſſariò ſe habere. ¶†Ars verò eſt habi-
tus ratione naturæ factiuus.vnde per talẽ habitũ inſpicitur
opus faciendũ quod trãſit in materiam exteriorẽ,vt aliquod
opus domus,liber,& ſimilia quorũ operũ bonitas nõ cõſiſtit
in faciente,ſed in opere iſto.quocunq; enim appetitu bono
vel malo artifex opus fecerit:ex hoc bonũ vel malum nõ di-
citur,ſed ex ipſo opere.quod nomen etiã iuri per iuriſcõſul.
tribuitur dum dicit:ius eſt ars boni & ęqui.& meritò cũ iura
noſtra plurimũ actum extrinſecum intuentur, & actũ mate-
riæ intrinſecum non pręmiat,nec punit:apparet ergo ꝙ ſecũ
dum diuerſas cõſiderationes poteſt ius noſtrum appellari ſa
pientia,ſcientia,& ars,cũ ſit recta ratio ſtabiliũ,& recta ratio
factibilium.nunc ad prudentiã redeamus,quæ differt à præ-
dictis:quoniã prudentia cõſiſtit circa particularia.& ea quæ
contingenter eueniunt,& inter ſe conſiliari,& diſputare,&
recta ratione vniuerſalia particularibus cõgruentibus appli
73 care.& hoc eſt vltima diffinitio.ſ.poſita. ¶†Eſt enim prudẽ
tia habitus.& ſic patet ꝙ requiruntur frequẽtari actus.vnde
licet conſtet aliquẽ eſſe magnũ iuriſtã,vel medicum:non ta-
men ſequitur ergo eſt prudens iuriſta,vel medicus. ad hoc
enim requiritur.ꝙ per practicam præcedentẽ habitũ fecerit
adaptandum vniuerſalia particularibus.& hoc recta ratio-
ne.ſi enim ſine ratione.& caſualiter bene operetur,vel cũ ra-
tione nõ recta:quia nõ in bonum finem non erit prudẽtia.eſt
enim habitus actiuus.per hoc intendit ꝙ nõ ſit ſpeculatiuus.
ſpeculari enim eſt circa cognitionem vniuerſaliũ quę neceſſa
riò ſe habent.ſed conſiliari & diſputare intra ſe ad cõtingen-
tia pertinẽt.dicitur enim actiuus.vt differat ab arte, quæ eſt
habitus factiuus.differunt enim agere,& facere,& hoc loco:
quia facio tranſit in materiã exteriorẽ:agere ſecundũ opera-
tionem manẽte materia.licet Labeo in ti.de ver.ſigni.verbũ
agere latius aſſumpſerit.¶ Eſt enim iſte habitus circa homi-
nis bona,vel mala.& ſic circa cõtingẽtia.ſ.ei & ea bona agen
tia,& cõſeruantia,& diminuẽtia.circa quod etiã ius noſtrum
conſiſtit,& circa mala fugienda,& præcauenda ne eueniant.
vel ſi euentura ſunt minus lædant.qui ergo talẽ habitum ha
74 bet prudens eſt.†hoc autẽ probare per probationes neceſſa
riò cõcludentes aut impoſsibile aut difficile eſt valde. conſi-
ſtit enim actus perfectus talis virtutis ex multis quæ ſunt in
anima,& extra ipſam diffunduntur:ex quibus virtus appa-
ret.quæ autẽ ſunt illa quæ requiruntur in diuerſis diuerſimo
dè tradita ſunt,& per diuerſa nomina,ſed ego ponã eo ordi
ne,& his nominibus quę nobis magis congruũt.dico ergo ꝙ
requiritur primò cognitio,quæ ſi quidẽ eſt præteritorũ dici
tur memoria.ſi præſentiũ dicitur intelligẽtia. ¶ Secundò re-
quiritur ipſius cognitionis acquiſitio,quæ quãdoq; proce-
dit ex doctrina quæ ab alio percipitur.& hæc appellatur do
cilitas.quandoq; per inuentionẽ experimẽtalẽ,& hęc appel
latur experiẽtia.& hæc quãdoq; fit cum tarditate,& appella
tur deliberatio.quãdoq; fit ex velocitate,& quaſi ſubito,&
appellatur ſolertia id eſt facilis & prompta cõiecturatio.& hoc
ſępe expeditum eſt.¶ Tertiò requiritur vſus cognitionis,vt
contingentia adaptentur recta ratione.ad hoc autem requi-
runtur tria.Primò,vt hæc ordinẽtur ad aliquẽ bonũ finem,
& hoc pertinet ad prouidẽtiam quæ reſpicit futura.Secũdò,
vt adaptentur circunſtãtię negotij,& hęc vocatur circũſpe-
ctio per quam prouidentur,ne impedimenta occurrãt.Ter-
tiò,vt euadamus impedimenta ſi occurrent:& hæc vocatur
cautio.& in his etiam cadit vel experientia in ſe,vel docilitas
ab alio,& ex his dicitur homo prouiſus,circũſpectus, & cau
tus.ſi ergo bene computes nouem ſunt quæ requiruntur. me-
moria,intelligentia,experientia,docilitas,deliberatio, ſoler-
tia,prouidentia,circunſpectio,& cautio.Quis ſit ergo ille,in
quo omnia prædicta concurrant vniuerſaliter, des mihi, &
laudabimus eum.ſunt enim multi in quibus prædicta perfe-
ctè concurrunt,in quibuſdam ſpeciebus agendorum,& hæc
cognoſcere,ſcire,& probare nobis expediens eſt.& ideo de
his aliquid tangamus.

75 PRudens †prudentia perfectè prẹſumitur
quilibet maior , niſi contrarium
probetur.quilibet etiam naturaliter bonũ appe-
tit.cuilibet ineſt ratio,ex eo ꝙ homo eſt quia etiã
quędam principia ſtabiliũ,& agendorum habet licet nõ per
fectè.Ex hoc ineſt nobis naturaliter,vt conſultus peritior ei
credatur humiliter:cùm ſcriptũ ſit,ne innitaris prudentię tuę.
ideo ad oſtendendum quomodo ſcientia & prudentia iuris
cuilibet ineſſe præſumitur,Pau.in ti.de bo.poſ.ait ſcientiam
non hanc accipi quæ viris prudentibus ſit:ſed eam quã quis
aut per ſe habet,aut conſulendo prudentiores.Prudens ve-
76 rò†perfecta prudentia ea perfectione quę in hominibus ca-
dere poteſt naturaliter.poteſt eſſe in quibuſdam ſpeciebus
agendorum,ex quo diuerſæ ſpecies agendorũ dicuntur ipſius
prudentiæ.quædã enim prudentia eſt circa regimẽ ſuijpſius,
quæ appellatur prudentia ſingularis,ſeu particularis.alia eſt
prudẽtia qua regitur multitudo.hæc multiplex eſt.aut enim
eſt multitudo coadunata ad totam vitam . vt vna domus,
ſeu vna familia,& ad eius regimen prudentia requiritur,quę
dicitur economica,ſi verò non ſit coadunata ad totam fami-
liam ſed ad vniuerſalia . vt multitudo ciuitatis vel regni.&
hęc in principe dicitur prudentia regnatiua.in ſubditos ve-
rò dicitur prudentia politica.Si verò ſit multitudo quæ con
gregetur ad certum finem,vt exercitus ad pugnandum, &
ſimilia: tunc dicitur prudentia militaris de qualibet iſtarum
aliquid videamns.

77 PRudentia †particularis eſt,cũ ad ſuijpſius
regimen quidam prudentes in
ueniuntur,qui habent ea quæ generaliter.ſ.de pru
dentia dicta ſunt.Et notandum quòd quo ad alios
prudens quis eſſe nõ poteſt,niſi quo ad ſuijpſius regimẽ pru
78 dens ſit.ſed hoc non conuertitur.Sunt †enim aliqui qui quo
ad ſe boni,& prudentes ſunt:aliorum verò negotiorum inex
pertes.de illis dicitur ſancta ruſticitas ſibi ſoli prodeſt.quod
de hæremitis,& alijs viris contemplatiuis,& à vita actiua ſe-
paratis dictum eſt:iſti à tutela excuſantur ſecundum leges &
hi ad prelaturã ſecundum canones non promouentur, opor-
tet ergo ipſum eſſe prudentem non ſolum literarum peritia,
ſed ſecularium negotiorum diſpenſatione.his in dicendis te-
ſtimonijs multum creditur,ſunt enim vitæ laudabilis,nec eo-
rum fides vacillat.huiuſmodi autem prudentia quam exiſti-
mo particularem in viuendi & conuerſandi , modo proba-
bitur.& per eum reddere teſtes rationem oportet, vt in ſe-
quentibus clareſcat.

79 EConomica †prudentia,id eſt diſpen-
ſatiua ad regimen familiæ
pertinet habẽtem eam diligentẽ patremfa.appel-
lamus.hoc nobis probandum bipartitè occurrit
ſcilicet vel diligenter,ſeu prudenter eſſe patremfa.ſimplici-
ter nullius ſingularis actus reſpectu,vel alicuius actus reſpe-
ctu.primũ occurrit,cùm de aliquo creando tutore quęritur,
vel de ætatis venia concedẽda.hoc imperiali cõſtitutione do-
cetur,qua de eo cui ętatis venia eſt cõceſſa eſt cautũ ꝙ idoneis
vocatis teſtibus morũ ſuorum inſtituta.probitateſq; cõmu-
nis teſtimonio honeſtioris vitæ edoceãt.quid eſt enim ꝙ mo
rum ſuorũ inſtituta dicit?apparet per actus extrinſecos pru-
dentes eſſe probatos.¶ Sed quia ex actibus quis nõ efficitur vir-
tuoſus.vel prudens,niſi faciat eum retinere mores,vt in dif-
finitione virtutis,& prudẽtiæ docuimus:ideo ſubdit probi-
tatem,quæ cõmuni teſtimonio vitę honeſtioris edoceant.Ex
vita enim & cõuerſatione honeſta,prẹſumimus cũ mores re-
tinere.Econtrario contrariũ.ideo cautũ eſt legibus imputan-
dum eſſe contutori,qui eum tutorẽ ſuſpectum non fecerit ſi
80 eum malè viderit conuerſari.hæc quidem mihi† prẹcipuè in-
ueſtiganda ſunt:cũ Carolus quartus ſanctiſsimus & nobiliſ-
ſimus imperator inter alia multa cõceſſerit, vt egomeiq; de-
ſcendentes quos legibus doctos eſſe contigerit p vniuerſum

imperium ætatis veniam concedere valeamus,seruata forma
quæ legibus reperitur inserta.¶ Quid ergo morum instituta
sint:quid honestior vita,inserendũ est primò:postea qualiter
probentur mores,licet per loca & tempora varientur.tamen
hoc intelligendum est de bonis moribus.verbi gratia: Labeo
81 dixit super edicto de iniurijs nonnunꝗ†tamen dicuntur mo
res ciuitatis.i.populi ipsius ciuitatis,vt sunt mores qui vim le
gis obtinent,vt consuetudines quę pro lege seruantur.& ad
hanc inducẽdam loci & temporis cursus requiritur,vt in ma-
teria consuetudinis est receptum.& de his non loquimur in
pręsenti.nonnunꝗ verò dicuntur mores ciuitatis,& singulo
rum de ciuitate hi qui legis vicem non obtinent,& vitas ho-
minum non constringunt quilibet enim secundũ suum placi
tum,suam familiam regit,sua animalia pascit,suaq; pręstia co
lit.& generaliter suę rei quis moderator,& arbiter est.quę ve
ro in pręstictis à pluribus obseruantur,illi mores ciuitatis di
cuntur.¶ Et quod dico à pluribus secundũ gradum intelli-
go.aliter enim disponenda est familia diuitum & magnatum
aliter mediocrium & humilium, iuriscon.ostendit, dum de
alimentis pupillo pręstandis tractauit.secundũ quod ait mo
rum instituta.i.solidata,& firmata.q.d.habitum morum qui
est difficilè mobilis, probari oportet.ad hoc autem nõ longi
temporis cursus requiritur.est enim hoc in iuuene.xx.anno-
rum.de quo cõstitutio loquitur impossibile reperiri.sed hoc
facile est colligi ex cõstitutione principis,quæ de monachis
loquitur.ait enim si vitium in priori est gestum vita humana
ex natura quodammodo labitur ad delicta, attamen sufficit
ad meliorem purgationem peccatorum,& virtutum augmẽ
tum triennalis temporis testimoniũ apparet:ergo,ꝙ ex mo-
ribus trium annorum probatur habitus.ex hoc enim induci
tur virtus.¶ Virtus enim est habitus vt dictum est.& hoc ve
rum etiã si vitium pręcessit,quod intelligo,nisi magnus ha-
bitus vitiosus pręcesserit.Quid enim si post perfectã ætatẽ
longo tempore vitam gesserit vitiosam?tunc talem habitum
non puto per bonos mores triennij emendari:sed tũc longio
ris temporis cursus requiritur:vt in decurione,& curiali vo
lente ad clericatũ ascendere contra senatũ vita honestiore &
honesta intelligo.vt ex his quæ in primo relicta.cõstructione
82 prosequimur.¶†Ostenditur hic vnũ iuris pręceptum.s.ho-
nestè viuere quod interpretatũ est quo ad se hęc autem hone
stas species temperantiæ est.& ideo sicut virtutes cæteræ cõsi
stunt in medio.secũdũ ꝙ vir bonus & sapiens determinabit.
& hoc ex multis cõprehenditur.s.ex conuersatione cum bo-
nis,vt dictum est.& hoc secundũ temperantiam.nõ enim ho
nestum esset homini mediocri assiduè cum magnatibus & vi
ris præexcellentibus conuersari nec eorum vestibus vti.nec
nimis delicatis nec sordidis vtatur sed medio quodã.vel so-
lus vel sociatus mediocriter.tamen secundũ suam conditio-
nem & regionis morẽ incedat:& ꝙ potibus & cibis cõgruis
in qualitate & ꝗtitate,& cõgruis horis secundũ personę con
ditionem vtatur,& ꝙ sit tẽperatus in lingua:nec luxurię de-
ditus.& generaliter nulli notabili vitio sit submissus.In his
verò tota seculariũ vita consistit.hęc probabilibus authorita
tibus probarẽtur sed ita manifesta sunt ꝙ probatione nõ in-
digent.¶ Apparet ergo,probandos esse mores respectu ad
alios,vitæ honestatẽ respectu sui:sine his hęc economica pru
83 dentia non cõtingit esse probata.¶†Ad testium dicta,super
his venientes dico quòd si testis dixerit aliquẽ esse prudẽtem
diligentemq; patremfa.qa per trienniũ vidit eum diligenter
gerere negotia sua,& bene & honestè viuere : quod satis suf-
ficienter probat.hæc enim diligentia & honesta vita in com-
munem hominũ notitiam cadit.vnde rectè per visum causa
deponitur, etiam si actus singulariter non exprimatur.nec
his obstat ꝙ per triennium continuum testis videre non po
tuit:quia etiã si testis expressè dixerit continuè se vidisse:de-
bet intelligi de illa continua visione quę cadit in socium, vel
vicinum non ꝙ omni momẽto vidisse exigatur,vt Labeo ait
in muliere cui legatur:dum cũ filio suo communiter erit:& si
testis particulariter interrogatur quos actus eũ facere vide-
rit;debet respondere,vt puta quia vidit eum ad modum dili
gentis patrissa.suam familiam regere,siue pręstia colere,fru-
ctus congruo tẽpore vendere.& his similia.& si de omnibus
actibus emergentibus in prædictis non expresserit:dictũ eo
rum,non vitiatur: & si diuersi testes dixerint actus ad hoc
pertinentes vidisse singulares non erunt : vt in similibus à
nostris maioribus est receptũ:quantò verò tempore prædi-
cta magis declarãtur:tãto lucidior probatio redditur,in qui
busdam tamen puto aliquem esse prudentem : diligentemq;
patremfami.vulgi opiniõe probari,vt in casibus in quibus
receptum est ex vulgi opinione probari quem vergere ad in
opiam,vel male vti substantia sua,& in his similem rationem
84 habentibus.¶†Et ex quibus dico,quòd si omnia quæ requi
runtur ad economicam prudentiam sunt probata. Ex aduer
so docetur ꝙ vsurarius est.dico si aliquid ex aduerso probe-
tur.si quidem secundum morem ciuitatis.in seculari persona
pro modico reputatur apud bonum virum, ex hoc proba-
tionem nõ infringi.maior enim pars hominum aliquo defe
ctu tenetur.vt enim & in corpore modicus defectus non fa-
85 cit corpus iudicare morbosum,vt si cum Deus abest:†ita nec
defectus modicus animæ quo ad nos faciet quem non pru-
dentem videri.sed si vitiũ est notabile & damnosum,vt vsu-
rarius,fur,latro,raptor,falsarius,& similia:tunc ex his redde
retur non prudens,nisi ex secta, vel locorum varietate esset
aliter statuẽdũ.qd enim de iudęo creando tutore alteri iudęo
qui in omnibus diligens reperit̃ atq; honestus,sed in hoc de-
ficit:quia infidelis est.& Christianis publicus fœnerator,quę
licet apud nos grauissima sunt:non tamen ad sectam eorum:
nempe ex hoc nõ reprobatur vt imprudens.hæc ea lege pro
bari videntur quę tutorem esse permittit.quid etiam (quod
dolẽter refero) vt quibusdã ciuitatibus accidit,quasi omnes
etiam honestiores publicè vsurentur?oportebit quippe iudi
cem qui hunc habet citare tutorem propter duriciem popu
li,& errorem eorum,& semitas impœnitentes neminẽ repro
bare.tamen veniam talibus non concederem cum verò tra-
ctemus de aliquo prudente,& diligente alicuius certi actus
celebrati:non propter hominum prudentiam hominem pru
dentem probamus:cùm prudentia sit habitus mentis qui sin
gulari actu non limitatur.sed propriè tractamus an actus sit
prudenter factus. hoc est in quocunq; prudente & diligen-
te.& hęc lex ostẽdit.& pro negotijs vtiliter cœptis actiones
concedunt.& pro his quæ diligenter gesta sunt minorẽ non
restituunt.ad hoc autem requiruntur tria.s.prudentia,& cir
cunspectio,& cautio.prudentia respectu finis.puta vt emat
rem sibi necessariam.circunspectio respectu circunstantiarũ.
vt puta res quæ emitur casmate vel alteri casui verisimiliter
non subiaceat.quod non sit vicinis pestilentibus confinata:
vel similibus.Cautio vt euadantur impedimenta si fortè con
tigerit vt de euictiõe sibi promittatur idoneè: hoc à quocũq;
prudente fieret.& si ex causa hoc redundaret in damnũ: non
imprudentiæ hoc imputaretur sed facto.si quidem verè defi
ceret factum diligens non dicitur prudens, vt Vlpianus su-
per edicto de minoribus ait.¶ Quidam actione negotiorum
gesto.agebat.probauit se aliquod negotium vtiliter & dili-
genter gessisse ꝑ testes:qui pro ratione ita esse dicũt:qa quili
bet prudẽs & diligẽs paterfa.ita fecisset, secũdũ mores illius
ciuitatis:an sufficiẽtẽ rationem reddiderunt, dubitatur. dixi
aduertendum:quia quędam sunt negotia quę quo ad omnes
homines illius ciuitatis,seu quodammodo vniformiter ha-
bent:vt in cultura vineę,fundi oliueti,& si.& si de istis quæ-
ratur:sufficiens ratio redditur quãdo talis diligentia in com
munem omnium hominum notitiam cadit. ¶ Quædã sunt
negotia quæ difformiter valde se habent:vt emere vel vende
re pro alio equum,seruũ,fundũ & similia.& in his prædicta
ratio non est sufficiens . hæc enim diligentia in communem
hominum notitiam non cadit.habet ergo testis dicere in ra-
tione circunstantias.vt istud negotiũ appareat factũ diligen
ter:vt puta ꝙ equus venditus,erat senex,vel alium defectum
a habebat[a] propter quem illũ vendidisset quilibet diligẽs pa-
terfa.vel ꝙ negotia quæ gerebat erãt magna,& diffusa,vnde
quilibet diligens potius emisse tequum causa visitandi nego
tia,ꝗ continuè conduxisset ad vecturam:& quòd equus ille
emptus est communi pretio.his exemplis contenti simus.
¶ Nec prædictis ob.quod.s̃.diximus,cũ de hominis pruden
dentia simpliciter quęritur sufficere,si testis dicat ꝙ congruo
tempore vidit quem bene & diligenter gerere negotia sua.
cùm enim de hominis prudentia quæritur simpliciter: suf-
ficit si simpliciter causam reddit:sicut cùm quęritur an iudex
ius dixerit:quæ notitia in eũ cadit qui actus exteriores vide
rit qui pertinent ad ius reddentem: licet ex his sit forsan ali-
quis actus iniquus.& si de actu singulari quæritur,an in eo
ius dixerit;nisi omnes ipsius actus & circunstantias quis co-
gnoscat:de eo rectè non testificaretur.

86 REgnatiua† prudentia consistit in bene
operando in bonum finem:hoc est in quietem:&
bonum subditorũ:non in finẽ sui lucri,vel gloria.
tæc qui dẽ requirunt̃ in principe hoc est in quolibet potesta
em ger ẽte publicè.hoc in quolibet posito in dignitate ꝑsu-
mitur:nisi cõtrariũ probet̃.& in probãdo nõ requirit̃ ꝑsonæ
examinatio ꝙ circa scientiã per examinationẽ expedit̃.circa
mores secun

a ¶ Defectũ habeat. Vide Alex.in.l.de minore. §. plurima.in.j.col.i addi. quę incip.dicit.ff. de quęstioni.Th.

87 mores secundũ canones idoneus pręsumit. Iura verò† ciuilia hanc prudentiã aliqualiter probari exigunt, quod ex eo esti matur ꝙ quis fecit, dum in inferiori gradu cõsisteret. si enim indignus qs esset inferiori gradu indignior esset superiori. vt Pomponius respõdit. ¶ Est etiã constitutum vt gradatim à minoribus ad maiores gradus perueniat. hæc enim videtur esse necessitas. nã gerendorũ bonorũ nõ permiscua facultas est, sed ordo certus huic rei adhibitus. nã neq; prius maiorem magistratum quisq̃, nisi prius minorẽ susceperit gerere põt. vt Callistratus ait, qui authoritate ostendit, eoipso ꝙ qs per gradus præcedentiũ dignitatũ trãsiret ad maiores, gradatim ad sequentes idoneus præsumatur, nisi contrariũ doceatur. & hoc non immerito: quia secundũ Aristo. virum principatus ostendit. in principatibus enim tot occurrũt ardua, quorum expeditio oportet omnibus esse manifesta, quod iustè ad fidem adducimur quod est idoneus. nisi de cõtrario discernat. ¶ Si quis tamẽ pręsumptioni soli standũ nõ putaret: putarẽ sufficere si per eos qui eis suberãt fama bona, boni regis præ beatur. hęc enim in his satis ad fidem iudicem adducunt. hęc autem pręcipuè in quolibet pręside requirit, vt subditis iustitiam seruet, bonas leges cõdendo, & bene iudicãdo. quod qualiter probet in tractatu de iustitia dicetur. potest etiã de vno principe vnus actus notabilis declarari ꝙ ex eo solo ad fidem adducimur, quod habeat prudentiã regnatiuam, vt de Salomone legitur in libro regũ, qui in quæstione de infante

88 dixit afferte mihi gladium. ¶ † Notandũ est quod secundum diuersitatem graduũ in principatibus, diuersa debet esse prudentia regnatiua. alia enim requirunt in principe ecclesiastico, vt in episcopo quem ponit apostolus, vt in sacris canonibus declarat: alia requirũtur in principibus secularibus, & in alijs, & secundũ diuersitatem graduũ diuersa notaui. In eo verò qui nunq̃ gradum dignitatis tenuit, inspicitur fortè si fuerit consiliarius, vel decurio: ideo cõstitutũ est, vt qui nõ sunt decuriones ad honores non promoueant. si verò nullo modo dignitatis gradũ tenuit per se, vel per aliquem ascendendo, quasi impossibile est probari eũ habere prudentiã regnatiuam. quomodo enim potest probari habitus prudentiæ regnatiuæ in eo in quo nunq̃ aliquis actus alius pręcesit, cum habitus ex actibus generet? verumtamẽ tunc esset sola dispositio intuenda, quæ ex natalibus & facultatibus præsumit. & Callistratus in titu. de mu. & hono. respõdit: in hac enim prudentia requirit persona omni turpitudine depurgata. ¶ Infamis enim de iure vel de facto ad nullã dignitatem vocatur: vt cõstitutũ est, licet hoc prudentiæ economicæ nõ repugnet. potest enim tutor esse infamis, vt patet ex edicto pretoris, in quo tutor infamis ad postulandũ pro suo pupillo admitti

89 tur. nullus enim† ex vilissimis negotiatoribus adiectus, adhibitusq; officijs, si de foribus & ministris, vel ex turpibus lucris lucratus fuit aliquã dignitatẽ, habere potest vt constitutum est. Si qua de his probarent: apparet talẽ carere prudentia regnatiua. & merito. sunt enim tales pusillanimes quod vitium repugnat prudentiæ regnatiuæ in qua magnanimitas, & magnificentia requirit vt inferius declarabitur. nec puto in hac prudentia, probandũ tanti temporis cursum requiri, quãtum & in economica dicimus, in dignitate enim facilius

90 homo cognoscit. ¶ † Sunt etiã actus excellentes & notabiles qui cũ maiori deliberatione fiunt: ideo ex his habitus prudẽtiæ facilius generat. & prædicta si simpliciter quæratur, an aliquis sit prudens tali prudẽtia. Sed si particulariter, & simpliciter quæratur de aliquo actu singulari facto ab eo qui presidet, an prudenter sit factũ dubitatur: & tunc erunt probãdæ circunstantiæ. vt in economica dictum est, & manifestius in tractatu iustitiæ declarabitur.

91 **Politica siue** † ciuilis prudentia requiritur in subditis: quæ in hoc cõsistit: vt in bonũ finem domini operentur. æget enim ciuitas multis, scilicet domino cuius prudentia regatur. ęget subditis diuersarũ conditionũ. nam alij consiliarij regentiũ, vt ait Pomponi. decuriones dicti sunt eo ꝙ in numero decem eligebant consilij publici gratia. & eodem modo alij, qui alia munera subibant. istorum actus multum appropinquat actibus regentium. ideo eodem modo eorum puto probare prudentiam, prout dictum est de prudentia regnatiua. Alij sunt negotiatores. alij alia misteria artificia, & officia exercentes: hi sunt omnes actus ad ciuilem vitam ordinandam. vt in libro conuersationis ciuilis declaratur. licet tamen prędicta ad finem ciuilis boni inuenta sint: tamen homines vtuntur his ad finem proprij boni, scilicet vt propriam substantiam augeant. & sic secundum vsum pertinet magis ad prudentiã economicam. quid ergo si prudens & diligens marcator, vel artifex alicuius negotij eo modo probãdus est a quo dico de economica. aut de hoc vniuersaliter quærit, aut respectu certi actus: & in hoc inspiciendi sunt mores ciuitatis scilicet hominum eiusdem negotij, & artificij. quod si fortè in ciuitate tantum vnus esset artifex, mores eorum intuendi sunt qui in vicinis ciuitatibus operãtur, vt est in similibus constitutum.

92 **Militaris** † prudentia, consistit in bene operãdo, in finem victoriæ ob quietẽ reipub. loquor autem de militia armata, & hæc militia alia est terrestris, alia marina. Terrestris alia pedestris, alia equestris, & inter hos alij sunt regentes, alij qui reguntur. Et regentium quidam sunt qui pręsunt toti exercitui, qui continet multos numeros militum, alij pręsunt legioni. alij cohorti. alij ale. vt Vlpia. sup edicto de infamibus not. b & istorum præsidentium prudentia, siue multipliciter, siue respectu certi actus, probãdo occurrit. eo modo probatur quo dictum est. s. de prudentia regnatiua. ¶ Aliorum verò qui regunt prudentia militari, si probari expediat exercitio illius actus probari oportet vel in actibus bellicis cõtra hostes, vel in hastiludijs, & certaminibus qui gloriæ causa fiunt in ciuitate, per illa acta homines apti redduntur ad arma: & qui viribus victoriosus extitit, nostram vocationem consequitur, vt imperator in ti. de athle. constituit. aliorum verò qui ĩ his exercitati non sunt, prudentia militaris directò probari non potest. præsumptio est tamen ꝙ in militia equestri præualeãt nobiles, & alij assueti in equis. ¶ In militia verò pedestri præualent homines robusti corde, & maximè carnifices qui in exercitio gladij & effusione sanguinis sunt experti. & etiam fabri & malleatores, qui in actibus percutiendi operam dant asiduam, vt dicit Vegetius de re militari, & etiam Egidius Romanus de ordine hæremitarum, in libro quem fecit de regimine principum. in vltima parte sui, vbi de re militari multa pulchra tractauit.

93 **Opposita** prudẽtię sunt diuersarũ specierũ secũdũ ꝙ diuersas species prudentię posuimus quę p ordinẽ prosequamur. prudentiæ † quidẽ particulari quæ ad suipsius regimen pertinet, opponitur imprudẽtia quæ contingit ex ætate vel casu. Ex ætate, vt in pupillo maximè ĩfante, vel infantię proximo: quibus cum nec se nec familiam suã regere sciãt, datur tutor. qui & personæ & familiæ suæ habet curam. In adulto verò non præsumitur imprudẽtia talis: ideo nõ personę sed bonis curator datur. hæc autem etas qualiter probabitur, in c tractatu de tempore declarabitur. ¶ Ex casu verò contingit imprudentia. in his qui carent iudicio intellectus, quod contingit in quibusdam actibus furoris, & dicitur furiosus in quibusdam & in quibusdam non secundum furorẽ, & hoc quandoq; ex sensus defectu procedit, vt surdus, & mutus, q quandoq; nihil, & quandoq; aliquid intelligunt. & illi nullo alio noĩe speciali nuncupantur. sed eos mutos, vel surdos, vel morbo impeditos lex appellat. quandoq; stante sensus integritate cõtingit aliquos esse dementes, & hos omnes mente captos appellamus: sed & secundũ diuersas causas, alijs etiã nominibus nuncupantur, vt stultus, & fatuus, & his etiam datur cu-

94 rator qui personę & patrimonij curam habet. furiosus† probatur ex actibus, & si testis dicat ꝙ vidit eum furere, & actus furiosorum facere. satis exprimit. sunt enim tales actus communiter noti. ¶ Sed si interrogetur vlterius, oportet testem exprimere actus. i. quia sine cã astantes ibi vidit percutere, &

a astãtes sine causa[a] fugere. lapides proijcere sine cã, & similia. Quid si dixerit ꝙ viderit eum detineri in carcerẽ, vel ligatũ funibus vt furiosum? puto hoc non sufficere, sed adminicularĩ. sed si adderet ꝙ in vinculis vidit eum insania verba dicere, sufficeret si prędicta aliquo tempore fecerit. sufficit dicere ad hoc vt furiosus etiã hodie præsumatur, nisi aliud doceatur. ait enim lex ipsum tandiu esse sub cura q̃diu sanitatẽ receperit d qui ergo dicit ꝙ sanitatẽ receperit, docere debet. Sed si dicere tur ꝙ alternatis vicibus in sanitate fuerit, & in furore. & sic habet dilucida interualla, satis erit ad tollerandam illam consequentiam legis scilicet ꝙ hodie furiosus pręsumat, vt rescri

95 pti verba ostendunt. Sed † an actus de quo agitur in quiete vel sanitate factus fuerit in dubio ipse actus ostendit. Quid enim si matrem, vel filium, vel coniunctum perdit? quid si cõ e tractũ fecit in quo enormiter lęsus est? certe ipse actus ostẽdit eum in perfecta quiete non esse, & in talibus Imperator requirit ꝙ actus per eos fiant per interualla quę pfectissima sunt. ¶ Sed si actus fecit quæ quisq̃ diligens fecisset, in perfecta

96 quiete factus esse præsumitur. ¶ † Sed an quis furorem fin-

b gat potest dubitari,[b] forte ei imputarem quandoq; ꝑpter si-

¶ Sine causa astantes. Vide per Bar. in. l. mutum. ff. de acqui. hę. & ĩ. l. nec codicillos. ff. de codicil. cũ cõcor. de quibus p las. in. l. furiosum. ĩ. iij. co. C. qui test. fa. pos. ver. verũ qa. & in l. apud iul. §. constat. in. ij. col. ff. de leg. j. Tho.

¶ Põt dubitari. vide plenè Iaso. vbi ponit plures concor. in. l. furiosum. in. iij. col. C. q test. fa. pos. vbi videas in ver. qd aũt si nõ apparet. & Alex. in cõsi. quod incipit, ad quęsitũ vbi alle. Bar. hic quod consiliũ nõ est impssum: sed in. xxij. vol. incorũ consi. à chart. xv. & vide Alexã. in cõsi. liiij. ad quęsitũ in fi. ĩ. j. vol. consi. vbi allegat Bart. hic & vide plures concor. q̃ scripte sunt ad Bar. in addi. ĩ. l. mutus. ff. de bo. pos. furi. de la. & in. l. is qui. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & Ias. in. l. itẽ furioso. in. iij. col. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Tho.

¶ Propter sensus defectũ. vide Alex. in. l. idẽ iulia. §. cõstat. l. j. colũ. ij. ff. de leg. j. & in cõsi. x. in. vj. vo. in. j. & v. col. ꝙ est duplicatũ ĩ cõsi. cxlj. in j. vo. & Pe. cor. ĩ cõ si. lxix. ĩ. j. vo. visis nõnullis. ĩ. x. co. & ĩ cõs. lxxiij. eo. vo. visis diligẽter. & ĩ cõsi. ccix. licet videat p totũ. & ĩ cõ si. ccix. vẽ prin. ũ. ĩ eo. vo. p totũ. & ĩ cõsi. xxj. visa dña repudi. ĩ. ij. vo. ĩ. j. co. & p totũ. & in cõsil. xxij. ici. visis nõnullis ĩ. iiij. vo. ĩ ij. col. & seq. Tho.

¶ Iudicio ĩtellect⁹. vide Bal. ĩ. l. si furiosi. C. de nupt. l. humanitatis. ĩ. iij. col. C. de ĩpub. & Alex. ĩ cõsi. liiij. ĩ j. volu. Tho.

¶ Ad risum, puocãtia. de hoc ẽ casus ĩ. l. qdã ĩ suo. ff. de cõdi. insti. & gl. in c. cũ aũt. ĩ ver. marcellinus. xxj. distĩ Tho. di.

mulatum furorem, vt ciuilia munera detractet, vel euitet: &
ideo cauſę cognitionē adhibēdā puto, vt ait Vlpi. in reſcripto
prędicto monitus, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matre ab eo ſimu-
latione dementię occiſam ex ſuſpicionibus. ergo ſimulatio
arguitur & ex vita præambula. Quid enim ſi homo eſt ſimi-
lia facere cōſuetus, vt ſunt illi quos vulgo camatores appel-
lamus? ¶ Ex actu etiā ſuſpicio arguitur. quid enim ſi inimi-
cum propinquum interfecit. antiquorū enim relatu perce-
pi in hac ciuitate quendam cupiditate vindictę fratris occiſi,
ficto colore dementiæ apoſtataſſe, & demens per biennium
cōmeauit, inimicūq; ſuum interfecit de ſe, vt à demente non
pręcauente. quod de ſuſpicione dico, intelligo non leui, ſed
non de tali quę ad fidē iudicem ducat. & in his etiā multum
97 operatur aſpectus, & fama. Aliquos verò imprudentes † eſſe
cōtingit ex ſenſus defectu, ſtāte mētis integritate. cū enim ad
prudentiam requiratur pręſentiū notitia: & memoria pręte
ritorum, & prouidentia futurorū (iſta enim propter defectū
ſenſus in tales nō cadunt) merito & imprudentes curatorum
conſilio reguntur, vt mutus, & ſurdus. loquor autem de his
qui nutu non percipiunt tantùm ꝙ ſufficiat ad rectum iudi-
cium intellectus, quos infanti iuriſcon. Metianus in titu. ad
treb. æquiparat. licet ergo nutu intelligāt aliqua minima. vt
ad cibum, vel potū pertinētia, & ſimilia: nihilominus impru
dens eſt. hoc enim in infante cōtingit. ¶ Sed ſi mutus, & ſur-
dus, nutu vel alio modo ſufficienter perciperet: nō dicit̄ im-
prudens, vt ibidem Metianus ait. & meritò in eo ſufficienter
cadunt ea quæ ad prudentiā requiruntur. Quod dico de mu
to & ſurdo, idem ſi eſſet cecus, vel quouis alio modo pro-
pter ſenſus defectū, in eum nō caderet notitia eorū quę apud
prudentem requiruntur, meritò in lege dictū eſt generaliter
curatorem dari his qui aliquo perpetuo morbo rebus ſuis ſu
pereſſe non poſſent, iſtorum autem ſenſus defectus, qualiter
per teſtes probetur in tractatu de ſenſibus dicemus: hos verò
non percipere nutu probatur. ex eo ꝙ teſtes dicūt vidiſſe ꝙ
cum eis aliquid nutu ſignificabat̄ nec voce, nec nutu. nec alio
modo reſpondebāt per quem eū intelligere comprehendere
98 poſſunt. ¶ † Mente capti verò qui ſtāte ſenſus integritate ca
rent iudicio intellectus, quidam ſtulti, quidā fatui appellan-
tur. Stulti dicti ſunt à ſtupore, quia ſtupenda nō ſtupent vel
non ſtupenda ſtupeſcunt. quid enim ſi mortis metus litis vel
fame vel concuſsionis omniū bonorū immineat, & hic tanꝗ
non cognoſcens non reſpōdere procura. nec ſtupeſcit, & ſua
auferri patitur à quocunq; vel ecōtra? quid enim ſi quolibet
leui caſu, vt à caſu mortis nō terretur? propriè hic ſtultus eſt,
& his actibus approbatur. Fatui verò dicuntur à fando hoc
eſt loquendo: quia loquēdo ſuā fatuitatē oſtendunt. hi pro-
bantur per eos qui viderunt eos aliena loqui. & qui per vi-
cos more inſanorū deridentia loquuntur, vt Vlpia. ait in tit.
de ędil. edi. & prędicta ſecundum vocabulorū proprietatē.
licet in iure quandoq; iſtis vocabulis abutamur. Sed quid ſi
multa verba ordinate proferebant inter quæ alia fatua inter
ſerunt? certe in illo actu fatuus pręſumitur, vt Modeſtinus re
ſpondit in eo qui in hæredis inſtitutione inſeruit conditio-
nem. ſi reliquiæ eius in mari proÿciantur. hæc autē præſum-
ptio remoueri pōt perſpicuis rationibus: vt ibidē Modeſti.
ait. vt ſi homo erat hiſtrio, vel aliâs conſuetus ſimilia verba
proferre & ad riſum prouocātia, vel ſi humilitatis cauſa non
reputās ſe dignū in eccleſia ſepeliri, talia verba protulit. erāt
quippe huiuſmodi perſpicuæ rationes vel probationes. de
aliquo dubitatur, an quis ſit furioſus vel mētecaptus morbo
perpetuo. dixi hoc peritorū medicorum iudicio cōmitten-
dum. vel etiam ſi morbus eū per annum tenuerit perpetuus
præſumitur. intantū enim cerebrū lęditur ꝙ cura reddit̄ im-
poſsibilis. huic etiā particulari prudentię opponunt̄ omnes
mali, & in honeſti actus intrinſeci vel extrin. etiā ſi totaliter
non puniant̄. ſed eorū inueſtigatio ad iuriſtā nō pertinet ſuf-
ficiat ꝙ de honeſtate circa prudentiā economicam diximus.
99 ¶ † Oppo. etiā economicę prudētiæ, omnia q̄ cōtingūt hanc
eſſe ſine illa. Opponunt̄ etiam omnia ſupra ſcripta. p̄ſumunt
enim legū latores quēlibet minorē hac prudētia carere: ideo
eis tutores, vel curatores dant. ex ætate ergo hæc imprudētia
pręſumit̄. Op. etiā oīs culpa. eſt autē culpa deuiatio ab eo ꝙ à
prudente fieri debet. culpa alia eſt leuis, alia leuior alia eſt la-
tiſsima, ſeu leuiſsima quæ eſt dolus. alia lata &c. Oppo. etiam
prudentiæ omnis ignorantia ex qua reipſa cōtingit deceptio
de qualibet proſequamur per ordinē. Et primò de dolo vi-
deamus quomodo opponitur prudentiæ.
100 DOlus † omnino eſt oppoſitus prudentiæ econo
micæ, tam ex parte eius contra quē com-
mittitur. quoniam tam ex eius culpa ſubſtantia eius
minuitur ꝗ eius qui committit: quoniam non recta ratione,
nec in rectum finem agit. Labeo autem cuius diffinitio eſt ap
probata, diffinit dolum malum eſſe omnem calliditatem, fal-
laciam, machinationem ad decipiendum, fallendum de alte-
rum adhibitum, vt interpretatum eſt. Calliditatem in tacen-
do. Fallaciam in mentiendo. Machinationem in arte verbo-
rum, quę non tacet omnino, nec expreſſe mentitur verbis ge
neralibus, & æquiuocis loquendo alium decipere nititur.
¶ Cōmittitur dolus aliquando nihil agente eo contra quem
cōmittitur, vt furtū, rapina, & his ſimilia. delicta quę in pro-
prium nomen cadunt. de quibus ſuo loco dicitur. Aliquādo
dolus facit alium facere quod aliâs facturus non erat, vel fa-
101 cturus erat, alio tamē modo nunc † videndum eſt, ſi indefini-
te quæritur an aliquis ſit doloſus deceptor, vel quouis alio ſi
mili modo nuncupatus, vnius talis actus probatio ſufficit, ſi-
cut receptum eſt fugitiuum, vel furē eſſe qui ſemel fugit, vel
furatus eſt. ¶ Cur autem hæc tam variè ꝙ ad probationē bo-
nę virtutis curſus trienniȷ requiritur, ad maliciam verò pro-
bādam ſufficit vnus actus naturalis. & ciuilis ratio ſubeſt. iſta
enim enormia non ſine multiplici deliberatione cōmittūtur.
licet ſemel in actum extrinſecum producantur. ex quo multi
plici deliberatione inducitur habitus, meritò ſimpliciter di-
citur talis de tali vitio vitioſus. cui ciuilis ratio ſubeſt. vt ho-
mo ab his cōmittendis deſiſtat. cognoſcens ex vno actu ſal-
tem de facto diffamari valeat. ſi tamen poſt tale cōmiſſum bo
na vita triēnalis ſequatur, talis amplius nō dicetur quantū ad
102 prudētiam economicam, vt ſuperius dictū eſt. ¶ † De aliquo
actu particulari ſi quæratur an in eo dolus ſit cōmiſſus dico
circa quodlibet eorum quæ. ſ. dixi ad prudētiam requiri po-
teſt dolus cōmitti, ad prudentiam eius vniuerſalem loquēdo
requiritur rectitudo mentis. ſi ergo ad mentis rectitudinem
turbandam aliquid cōmittitur: iſta ſunt perſpicua indicia do
li, vt receptum eſt in eo qui vinum album dedit pro aqua, vt
ſumens ebrius fieret. idem puto ſi quid aliud tale cōmiſerit,
ex quo mentem alienari contingit. Si vero in particulari quę
ratur, requiruntur nouem. ſ. memoria præteritorum, notitia
præſentium, experientia, docilitas, deliberatio, ſolertia, pro-
uidentia, circunſpectio, & cautio. Circa quodlibet iſtorū aut
enim quis habet experientiam à ſe, vel æget docilitate ab alio.
dico igitur in his in quibus quis habet experientiam per ſe,
& à ſe, & non cadit dolus. quoniā ſciēti dolus de quo hic loq-
mur non infertur circa docilitatē: ergo dolus ſolū cōmittitur
propriè. ¶ Sed quandoq; docilitas quālibet dictarum ſpecie
rum poteſt reſpicere: ideo largè loquendo circa quālibet di-
cere poſſumus dolū cōmitti. & ideo aliqua exēpla circa quā-
libet, prout eſt impoſsibile inſeramus. Rem aliquā enim à te. de
ea aliqua p̄ſentia vel præterita intimaſti quę vera non erant,
quæ ſi ſciuiſſem empturus nō erā, vel nō tantū pretioſa, pro-
bo ea te dixiſſe, & ſciuiſſe, & vera nō eſſe, probatus eſt dolus.
tua enim doloſitate & fallacia me decepiſti. & tui lucri cā idē
procuraſti vt p expreſsionē non veri factam cum alio vt au-
dirē, vel diceret̄ mihi ab alio mea decipitur notitia. ꝙ ſi verbis
generalibus vſus eſt, vt bonus eſt hic ſeruus, hic expreſſe nō
dicit̄ dolus cōmitti. non enim decipit̄ mea prudentia, cum ea
particularium notitia requiratur. Idē ſi ſciebas aliquid pręte
ritum vel inſtans de re, nec me certioraſti. cū enim ex natura
cōtractus reddere me docilē tenearis, tacēdo, improbato mo
re verſatus es, & meā prudentiā decepiſti, quare ergo taciturn
nitas eſt probata, niſi probet̄ cōtrariū. ¶ Si probo te ſciuiſſe
probatus eſt dolus. ſicut autē ea quæ dici nō debēt ex genera
li locutione non vident̄ expreſſa, vt dolus videat̄ eſſe cōmiſ-
ſus: ita enim ea quę taceri nō debent, ſi verbis generalibus ex
primant̄, non vident̄ expreſſa: vt excuſentà dolo, vt in eo q
ſciebat ſeruitutē deberi dixit: ſi qua ſeruitus emerſerit ſe nolle
teneri, vel ſi ſciebat fundū alienū, vel pro alimētis obligatum
hac enim machinatione verborum me decepit. ſi ergo ipſius
ſcientia probatur probatus eſt dolus, niſi ſingulariter cōtra-
rium expreſſe doceat̄. hoc qdē noſtris legibus cōprobat̄, de
emptore idem. Quid enim ſi cùm equū haberem eū à me emi
ſti pretio cariori. ex hoc nāq; præſumit̄ dolus. Imperator em̄
cōſtituit ꝙ dolus emptoris qualitate facti, non quātitate præ
tiȷ æſtimet̄. quod autem dixi qualitate facti interpretatū eſt,
ſi emptor falſa dixit de re vituperando eam, diſsimulādo præ
ſentia, & annunciando futura. ¶ Quid enim ſi eum equum in
nundinis emiſſem, dixiſti eum mihi habere notū, ipſum quòd
pauidum, calcitroſum, vel aliter vitioſum, vel quòd certo tē-
pore anni conſueuit infirmari propter quòd tibi vendidi
eum: nēpe hoc probatur ꝙ hæc dixiſti: & quod ſciebas hoc
verum eſſe. probatus eſt dolus. & hoc cum emptor vituperet
ſeu exprimat. ſed ſi laudes rei venditæ tacet: vel nō exprimit
conſideranda

considerāda est regula Vlpiani, quæ generaliter loquitur: tūc contrahentem cū improbato more in celando versatum esse. ad officium autē emptoris secundū mores nostros non pertinet, rē quæ venditur laudare: tūc ergo dolū non cōmittit. prędicta vera, nisi forte venditorē in rei substātia, vel aliter enormiter errare viderit. Quid enim si rusticus aurū vēdebat pro ære, vel lapidem pretiosum pro vitro, vel alio vili lapide? hoc quippe emendo improbato more versatus est, & dolus est, & pdicta quę circa rē ipsam sunt, vt qualitas ipsius. Quid enim si cū scirem rerum magnā copiam euenturā, & sic ipsarum pretium minuendū, & hoc tibi non indicaui: & sic pretio cariori emisti. vel quid si scirem penuriā magnā futuram, propter casum qui aduenerat mercatoribus qui cōsueuerūt portare non tibi indicaui, & à te emi pretio viliori, hoc quippe dolus nō videtur. & hoc quippe Thomas de aquino in secunda secundæ cùm tractat de peccatis quę occurrunt circa voluntarias cōmutationes sic ait, cum in futurū res expectatur esse minoris valoris, propter subuentum negotiorū quæ ab ementibus ignorantur. venditor qui vendit secundū pretium quod inuenit nō videtur cōtra iustitiam facere, si quid futurum est non exponit. si tamen exponeret vel de pretio subtraheret, abunde virtutis esset: ꝗuis ad hoc non videatur teneri ex iustitiæ debito. prędicta vera puto cū tacet. secus si eius quod sciebat contrarium asserebat: tunc enim est mendacium inexcusabile quod in dolum incidit: vt declarabitur in sequenti. & hæc de his quæ ab aliquo contrahentium proferuntur. si autem tertio statum subiungā, cum cui mutare volebam affirmasti idoneum esse cum non esset, an dolum dicaris committere? responsum est non teneri de dolo: quia hæc actio nō datur, nisi ex magna & euidenti causa, & nisi ex perspicuis probetur indicijs: vt si probetur de hoc sciuisse non idoneum esse, tamen lucri causa idoneum affirmasti, vt Caius ait: tunc autē lucrum intelligitur, si tibi illā pecuniam soluturus erat, vel erat tecū aliquādo ... racturus. cum enim simpliciter dico quem idoneum, etiam si eum pauperem scio excusor, quoniam secundum multos pro bonis maioribus reputatur. ne illius detegatur paupertas. vnde improbato more versatus non est. & sic excusabile est. Sed eo quod inde commodum spectat mendacium inexcusabile est. Item si te ingesisti ad hoc dicendum, cū de hoc non esses interrogatus. nō enim est excusabile quòd quis ad mentiendum se ingerat, cùm etiā alius eo ipso ꝙ se ingerit suspectus reddatur. Idem si in finibus asseueratis non stetisti, si interrogatus vel non vltra processisti dicendo, quòd hoc non habebā inuestigare ab alio: hic enim improbato more versatus est: & tale dictum secundum mores bonos culpabile est magis ꝗ laudabile. me enim impedisti ab alio fieri docilē. Itē si cùm aliquis se diceret Titium, cum esset Sempronius. & tu sciens affirmasti: licet enim ex causabile sit, si eius paupertatē non detégas: non tantùm excusabile est, si eum aliū esse affirmes ꝗ si tacendo vero, tertius dolum non committit: non enim cogebatur se rei quæ ad se non pertinebat immiscere, sed loquendo ambiguè æque dolum committeret. ex quo enim suo dicto cœpit aliū instruere, clare loqui debet.

103 ¶ † Super prædictis ad dicta testiū descendamus. quandoꝗ; aliquid dixisse probatur per testes qui audiuerunt: scientia enim alicuius qui aliquid audiuit, tacuit vel obscurè locutus est cum maiori difficultate probatur cum facti ignorantia regulariter prę sumatur. Quandoꝗ; tamē scientia directò probatur, vt si affirmauerit seruum fugitiuum nō esse, & equum nō esse calcitrosum probatur per testes, qui dicunt se vidisse quòd seruus se pręsente vel illo fugit, & equus eo pręsente calcitratus est, & similia. ¶ Quandoꝗ; isti testes de visu haberi non possunt: tunc scientia aliter vehementioribus probationibus probāda est, vt si seruus de quo aliquid affirmauit, suus domesticus fuerat per tēpora, si equū de quo affirmauerat tenuerat, & recalcitrauerat, vt receptum est in tutore, qui ętatem, & conditionem pupilli, & consanguineus consanguinei scire præsumitur. Item si ei fuerat dictum & denunciatum per epistolam, vel erat de hoc fama in vicinia vt constitutum est in tutore, qui istis modis scire se esse tutorem datum probatur. Itē illud probabimus in volente adire hęreditatem: quia istis modis probatur scire quem mortuum esse se institutum, & similia, & hoc cùm probāda est scientia alicuius quod fuit in esse. si autem tractaretur de probāda sciētia alicuius quod non fuit in esse, vt si volo probare te sciuisse ꝙ seruus nō erat cęcus, vel ꝙ liber nō erat corruptus: tūc si quidem est talis negatiua, quę per visum vel per aliū sensum percipi potest. subeunt omnes modi probandi quos diximus. aliâs cessaret modus ille quo per sensum probatur cætera locum habere.

104 ¶ † Superest aliud: quia eo ipso ꝙ cōstat nō esse vel fuisse id quod asseueratum est: apparet asseuerante in dolo fecisse, nulla enim subest causa, quare non dixerit propria malicia, nisi aliquid ad doli excusationē probetur. hoc loco subiungendum est quod scientia alicuius tripliciter sumitur. scire enim dicimus rem per causas cognoscere: vt in scientijs contingit. dicimus enim aliquid esse: quia per rationes illius scientiæ sic demonstratur, & in his dolus faciliter excusatur, difficiliter probatur. si enim iurista aliquid consuluerit: vel medicus ꝙ appareat contra veritatem dixisse: non præsumitur dolus commissus. potest enim in his quis de facili errare. & potest moueri rationibus apparentibus non existentibus: nisi probaretur corruptus pecunia, vel precibus, vel quòd dixerit cognoscere se facere contra iustitiam, vel si aliqua pspicua indicia superessent. ¶ Secundo modo dicimus scire ea, quorum notitiam habemus ex sensibus nostris, videlicet visu, auditu &c. & in his dolum vehementer opinamur, vt ꝙ est nobis ab alio renunciatum, vel ꝙ fama percipimus, per hanc scientiam dolus quandoꝗ; probatur, quandoꝗ; excusatur. Quid enim si dixi tale quid esse quod non est? si probo, mihi pronunciatum fuisse, vel famam esse, excusabor. & pręd icta legibus comprobantur, & aduersus eam partem prudentiæ quæ deliberata dicitur docilitas dolus committitur. vt si cum deliberare vellem de adeunda vel repudianda hæreditate aliquis mihi persuasit vt repudiem: quoniam soluēdo non erat: vel vt optem talem seruum: cum melior in hæreditate non esset? de dolo tenebitur si callidè, vt Vlpianus

105 ait. ¶ † Qualiter autem probetur quòd callidè fecerit? probatur ex his quæ dicta sunt aduersus solertiam dolus committitur. vt si cum ad iudicium pergerem, iturus in termino aliquid intimasti, aut dixisti aliquid propter quod non habui necesse ire: cum verum non dixeris, dolum commisisti. tua enim calliditate meam solertiam impediuisti aduersus prudentiam, quæ futura respicit. certè potest dici ꝙ dolus committitur: cùm circa præterita, vel præsentia quis mentitur. ex hoc enim ex prouidentia futurorum quis decipitur. sed si nullo dicto de præterito, vel præsenti mihi persuasisti, vt aliquid facerem, vel non facerem, si quidem in aliquam delicti speciem caderet ex qualitate facti quod persuaderet dolus probatur. quòd si in delictum non caderet, vt si persuasisti quod ante tempus fructus venderem, vel non venderem: quia sic tibi melius videtur: ego tibi credidi, cum tamen esset deterius hoc idem cum difficultate dolus probatur. nam an sic putares: cum persuasisti solum ex tua deliberatione consistit quo potuit decipi: sicut in specialibus dictum est.

¶ Probandi ergo modus hic erit idem, qui ibi, & eadem aduersus circunspectionem & cautionem dicenda sunt. fraus quid sit potest dubitari, sed Labeo per tit. de pactis ait quòd inest dolo fraus: quod variè interpretatum est. Quidam enim

106 dicunt, † quòd dolus est genus, fraus est species, scilicet quādo mei commodi causa committo. alij, quando dolus, quando re, & consilio. fraus quando re tātum in hoc videntur magis glossatores inclinare: huic etiam assentit Tho. de aquino dicens quòd dolus committitur, siue per verba, siue per facta. fraus verò per facta tantum: cuius testimonio standū est. ¶ Sed aduertendum puto quòd interdum fraus sumitur pro specie distincta à dolo. nam ad dolum requiritur quòd fiat contra aliquam personam, vt patet ex eius diffinitione, scilicet ad decipiendum alterum. fraus etiam si non contra personam, sed legis præcepta principaliter fit, vt cum fraus legi fieri dicitur: sed quandoꝗ; contra personam dolus est genus. fraus verò species est. licet iura quandoꝗ; istis vocabulis abutantur. ex dictis autē, & alijs dicendis, modum probandi lector inuestiget.

107 a LAtiorem † [a] culpam dolum esse Proculo displicebat. Celso verissimū visum est, cuius sententia approbata est. quidam tamen à significatione verborum sine causa recedētes exponūt latiore, id est latā, dolum esse, id est dolo comparari, quòd nec menti, nec verbis congruit, est ergo hic latior culpa dolus, scilicet præsumptus. ¶ Differunt ergo à dolo, sicut manifestum à præsumpto. Exemplum ponit Celsus. si rebus depositis adhibuit eandem diligētiam quam in suis, ex varijs autem legibus varia colliguntur exempla, quorum pauca referam. Dicit ergo Vlpianus in titulo. manda. Dolus est si quis nolit prosequi quod prosequi potest aut si quis non exegerit quod exigere potest aut si quis nolit soluere quod exegit. Paulus respondit in titulo ad leg. falci. dolo carere non videtur, qui controuersia hæreditatis mota legata sine cautione dat. licet autē oīs dolus probetur ex prę

a ¶ Latiorem. vide Bar. in l. quod nerua. ī. iiij. col. & seq ff. deposi. & ibi vide aposti. in versi. culpa. Tho.

108 sumptione & indicijs: ille † tamē dolus dicitur manifestus. de
quo ita clarè p̄sumptiones habetur ꝙ iudex in claram & pfe
ctam fidē deducit. q̄ñ aūt p̄sumptiones ita claræ nō sunt, ali-
qua tñ apparent indicia, dolus præsumptus dicit: q idē est
ꝙ culpa latior hic dolus præsumptus nō sufficeret si crimina
liter ageretur quoniam probationes tunc reqrūtur quę sunt
luce clariores. ¶ Ab hoc dolo præsumpto excusatur minor,
vt in ti. de edē. receptum est licet nō excusetur à manifesto.
hic dolus sicut leui pręsumptione inducitur: ita pręsumptio
ne leui tollitur, vt præsumptus dolus nō dicatur. Quid enim
si res suas pretiosiores rebus depositis pretulit? excusatur, vt
in titulo mā. receptū est. Itē si res proprias prætulit cōibus
nō est dolus pręsumptus, præterea, ius enim quod in rebus
cōmunibus habebat, nō est præsumptio quod eas dolose pe
rire pateretur, vt in titu. fami. ercis. receptum est. Circa præ-
dicta autem in modo probādi insistendum nō est quoniam
ex se patet, & clarius patebit in sequēti.

109 LAta † culpa[a] est deuiatio
a indeliberata ab ea prudentia quæ inest communi
ter omnibus qui sunt eiusdē instructionis, & pro-
fessionis. ideo autem dicitur deuiatio generaliter, vt com-
prehendat deuiationem siue faciendo, siue omittendo. & ꝙ
dico indeliberata ad differentiam doli dicitur, qui ex delibe
ratione manifesta, vel præsumpta cōmittitur. Ex eo ꝙ dici-
tur, ꝙ ab ea prudētia apparet ꝙ prudētiæ opponitur. Ex eo
ꝙ dicitur quæ inest cōmuniter omnibus differt à leui, leuio-
ri, & leuissima, vt patebit inferius. quod verò infra dicitur. q
sunt eiusdem conditionis, & profectionis, adijcitur propter
latam culpam. quæ cōmittitur ab aliquo in aliqua parte pe-
rito, cuius experientia cōmuniter omnibus non inest, q sunt
eiusdem artis. dicitur autem lata culpa quæ est manifesta, &
publica, & omnibus patet, vt Paulus de verbo. signi. propo
nens ait. ¶ Latæ culpæ finis est, non intelligere quod omnes
intelligunt, vel potest dici lata culpa. hoc est ampla, & ma-
gna. nam vt Vlpianus ibidem ait, lata culpa est negligentia
nimia, intelligere quod omnes intelligunt, & etiam hoc sen-
su hic assumimus. Ista enim est culpa magna. maior est cul-
pa latior. maxima est culpa dolus. nō enim potest maior cul-
pa esse q̄ ea quæ ex vera deliberatione committitur. hæc au
110 tem † culpa lata potest committi contra quamlibet pruden
tiæ partem. Quid enim si quis ignorat pręsentia vel præte-
rita que communiter omnes sciunt? vel quid si prudens non
consulit de eo quo omnes communiter aliorum consilium
quærerent, vel quid simile fecit? latam culpam dicemus esse
cōmissam. cōmittitur enim hæc culpa in faciendo quod fieri
non debet, & in non faciendo, & in omittendo seu negligē-
do quod fieri debet cōmittitur. de quibus aliqua inseramus
111 exempla. ¶ † In faciendo quidem exempla sunt multa. qui
mea gerebat negotia domum ædificauit. nec legum formam
seruauit, lata culpa est, & probatio manifesta. Cōductor pul
lum nimium, & præmaturè onerauit, vnde mortuus est. lata
culpa est. probabitur autem hæc per homines qui talis ani-
malis ministerio vtuntur, pullos enim cōmuniter ante dictū
tempus non sunt soliti onerare, & hoc per testes, qui dicunt
ꝙ sic viderunt onerari per homines dictę conditionis. ¶ In
modo enim faciendi, sciendum est ꝙ de factis quæ habēt cau
sam permanentem ex aspectu præsenti, potest de maleficio
pręterito iudicari, vt quod murus sit male factus, vel domus
male composita, vel liber male scriptus, & similia. & sic te-
stes possunt dicere malè factum esse illud opus: quia illud
viderunt & quia cōmuniter homines illius cōditionis, & ar-
tis à tali defectu abstinere viderunt, vel dicunt ꝙ viderunt
cōmuniter homines illius artis sic operari, quod opus in ta-
le vitium non incideret. ¶ Sed si dixerit testis, ꝙ omnes ho-
mines illius artis à tali vitio vidit abstinere, videtur quòd fal
sum asseruit: quia non potuit omnes homines illius artis vi-
dere: sed eius dictum sustinendum puto vt intelligatur om-
nes quos vidit operari. exemplo iurisconsulti qui volēs pro
bare quod liberorum æducatio sit iuris naturalis: rationem
adiecit dicens: videmus enim omnia animalia huius iuris pe-
ritia censeri. constat enim ꝙ non omnia animalia viderat. &
quod ait in ti. qui satisda. cogā. inter omnes. s. de hoc interro-
gatos & plura similia. Diceret aliquis. potuit vidisse paucos.
sed hoc nō contingit in artibus, quæ in ciuitatibus multum
frequentantur. In his verò quæ raro non probarentur, in his
verò habent causam transeuntem. contingit etiam ꝙ ex præ
senti notitia, possunt multa facta præterita iudicari, vt si mē
sor certum agri modum retulit eius, cuius culpa potest ex

a ¶ Lata culpa. vide Bar. in l. quod ner ua. in. iij. col. ff. de posi. & ibi aposti. Alex. ī ver. culpa. & Alex. in l. item quærit. in prin. ff. pro so. in duobus locis in additioni. B. T.

b ¶ Quoniā dictū ē. No. Bar. hic q ponit, quę requirant ad pbā. negligentiā. & adde eundē Bart. in consi. cij. charissime dñe. & ibi scripsit ī addi. & vide Fely. ī. c. si tibi. in. ij. col. de rescri. & gl. in cle. fi. in ver. negligētia. de relig. do. & cui culpæ ascribat negligētia, vide Bar. in l. si mora. vbi doc. ff. solu. ma. & not. in l. ij. in gl. fi. C. de arbi. & in l. si seruū stichū. in prin. in gl. in ver. in nō faciendo. & ibi p Bar. ff. de ver. ob. & vide gl. ī. c. q̄sitū. de pœni. & remis. Tho.

c ¶ Dicet aliquis. vide Bar. in l. j. in fi. prin. in proe. digestorū. & in l. itēq;. ff. pro soc. & Sali. in l. hac edictali. §. in illud. C. de secun. nup. Tho.

pręsenti experientia demonstrari. Idem in eo qui p seruum
imperitum scidit, vel vineam imperitè putauerit. nam intra
certum tempus potest imperitia facti præcedentis detegi. &
sic ille erit modus probandi quem dixi. ¶ Quædam verò fa
cta ita ptranseunt, vt ex nulla præsenti notitia possit de præ
terito iudicari. vt si equū tibi cōmodatum currere, vel salta-
re plus solito coegisti, vltra id quod communiter homines
illius conditionis fecissent: tunc per testes qui actum viderūt
esset probandum. Quædam autem in faciendo, modo dixi
hanc culpam cōmitti. potest contingere respectu loci, tempo
ris, personæ & omnium qualitatum quas circa delicta iuris-
consultus dixerat, quæ per singula explicare longissimum
112 esset, nec expediens. Quoniam † dictum est[b] in hoc libello
b qualiter probentur omnia quæ requiruntur: ad hoc colligi-
tur omittendo, seu negligendo, cōmittitur lata culpa. hæc au
tem negligentia sensu non percipitur: ideo nō sufficeret te-
stem dicere quia vidit, sed oportet aliqua facta dici ex qui-
bus iudex de negligentia iudicet. oportet autem per negligē
tiam omitti, id quod cōmuniter homines illius conditionis
nō omisissent, hæc autem negligentia ex his quæ præsentia
sunt probatur rectè cōmissa. per totum enim annum ex vi-
neæ aspectu cognoscitur si putata nō fuerit ex multitudine
sarmentorum, vel si prædium cultum non fuerit agnoscitur
ex multitudine herbarum, & spinarum. cōmuniter autē om-
nibus inest hæc prudētia, vt vineæ putētur, prædia colantur.
hoc itaq; tam notum est quòd probatione nō indiget. poterit
ergo testis dicere: vidi eam nō putatam, agrum nō cultum isto
anno: quia vidi. ex hoc enim sola negligētia coloni qui in la-
tam culpam cadit comprehēditur. ¶ Quædam verò negligē-
tia ex aliquo præsenti comprehēdi nō potest. & quoniā ne-
cesse est p testes de visu probari, vt si domum omisisti claude
re, & fures ingressi sunt, vel si certa hora, & certo loco venire
debuisti, quod facere omisisti: potest idem probari per testes
qui illa tota hora steterūt, & viderunt ꝙ nō venisti, nec veni-
re potuisses quin te vidissent. Interdum latitudo loci vel tē-
poris nō patitur, vt per testes de visu te non venisse probari
posset. quid enim si debebas venire Perusium? quis enim per
visum comprehēdere possit te nō venisse in tam lata terra, vt
si est lata terra, vel quid simile intra annū venire debeas cer-
to loco, vel aliquam impositionē soluere? & hoc modo occur
reret quòd duo illo loco toto anno stetissent: tūc enim diffi-
cile est: tūc autem alius modus probādi videt inuētus, si fortè
inde publicus cōfectus est liber omnium veniētium, vel om-
nium soluētium, in quo talis nō reperitur. poterit etiam pro-
bari per illos qui in ciuitate illa explorauerūt à personis, qui
scire hoc debebāt. & in locis in quibus verisimiliter venire de
bebant. & nō reperitur eum venisse, probatum est eum non
venisse, vt Pomponius respōdit. Si Lucius titius ante calen.
in Italiam nō venerit, decem dare spōdes vt nō ante peti pos
sit q̄ exploratum sit nec venire posset cui congruit quod &
receptum sit probari quem nō esse soluēdo, scilicet p discus-
sionem, vtiq; discussioni locum esse iura cōsuluerūt, cum ali-
ter probari nō possit ad istas coniecturas recurri necesse est.
113 Pone † aliquem negligētē infirmo medicum nō adhibuisse.
hęc culpa lata est probabitur autē per astātes, & vicinos cum
medicus de facili ad infirmum nō vadat, quo minus per vici-
nos nō videatur si infirmitas fuerit lōga. ita quod necesse fuit
per medicum visitari sæpius, etiam per medicos ciuitatis: po
terit ista negligētia probari, si singulariter dixerit de se nō vi
disse venisse. hi enim magis de facto suo interrogātur q̄ testi-
c ficētur. ¶ Dicet aliquis[c]: nō sufficit probare medicum nō esse
adhibitum. forsan enim nō erat in ciuitate. nisi hoc probetur
dico in ciuitate, & locis in quibus esse præsumitur copia me-
dicorum peritorum legibus, & canonibus comprobatur. In
alijs autē locis, ad hanc negligētiam arguēdam probari debet
ibidem medicum fuisse qui poterat adhiberi. arg. eius quod
Vlpia. ait: tūc imputari socio, si alij nō cōmisit: cum enim ab-
futurus fuerat, facilis erat per alium societatis administratio
p̄dicta exerceri poterat: & hoc si psonę cōditio, & quātitas pa
trimonij requirebat vt medicus etiam ex vicinis ciuitatibus
114 quæreretur. ¶ † Similis dubitatio oritur, vbicūq; negligētia
aliter arguitur in eo ꝙ personam, vel rem aliquam non adhi-
buit vbi necesse erat. & hoc cum de culpa in aliquo certo actu
adhibita quæritur. contingit interdum quæri simpliciter an
aliquis sit negligens desidiosus, culpabilis tali culpa quæ in
latam culpam cadat. hi sunt qui licet ex sermonibus mētis cō
potes videantur: tamen furiosi faciunt exitum. quibus tanq̄
prodigis datur curator, vt diuus Pius scripsit. & Vlpia. in ti.
de tuto. & cura. retulit. ¶ Hi propriè prodigi non sunt: quo-
niam prodigalitas in expendendo consistit. nec propriè ap-
pellantur desidiosi, seu negligentes: quoniam hæc culpa etiā

in faciēdo

in faciendo committitur, vt nimia seuitia in seruos, vel nouas & periculosas negotiationes inchoando: talem enim dicimus culposum, ad hoc igitur vt huic culposo, & prodigo curator detur probari oportet sic male tractare eum negotia sua quod nisi subueniatur ei deducetur in paupertatem, vt eiusdē principis rescripto continetur, siue hoc faciendo, siue negligendo ostendat. pone enim aliquem solum in necessarias causas expē dere: tamen ob hoc pecuniam sub vsuris accipere & prædiorum suorum culturam negligere, suosq; fruct⁹ pati marcescere, potius, quam suo tempore vendere, pro alijs fideiubere, incaute impositiones publicas non soluere, ex quo ī graues pœnas incidit, & similia. ista quidem propriè ad prodigalitatem non pertinent, sed magis ad imprudentiam, quæ potest culpositas nominari.

115 a LEuis† a culpa quæ prout propriè ad iuristam pertinet, diuersimodè consideratur: aliter enim sumitur in rebus alienis, seu alij debitis. aliter in rebus cōmunibus incidenter. aliter in communibus ex conuentione. Primo modo leuis culpa, est deuiatio indeliberata ab ea prudentia quæ inest diligentibus hominibus qui sunt eiusdem conditionis & professionis. quòd Paulus volens ostēdere, cum dictum esset in pignoratitia actione venire, & dolū & culpam: subiunxit hæc verba: Ea igitur quę diligens paterfamilias suis rebus pręstare solet, à creditore exigitur. & idem in tit. ad. l. aquil. ait culpam esse ꝙ cùm aliquid diligenter prouideri potuit non est prouisum. per hoc dico quòd ab ea prudentia quæ inest diligentibus differt lata culpa. per illam em̄ deuiatur à prudentia, quæ communiter inest omnibus. per hanc autem ab ea quæ requiruntur in diligentibus & expertis hominibus illius conditionis, cętera diffinitionis verba exposita sunt in præcedenti. Contingit autem hanc culpam cōmitti circa omnes prudentiæ partes, tam in faciendo quam
116 in omittendo. aliqua exempla ponamus. ¶ † Facta quędā sunt quæ sua natura regulariter hanc culpam includunt, vt si furtum rei commodatæ factum esse asseris. diligens enim homo bene custodiendo pręcauisset, nisi forte ab vxore factum esset vel alia persona fida de qua confidendum magis quàm pręcauēdum erat, vel si fortia facta esset, vel magna vis adhibita doceatur. Item si equum, quia ferrum perdidit, assererem damnificatum. diligens enim homo, sua prouisione ab hoc præca-
117 uisset sępius pedes videndo. ¶ † Quædam verò facta culpam sine expressione manifestant, vt si vineam meam vindemiasti, & vinum vuis commistis in dolijs recondidisti tempore debito, possum tamen tuam culpam arguere: quod communiter omnes homines diligentes illius conditionis similes vuas habentes faciunt, & facere soliti sunt per tempora præterita separatim. & hoc per testes qui dicāt se vidisse quod tu illas cōmiscuisti, & quod ex hoc res mea intantū fit deterior. vel probare possum ostendēdo quantus sit valor vini, excussi ex vuis separatis, & quantus est valor vini excussi ex vuis commistis tunc excessus apparet ꝙ diligens paterfami. hoc debuisset ꝓ-
118 uidere. ¶ † Omittendo etiam & culpa committitur. huius autem exempla facilia, & modi probandi faciles sunt, & quoniā ex prædictis colligitur, non prosequar. Ex rebus verò communibus cōmunioni incidenti incidit culpa quæ sic diffinitᵣ. Le-
119 uis culpa † est deuiatio indeliberata ab ea diligentia, quam suo tempore, seu illo tempore suis rebus adhibet. Paulus enim in ti. fa. ercisc. sic ait: non tamen talem diligentiam pręstare debet hæres, qualem diligens paterfa. quoniā ꝓ quā partē cām habet gerendi. talem enim diligentiam præstare debet, qualem in suis rebus eadem sunt. & si duobus eadem res legata sit. nam & hos coniungit ad societatem non consensus, sed res ex his verbis à viris subtilis ingenij prolatis apparet qualis culpa æstimetur: & qualiter alter quam supra sumatur. hæc autem sta-
120 tim declarabuntur. ¶ † Circa res verò communes ex conuentione, leuis culpa sic diffinitur. Leuis culpa est deuiatio indeliberata ab ea diligentia quam ante contractum rebus suis adhibere solebat. Paulus enim ait, socius socio, culpæ nomine tenetur. culpa autem non ad exactissimam diligentiā dirigenda est sufficit enim talem rebus communibus adhibere qualem rebus suis adhibere solet: quia qui parum diligentem socium sibi acquirit, de seipso conquæri debet hoc idem Imperator in libro institutionum constituit. sed cauillari potest: cùm enim adhibere debet diligentiam illam quam in suis adhibet præsupponit eum diligentem. & sic tenetur ad id quod diligens homo facturus esset. videtur enim idem in alienis ꝙ in communibus. sed fateor ꝙ eum videtur presupponere diligentem: illa tamen diligentia quæ communiter inest omnibus quæ largo modo diligentia est sed non propriè, vt hic sumitur ꝙ si sic acciperetur diligentia vt accipitur, quod declarabitur in culpa sequenti, credo quod idem sit in alienis, & communi
121 bus. Cuius gratia † sciēdum est ꝙ licet plures alias species possumus facere: tamen inter se quælibet habet gradus suos. dol⁹ enim maior est si fit corruptione pecuniæ, quam si fit precibus sic enim ex alijs causis dicitur maior & minor. ¶ Latior culpa dicitur maior vel minor, secundum ꝙ leuis vel grauis est doli, præsumptio. Lata enim culpa dicitur maior vel minor, secundum ꝙ in eo erratum est, vel manifestum, vel manifestius, vel manifestissimum: similiter & culpa leuis de qua loquimur. Nā inter homines diligentes vnus est in maiori gradu diligentiæ, a quam alter. in proposito ergo dico, quòd culpa leuis in rebus alienis æstimatur si deuiat ab ea diligentia vel prudentia quæ inest hominibus diligentibus eiusdem conditiōis, & professionis. intelligo autem de hominibus diligentibus simpliciter in quocunque gradu diligentiæ, quis deuiet in leui culpa. In rebus verò communibus, sufficit quòd habeant eandem diligentiam quàm in suis. forsitam enim in suis erat in summo gradu b
122 diligentiæ. ¶ † Subest alia dubitatio, quid erit si quędam communia erant, fortè merces, quarum similes proprias nunquam habuerat: quomodo talis culpa poterit æstimari, cùm ad exēplum suarum teneatur, nec tale reperiatur exemplar. nempe ex prædictis apparet respon. videatur enim in quo gradu diligentiæ erat in suis rebus, licet res istis esset communibus dissimilis, in eodem gradu diligentiæ, in communibus esse censetur. hoc ex verbis prædictarum legum ostenditur. dicunt em̄ requiri eam diligentiam quàm in suis simpliciter. nec ad res similes communibus se astringit. si tamen similes reperiantᵣ, culpa talis clarius denuncietur. & ꝙ testes haberent dicere facile esset. sed quando ad gradus diligentię recurrimus, est difficilis, sed in culpis sequentibus declarabitur. ¶ Alia etiam dubitatio subest, cum in rebus communibus incidenter culpa æstimetur si non adhibet eam diligentiam quam in suis adhibebat. Quid em̄ si tunc in suis nullam diligentiam adhibeat, nec tunc circa res suas aliquid fecisse probari potest? Dico diligentia, est quędam executio prudentiæ. prudentia autem est habitus mentis & sic consistit in animo. sicut ergo possessio semel habita aīo retinetur, & continuatur nisi probetur interruptio: ita hęc diligentia probata: igitur diligentia anterior suis rebus illo tempore affuisse præsumitur. quid ergo articulandum, quid probandum patet exprędictis.

a ¶ Leuis. vide bar. in. l. ꝙ nerua. ī. iiij. col. ff. de po. & ibi vide apostil. in. iij. colū. in ver. culpa. Tho.

b ¶ Leuior. Vide Bar. ī. l. ꝙ nerua. ī iiij. col. ff. depositi. & ibi aposti. ī ver. culpā. Tho. diplo.

c ¶ Leuissima. Vide Bar. ī. l. ꝙ nerua. in viij. co. & ibi apos. in ver. culpa. ff. depositi. & Bal. ī. l. solum. ī pe. col. C. de testi. Tho. diplo.

123 b LEuior culpa est deuiatio indeliberata ab ea prudentia quæ inest diligentibus hominibus qui sunt eiusdem conditionis, & professionis. hanc culpam antiqui legum latores, vel nostri iuris interpretes, per speciem culpæ distinctā à leuissima non posuerunt. sed de ea sicut de leuissima vniformiter iudicarunt quia igitur inter eas non est iuris diuersitas, antiquorum sequētes vestigia vno noīe leuissimam appellamus.

124 c LEuissima† c culpa est deuiatio indeliberata, ab ea prudentia quę inest diligentioribus hoībus, & diligentissimis ꝙ sunt eiusdē conditionis, & professionis. & quod dico diligentibus, & diligentissimis, dico ad differentiā leuis culpæ, & de deuiatione ab ea quæ inest diligentioribus. ¶ Gaius in titu. de actio. & obli. loquens de cōmendatario sic ait: exactissimā diligentiā pręstare cōpellitur custodiędę rei nec sufficit eū eādē diligentiā adhibere quā in suis adhibet si alius diligentior potuerit custodire. & idē Imperator in lit. inst. constituit de ea quæ inest diligentissimis. idē Gaius in tit. cōmo. sic ait: in rebus cōmoditatis, talis diligentia præstanda est qualē quisque diligentissimus paterfa. in suis rebus adhibet. cum ergo receptū est in cōmodato venire leuissimā, apparet ꝙ deuiatio ab ea diligentia q̄ inest diligentibus & diligentissimis, est culpa leuissima. ex eo em̄ ꝙ dicitur qualē quisque diligentissimus, apparet lo
125 qui de diligentissimo cuiusque gradus. ¶ † Qualiter ergo cognoscantur diligētes, diligētiores, & diligentissimi, & quales gradus inter eos, videndū est. cuius gratia vnū exemplū intelligibile ponamus in ætate senili quæ vt nostri maiores tradiderunt incipit à septuagesimo anno exclusiuè, & terminatur in centesimo anno. illud est enim longissimæ vitæ tempus, & sic in superlatiuo. Assumamus igitur mediū inter ista, quòd est. lxxxv. dico ergo quòd vsque ad istud mediū est senilis ætas, abinde. s. dicitur senior, vsque ad superlatiuum. abinde intrat superlatiuum & dicitur longissimum vitæ tempus. ista tria, cā doctrinæ ponuntur, vt species. & quælibet istarum habet suos gradus nam quot anni, quot menses, vel quot momenta sunt in quolibet dictorum temporum possunt dici gradus illius differentes secundum plus & minus. ¶ Ita in proposito imaginamur terminum à quo diligentia incipit, & est illa communis

ꝓuidentia quæ communiter omnibus inest, quantuncunquæ rudibus & grossis. post illam statim incipit diligentia, & ꝓgredit vsque ad exactissimam diligentiam. quæ vltra non progreditur. ille igitur qui habet diligentiam aliquam, ascendendo gradatim vsq; ad medium totius latitudinis diligentię, ille dicitur diligens. ille verò qui excedit medium vsq; ad vltimum terminum, ille dicitur diligentior. ille verò qui vltimum terminum attigit, ille dicitur diligentissimus, &c.

¶ Circa materiam testium, per dominum Bald. de Perusio hic attende quàm plura.

a SEd iudex. [a] Ista dictio sed, aduersatur & corrigit inquantum. l. C. dicebat ꝙ episcopus nõ admittit ad testificandum. & nota primò, ꝙ iudex causę debet ire vel mittere ad episcopum, quando episcopus producitur, &c. Secundò no. quẽ debet mittere: quia per eum debent scribi acta. hoc declarat Iac. but. in. l. j. ff. de offi. procon. & per Bar. in. l. si vni ex pluri. aliâs pomp. ff. de re iudi. Item quia causæ contingentia non diuidantur, vt in. c. ad hoc. extra de seques. pos. Tertiò no. ꝙ testis debet dicere quid nouit. i. ꝙ sensu percepit. ff. de testi. l. qui testamento. §. fi. & quia veritas in omnem partem, eadem est necessaria: ex hoc sequitur quòd debet deponere veritatem pro vtraq; parte. Nota ꝙ testis debet deponere de veritate, nõ de credulitate, & ꝓ vtraq; parte. Circa hoc vide, quæ no. Barto. in. l. is potest. de acquiren. hære. tu dic quòd id quod quis asserit pręsumitur credere. & quę sit iusta causa credulitatis, & vide per Bart. in. l. cum quidam. §. j. de acq. hære. & ita seruat consuetudo in gloss. quem not. & adde quod dicam in. l. proxima, &c.

SVMMARIVM.

1 Presbyteri: non torquentur pro testimonio.

1 b PResbyteri. † [b] Presbyteri sunt priuilegiati, vt occasione testimonij, non torqueantur sed in alijs capitulis seruatur ius conmune, si falsam tamen dixerint causam, puniuntur. hoc dicit.

a ¶ Sed iudex. adde ꝙ ista sunt verba Bal. ĩ. l. nec honore. C. de epis. & cleri. ĩ ver. ĩ text. ibi, sed iudex. & ideo cassaui: vbi videas. Tho. diplo.

b ¶ Presbyteri. Ista sunt verba Bal. ĩ. l. presbyteri. la. j. C. de epis. & cle. idcirco cassaui. Tho.

c ¶ Conuenticulã. Ista sũt verba bal. in lec. suã. ĩ. l. cõuenticulã. C. de episc. & cleri. ĩ. iiij. co. in ver. mõ venio. & iõ sequũtur addi. ad tracta. Bart. supra dictũ, & infra sequit. & ea propterea cassaui. T.

SVMMARIVM.

1 Testis, debet reddere rationem sui dicti per sensum corporis qui dicto congruat. & nu. 3.
Testis qui in reddẽdo rationẽ dicit, uidetur mihi ꝙ possedit. x. annis, probat nu. 24.
2 Testis deponẽs super his quæ percipit intellectu, magis quàm sensu non probat, nisi reddat rationem dicti etiã non interrogatus.
4 Sensus, est quid generale ad omnem sensum corporis.
5 Testis deponens quia pñs fui, intelligitur & intelligens, ut probet.
6 Dictum testis ambiguum, quomodo declaretur? remißiuè.
7 Testis deponens de ualore rei, si deponit de credulitate uel opinione, probat.
8 Testis deponens super identitate rei, qualiter habeat deponere: & ibi, si de sanitate, uel infirmitate, ætate, uel senectute. & nu. 14.
9 Verba enunciatiua in testibus, non probant.
10 Testis super qualitate animi deponẽs, qualiter probet?
11 Testis deponens super his quæ cursu temporis mutantur, ut probet, qualiter deponat.
12 Testis qualiter rectè probet damnum esse datum, culpa uel negligentia.
13 Articulus disiunctiuus non admittitur, nisi super facto alieno.
15 Dictum testis: sufficiens, potest confeßione partis adiuuari.
16 Si nomina rerũ uel hominũ sunt uariata, quomodo fiet probatio? remißiuè.
17 Ratio eorũ quæ scripta sunt in libro rationũ, qualiter probetur per testes?
18 Testis qñ uideatur repetijsse locũ & tempus, aliâs dictum in dicto suo.
19 Iudex ex causa, non adhibet fidem testi clarè deponenti.
20 Fama, qualiter probetur?
21 Copia articulorum, an detur parti petenti.
22 Copia interrogatoriorum non datur parti.
23 Si iudex omisit examinare testes super substantialibus, publicato processu, possunt iterum examinari.
25 Testis qui semel declarauit dictũ suũ obscurũ: nõ põt illud iteratò declarare.

c COnuenticulam. [c] Prosequendo materiã testiũ, non accipiendo, nisi id ꝙ do. Bar. in sua lect. tangit circa materiam testium ibi dum dicit, modo venio ad testes. & dicit quòd maior difficultas, quæ sit in materia testium, est concludere per rationem. * Est autem ratio testis duplex, vna coniuncta sensu siue ipse sensus & hęc ratio pręponderat dicto. vnde si testis diceret ita, nihil scio nisi quia vidi contenta in articulo: tamen probaret veritatem articuli. vt in authenti. sed iudi. dum dicit dicant quod nouerint, vt. ff. de testa. l. qui testamento. §. j. & j. de testi. l. testium in ver. pręstò fuerint & in ver. sub præsentia idem multò fortius si testis dixerit. Credo quia vidi & præsens fui, nam tunc probat vi rationis quę necessariò infert ita esse & fuisse: & ex hoc do regulam, quòd vbi testis in dicto minus probat, in ratione verò probat efficacius, semper attenditur ratio. ¶ Nam in teste ratio est, quæ dat esse rei. i. testimonio. vt no. j. de testi. l. solam. facit quòd no. ff. de acquiren. posses. l. si is qui animo. & hoc patet per contrariam regulam. nam vbi dictum testis habet se in plus, sed ratio testis habet se in minus, tunc ratio minuit dictum. & si ratio esset friuola & non concludens, tunc trahit ad se dictum vt non cõcludat nec probet aliquid. vt verbi gratia. ¶ Si testis dicit scio quia audiui à Martino. & probatur hoc per rationem naturalem. Quia cùm ratio sit fundamẽtum, destructa ratione, destruitur fundamentum. vt no. in ista l. Conuenticulam. sin autem dictum & ratio congrueret & siquidem vtrunq; tendit ad probationem est efficax probatio: sin autem neutrum tendit ad probandum: tunc certum est, quòd nulla resultat probatio. quia ex impertinentibus nil pertinens potest resultare. iuxta no. in simili. l. ff. de eden. in princi. ex prædictis infero quasdam conclusiones. Primò, quòd vbicunque oppositum eius, quod testis dicit potest stare, cum veritate causę per quam testis fundat dictum suum, ibi nunquam testis probat. quia ad concessionem causæ impertinentis vel non inferentis, non sequitur concessio antecedentis: verbi gratia dicit testis scio quia credo, nam quia credulitas stat cum opposita veritate simul, id est stare potest testis nihil probat. Nam possibile est quod ego credo tamen non est verum. vt not. j. de testi. mili. l. de tutela. ¶ Sed quare testes non possunt deponere in scriptis vel per nuncium? vide Barto. in lege qui bona. §. penulti. ff. de damn. infect. & adde not. in lege. iureiuran. C. testi. Item testes non sunt interrogandi de tempore nisi quãdo sunt suspecti vt not. Barto. in. l. prima in fin. ff. de aqua plu. arcen. Et ibi quando & qualiter valeat testimonium de auditu & de credulitate & quis sit modus probandi negatiuam. Sed quis sit modus quando testis dicit se non recordari de tempore vide Barto. in lege prima. §. si quis. quemadmod. test. aperi. & ibi dat consilium circa hoc. & pro hoc pono quandam illationem contra Barto. dicit ipse quòd testimonium de vita & moribus alicuius, fundatur per hanc rõnẽ: quia sum vicinus. nam ista ratio coadiuuatur lege. nam si vicinus præsumor vidisse vitam & mores. vt lege prima. §. primo. ff. de flumi. & de fund. instructo. & instru. lega. si ita & leg. dominus horreorum. ff. loca. & si dicatur testis non deponit per sensum corporis ergo non probat. Respond. quòd imo deponitur per sensum corporis. ¶ Nam ad depositionem eius quod depono sequitur sensus, iure præsumpti. secundum Bart. sed quòd istud non sit verum probatur quia potest ratio esse vera scilicet ꝙ sum vicinus, & tñ dictũ non est verum nõ enim sequitur dictũ ad rationem nisi dicamus (sustinendo Barto.) quòd aut loquimur de probatione necessaria, ex eo quod non apparet de cã immediatè. ¶ Aut loquimur de præsumptiua probatione, & tunc refert. aut loquimur de probando actum in genere, verbi gratia quòd quis sit malę famæ vel quòd sit pauper vel similis tunc sufficit ratio, qua sum vicinus, quia concludit per locum à communiter accidentibus vt lege prima. §. primo de flumi. aut loquimur de probando actum in specie, & tũc aut est act9 qui à communiter accidentibus, consueuit esse notus vicinis vt mors & ætas & idem, vt. ff. vnde cogna. l. octaui. ¶ Aut est talis actus qui à communiter accidentibus non consueuit esse notus vicinis, vel habet se pariter ad notum & ignotum vt homicidium Petri, vel furtum de re Martini: tunc nullo modo ꝓbat non ob. ll. superius allega. quia loquuntur quantum ad testes recipiendos ad Iudicis instructionem. ita loquitur. l. dominus horreorum. Sed quantum ad probationem non probatur nisi reddant causam congruentem. & ibi do talem regulam. ¶ Quòd semper ratio trahit ad se dictum. & in suam naturam ipsum conuertit & destruit dictum si ei non congruit. & tota virtus probationis, stat in ratione quia omnis ratio est argumẽtum, vt supposui in princip. Ex his etiam infero contra Bart. Dicit Barto. quod si ego volo probare fines antiquos, sufficit habere testes deponentes de auditu antiquorum, & de generali opiniõe, ratio est: quia ita est verisimile per locum à communiter accidentibus: sed ego dico, quòd probare dictum cum opinione, nisi probetur per modum notarij, non est probare, nisi solam famam. Est tamen verum quòd in factis multum antiquis, opinio generalis habetur pro veritate, nec est necessaria

alia probatio

alia probatio dummodo talis opinio sit vniformis apud oēs: nec sit opinio de qua sit contradictio apud peritos & ideo dicebat.D. Tabiñ.Cardinalis quòd licet ecclesia non habeat instrumenta de ciuitatibus suis, si tamen habet generalem opinionem (vt ita dixerim) præscriptam apud omnes, quòd hæc sufficit ecclesiæ pro plena probatione:allegat ipse Innoc. in.c.cum causam.extra.de iuramen.calum. Nam si non sufficeret.non posset probari quòd Cęsar fuit Imperator scilicet Innocen.& adde quod no.Innoc.in.c. cum in partibus.extra de verbo.significa.¶ Item scias quòd in tribus casibus, testes debent cognoscere contrahentes seu parentes. Primò, quando factum venit probandum per testes. ¶ Secundò quando imperitus contrahit & in scriptis. ¶ Tertiò quando fit inuentarium vt not.glos.in lege fina.§.subscriptionem.C.de iure delibe.quæ limita per gloss.l.iij.in prin.ff.de testi. quæ dicit aut in personali & tunc sic:aut in reali & tunc non. Modo pono quandam aliam propositionem & dico sic.Quòd quando positio dicti sequitur ad positionem rationis, testis probat.& ex hoc infero contra Bartol.qui dicit quòd cortina existente in medio.i.dempto visu auditus nō probat:quia dicit ipse quòd auditus non probat nisi sit coniunctus cum visu: ex eo q̄ vox recipit multas alterationes: & aliter se habet in sano, aliter in ęgro aliter ī iuuene aliter in sene:aliter in eo qui loquitur fessè aliter in robusto.& sic in lege si non sortem.§.libertus.de condic.indebi. ¶ Item quis potest esse homo suppositus qui pro alio loqueretur & mutaret vocem.¶ Sed ego dico pro glossatoribus,quòd talis probatio est sufficiens nisi in casibus in quibus requiritur visus.vt not.in.l.ij.in fin.ff. de aqua pluui.arcē. &.ī.de iur.delibe.l.fi.§.si autem duobus & ad hoc.ff.ad sylla. l.j.§.occisorum. Et si dicatur vox potest permutari vel alius subijci.Respon.quòd hoc non præsumitur. ¶ Item qui habet personam notam, cognoscit qualitatem vocis in quolibet, in hoc tamen Iudex debet esse multum cautus,& examinare singulas circunstantias:hoc etiam habemus in illo patriarcha qui non fuit deceptus ī voce sed in tactu manuum dū dicit. Vox quidem vox Iacob,manus autem Esau.Sicut dicit rex Robertus legierio Andriocij nobili Perusino.¶ Item adde quòd ratio non debet esse idem quod dictum, seu aliud à dicto: & sufficeret quòd dictum esset in genere,& ratio foret in specie. vt not.in lege prima.ff.de excepti.in glos.& ibi per Bart.facit quòd not.in.l.fi.ff.de offi.procon.cęsa.¶ Item vide quod no. in repeti.authent. ingressi quòd testis in reddendo causam sui dicti potest omittere maiorem præpositionem & sufficit ponendo minorem.& ibi vide quędam alia ad materiam testis.& quæ no.in.l.j.ff.si certum petatur ī.q.iij.per Bar.Post hoc no. quòd ratio testis debet procedere plana & simplici via, non per difficultates intellectus. Si tamen testis vult per argumentum fundare dictum, vt quando deponit super dominio vel possessione,dico quòd probat,si ex his quę requiruntur ad esse possessionis vel dominij probat suum arg.inferendo in causis facti suo sensu cadentibus conclusione iuris,quia tunc intellectus adminiculatur sensui. & supplet quod deficit in sensu vt not.Inno.in leg. cum causam.extra.de testi.Vltimò not.q̄ in testibus procedat argumen.à toto integrali, nam si formaui articulum de possessione partis & testis dicit de toto includit partem.Item à toto numerali,quia si formaui articulū de quinque & testis dicit de decem,probat.Item à toto generali, quia si formaui articulum quod promisit clamidem suam, & testis quòd promisit omnia vestimenta,probat.ī.qui bon.cede.pos. l.penulti.Item à toto vniuersali, vt si pono quòd Titius reliquit mihi mobilia,& testis deponit quòd reliquit mihi hæreditatem,probat.Ratio prædictorum hæc est quando vno concesso alterum de necessitate sequitur, probato eo ex quo sequitur,probatur & id quod sequitur de necessitate.Item in teste procedit argumē.à nomine.nam ex nomine probatur substantia,vt si dico quòd iste erat Titius quia sic vocabatur.infra de inge.manu.l.ad recognoscendos.Item procedit argument. ab impossibili,vt dico quòd tali die non fuit vulneratus,quia præcedente die fuit occisus,vt lege prima.C.qui accusare.non pos.¶ Item argumen.à communiter accidentibus.circa hoc vide Bart. in lege prima.ff.sit certum petatur quòd diuitię sanitas vel infirmitas & quòd quis sit malæ vel bonæ conditionis, potest probari per testem dicentem hoc scire quia vicinus vel consanguineus vt infra eadem leg. qui probabilem.& infra de proba.l.neque natales.¶ Item à differentia situs vel loci,vt qa non idem fines ergo non idem locus.vt leg. eos.ff.fini.regun. ¶ Item procedit argumen. in teste ab eo quod est proprium homini.vt homo erat in domo,quia ridebat vel quia loquebatur, leo quia rugiebat.¶ Nam accidentia magnam partem conferunt ad conoscendum quòd quid est.vt Arist.in primo. de Ani.& pro hoc infero vnam conlusionem,quòd per ea quæ accidunt mortuis,ita quòd non viuentibus probaē mors vt per sepulturas,per non habere sensum nec motum & per alia quęcunque, per quæ quilibet homo grossus intelligit eum mortuum secundum Barto.qualiter mors probetur vide Barto.in l.j.§.fi.quemadmo.testa.aperi.&.l.quoties d e naufra . lib.xj. Vltimo dic quòd sunt quędam quę non probantur per testem directè sed indirectè vt est argument.à contrario sensu, quod consistit in perspicaria intellectus nec est res extra intellectum Sed an testis posset reddere rationē dicti sui per locum ab authoritate?vide Bar.in.l.j.ff.si certum petatur. ¶ Item argumē. à similitudine rationis quia est quid abstractum à sensu sicut testis benè probat album,sed non posset probare albedinem in abstracto.¶ Item quid si dixit reddēdo rationem scio,quia habeo menti?dicit quòd potest.quia memoria melius colligitur per sensum auditus quàm per aliud.vt dicit Iacob.But. in.l.si arbiter.ff.de proba.¶ Item tacita substitutio vel tacita hypotheca non potest probari directè per testem,quia quæ sunt humano ingenio adiūcta,non pertinent ad testem, qui habet vti puris naturalibus nisi ad coadiuuandum vtatur ciuilibus.Sed indirectè probantur ista hoc modo quia testis probat expressim,& ad probationem expressi iuris,dispositio sequitur tacita : ergo probat tacitum legis auxilio cooperante non per se vt leg.prima infra de rei vx.actio.& ibi per Bar.¶ Iuxta prę
a dicta [a] quæro † per quē sensum corporeū testis debeat reddere
1 causam sui dicti.dic per illum sensum corporeū qui dicto congruit.nam si volo deponere de facto alicuius: reddam causam quia vidi,vt.l.testium.C.de test. Sed quid si testis in redditiōe rationis vel causæ dixit videtur mihi q̄.x.annis possederit Titius:an valeat eius dictum?dic q̄ sic,vt not.Bar.in.l.diui.§.in ea
2 causa.ff.de lib.cau. ¶ † Item quid si testis,non reddit rationem sui dicti.sed solum deponit super his quæ percipit intellectu magis quàm sensu,& rationem non reddit:quia non fuit inter rogatus?dicit Barto.quòd dictum suum non valet, vt no.in le. sciendum.ff.de verborum obligationib⁹ & per eum in consi. quod incip.commune Lucignani,& in alio consi.vbi ipse po-
3 nit de testibus qui dixerunt q̄ viderunt talem ad sui defensionem fecisse.† si velim reddere causam de ver bo alicui⁹ dictis q̄ audiui, vt leg. sępe.ff.de pręsi.& de testa.mil.l.diuus. Si de sapore reddam causam.quia gustaui, vt.l.si emptorem. §.alia.ff. de contrahen.empt.& sic de similibus sensibus corporis tactu
4 & odoratu.¶ † Vnum tamen addas quòd verbum visus, q̄ illud est generale ad omnem sensum corporis. nam dicitur in Exod.vidi voces,&c.& audiui,& per intellectum vidi.& habetur.iij.q.ix.c.testes:& de conse.di.iiij.c. venisti ad fontem. & infra de rei vxo.actio.§.videmus.& per hoc posset defendi dictum testis volentis probare: quia Titius dixerat iniuriam. Martino,interrogatus de causa scientiæ respōdet : qa vidit:& iuuetur q̄ intelligatur quod viderit scilicet per ītellectum corporeum alio sensu corporeo scilicet auditu.simile dicit Barto. in leg. fi.C.de peri.not.libr.xj. quod si testis interrogatus de causa scientiæ quomodo scit,dicit quia tetigi eum manibus.licet non esset res tangibilis, quod referē ad sensum congruum illius rei.alia vide,quę scripsi in leg. testium.C.de test.sed qualiter probetur librum esse vel non esse correctum per testes,& argentum esse purum,vel mistum?vide Bart.in.l.si quando.ff. de auro & argento lega.vbi dicit quòd sufficit si dicat se vidisse illud argentum sine mistione,& quia vidit librum. ¶ Item ad hoc vt testis rectè deponat,oportet quòd id super quo deponit sit aliquid formatum, quòd sensu percipi possit, vt nota.per Barto.in consi.quod incip.Charissime domine, &cæt.
5 ¶ † Sed iuxta hoc quæro an sufficiat si respondeat reddendo causam sui dicti:quia fui præsens.iuuatur enim iuris præsumptio.quòd viderit per sensum corporeum,vt dicitur supra eodem in prima conclusione.vbi tangit quòd ex vicinitate probantur vita & mores Titij.domi.Bartol.dicit quòd sic, vt.ff. de autho.tuto.vt leg.prima.§.fina.Ioannes Andr. tenet contrarium in.c.præsentium.extra de testi.libro sexto. & hoc dicit Bartol.quando testificatur de se, testem fuisse præsentem quod præsumatur intellexisse.secus si cum testibus testificaretur fuisse præsentem : quia tunc non sequitur, ergo fuerunt intelligentes. adde not.per Barto.in leg. furioso.ff.de re iudi. an & quando is qui præsens actui præsumatur ibi fuisse, vel aliter. ¶ Item dicit ibi Bartol. quòd quando lex, vel homo percipit aliquid fieri aliquo præsente, debet intelligi eo intelligente, vt dicit in dicta leg. prima in fin.ff.de autho.tuto.
6 ¶ † Sed quæro pro quo debet interpretari dictum testis ambiguum.declara plenius per Bartolum in leg. inter stipulantem §.primo.ff.de verborum obligationibus,& per Innocen.in.c,
7 causam quæ extra de rescript. ¶ † Item nota quòd circa de-

[a] ¶ Iuxta prædicta. Adde q̄ iste sunt additio.ad tracta. Bar.s.dictū de tes. Tho.diplo.

poſitionem valoris rei, ſufficit ꝙ teſtis deponat de creduli-
tate, ſeu opinione, vt not. Bar. in. l. fi. C. de prædi. & alijs rebus
8 naui. lib. xj. ¶ † Sed qualiter teſtis, debet deponere cautè ſuper
recognitione rei, & maximè interrogatus vtrum ſit ille qui ſic
fecit, & teſtis dicat ſe recognoſcere dicta? interrogatus de-
bet dicere: quia vidit, & inſpexit factum eius cum tali ſigno,
& cum tali cicatrice, & ſimilibus: vt nota. Bartolus in. leg.
ſtigmata. C. de fabri. lib. xj. ſuper ſanitate corporis, & quacun
que aliqua re ſuſpecta vel vitioſa. rectè teſtis reddit cauſam de
viſu, vt not. Barto. in lege prima. C. de mendican. vali. li. xj. &
idem dicit ibi de ætate vel ſenectute. de quo etiam no. plenè in
ſua repe. l. de ætate. ff. de mino. & in lege prima. C. de cano. fru-
9 men. libr. xj. ¶ † Sed nunqd verba enunciatiua in dictis & at-
teſtationibus teſtium probent? dicit Bar. quòd non in quodã
ſuo conſ. quod eſt quintum in ordine, & ibi qualiter debet de-
poni ſuper adulterio. ¶ Sed quid ſi ipſi teſtes dicant quòd vi-
derunt dictum Martinum accuſatum percutere, an probant
ipſum eſſe ciuem, cùm in accuſatione continetur ꝙ ille Marti
nus erat ciuis? dic quòd non quia eorum dictum coartatur per
rationem ſcilicet per viſum, loco & tempore in accuſatiõe con
tentis: quæ ratio non poteſt trahi niſi ad delictum, ſeu percuſ-
ſionem, nec potuerunt videre eum eſſe ciuem, poſito quod vi
derent eum ibi habitare, vt lege ciues. C. de incolis. & ita con-
ſuluit domi. Ray. de monte vrbanorum & cum eo videtur te-
10 nere Iacob. de are. in lege ſi præſens. ff. de pœ. ¶ † Quęro qua
liter teſtis debet deponere ſuper aliqua qualitate animi? dic ꝙ
debet teſtificari per actus exteriores quos vidit, vt not. Barto.
in leg. is. §. primo. ff. de tut. & curatorib. da. ab his. & circa hoc
adde not. in. l. poſſeſsio. §. qui in aliena. ff. de acquiren. poſſeſ.
an animus ſit iuris vel facti, varietas ſignificantis vel ſignifica-
ti in dictionibus grammaticalibus, quæ in vulgari non repe-
riuntur diuerſitatem habere, non cadit in dictis teſtium, ſed in
legibus & ſtatutis ſic, vt nota. Barto. in leg. ſi quid earum. ff. de
11 legatis. iij. & adde not. in. l. ſi quis filiabus. ff. de teſt. tut. ¶ † Itẽ
not. cautè qualiter, teſtis debet deponere in his quæ curſu tem
poris mutantur. nam ſi dicat quòd vidit iam ſunt plures anni
tales viuere: non ſequeretur: ergo viuunt hodie, vt not. Bar
to. in leg. ſecunda. ff. iu. ſol. ad probandum negligentiam, & aliã
negatiuam vide in conſi. dicti Barto. l. vij. qualiter teſtis debet
deponere. ¶ Item ſimiliter qualiter quis debet probare di-
gentiam ſuam. quod conſil. incipit. Clariſsime domine iſti no-
12 ſtri nucerini. ¶ † Sed qualiter debet probari rectè damnum
eſſe datum culpa vel negligentia, & qualiter ſit cautè articulã
dum, vide Barto. in conſil. quod incipit. commume Lucigna-
ni. & ibi etiam dicit quòd quando articulus eſt incertus, & di-
ctum teſtis eſt etiam incertum, quod non valet teſtificatio illa
apparet ergo neceſſe eſſe quòd dictum teſtis ſit certum, vt ibi
13 videtur dicere, quòd eſt notandum. ¶ Item not. quod nemo
poteſt articulare ſubdiſiunctiuè, niſi articuletur ſup facto alie
no, in quo eſt probabilis ignorantia, vt no. Innoc. in. c. ex par-
14 te. extra de reſcrip. ¶ † Item quomodo & qualiter probari
debet ętas maior, & ętas minor. dic ſuper hoc, & not. Barto. in
leg. de ęta. ff. de mino. & vide ibi ſuper quibus teſtis interroga
tus reſpondere non debet, & qualiter in talibus cautè reſpon-
dere debet. & ibi vide an ſufficiat teſtem comprehendere di-
ctum ſuum per ſenſum corporeum, an etiam per ſenſum intel
lectus. ſed quid ſi teſtis non recordetur de tempore? ¶ Ad-
15 uerte † quod dictum teſtis eſt inſufficiens, & non concludens
& ideo fiat vnus articulus quomodo ille contractus fuit cele-
bratus inter partes, & ſi partes confitebuntur: tunc dictum te
ſtis non probantis tempus, adiuuabitur ex tali confeſsione, &
fieret valida probatio, vt nota. & maximè per Bartol. in leg.
16 prima. §. ſi quis. ff. quemadmod. teſta. aper. ¶ † Sed quid ſi
ſunt variata nomine perſonarum ex aduentu. & volo proba
re illum eſſe, illum etiam eundem hominem, vel illum eſſe illũ
& eundem fundum & maximè quando mutata ſunt nomina
confinantium, vide Barto. in leg. demonſtratio. in princi. in. q.
17 fin. ff. de conditio. & demonſtratio. ¶ † Sed quæro qualiter
redderetur ratio eorum quæ ſcripta ſunt in libro rationum,
puta ſe aliquem tantum expendiſſe in tali domo, vide Barto.
in leg. qui ſub condi. ff. de condi. & demonſtratio. vbi dicitur
quòd debet ſic articulari: dico me tantum expẽdiſſe in tali do-
mo, & quod tantum expendiſſet quilibet bonus vir, & ad pro
18 bationem pretiorũ rerum. ff. ad. l. fal. ¶ † Sed quęro an ſi teſtis
nõ repiloget ſeu repetat locũ & tẽpus, aliâs dictũ in dicto ſuo
videatur repetijſſe prout erat capitulatum? dic vt no. per Bar.
19 in leg. labeo. de ſuppelle. le. † Sed an poſsit iudex ex cauſa nõ
adhibere fidem teſti clarè probanti, vide not. per Bart. in. l. lu-
20 cius. ff. de his qui no. infa. ¶ † Sed qualiter probatur fama?
dic quòd teſtis dicere debet, & de prędictis eſt publica vox &
fama. interrogatus quomodo ſcit, reſpondit, quia audiuit
publicè dici, & non dicat ꝙ publicè dicitur: quia non red-
deret bonã cauſam: quia non de auditu ſuo, & ſic de nullo ſen
ſu, vt no. Iac. de are. in. l. teſtium. C. de teſti. Dy. conſuluit de fa
cto ꝙ fama ſit probata dicendo ꝙ publicè dicitur ſic, per. l. pe.
in princ. ff. ad mace. ibi ſed quia publicè. & . C. ad mace. l. j. & . ij.
de quo per Bar. latiſsimè. in. l. de minore. §. tormenta. ff. de qõ.
21 ¶ † Sed quæro an debeat dari copia articulorum alteri parti
petenti? vide Innocen. in. c. per tuas. extra de teſti. vbi dicit ꝙ
non. adde no. in. l. ſi duo patroni. §. idem iulia. ff. de iureiu. Sed
22 quęro quid † de interrogatorijs fiendis teſtibus, an debeat da
ri copia pti alteri? Inno. dicit ꝙ nõ. in. d. c. p tuas. extra de teſt.
23 dicit tamen ſi iudex det non peccat, † ſed quid ſi iudex omiſit
examinare teſtes, ſuper ſubſtantialibus? Idem Inn. in. d. c. per
tuas. dicit ꝙ etiam publicato proceſſu, poteſt pars petere ꝙ
24 examinentur. ¶ † Sed pone ꝙ teſtis reddit cãm congruam
in primo dicto ſuo, ſi poſtea in ſecundo reddat incongruam
an probet? verbi gratia: dicit teſtis, dico quòd vidi Titiũ poſ-
ſidere. poſtea interrogatus quantò tempore, reſpondit ꝙ. x.
annis, vt ſibi videtur dic ꝙ probat, vt. l. quid tamen. §. j. ff. de
arb. & ibi per Barto. ſecus ſi dixiſſet in primo dicto mihi vide
tur ꝙ titius poſſederit iam ſunt. x. anni. & vltra quia iſtud nõ
25 valet, vt ibi. ¶ † Sed quero: teſtis qui depoſuit dictum ſuum
obſcurum, declarauit ſemel dictum ſuum: an iterum interro-
gandus ſit? dic ꝙ non, vt. l. ij. §. ꝙ obſeruari. ff. de iurament. cal.
& per Bart. in leg. prima. ff. ſi cer. peta. ſed an teſtis examinat⁹
ſuper maleficio, ſeu ſuper inquiſitione non interrogatus de lo
co & tempore, an valeat eius dictum ſi non interrogatur de lo
co, & tempore, in inquiſitione contentis? dic quòd non. vt no.
Bart. in. l. j. §. item notandum. ff. de aleato.

a CIrca materiam teſtium[a]
dic. Quidam reijciuntur ipſo iure. Quidam
officio iudicis Ipſo iure, vt pupillus & ſeruus
illa ratione, quia teſtificari non poſſunt, vt. C.
de teſt. l. hac conſultiſsima. in princ. ff. de teſt.
l. teſtium. §. lege. Officio iudicis. dic ꝙ ex, quibuſdã cauſis re-
pellatur quis à teſtimonio quæ. j. ſequuntur. ¶ In primis ſi
de eo multa mala dicantur vt in aut. de teſt. §. iiij. ¶ Secundò
quia non eſt bonæ opinionis & famæ. in. d. §. quartam. & . ff. ad
legem falci. l. ſed cum teſtator. ¶ Tertiò quia pauper, vt ĩ. d.
§. iiij. & . ff. de ſuſpe. tut. l. dicitur in tutore. ¶ Quartò cùm in
alijs ſit malus: ergo in hoc quia cum in vno delinquit omnium
factus eſt reus, vt. ff. de lega. j. l. quæ. & de bo. lib. l. in ſuis. & ad
ſyllania. l. ſi quis in graui. §. ſi quis. ¶ Quintò cùm reus fue-
rit. ergo adhuc præſumitur, vt. C. ad leg. iul. maie. l. quiſquis. &
de prob. l. ſiue. ¶ Sextò qa nõ ſeruat legẽ q̃ tribuit ius petenti
bus. ergo nõ habet legis auxiliũ, &c. qa offerre minus, vt. ff. de
mino. l. auxiliũ. & de agrico. & cenſi. l. quoties. ¶ Septimò qa
huius rei ignarus eſt: ergo verberibus eſt ſubdendus, vt in aut.
de teſti. §. quarta. ¶ Octauò quia infamis: vt. ff. de accu. l. qui ac
cuſare. & de teſtib. l. teſtium fides. ¶ Nono: quia amiciſsi-
mus eſt. vt. ff. de teſt. l. teſtium. in princ. ¶ Decimò quia non
habet in bonis centũ aureos. ff. de accuſa. l. nonnullis. ¶ Vnde
cimò qa ſuſpicionem habet maximam, cum ſit violentus. ff. de
accuſa. l. alij. ¶ Duodecimò quia varia dixerunt: & tales puniẽ
di ſunt. ff. de teſtibus. l. q falſa. ¶ Decimotertiò ſi data, vel pro-
miſſa ſit pecunia, vt. C. de teſti. l. ſi quis. ¶ Decimoquartò qa
malum teſtimonium in eum tulit, vt. ff. de teſtib. l. produci.
¶ Decimoquintò quia minor eſt. xiiij. annis. ff. de teſti. l. teſti-
mo. & de mino. l. nullum. & hoc vt. iiij. q. iij. c. j. In criminalib⁹
autem minor. xx. annis. vt. iiij. q. iij. c. in criminalibus. extra eo.
de teſtibus. ¶ Decimoſextò quia ea quę dixit non cõueniũt
naturæ, vt. ff. de teſt. l. ob carmen. ¶ Decimoſeptimò quia duo
contraria ſimul dixit, vt. ff. de re iud. l. illa duo. C. de fide inſtr.
l. ſcripturæ. ff. de teſti. l. vbi repugnantia. Sed in hoc caſu, vbi
contraria dicunt non ſunt admittendi, ſed iudex debet veriſi-
milia videre, vt. d. l. ob carmen. in fin. ¶ Decimooctauò quia
non reddit cauſam teſtimonij ſui ſiue dicti, vt. ff. de libe. cau. l.
ſi pater. §. ij. C. de fide inſtr. l. ſi res. ff. de tranſac. l. cum hic. §. cũ
cauſæ. extra de teſti. c. cauſam. ¶ Decimononò ſi prolixè teſti-
monium ferat, vt pręſumatur ꝙ non recordetur bene, vt. ff. de
carbo. edic. l. iij. §. finge. aliâs cauſam. nam & alibi de tempore
dicit lex, ꝙ non poteſt omnium teneri memoria, vt. ff. de pro-
ba. l. ſi arbiter. C. qui teſta. face. poſſ. l. hac conſultiſsima.
¶ Viceſimò ſi teſtes vacillant. ff. de probationi. l. in teſtibus.
¶ Viceſimoprimò ſi eſt inimicus. ff. de proba. l. teſtiũ. in princ.
¶ Viceſimoſecundò, ſi ſuſpicio in teſtibus ſit, vt. C. de teſt. l. te
ſtium. in prin. ¶ Viceſimotertiò ſi teſtis vnum, & eundẽ præ-
meditatũ ſermonẽ attulerit. ff. de prob. l. teſti. in princi. ¶ Vi-
ceſimoquartò

a ¶ Circa materiam teſtium. Adde ꝙ hic tracta. non eſt Bar. ſed domini Iacob. de but. & incipit, ĩ Chriſti nomine amẽ. incipi. tract. quidam ſup materia teſtiũ, cõpoſitus per domi. Iacob. de butri. & circa materiam teſtium, dic ꝙ quidam reijciuntur, &c. Tho. diplo.

cesimoquartò quia damnatus est publico iudicio,& non fuit restitutus,qui in vinculis custodia publica detinetur,qui cum bestijs pugnat,vel se locauerit ad pugnadũ,quidã palam quæstum faciunt, & quidam propter reuerentiam.ff.de testi.l.testium.§.l.iul. ¶ Vicesimoquintò quædam sunt personę quę non coguntur ferre testimonium inter se, videlicet gener, socer, vitricus, priuignus, sobrinus, sobrina, ex sobrino natus,& omnes qui in proximo gradu sunt, patron⁹ & patrona, vxor patroni, patronæ maritus, liberi & eorum filij, sponsus etiam generi appellatione continetur.ff.de testi.l.lege.iul.cum.l.sequent. ¶ Quidam similiter sunt qui inuiti non vocantur ad testimoninm dicendum: vt valetudinarij, vel milites, vel qui cum magistratibus causa reipub. absunt.& illi quibus venire non licet qui omnes no. in lege.inuti.ff.eo. ¶ Et quidem sunt alij, vt publicani. Item hi qui non detractandi testimonij cã, abierint. ¶ Item hi qui exercitui prębendam conduxerunt & pupilli.ff.de test.l.inuti. ¶ Vicesimosextò quibus imperari potest.& qui sint,not.de testi.l.idonei. ¶ Vicesimoseptimò qui est seruus in casu tamen ei creditur.ff. de testib.l.seruus.
¶ Vicesimooctauò qui sunt domestici,vt .C. de testi.l.etiam.
¶ Vicesimononò pater,& filius nec volentes, nec inuiti inter se possunt ferre testimonium,vt.C.de test.l.si parẽtes & liberi ff.eo.l.testis.& extra eo.ti.super eo.el.ij.pręterquam in duob⁹ casibus qui ibi dicuntur, videlicet in causa grauitatis causæ, &matrimonij,& super ista materia distingue,ꝙ aut parẽtes testificantur super ætate filij, in causa inter eos cõmuni,& possunt. ¶ Tricesimò qui in re propria testificantur,vt.C.de testi.l.omnes.ff.eo.l.nullus. ¶ Tricesimoprimò, qui est adulterij crimine damnatus,vt.ff.de test.l.scio. ¶ Tricesimosecũdò qui est crimine repetundarum damnatus,etiã hermaphroditus,qui sexu fœmineo incallescat,vt.ff.de testib.l.repetundarum. ¶ Tricesimotertiò qui falsa,vel varia,vel qui eorum dicta partibus referunt:non solum istis non credatur:sed puniuntur,vt.ff.de testi.l.qui falso. ¶ Tricesimoquartò qui ob crimen famosum damnatus est,nec testis esse potest,nec testimonium dicere,vt.ff.de test.l.ob carmen. ¶ Tricesimoquintò qui vendicatus est super aliqua re, vel qui vouit. ¶ Item patroni causaruum & executores,vt.ff.de testi.l.ob carmen.§.illud.&.l.fina. ¶ Tricesimosextò, dicto vnius testis.C.de testi.l.iureiurand.in fin. ¶ Tricesimoseptimò qui ab exercitu ignominię causa remittitur,vt.ff.de infa.l.quod ait. ¶ Tricesimooctauo qui artis ludicræ causa in cœnam prodierit,vt.ff.de infa.l.athletas. ¶ Tricesimononò,qui lenocinium fecerit, vt.ff.de infa.l.athletas.§.j. ¶ Quadragesimò qui præuaricationis causa damnatus est,vt.ff.eod.l.j. ¶ Quadragesimoprimò,qui vsuras vsurarum exercuit,& improbum fœnus exercuit.C.eodem.l.qui improbum.C.de infal.l.improbum.
¶ Quadragesimosecundò qui furti, vi bono. rapt.iniuriarum de dolo malo damnatus est, vel pactus,vt.ff.de infa.l.j.C.de infa.l.ij.&.l.non damnatos. ¶ Quadragesimotertiò.qui eã vxorem duxit:quę virum intra tempus lugere noluit.C.de infa.l.decreto. quamuis hodie casus iste non procedat de iure cano. Quadragesimoquartò, qui bina spõsalia eodem tempore, vel binas nuptias suo nomine exercuit,vt.ff.eodẽ.l.prima in fine.
¶ Quadragesimoquintò qui passus est eum filium quem habebat in potestate eam ducere, quæ nubit intra tempus luctus, vt.ff.de infa.l.j. ¶ Quadragesimosextò qui coniunctus fuerit hęreditatem expilasse.C.eo.l.si te. ¶ Quadragesimoseptimò qui in testamento patris increpatus est.C.eode.l. ea quæ.
¶ Quadragesimooctauo qui per prætorem fuerit fustibus cesus e.l.fustibus. ¶ Quadragesimonono qui improbus & detestabilis appellatur.C.eo.l.verbum precibus. ¶ Quinquagesimò qui separatur à sacrosan.eccle.C.de hære.& mani.l. hi qui. ¶ Quinquagesimoprimò qui pupillam, vel adultam filio copulauerit.C.de interdi.ma.l.j. ¶ Quinquagesimosecundò hereticorum vocabulo continetur, vt in authen. gazaros. ¶ Quinquagesimotertiò, qui depositi, tutelę, pro socio, mandati, suo nomine damnati fuerint.ff.e.l.j. ¶ Quinquagesimoquartò, qui incestas nuptias contraxerit, vt.ff.eo.quid ergo.§. cùm autem. ¶ Quinquagesimoquintò qui deserto sacramento venit ad secunda vota, vt in authen.eisdem quæ est. C.de secun.nup. ¶ Quinquagesimosextò mulier quæ nupsit in virum.& quando vir nupsit in mulierem.ff.ad.l.iul.cũ vir. C.de adul.l.cum vir. ¶ Quinquagesimoseptimò, qui falsam monetam cudunt,& qui adulteram monetam scienter expendunt testimonium dedit,vt.de testi.l.producti testes. ¶ Quinquagesimooctauò, qui prohibetur sua bona administrare, mutus, surdus, furiosus, mentecaptus, prodigus, reprobantur. qui periurus est quocunque modo repellitur etiam si non infamis quia semper pręsumitur deierare, vt.ff.de accu.l.si cui.§.eisdẽ senato.l.cassius.C.de transla.l.si quis maior.& not.ff.de infa.l.lucius,& generaliter omnes q reprehẽsibiles,& notatę opinionis,& obscuræ famæ censentur,non sunt in numero testium.
¶ Quinquagesimonono si testes iurauerunt absente parte cõtra quam producuntur.extra de testi.c.in nomine domini.C.eo.l.si quando. ¶ Sexagesimò si testes solenniter non iurauẽrint.xxxv.q.v.de parentela.extra de testi.c.causam.C.de test.l.iureiur. ¶ Sexagesimoprimò, si pars testificata didicerit añ apertionem.extra de testibus.c.constitutus.in authen.de test.§.qua verò. ¶ Sexagesimosecundò, si obscurè deposuit, & non declarauit.extra de testi.c.cum clamor.& de test.eo.lib.c.pręterea.ff.de verbo.obliga.l.in conuentionalibus. ¶ Sexagesimotertiò, si non fuit lis contestat. non valuit testificatio, nec testes, sunt recipiendi, nisi in casibus, vt lit.non contesta.c.quoniam frequenter.& ad hoc aliâs in authen.de test.§.& hoc verum. ¶ Sexagesimoquartò, si fuerint data capitula. & testes non deposuerunt super illis malitia, vel negligentia iudicis.extra de testi.c.per tuas. C.eo.l.j. ¶ Sexagesimoquintò, si est consanguineus aduersarij.iij.q.v.c.consanguinei.&.c.accusatis. ¶ Sexagesimosextò qui dixit testimonium contra te in causa criminali.vj.q.j.c.quicunq;.xx.quæstio.v.c.si quis conuictus.&.c.paruuli. ¶ Sexagesimoseptimò qui confiteretur de suo crimine tangens principale non valet, sed debet de suo crimine puniri.extra de confes.c.cum super. ¶ Sexagesimooctauo, si est particeps eius causæ.ff.de testi.l.nullus. ¶ Sexagesimononò non creditur matri asserenti se prægnantem ad hoc, vt mittatur in possessionem bonorum defuncti per ædictum de ven.in possesio.mit.ff.de ven.in possesio. mittẽ.l.j.&.§.j.& de acqui.hæredi.l.quidam.

¶ Quibus potius credatur.

Dictum est supra quibus modis testes rejciuntur: nunc dicendum est quibus potius credatur. ¶ Et dicendum, ꝙ illis potius fides adhibet, qui sunt in dignitate positi & quãtò magis ĩ maioribus: tãtò magis creditur.& Imperatori magis quam præsid.& sic de cæteris.C.de testi.l.testium.§. quæ argumenta.quia fides testis ex eius dignitate approbatur.ĩ auť.de tes.§.signamus.Item magis nobili quàm plebeio magis honesto quàm inhonesto, magis diuiti quam pauperi, vt.ff.de testi.l.testium.in princi. Item magis creditur illis qui dicunt ꝙ naturę negotij conuenit, quam alijs.ff.de testi.l.ob carmen.

¶ De numero testium.

Dictum est supra quibus poti⁹ credatur. nunc de testium numero. ¶ Et videndum est, ꝙ vbicunque certus numerus testium nõ adijcitur tunc duo sufficiant: quia pluralis locutio, duorũ numero contenta esse debet.ff.de testi.l.vbi.in quibusdam casib⁹ tres, aliâs quinque testes requiruntur. vt in mutãda volũtate quę per decennium stetit.C.de testa.l.sancimus.Item in diochita facienda, vel priuata scriptura.C.qui po.in pign.ha.l.scripturas.Itẽ in inuentario faciendo.in auť.de hær.& fal.§.hæc.Itẽ in comparatione literarum facienda. C.de fid.instru .l. comparationes.Item incautè deponendo.i.in priuata scriptura depositarij, quando confitetur apud se depositum in auť.de fide instr.§. si quis igitur.&.§.sed & si quis.Item in instrumento, ĩ quo mulier confitetur se per fideiussorem aliquid accepisse.C.ad velle.l.antiqua.Item in quibusdam casibus quatuor requiruntur ab eis, vt in prędictis exemplis apparet.in quibusdã quinque, vt in codicillis faciendis.C.de codicil.l.fi.Item in contractu excedẽte libram auri celebrato in ciuitate.C.si cer.pe.auť.sed nouo iure.Item in liberalitate per epistolam, vel inter inimicos data, vel in instrumento manumissionis reddendo.C.de lati.lib.tol.l.j.Item in confessione creditoris dicentis sibi solutum esse.C.de testi..l.testium.Item in testamentis, in Villis celebratis.C.de testa.l.fina.Item in testamentis tantum inter liberos conditis, vbi qualitercunque confectum valeat.C.de testi.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.&.C.fami. ercis.l.fin. Quandoque septem, vt.ff.de repudijs.l.nullus diuortiũ.Item in accusatione subdiaconi, accoliti, exorcistę, lectoris hostiarij Romanæ ecclesiæ, vt in decre.ij.qõ.iiij. Item in testamentis in scriptis, vel sine scriptis.insti.de test.§.fina.C. qui testa.face.pos.l.hac consultissima, Quandoque.viij.vt in testamento ceci in quo non fuit notarius.C.qui testa.face.pos.l.hac consultissima.§.sed quia. Quandoque.xj.vt in accusatione eius qui militarem annonam defraudauit.C.de erroga.mili.anno.l.per hanc.libro.xij.Quandoque.xv,vt in subrogatione præpositi sacrorum scriniorum.C.de præpo.sacr.scrip.l.vel vnicuiq;. Quandoque.xliij.vt in accusatione dyaconi cardinalis.Qñq;

requiruntur.lxxij.vt in accuſatione epiſcopi Cardinalis. Sed teſtes & accuſatores ſine aliqua ſunt ĩfamia, vt in decr.ij.q. iij.

¶ In quibus caſibus debent rogari.

DIctum eſt ſupra vbi certus numerꝰ requiritur, nunc in quibus caſibus rogari debent. Dic breuiter, in omnibus caſibus in quibus incertus numerus requiritur ibi rogari, excepto in codicillis, in quibus non eſt neceſſe, vt rogatio fiat. C. de codicil. l. fi. §. vl. in alijs debent rogari. C. de teſti. l. teſtium. & in aut. rogati.

¶ De interrogationibus teſtium.

VIdimus ſupra de numero teſtium & in quibus poſsint rogari: nunc videamus, qualiter debeant interrogari. Dic ꝙ interrogandi ſunt de preſentia & vtrum interfuerint ipſi teſtes maleficio perpetrato, vel alij contractui, necne. Item de viſu, auditu, loco, & tempore, de nocte vel de die, tempore nebuloſo vel claro, de menſe, die, & anno. Item qui & quot interfuerunt contractui. Item ſi cõtrahentes erant ſtantes vel ſedentes cũ contraxerunt. Item ſi propoſuerunt, & ſi cognouerunt ſigna. ſi preſtitit patrocinium huic cauſæ, ſi eſt amicus vel inimicus, cognatꝰ vel affinis, ſi fuit mediator, vel cognouit eum contra quem producitur. Item ſi fuit rogatus, vel tranſiens hoc vidit. Item ſi impubes vel ſeruus, decurio, vel plebeius, libertus, aut ingenuus. ¶ Si ad dicẽdum teſtimonium pecuniam acceperit. Si damnum, vel emolumentum ad eum ſpectat. Item ſi ſimul viderunt, & interfuerunt contractui. Item ſi fuerunt inſtructi, vel rogati, vt taliter dicerent. ¶ Item de credulitate, & ſcientia, & ſimilibus circunſtantijs. extra de teſti. c. cum cauſam. ij. q. j. in prin. c. in primis. extra de teſt. c. licet. iij. quæſtio. iiij. in. c. nihilominus. & c. preſentata.

¶ Quædam forma circa teſtes de offi. iud. circa quaſdam quęſtiones ad ipſos pertinentes.

ET in primis teſtes præſente altera parte duci debent vt iurent, vt extra de teſ. c. ĩ nomine domini. Itẽ ſufficit ſi iurent altera parte citata, licet ſit abſens per contumaciam. extra eo. c. j. & C. de teſt. l. ſi quando. §. his quoque. ¶ † Et debent iurare præſentibus partibus, ꝙ dicent veritatem pro vtraq; parte, nec præce. vel dolo. odio vel amore negabunt veritatem, vel admiſcent falſitatem. C. de teſti. l. iureiuran. xxxv. quæſt. vj. c. de parentela. Item teſtes ſunt alendi, expenſis producentis. iiij. quæſtio. j. c. victus. C. de teſtib. l. quoniam liberti. Item ſi teſtificata didiciſti, non poteris decætero teſtes producere ſuper eiſdem articulis. extra de fide inſtrumen. c. cum Ioannes. extra de teſt. c. cauſam. & c. fraternitatis. in authenti. de teſti. §. quia verò. Item ſi teſtes produxiſti non habebis quartam productionem, niſi cum ſolennitate legali. quam habes extra de teſti. c. fi. & l. licet. in authen. de teſti. §. quia verò. & debet iurare ꝙ nullo modo didicit teſtificata, & quod malitioſè non facit, & ꝙ eos primò habere non potuit. vt ibidem dicitur. ¶ † Item nota quod vna debet eſſe dilatio de iure communi intra quam debẽt dari tres productiones, extra de teſ. c. in cauſis. & c. ſignificaſti, & C. de dila. l. j. tamen de conſuetudine generali dantur dilationes tres, & quarta cum ſolennitate, quæ eſt optima legum interpres, extra de verborum ſignifi. habere. extra de conſue. c. cum dilectus. ff. de legi. l. ſi de interpretatione. Item quæro quid ſi teſtis obſcurè dixit, vtrum poſsit illud declarare? dic ꝙ ſic. ff. de præto. ſtipu. l. in pretorijs. ff. de iudi. ſi quis intentione. C. de legi. l. imperialis. extra de teſti. c. cum clamor. Item teſtis ſynodalis, ſi errat poteſt ſe corrigere incontinenti. extra de teſti. cor. preterea, item quæritur nunquid iudex poſt publicationem ſi cognouerit teſtes male depoſuiſſe poſsit iterum examinare & punire ſi opus fuerit. iij. q. viij. c. nihilominus. ff. de quæſ. repetita. extra de teſti. c. cum clamor. & c. præſentata. C. de teſti. l. fina. & ſic primo ad aliud duces ipſos teſtes. extra de teſti. c. cauſam. & c. veniens. & c. præſentata. ¶ † Item quæritur vtrũ iudex ex officio ſuo poſsit & debeat compellere teſtes venire & deponere? dic quòd ſic. C. de teſtib. l. ſi quando. nec vltra. xv. dies ipſos detinere debet in iudicio, vt dicta le. ſi qui. ff. de ta. exhi. l. ij. §. exhibere. extra de vſur. c. tuas dudum. tamen ſecundum canoniſtas hoc non procedit in criminalibus extra de teſtib. cog. c. dilectorum. iiij. quæſtio. ij. c. qui intendit. nec etiam ſi agit ciuiliter, poterit literas habere ꝙ teſtes compellantur in criminalibus. extra de teſt. cog. c. peruenit. Item no. ꝙ effrenatam multitudinem teſtium non debet pati iudex produci. ff. de teſti. l. j. §. quamq̃. extra de teſt. c. ſignificauit. &
4 numero. xl. extra de teſt. c. cum cauſam. ¶ † Item quęro vtrum lit. non conteſta. poſsint produci? dic ꝙ non. extra vt lit. non conteſt. c. quoniam frequenter. & c. ad hoc Deus. in authen. de teſt. §. & hoc verũ. & §. ſi verò. niſi ĩ caſibꝰ ĩ qbꝰ poſsint produci etiam lit. non conteſ. vt puta ſi timetur de morte teſtium, vel abſentia diuturna, & ſenes, & valetudinarij & intra annum annunciabitur parti contra quam ſunt producti: alioquin nõ valet. pro hoc faciunt omnia iura proximè. ſ. all. ſ. c. quoniam fre
5 quenter. & c. ad hoc Deus. & hoc verum. & §. ſi verò. ¶ † Item quæro vtrum teſtes debent reddere cauſas dicti ſui. dic ꝙ ſic ſi ſint interrogati. C. de teſti. l. j. & l. ſolam. vij. q. iij. c. Io. ſi autẽ non fuerint interrogati: valet eius teſtimonium. extra de ſen.
6 & re iudic. c. ſicut nobis. ¶ † Item quæro quando mulier teſtis eſſe poſsit. dic ſecundum leges in omni cauſa teſtis eſſe poteſt exceptis teſtamentis. inſti. de teſt. §. teſtes. xv. qõ. iij. c. decernit. Sed ſecundum canones in cauſis criminalibus, non poteſt eſſe teſtis extra de verbo ſignifica. c. forus. xxxij. q. v. c. mulierem. In ciuilibꝰ ſic & maximè in matrimonio. extra de teſti. c. cum literis. & c. quoniam aliqua. ¶ Item ſcire debes ꝙ poſtquam renunciaſti productioni teſtium, debes proteſtari vt tibi ſaluæ ſint exceptiones opponendę tam contra dicta teſtium, quàm contra ipſos teſtes dicendo quia intendas aliquas exceptiones opponere, & ſi talem proteſtationem non feceris, non poteris poſt aperturam dictorum teſtium aliquid cõtra ipſos nec ipſorum dicta opponere, niſi de nouo veniſſet exceptio in notitiam. & ſi diceret actor: imò mei ſunt primò recipiendi: quia habeo onus probationis, & priuilegium qui prior appel. ff. de iudic. c. qui prior. & de probat. l. ei qui extra de or. cog. c. cum dilectus. Reſpondeat aduocatus: imò mei ſunt primò recipiẽdi. C. de inoffi. teſt. l. liber. in fin. ff. de proba. l. certum. de ferijs. l. ferie. de reg. iur. non debet. Sed totum hoc habet iudex terminare ex ſuo officio, vt videat ſi actor dicatur, vt non producat vel vt impediat, vel ſi verè vult producere. ad hoc. ff. de rei vendi. l. fundo. in fi. & videat ſi periculum eſt in mora, vbi non poteſt ſeruari regula de rigore iuris. ff. de off. proconſul. l. alio
7 quin. & ſimilibus. ¶ † Item quæritur vtrum teneatur producens dicere ſuper quo capitulo vult teſtes producere, & hæc in ſcriptis facere redigi? videtur ꝙ ſic: quia ſi vut probare inutile non eſt audiendus. C. de proba. l. ad probationem. ¶ Item debet hoc dicere, & prædicere, vt ſciatur vtrum velit quid tale probare, ꝙ ſit admittendus: quia non omnia debent probari. ff. de peti. hære. l. ſi quis libertate. vltra medium. C. qui legitimam perſon. l. momentaneę. poteſt reſpondere aduerſarius tibi, non dico, quia tibi non probo, ſed iudici probo, & fidem facio, & ei dicam ſi debeo dicere. ff. de proba. l. quinquaginta. C. de condi. ob turpem cau. l. j, hic qui petit ſic reſpondet, ſi debes dicere iudex dicit mihi: quia in iudicio nihil occultum, nihil coopertum eſſe debet. preterea iudex neſciret vtrum eſſet vtile vel inutile, & merita negotiorũ, &c. C. ſi per vim vel alio
8 modo. l. fi. ¶ † Vltimò dic ꝙ debet hoc dicere coram iudice, audiente parte aduerſa, vt poſsit cõtradicere ſi habet cauſã contradicendi. ¶ Item videtur ꝙ id ſuper quo teſtes producuntur, debeat in ſcriptis redigi: quia producens poterat ſecunda & tertia die dicere hoc non dixiſſe. & ſic dabit materia negãdi verum, & probandi falſum, vt. ff. de eden. l. j, §. editiones. & ibi plenè reſpondeat aduerſarius, ſufficit quòd ego verbotenus dico: & ſic non teneor facere ſcribi, vt. ff. de eden. leg. prima. §. edere. Iudex ex officio ſuo faciet ſcribi per perſonam publicam: ne veritas poſsit deperire. ff. de teſtib. leg. curent. C. de fide inſtrumento. leg. plures. & hæc locum habent in omnibus quæ dicuntur à partibus in iudicio. extra falſam. ff. de probatio. quoties. interrogationes dentur ergo in ſcriptis, & in actis probandi, & iudex cauſam videat diligenter, & quod eſt illegitimum dimittat, deinde det dilationem ad producendum ſeruata doctrina. C. de dilatio.
9 leg. prima. ¶ Item quæro vtrum quis cogatur dicere numerum & nomina teſtium? dic quod nomina teſtium quis non tenetur dicere abſolutè, niſi eſſet conſuetudo loci, vel niſi appareret quod fraudulenter quis ſubijceret & ſuper eis inſtitueretur aduocatus vtriuſque partis. ff. de except. leg. non ex omnibus. C. de poſtulationibus leg. penultima finita dilatione, veniunt teſtes, & ille contra quem producuntur cognoſcet eos: quia teſtes debent eos cognoſcere contra quos producuntur. C. de iure deliberan. l. fina. §. j. & ibi nota.

¶ Qualiter exceptiones opponantur teſti, & quid in ipſis exceptionibus fieri debet?

Dic quòd

DIc quod ſi teſtes pro ducunt̃ cõtra te & eis potes
obijcere aliquam exceptionem illarum exceptionũ,
propter quas teſtes ſubmouentur, vt quia ſeruus, vel inimicus
&c. obijcies dicendo talem teſtem contra me introductũ te-
ſtem eſſe non poſſe propter talem cauſam, & ſic nõ eſt admit-
tẽdus, vt. ff. de teſt. l. j. §. adhiberi. habebit reſpõdere pars, imo
1 admittendi ſunt. ¶ † Et vtrum cauſa illa vera ſit, diſputationi
ſeruabitur vtrum ſint admittendi an ne, reſpondeat aduocat⁹
partis contra quam producuntur teſtes: iſti teſtes non debent
recipi ſub conditione: quia actus illegitimus eſt. C. de ſenten.
&. l. penul. ff. de regu. iur. l. actus. ad hoc reſpon. ſi conſtat ꝙ nõ
poteſt eſſe teſtis, non debet recipi, vt. d. l. j. ff. de teſt. & quia ſu-
perfluis exceptionibus, & ſuperfluo iuramento non eſt quis
grauidus. ¶ Si verò non conſtat, ſed incontinenti vult facere
fidem quòd non poteſt eſſe teſtis, recipienda eſt probatio. ff.
ad exhi. l. iij. §. ibidem. ff. ad trebel. l. ille à quo. & ibi not. extra.
de teſti. c. veniens. ij. extra de reſti. ſpo. c. literas. vltra medium
2 ¶ † Recepta probatione, ſi iudex pronunciabit recipiendos
teſtes eſſe, appellet ille contra quem teſtes producuntur. ff. qui
ſatiſda. cog. l. arbiter. arg. contra quorum ap. non re. ante ſent.
Si verò pronuncietur non eſſe recipiẽdos, appellet ille q̃ pro-
duxit ſi vult de iure can. de iſta appellatione cognoſcit, & ceſ-
ſabit interim cauſa principalis iure eccleſiaſtico. & ſi inconti-
nenti non vult eos reprobare, recipiantur ſeruato in tempore
diſputationis quicquid & inquantum debet eis credi, vt. C.
de teſti. aut. ſi verò. ff. de tut. l. mutum. §. j. Cùm verò conſtet te
ſtes recipiendos, dicat ille contra quem producti ſunt, volo fa
cere libellum, & interrogationem meam contra teſtes quos vis
producere quod vſu magis eſt approbatum ꝙ̃ lege cautum.
3 ¶ † Quid ſi teſtes dubitãt, vel vacillant? nõ valet eorũ teſtimo-
nium. extra de appell. c. ſolucitudinem. quia quaſi contra ius
eſt. & dubitare & vacillare, idem ſignificant. C. de acquirend.
4 poſſeſ. l. nemo. ¶ † Quid ſi teſtis dicat neſcire diem vel horam,
vtrum ipſius teſtimonium valeat? dic ꝙ ſic. ff. de accu. l. libello
rum. niſi negotium eſſet tale, in quo requireretur ſcientia diei
vel hære. ff. quod vi aut clam. l. aut. §. dicitur. ꝙ ſi denunciatũ
fuit nouum opus, quod debet poni in inſtrumento denuncia-
tionis dies & hora diei, vt. C. de contrahen. & commit. ſtipu. l.
pe. & etiã in caſu in quo qui, prior ẽ potior eſſet. vel vbi & de
quo poſteriores derogant prioribus. ff. de lega. l. ſed & poſte-
riores. ff. ſo. & condu. l. in operis. ff. de pigno. l. ſi fundus.
5 ¶ † Quæro vtrum debeat dari copia interrogatoriorum par-
ti contra quam producitur cum in ſecretum ſit dandum iudi-
ci: quia ſi pars ſciret, teſtem inſtrueret? Reſpond. ſi tales inter-
rogationes continent quæſtiones ad deſtructionem teſtis, ſe-
cretum ſit omnino, vt dictum eſt. Si verò quæſtiones ad pro-
bandum intentionem vel exceptionem illius contra quẽ pro-
ducitur: & tunc danda eſt copia ad hoc vt ſeruetur æqualitas.
Et iſtud interrogatorium de quo. ſ. eſt facta mentio, fiet ſi con
ſuetudo eſt loci, vel fori ꝙ poſt aperturam interrogantur ad
poſtulationem illius cõtra quem producuntur. ſatis eſt ꝙ fiat
interrogatorium poſt aperturam. ſi non eſt conſuetudo loci,
6 oportet ꝙ fiat ante. ¶ † Quæritur quid ſi teſtis dicat aliquod
verbum ambiguum, vł obſcurum ad poſtulationem alicuius?
Dico quòd tale verbum ambiguum interpretabitur per iudi-
cem, vel per teſtem ex ſuo officio. ff. de regu. iur. l. in ambiguis
&. l. Neratius. ff. qui teſta. face. poſ. l. hæres. §. j. Si verò non di-
xit verbum ambiguum: ſed dixit aliquid ſuper quo ille con-
tra quem producitur non potuit eſſe inſtructus: dico adhuc
7 ipſum teſtem eſſe interrogandũ. ¶ † Quid ſi iurauit, & adhuc
non eſt datus libellus? Reſpon. dabitur poſtea, & differet̃ ſcri-
bi dictum teſtis quouſque ſit factus libellus. Sed quantum ex-
pectabit teſtis? Reſpon. fortè per. xv. dies. C. de te. l. ſi quando
Sed cuius expenſis interim? dic producentis. C. de teſti. quo-
niam. de appel. l. eos. vel dic ꝙ ſi quid eſt quod ei imputetur q̃
debet ferre libellum. ipſe interim faciet expenſas, & deſidiæ
pœnã luat. C. depo. l. fi. ĩ ſi. Quid ſi erat teſtabilis eo tp̃e q̃ iura
uit, & ĩteſtabilis eo tp̃e quo ſcribit̃, dic ſpectari tẽpus iuramẽ-
ti. C. de teſti. l. teſtium. in princ. vel dic tempus quo ſcribitur.
ff. de teſt. mili. l. ante pe. vel diſtingue cuius dolo vel culpa fue-
rit dilatum tempus. ff. de mino. l. intra vtile. j. reſpon. ff. de ex-
8 cu. tu. l. ſed & ſi præferatur. C. ad. l. iul. ambi. l. fi. ¶ † Item quæ-
ro vtrum dicta teſtium debeant aperiri abſente parte, maxĩè
parte contra quam teſtes producuntur. Dic ꝙ non, niſi abſens
eſſet per contumaciam. ff. ad. l. iul. de adulte. l. ſi poſtulauerit.
§. de quæſtione. ad hoc vt prædicta pars poſſit proteſtari con
tra perſonas & dicta teſtium, vt extra de teſti. c. præſentium.
¶ Quid ſi non reperiuntur interrogati; de omnibus interro-
gationibus factis & approbatis? Reſpond. interrogentur, vel
iudex, vel tabellio qui prętermiſit reſartiet. ff. de iudi. l. non qc
q̃d. §. vno. Quid ſi pars requiſiuit teſtes intra temp⁹ vt teſtifi-
carentur, & ideo fortè ſuccubuit: quia non teſtificati fuerũt?
Dic quòd imputabitur volenti eos producere, ſi non fecit eos
dicere: cum per ipſum remanſit quin faceret eos cogi. ff. de ta
bu. exhi. l. locũ. §. hoc. & hoc ſiue cauſa ciuilis ſiue criminalis
ſit. C. de teſti. l. ſi quando. ff. eo. tit. l. j. §. j. quod verum eſt ſi nõ
fuit petitum à iudice. ſed ſi petitum fuit, & ipſe iudex recuſa-
uit: tunc iudex reſarciet damnum. ff. de mag. conue. l. j. ff. de dã.
infec. l. iiij. §. pe. Sed nunquid teſtis qui noluit iurare tenebit̃?
dico ꝙ ſic: quia teſtificari publicũ mun⁹ eſt, vt. ff. quemadmo-
dum teſta. aperian. l. cum. &. l. ſi quis. ideo debet damnum re-
ſarcire. ff. de admini. tuto. l. quidam. in fi. &. l. tutor. &. C. de ex
9 cu. tuto. l. quoniam. ¶ † Quæro quid ſi teſtes ſunt producti, &
publicati, & eorum dicta ſunt admiſſa? ſic diſtingue. Si quidẽ
apud iudicẽ ſunt admiſſa, vel apud publicã perſonam, vel ali
ter ipſe reſarciet damnum, & grauiter punietur. C. de appel-
la. l. ne cauſas. & de teſti. l. ſi quando. Si apud illum cõtra quẽ
ſunt producti iterum producantur, ne poſſit obijcere ꝑpter
vicinum ſuũ, vt quia ſemel ſunt producti: & ad hoc. ff. ſi quis
omiſ. cau. teſta. l. quid autem. §. non ſimpliciter. Si autẽ apud
illum qui produxit videtur ꝙ imputet̃ ſibi, & iterum ꝙ non
detur ei facultas producendi: quia ſic daretur materia & occa
ſio delinquendi, & fingendi ſe admiſiſſe, & producendi iterũ
& ſubornãdi, & materia peccandi auferenda. ff. de iureiuran.
l. ait prętor. §. j. & de edendo. l. j. §. editiones. Si probet ſe eui-
denti caſu admiſiſſe, producet iterum, vt. ff. de edendo. l. ſi q̃s
ex arbitris. §. fi. & l. ſequen. ¶ Videtur tamen, quòd in primo
caſu poſſit producere, quando ſtetit per iudicem: quia peri-
culoſum ei eſſet litigare cum iudice, & probare intereſſe eſt
difficile, vel ad minus per beneficium reſtitutionis ex illa clau
ſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. vel ex illa ſpeciali, &
perpetuo. Sed quomodo probabit damnum? dic fortè ſacra
mento illius qui produxit teſtes, vt. ff. quod vi aut clam. l. ſem
10 per. §. hoc. C. vnde vi. l. ſi quis. ¶ † Sed quæro vtrum ille qui
teſtes produxit teneatur reſpondere poſitionibus factis, per
illum contra quem teſtes ſunt producti ſuper dictis teſtium,
vel ſuper perſonis eorum, vt quia ponat ꝙ dictum non tenet
quia varia dixerunt, &c. vel quia ſunt infames, &c. Dubitatio
huius quæſtionis eſt; quia poterit dicere producens, non te-
neor accuſare teſtem meum, nec indicare turpitudinem ſuã. vt
C. vt nemo inui. arg. ſed illud habet locum quando principa-
liter & ab initio criminaliter quis cogitur. Sed cũ quis admit
teretur ad probandum cauſam remotionis: ergo & per quem
libet legitimum modum probationis. Sed poſitio eſt legiti-
mus modus probationis: ergo omnimodo tenetur reſponde-
11 re. ¶ † Item quæro quid ſi aliquis, volebat ꝙ quis ferret teſti
monium pro eo. & cum eum duceret ad teſtimonium dicẽdũ,
teſtis iſte libenter volebat iurare, dixit & exclamauit coram
omnibus dicẽdo: Domine iudex, de iſto facto nihil ſcio quod
ipſe dixit, videlicet producens, & hic producens ſemper prę
ſens erat vtrum amplius eum inducere poſſit? dubium eſt: q̃a
teſtificata didicit: & ſic videtur ꝙ eum vlteri⁹ producere non
poſſit. Sed contrarium puto: q̃a differentia eſt inter teſtifica-
ta & teſtificanda. Teſtificata dicuntur, cùm teſtes teſtimoniũ
dixerunt, & eorum dicta in actis redacta, & poſt aliqua partiũ
didicit teſtificata. Teſtificanda ſunt quæ non ſunt dicta ſed di
cẽda. ſed ꝙ hoc ſit verum aut. quia ſemel. l. hoc euidenter probat.
12 ¶ † Quæro vtrum poſtquã pars didicit teſtificata poſſit ſaltẽ
teſtes inducere ad corroborandum eorum dicta. & videtur ꝙ
ſic, vt authen. de teſt. §. quia verò multi. Sed contra, puto, & ſic
ſe habet cõſuetudo. Sed nnnquid poſtquam pars didicit teſti
ficata poſſit teſtes inducere ad reprobandum teſtes? videtur
ꝙ non: quia teſtificata didicit. contrarium puto, vt cum velit
dicere pars ꝙ ſint criminoſi & infames, & ſi ſciui eos ab ini-
tio infames vel criminoſos eſſe: ſi tamen ab initio proteſta-
tus fui de iure meo & eius quæſtio ſeruata eſt poſtea. & præ-
dicta probat authenti. ſed dicatur. C. de teſtib. &. l. ſi quis te-
13 ſtibus. ¶ † Sed vbi à principio ſciui teſtes eſſe infames & cri-
minoſos dum producerentur, & nihil dixi, pręiudicaui mihi
& ita dominus. Azo dixit, vt audiui. ¶ Sed ſi velim reproba
re dictum teſtis, ſemper teſtes poſſum producere, vt in aut. de
teſti. §. quia verò. Sed decretalis dicit ꝙ ſi nihil ab initio pro-
teſtatus fui, nec aliquid dixi, quòd poſt publicationem poſ-
ſunt dicere criminoſos vel infames, vt in. c. deniq;. extra de ex-
cep. in fi. & extra de teſti. c. pręſentium. ¶ Sed nunquid aliqua
pars poſt publicationem poteſt aliquas interrogationes face-
re à teſtib⁹ aduerſę partis per quas aliquid probet? & videtur
ꝙ ſic. & in hac op. erant multi doct. Bono. Sed contra, dico, ꝙ
poſſit cauſam ſui dicti explorare, & ſententiam ſuam mutare

& vitiare,vt.ff.de testib.l. hæredes.& de hære.instit.l.allega.
super nouo tamen capitulo,& de nouo emergente bene pos-
sunt fieri interogationes,& testes induci,vt.C.de testi.l.si quis
14 & extra de testi.c.fraternitatis. ¶†Quæro quid si renuncia-
tum est testium productioni,testificata tamen non didicit:vtrũ
poterit non ob.renũciatione testes producere?credimus quòd
sola renunciatio non facit quòd testes vlterius non posint ꝓ
duci,sed scientia dictorum testium,vt in auc.de testibus.§.quia
verò multi.&.C.de iudi.authenti.iubemus. non enim potest
postquam testificata didicit, testes producere,vt.C.de proba.
l.exceptiones.de rei ven.l.officium.Sed quidam dicunt,quòd
authenti. corrigit.ll.istas,& omnes alias quæ hoc dicunt. sed
hoc nobis dicere non placet. ¶Sed domino meo visum est
distinguendum vtrum quis produxerit testes extra iudicium
vel in iudicio. ¶Si extra iudicium didicerit testificata suo-
rum testium, non fiet ei præiudicium.sed si in iudicio produ.
15 locum non habet hæc authentica. ¶†Item pone quòd testis
dixit se male dixisse.vel pone quod testis dixit aliud coram
arbitro, et aliud coram iudice: quid erit hoc casu faciendũ?
& dicimus quòd vltimo dicto stetur,& puniatur vt falsarius.
ff.de testib.l.qui falsa.quod vltimo dicto stetur facit.ff.de quę-
stio.l.repetita.& in authent.eo.§.licet.ff.de inoffic.test.l.sciens.
¶Alij dicũt quòd primò stetur: quia præsumit̃ ꝙ corruptus
hoc dicat:ego neutrum dico,nec credo,& ita de facto seruatur
Bonoñ.¶Sed pone quòd testis dixit testimonium, & nota-
rius causæ scripsit. & dum notarius,legit dictum suum in pu-
16 blicatione dicit testis se sic non dixisse.¶†Vel pone quod ta-
bellio legit citationem factam à precone, qui dicit prædicta
die non citasse:nunquid stabitur dicto testis, vel preconis, si-
ue tabellionis?dic quod stabitur scripturæ. Nam talis facit fi-
dem sine testibus, vt Codic. de donat.l.donationibus.& ex-
tra de proba.c.quoniam contra falsam.& ibi dicitur plenè per
Innocen. ¶Item pone quòd testis tulit falsum testimonium
die feriato,quamuis ipsum dictum non tenet,vt puta:quia die
feriato dixit,vt dictum est:vtrum puniatur de falso? dic quòd
sic.Codic.de episco.audien.l.si clericus.ff.ad.l.corne. de fal.l.si
quis legatum.

¶De contrarietate testium,quid sit tenendum?

CVm testes sunt contrarij,distingue:aut vnus testis contradicit sibi expresè: & ei⁹
testimonium non valet.tertia quæstione.ix. puta.
extra de appella.c.solicitudinem.C.de libe.cau.l.cùm precum
nisi hoc fecerit corrigendo se incontinenti.extra de testi.c.prę
terea.¶Aut est falsus:& videtur in nullo valere.dixi supra di-
stinctio.ix.c.si ad scripturas.Aut vnus testis contradicit plu-
ribus:& tunc talis contrarietas non obstat: quia testimonium
vnius, non iustificat nec damnat.xxx.quæstio.iij.c.admone-
re nisi contradicat pluribus testibus, cum quibus scriptus est
in vno instrumento.ff.quemadmod.test.aperian.l.j.in fine.
1 ¶†Sed quid si in tali instrumento sunt tot testes quod sine ipõ
sufficiunt,quamuis vnus contradicat,nunquid talis contradi-
ctio obstet?& dic quòd non,vt not.in dicta.l.prima supra pro
xi.allegata.¶Si verò plures pluribus,subdistingunt quidam
quia aut contradicunt testibus ex eadem parte productis: &
tunc nullius testimonium valet.iij.quæstio.ix. nihilominus,
& videtur hoc expressum extra de probatio.c.licet sicut quã
do diuersæ scripturæ ex eadem parte producuntur, quæ sibi
contrariæ sint:& tunc nulla ex illis valet. extra de fide instru-
2 men.c.scripturæ. ¶†Sed si contradicunt testes partis aduer
sæ: præualet plurium testimonium, testimonio paucorum:
nisi illi testes pauciores sint meliores, vel magis verisimiliter
loquantur. hanc opinionem non approbo. licet enim testes
eiusdem partis contradicant: non dico hoc casu quòd eorum
testimonia non valeant, licet ita sit in instrumentis. quia in-
strumenta sua potest quis prouidere an sibi contradicant: vñ
imputet sibi si contraria exhibet instrumenta. sed in testibus
nesciunt quid dicturi sint. Dic ergo,quòd si testes contradi-
cant testibus,siue ex eadem parte, siue ex aduersa parte ꝓdu
ctis:primò concordabit iudex contradictionem illam si potest
extra de testib.cum tu fili.in decre.j.distinct.c.periculosè. ex-
tra de verborum significationi.nihil obstat.¶Idem potest di-
ci,de contrarijs instrumentis.extra de consue.c. cum dilectus.
nisi sit manifesta contrarietas.iij.quæstione.ix.c. nihilominus.
xxxv.q.vj.de parentelæ.vbi ergo testes contrarij sunt testimo
nium plurium præualet, nisi ex altera parte tanta sit dignitas
ꝙ meritò debeat præiudicare numero, vel verisimilia loqua-
tur, vel nisi per pauciores testes plura probentur quam per
plures. verbi gratia: plures testes probant me possedisse rem
per.x.ann.pauciores probant possedisse per.xl.ann.talem rẽ
& pręterea dicunt titulum posidendi.& dicimus valere testi
monium paucorum extra de proba.c.ex literis hoc verum est
vbi testes de eodem tempore introducti sunt.Sinautem testes
ex vtraq; parte sunt pares, & in numero,& in dignitate: tunc
fertur sententia pro reo.extra de probat.c.ex literis.& de fidę
instrument.inter. nisi in matrimonio: & in causa liberali pro
testamento,& in dote.extra de sentent.& re iudi.c.fina.Sinau
tem neuter posidet,sed vterq; petit rem ab extraneo: tunc si
vtriusque partis testes sunt pares. diuidatur res si potest.extra
de præsum.c.afferte.si res est indiuidua:potest iudex gratifica
ri,& dare cui vult.extra de parochi.c.j. vel res sorte dirimitur.
3 xxvj.quæstio.secunda.c.sors. ¶†Si verò testes contradicunt
instrumento:aut contradicunt instrumẽto in quo sunt scripti,
aut instrumento in quo non sunt scripti.Primo casu,præualet
testes instrumento.extra de proba.c.iij.& de consue.c. ꝑ tuas.
ff.quemadmod.test.aper.l.j.in auc.de fide instrumen.§.si verò.
Secundo casu,dicunt quidam quòd semper præiudicat viua
vox mortuæ.in authenti.de fide instrumen.§.si verò. col.vij.
Alij dicunt ꝙ si factum est remotum ab hominũ memoria po-
tius credatur instrumento quã testibus.Sed si factum est certũ
potius credatur testibus.tunc ideo quia memoria vltra annum
non habetur.ff.de proba.l.si arbiter.tunc idem:quia testes con
sueuerunt eorum fidem variare ex tractu temporis. ff.de car-
4 bo.edic.l.iij.§.due,ff.de dam.infect.l.qui bona.§.fi.¶†Ego cre
do,ꝙ contra instrumentum admittantur testes quantuncunq;
sit publicum.extra de pręscrip.c.audientiam.C.de proba.l. cũ
precibus.non tamen credo,ꝙ testimonium duorum vel trium
præualeat instrumento.nam cùm instrumentũ obtineat vicem
duorum testium,& pręterea tabellio æquipollet,vel maior sit
vno teste:oportet ꝙ ad minus reprobetur instrumentum per
quatuor testes.extra de fide instrumen.c.cum Ioannes. Fallit
tamen hoc in duobus casibus,vbi videtur ꝙ contra instrumen
tum non admittantur testes,sicut contra inuentarium publicè
confectum non admittuntur testes.C.arbi.tu.l.fi.& in confes-
sione quæ fit à muliere in instrumento in quo confitetur se re-
cepisse pecuniam pro intercesione,vt.l.antiquæ.C.ad velle.
5 ¶†Quæro quid si vnus de collegio ferat testimonium pro col
legio,vel contra collegium:an tale testimonium valeat necne?
dic quòd sic, vt not.ff.quòd cuiusque vniuer.l.item eorum.§.
vniuersitatem.¶Quæro quid si aliquis accusatus est quod in-
terfecit aliquem in quadam domo:testes producti ad probar-
dum dictum maleficium,probant quòd dictum maleficiũ cõ-
missum fuit ante.d.domum:vtrum sit probatum?dic quòd sic,
6 vt.ff.de verborum obligationibus.l.qui ante calen.¶†Quid si
testis dicat,quem vidisse tenuisse, & possedisse, & nescit quid
sit pos.nunquid eius dictum valeat?& si valet:de qua possesio
ne videtur ipsum probasse? Sol.dic ꝙ eius dictum valet,& vi-
detur probare illam posses.super qua introductus est.vt not.
ff.de verborum obliga.l.stipulatio ista.§. hęc quoq; stipulatio
7 & ibi per Dyn.¶†Quid si testis obscurè deposuit in iudicio:
pro quo debet fieri interpretatio? dic per Dyn. extra de regu.
iur.c.contra eum.li.vj.Pone,statuto cauetur quòd si quis pro
duxerit testes falsos ꝙ soluat certam pœnam. modo quidam
produxit vnum.Modo quæritur vtrum teneatur ad pœnam
statuti?dic ꝙ sic.ff.de nego.gest.l.ait prętor.in princip.§. nego
8 tia.¶†Item quæro si duo testes dicant ꝙ quidam fundus va-
let centum,& non plus:duo dicant ꝙ valet ducenta: cui dicto
stabimus?Dico ꝙ stabimus dicto duorũ.nã gl.dicit ꝙ plus cre
ditur duobus asserentibus affirmatiuam quam decem propo-
nentibus negatiuam.quamuis contrarium sit in arbitris.Nam
statur dicto illorum qui consenserunt in maiori q̃titate,quan
uis sint pauciores in numero,vt plenè no.ff.de arbi.l. diem ꝓ-
9 ferre.§.inde quæritur. ¶†Quæro vtrum testes producti sup
vno articulo, debeant super alio interrogari? videtur ꝙ non.
argu.l.si quis libertatem.in fine.ff.de petitio.hæredita.de iure
iurand.l.si duo.§.fina.in fin.C.de or.cog.l.secunda. sed contra
facit authenti.si testis.C.de testibus.solut.ibi interrogatur an
sit liber à natiuitate vel non. Et dic.de materia ista per Innoc,
10 extra de testib.c.per tuas. ¶†Quæro pone quòd ex familia
alicuius vnus deliquit, dicit testis quòd nomen delinquentis
ignorat, sed si videret bene cognosceret virum: dominus de-
beat totam familiam exhibere, vt testis posit recognoscere de
linquentem.dic ꝙ sic.ff.ad exhib.l.iij.§.si quis noxali.ff.de pu-
bli.l.cum si exhibuissent.§.ante autem.extra de testibus.capi.
cum causam.¶Idem si aliquis erat in loco aliquo & vnus deli
quit.¶Idem si aliquis commisit maleficium,& dum commisit
erat indutus alijs pannis quam nunc sit, quòd debet se indue-
11 re vt testis eum recognoscat. ¶†Pone quòd testes falsum te-
stimonium dixerunt corrupti pecunia: nunquid sufficit alte-
rum probare? dic quòd non, vt leg.diuus.ff.de re iudica.qui-
bus ex causis

bus ex causis in poss.ea.l.falcinius.§.ij. &.§. quid sit latitare. vi bono.rapto.l.ij.§.dolo autem.&.§.seque. & extra de probatio.capi.licet.nam ad hoc se adstrinxit, ex quo sic limitatè locutus fuit, vt supra dicta iura probant. Secus si dicerem ꝙ testes falsum testimonium dixerũt, & pecunia corrupti sunt: quia tunc videor duo ponere, & sufficit alterum probari. ff. de verbo.significatio.l.sæpe.§. cùm vero dicimus. & per dictum.c.s. allegatum.

12 ¶ †Quæro vtrum instantia iudicij perempta, dicta testium perempta sint? Dic ꝙ aut instantia est perempta ante publicationem testium: & tunc dicta testium perempta sunt. nam posteà non faciunt fidem. Aut instantia post publicationem testium: & tunc dicta testium non pereunt, vt no.Cy.C.de iudi.l.properandum. Quid si testis adijciat aliquid falsum dicto suo, seu testimonio: vtrum totum suum dictum corrumpatur? dic ꝙ sic. extra de regu.iu. capi. defleat peccator. ¶ Quæro cùm sint quidam qui non coguntur ferre testimonium, vt.ff. de testib. l. inuiti. nunquid ipsis volentibus admittatur? dic ꝙ sic, vt nota.in gloss.fi.dictæ. l. proximè. allegatæ. Quid si testis vnum dicit in vno iudicio aliud extra iudicium? dic quòd quandoque testis variat in eadem causa inter easdem personas, & tunc aut secundum dictum est cum tormentis, & statur secundo vt.l. si postulauerit.§.ratio.ver.sed si negauerit.ff.de adulte. Aut sine tormentis & tunc aut dicit animose corrigendi, & in continenti, & potest & valet secundum. in authen.de testi.§. quia verò. in gloss. mag. & extra. de testi.c. sicut. Aut non animo se corrigendi. & tunc habetur vt testis varians & punitur .vt. l.eos ff. de fal. Quandoque testis variat in iudicio, ab eo quod dicit extra iudicium, & tunc aut primò testificatus est in iudicio, deinde contrarium dicit extra iudicium, & tunc statur primo dicto.l.generaliter.de non numera.pecu.&.d.c.sicut. Aut dicit extra iudicium deinde dicit contrarium in iudicio & tunc punitur vt falsarius vt.l.eos.ij.respon. Aut profert diuersa & varia testimonia contra diuersos & tunc punitur. vt. d. l. eos.in. ij. respon. & ista colliguntur ex dictis Barto. in. d.l. eos.&c.

Incipit tractatus de reprobatione testium.

TRactatus de reprobatione[a] testium* compositus per Iaco. egidij vtriusque iuris docto. * In nomine domini Iesu Christi eiusque gloriosæ matris virginis Mariæ Amen. Incipit doctrina ad reprobandum testes. & in primis reprobantur videlicet, Infames, Serui, Rectores ecclesiarum, scilicet monachus Abbas, & similes, Fratres minores, & prædicatores, Mulieres, Minores, Furiosi, Pauperes, Infideles, & excommunicati, Domestici, Si non iurauerint, Si in causa propria, De debitore, De venditore, De fideiussore, De tutore, curatore, De negotiorum gestore, iudices, Aduocati procuratores economi. Si sint singulares, Si in causa communi, Si participes & socij, Si sint obscuri, Si testes reuertuntur ad iudicem, Si causam sui dicti non dixerint, Si iudex non interrogauerit, Si sunt inimici, vel criminales vel si sit inter eos mota lis. Si vnum pro alio dicunt, Si corrupti dixerunt, Si verum non dicant, Si proximiora rei de qua quæritur testimonia non dixerint, Si præmeditatum, & vnum sermonem dixerint. Reprobantur notarij qui extensè dictum testis non scribunt, Si vnus dicit de vna re, & alius de alia. Si vnus dicit de vna persona & alius de alia. Si non bene computant gradum consanguinitatis, Si discordant de loco, Si discordant de tempore, Si discordant de re. Si singuli diuersa & varia deponant. Si aliquid de meis pro te, & de tuis pro me dixerint, Quando non dicunt ad causam: quia falsa vel varia. Si sunt vsurarij. Reprobantur etiam iudices suspecti, De recusationibus iudicum. Si recipiantur iteratò, Si aliâs sunt falsi, vel fuerint falsi, Si contra te sunt testificati, & vis pro te producere, Si didicerint testificata, Si secretè non dixerint dictum suum, Si à iudice non recipiantur, Si deficiunt in numero ordinato, quando certus numerus exigatur, Si articuli non faciunt ad causam, Si deponunt extra intentionem, Si interrogentur de suis facinoribus, Si multitudo fuerit magna, Si non sunt redacta in publicam formam eorum dicta, Si contra se reputantur induci testes & instrumenta, Qui compelluntur inuiti, & qui non, Reprobantur proxenetę, & cẽsuales, Hermaphroditi, Parentes & matres in infinitum, De liberis, De his qui sunt in mortali peccato, Si non dicant de visu, sed de credulitate, & auditu. An testes dati reprobẽtur, & qualiter, & qui non.

¶ Tractatus ad reprobationem testium, compositus per Iacobum Egidij vtriusq; iuris doctorem.

SVMMARIVM.

1 *Testis infamis, non admittitur.*
2 *Serui testimonum, reprobatur.*
3 *Monach⁹, canonic⁹ regularis, & similes, testificantur in causis suæ ecclesiæ.*
4 *Fratres minores, & prædicatores, de licentia sui superioris testificantur. & ipsis magis creditur.*
5 *Mulier non admittitur in criminalibus: in ciuilibus sic.*
6 *Minor in criminalibus, non admittitur.*
Impubes testificatur, de his quæ uidit in pupillari ætate.
7 *Furiosus, & mente captus, repelluntur.*
8 *Pauper admittitur, sed ei tanta fides non adhibetur.*
9 *Excommunicati, infideles, & hæretici, repelluntur à testimonio.*
10 *Domestici & familiares, repelluntur.*
Vxor dicitur domestica.
11 *Testes debent cũ iuramento deponi, & tale iuramentũ non pōt remitti.*
12 *Testis in causa propria, quis esse non potest.*
Monachus pro ecclesia, & de uniuersitate, pro uniuersitate testificatur.
13 *Venditor pro emptore, non testificatur.*
Fideiussor pro debitore sic.
Tutor, curator, & similes, pro dominis non testificantur.
Aduocatus durante aduocatione, non testificatur, sed ea finita sic.
14 *Testes singulares, reprobantur.*
15 *Socij, & consortes, in causa communi, non testificantur.*
16 *Particeps & socius criminum, repellitur.*
17 *Testes obscuri, & ignoti repelluntur.*
Iudex, cogit testem dictum obscurum declarare.
18 *Testis incontinenti, potest dictum suum mutare in totum, uel in partem, & statur ultimo.*
19 *Testis non reddens causam dicti, non probat.*
Iudex non interrogans testem de causa dicti, tenetur parti ad interesse.
20 *Inimicus repellitur à testimonio.*
21 *Testis qui falsum dicit, reprobatur.*
22 *Testificans corruptus pecunia, repellitur.*
23 *Testis qui celat ueritatem, non probat.*
24 *Testis repellitur, si uerisimilia non deponit.*
25 *Testes deponentes per eundem præmeditatumq; sermonem, non probant.*
26 *Reprobantur, qui de diuersis rebus deponunt.*
27 *Testes deponentes de diuersis personis, reprobantur.*
28 *Reprobantur rationes, computationes graduum.*
29 *Testes deponentes de diuersis locis, non probant.*
30 *Testes iurantes, & deponentes in ecclesia, reprobantur.*
31 *Testis unus si dicit de uno tempore, alius de alio, quod reprobentur.*
Testis quãdo sit interrogandus de tempore, & uarietas in tẽpore noceat.
32 *Decima nõ probatᷣ per testes, quorũ unus dicit de fabis, alius de ciceribus.*
33 *Officium iudicis quale esse debeat, quando testes uariant, siue inter se, siue inter alios.*
34 *Testes dicentes unum pro alio, uel pluribus dixerunt, sua testimonia reprobantur, & tanq̃ falsarij puniuntur.*
35 *Vsurarij, & consistentes in peccato mortali repelluntur à testimonio. & nu. 58. infi.*
36 *Testis reprobatur ex illis causis, ex quibus iudex ut suspectus recusatur.*
Causæ, propter quas iudex suspectus recusatur.
37 *Testes super eisdem articulis, iteratò recipi non possunt.*
38 *Testis qui aliâs protulit falsum testimonium, repellitur.*
39 *Testis qui cõtra me testificatus est, si modò per me producitur, repellitur.*
40 *Testes per didicita testificata, repelluntur.*
41 *Testis si secretè & sigillatim non deposuit, reprobatur.*
42 *Testisq nõ fuit receptus à iudice, uel ab alio de eius mãdato, non admittiᷣ,*
43 *Testes recepti ante litem contestatam, non probant.*
44 *Testes reprobantur, quando deficiunt in numero requisito.*
45 *Testes si non sunt rogati, non probant.*
46 *Reprobantᷣ sola uoluntate illius, contra quem producuntur corã arbitro.*
47 *Testis nõ admittiᷣ in illis casibus, in quibus oportet probare per scripturã, Casus, in quibus scriptura requiritur.*
48 *Testes reprobantur, quando articuli producti non faciunt ad causam.*
49 *Testes producti super id de quo est actum, reprobantur.*
50 *Testis potest interrogari, de facinoribus suis.*
51 *Multitudo effrenata testium, reprobatur.*
Numerus quadragenarius, dicitur effrenata multitudo.
52 *Testes quorum dicta sunt redacta in publicam formam, non probant.*
53 *Producere testes uel instrumenta contra se quis non cogitur.*
54 *Senes & ualetudinarij inuiti, non admittuntur.*

a ¶ Tractatus de reprobatiõe. Adde ꝙ huiusmodi trac. est Bart. sine alle. iuris. & ita in libris antiquissimis ĩueni, & maximè ĩ.x. vol.consi. in char. cij. licet in primis impssionib⁹ attribuatᷣ do.Iac. Egidij. sed cõsiderãd. puto, ꝙ iste tract. vsq; ad capitulum testiũ facilitati est Barto. abinde ĩfra sunt addi.d. Iaco. Egidij, & postmodũ addi.do. Ang. de Peru. vt infra locis suis scribam. Thomas.

Senex dicitur, qui compleuit .lxx. annos.
55 *Proxeneta non admittitur, nisi utraque parte uolente.*
56 *Hermaphroditus, non compellitur.*
57 *Ascendentes & descendentes, inter se non testificantur.*
Mater testificatur pro filio de ætate: & an de impedimento matrimonij?
58 *Frater contra fratrem in criminalibus, non cogitur ferre testimonium. & de hoc latè infra .nu. 78.*
59 *Reprobantur testes, si non dicunt se uidisse & interfuisse.*
Testis deponens per uerbum, credit, quam probationem faciat?
60 *Iuramentum testis in probando impedimento matrimonij, quid continere debeat?*
61 *Testes quando possunt reprobari, ante aperturam uel post aperturam testium.*
62 *Testes à me productos, quãtũ ad psonã, nõ possum reprobare: sed dicta sic.*
63 *Reprobatio testium non admittitur, ultra quartam productionem.*
64 *Testibus reprobatis, quæ pœna imponatur.*
65 *Iudex uel notarius qui patitur dicta testium uidere, ante aperturam, tenetur falsi.*
66 *Testis, iudex, uel notarius, uel alius reuelans secreta testium causæ uel alterius rei, tenetur pœna falsi.*
Iudex qui reuelat sententiam quam laturus est, tenetur pœna falsi.
67 *Testis qui aliquid dicit: quod prosit etiam parti, contra quam producitur quòd probat.*
68 *Iudex cogit etiam non suæ iurisdictionis testimonium ferre.*
69 *Testes compelluntur testificari mulcta indicta, & pignoribus captis, & alijs remedijs.*
70 *Testes in criminalibus coram iudice examinantur: in ciuilibus secus.*
71 *Volenti probare per testes, non currit tempus donec testes sunt contumaces.*
72 *Hæres testis qui noluit comparere ad perhibendum testimonium, & mortuus est: tenetur damnum emendare, probare uolenti pro eo quod amisit: quia non potuit probare.*
73 *Testes recepti super processu, nullo modo probant.*
74 *Articuli & interrogatoria, debent poni in actis.*
75 *Si notarius dicat testes recepti super positionibus & actis factis, quod non sufficiat, ut dicatur super quibus articulis sint recepti.*
76 *Testes iurati in termino, quando examinari possint extra terminum? latè disputatur.*

a ¶Testiũ facilitati. Hic inci. addi. dñi Iaco. Egidij de Viterbio, prioris Aurielień. q legit Romę & rogatu. do. Gualfredi Mediolaneń. maioris iudicis ecclesiæ Viterbień. edidit hũc tracta. per viã addi. & cõmẽtationis, q singula verba incipiẽdo à reprobatione infamiam &c. adde q in quodã lib. antiquo, inueni hunc eũdẽ trac. attributũ fuisse do. Ang. de amelia q fuit tẽpore Barto. aliqui tamen attribuunt huiusmodi tract. do. Ange. de vbal. sed vt paucis, verum absoluã, est dñi Iaco. egidij publicatis in ciuita. Viterbień. vt ex plurimis subscriptionibus voluminum antiquorum inueni. Tho. dipl.

Testium facilitati[a] ac varie

tati, & ipsorũ falsitati, machinationibusque fraudulosis per quos multa veritati contraria perpetrãtur, vt. C. de testi. l. testium. & furta clandestina cõmittuntur dum dictis ipsorũ iudex dat authoritatẽ, qui dum habet secundũ allegata & probata iudicare, vt. ff. de offi. pręsi. l. illicitas. versi. veritas. & extra de sentẽ. excõmunica. c. latores & in decretis. xxiiij. quæst. iij. c. si quis non recto. miseri domini rerũ enormiter spoliantur, vt alibi dicit. l. j. C. de vsusca. trãsfor. l. insontes & innocentes grauiter puniũtur. cum sanctius sit delinquenti facinus impunitum relinquere q̃ innocẽtem aliquatenus cõdemnare, vt. ff. de pœnis. l. absentẽ & in decre. xij. quæst. j. c. j. Et in his iniqui peiores sunt furibus, latronibus, abigeis, & aliquibus criminosis. Nam falsi dictum testis tribus obnoxiũ est personis. Primo Deo, qui tactis sacrosanctis ecclesiæ scripturis præsentiam ipsorũ deuiat, & periurat. Deinde iudici quem mẽtiendo decipit atque fallit. Postremò innocenti quem lædit testimonio suo falso, vt extra de falsis. capi. j. Ideo proposui obuiare cõtra voces testium sceleratas, & ipsorũ quibus & ex quibus causis testimonia reprobãtur, nil de cõtingentibus omittendo: quia nil videtur actũ, donec aliquid superest ad agendum, vt. C. ad sylla. l. pen. secundum
1 iura canonica & ciuilia breuiter explicabo. & primo. ¶†Reprobantur testes si sunt infames, vt de test. l. iij. §. lege iulia. & extra de verborum significatio. c. forus. §. testes. Sed infamia iuris & non facti, vt. C. de digni. l. neque. & de infa. l. j. Sed quid de alio crimine cui crimen opponitur? dic vt extra de testibus. cap. testimoniũ eius. sed an præcedente appellatione damnatores de crimine admittuntur in testem? dic vt not. extra de testib. c. fina. & . ff. de testib. Quibus casibus quidã infamãtur infamia iuris, & facti habetur. ff. quibus ex causis infa. irro. l. ij. §. vlt. & . l. qui autem. & . l. Athletas. §. ait p̃tor. & per totum. & . C. ex quibus cau. infa. irro. l. ea quę. & . l. si te. & . l. decreto. & . l. fustibus. & . l. nõ damnatos. & insti. de pœ. teme. liti. §. ex quibusdam. nam infames ex quolibet actu legitimo repellũtur, vt. ff. quemadmo. testa. ape. l. si quis. & . ff. de testib.
2 l. scio. C. de summa trinita. l. j. vbi de hoc. ¶†Reprobãtur testes, si sunt serui, vt. C. de testibus. l. seruos. & . l. etiã. quia serui timore dominorũ, supprimerent veritatem, vt extra de verborum significatio. c. forus. §. testes. & . iij. quæst. viij. c. item in criminali. & . iiij. quæst. c. accusatores. & . C. de testib. l. quoniã
3 liberi cum simil. †Sed nunquid monachus, canonicus regularis, archipresbyter, Abbas, rector cum sint serui Dei & monasterij: quia nihil proprij habent, & renunciant propriæ voluntati, vt. xij. quæstio. j. c. non dicatis. xix. quæst. iij. c. statuimus. & . c. ingredientibus. & quia sunt mortui mundo, vt. C. de episco. & cleri. l. Deo nobis. Sed nunquid sint compellendi ferre testimonium, & pro locis suis testificari, & pro monasterijs, & suis ecclesijs vbi degũt? & certè sic. vt argu. xv. quæstio. j. c. monachi. & . c. qui verè. & in aut. de sanctissi. episco. §. si quando. co. ix. & extra de testib. c. insuper. & . c. cum nuncius. xiiij. quæst. ij. c. super prudentiam. & de iureiurand. c. & si Christus. in fin. & hoc in ciuili. in criminali verò causa, dic
4 vt not. in. d. c. nuncius. †Sed nunquid fratres minores & pręalicatores compellantur testificari, & dicere veritatem licẽtia prælati habita? & certè quia compellitur episcopus, qui est religiosior eis præpositis: tamen sacrosanctis scripturis non tactis, vt de episcop. & cleri. authen. sed iudex. quæ est signata super. l. nec honore. & quia isti sunt testes omni exceptione maiores, & nõ est verisimile, q deierẽt vel supprimãt veritatem, cum hic sit præcipuus timor naturæ, & sint filij præcipuè Dei, qui est via, veritas, & vita. ff. de offi. pręfect. pręter. l. j. in fin. Et sæpe solet filius similis esse patri. & de arbore dulci, dulcia poma cadunt. iuxta illud verbum Christi, Si veritatem dico vobis cur non creditis mihi. Et aliud verbum: Iurabit dominus & non pœnitebit eum. vt extra de iureiurãd. c. & si Christus. nam si pro veritate deierent tanq̃ hæretici, repudiandi sunt: quia quidam hæretici non iurant. & qui veritatem occultat, mortaliter peccat. xj. quæst. iij. c. quisquis. & circa confusionem testium dic vt no. de testi. c. pen. & hoc est quod legitur contra eos. xxij. quæst. j. c. clericum. & . c. considera. Serui enim admittuntur contra dominum, vt. iiij. quæst. iiij. iterum in criminali. in versi. item serui. ff. de testi. l. serui. & sic non admittuntur isti religiosi. compelluntur enim ad testimonium veritatis: nam aliâs facultas probationũ angustiaretur. quod esse nõ debet, vt. C. de hære. & mani. l. quoniam,
5 in fine. ¶†Item mulieres à testimonio repelluntur: quia fœmine non admittuntur in criminali, vt. xxxiij. quæst. v. c. mulierem. & est ratio: quia varium & mutabile cor semper tenet. extra de verborum significatio. c. forus. §. testes, vnde versus: dici fœmina fallere, falsaque dicere quando carebit. Becchara piscibus, & mare fluctibus, tuncque carebit. Et alibi dicitur. Fœmina nulla bona: quia ter mutatur in hora. In ciuilibus autem admittuntur, vt. xv. q. iiij. §. ex eo & . ff. de testi. l. ex eo. in criminalibus autem admittuntur cum ciuiliter agitur. vt contra hæreticos. vt extra de testib. capitu. quoniam. & capi. tam literis. In testamentis & vltimis voluntatibus non admittũtur, vt. C. de testa. l. hac consultissima, in prin. & . l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. In codicillis autem bene possunt esse testes. vt. ff. de testamentis. l. qui testamento. §. mulier.
6 ¶†Reprobantur testes minores. xiiij. ann. in ciuili, vt. C. de testi. l. iij. §. iulianus. iiij. quæstio. iij. capi. j. §. in criminali. versi. item testimonium. In criminali repelluntur minores. xx. annorum, vt. ff. de testi. l. inuiti. la. ij. Impuberes tamen in his quæ viderunt in pupillari ætate possunt testificari. & idem in seruo libero facto, vt. ff. de verbo. signifi. l. notionem. §. instrumentorum. & not. in. l. de minore. ff. de consti. & in. l. fi. C.
7 ad sylla. ¶†Repelluntur furiosi, & mente capti, sicut ab offi-
8 cio iudicandi. iiij. quæst. viij. §. tria. ¶†Repelluntur pauperes: quia non tanta fides eis adhiberi debet: quia timor est ne pecunia corrupti testificentur: quia facilius corrumpuntur pauperes q̃ diuites, vt. ff. de testi. l. testium. & in aut. de test. §. sancimus. ff. de excusa. tuto. l. spadonem. §. fin. Sed admittuntur interdum pauperes: quia non tantum ex facultatibus sed ex fide testis idoneus reputatur, vt insti. de suspec. tut. §. fina. & in aut. de testi. §. si quis. & in decre. iiij. quęst. iij. §. si testes. & quicquid dicatur pauperi, non tãta fides adhibetur si inspicitur eius propositum, vt. ff. de testi. l. actione. §. in personam. de suspec. tut. l. suspectum. de administra. tuto. l. scire oportet. in
9 fine. ¶†Reprobantur infideles & excommunicati hæretici, non participantes communioni sanctæ Romanæ ecclesiæ, vt ij. quæst. vij. c. si hæreticis. & extra de senten. excõmunica. c. penul. nam excõmunicatio est separatio à cõmunione omniũ fidelium, vt. viij. quæst. iij. §. euidenter &c. ¶Et ideo excommunicati ad testimonium non admittuntur, nec sentẽtia nec laudum, nec pręceptũ, nec arbitrium ab excõmunicato latum tenet, nec vt patronus aduocare potest, si sit excõmunicatus. nec poterit esse in iudicio, licet se defendere posset, & causam appellatiõis exercere, vt extra de appel. c. à nobis. & . c. inter. & . c. significauerunt. & . c. exceptionẽ. & extra de senten. & re

iudi.c.ad abolendam.nec literas poteſt impetrare excōmuni
cat⁹,nec pro alȷ̄s poſtulare,vt extra de ſentē.& re iudic.c.per
tuas.extra de offic.ordina.c.ex parte. & extra de ꝓbatio.c.j.
nec mirū ſi nō poteſt eſſe teſtis. Ex ſupradictis autem ſex te-
ſtes repellūtur.Cauſæ autē ſunt,ętas,cōditio,ſexus,diſcretio,
10 fama.Et fortuna,fides in teſtib⁹ iſta requires.¶†Item repel-
luntur teſtes ſi ſunt domeſtici,familiares,&ſerui,liberti,mer-
cennarȷ̄,qui ſunt ad aliquos ſolidos cum dominis:& illi dicū
tur domeſtici.de quibus legitur.ff.de pœ.l. reſpiciendum.§.
furta.&.ff.ad ſyllania.l.fina.&.ff.de regu.iur. l. cum teſtimo-
nio.de quęſtionib⁹.l.ꝑdoni.ff.de ędil.edic.l.ędiles.§.familiæ.
&.ff.de religi.l.familiaria.& vxor videtur domeſtica:quia eſt
ſocia diuinæ & humanæ domus,& duo ſunt in carne vna, vt
C.de crimi.expil.hære.l.aduerſus.¶ Quidam dicunt,ꝙ vxor
contra virum teſtificatur, non pro eo:quod non placet: quia
agi non poteſt pro me,nec contra me,vt.C.de teſti.l. paren-
11 tes.&.l.ſeruos.&extra de teſti.ca.in literis.vbi de hoc.¶†Re
probantur teſtes, niſi cum ſacramēto depoſuerint dicta ſua,
vt.C.de teſti.l.iureiuran. niſi ſacramentū fuerit remiſſum te-
ſti,ac ſi iuraſſet habita fide partium volūtate: quia vnicuique
licet facere gratiā alteri,de iure ſibi competēte, vt.C.de pac,
l.ſi quis in cōſcribendo. & pactis priuatorum poteſt iuris ſe-
ueritas mitigari,vt.C.de appel.l.vlti.&.ff.de fer.l.j. ¶ Sed ſa-
cramentum calumnię partium voluntate remitti non poteſt,
vt.C.de iuramen.calū.l.ȷ̄. §. ſed quia veremur. ſed tacitè ſic.
argu.C.de proba.l.ita demum. Credimus tamen contrarium
ꝙ remitti non poſsit, nec tenet proceſſus ſi remittatur:cum
in.l.prædicta dicatur expreſſè teſtem debere iurare,& hodie
ferè teſtes cum ſacramēto exprimāt veritatem propter mali-
tiam ipſorum, nedum ſine ſacramento: licet quidam contra
nos ſentiant. & ita in quibuſdam partibus de conſuetudine
obſeruatur: ſed non exēplis,ſed legibus eſt iudicādum. cum
omnium veritatem legum & iuſtitiæ ſequi debemus veſtigia,
vt.C.de ſenten.& interlocu.om.iudi.l.nemo.ſed cōtra nos eſt
extra de teſti.capi.tuis. ſed illud capitulum loquitur in mo-
nachis,& cōuerſis:licet quidā intelligāt largè,prout litera ſo-
nat.ſed litera occidit,ſpiritus autem viuificat. ¶ Sed nūquid
in cauſa criminali poterit ſacramentum remitti vel in ardua
alia cauſa?non credimus: quia vbi maius periculum vertitur:
ibi cautius eſt agendum.ff.de carbo.edic. l. iȷ̄. ¶ Reproban-
12 tur† teſtes in cauſa propria dum damnum & emolumentum
ſpectat ad eos,vt.ff.quando appellan.ſit.l.j.§.in propria. nec
iudex eſſe poteſt.C.ne quis in ſua cauſa.l.j.nec arbiter, vt.C.
de arbi.l.vlti.ſic nec teſtis,vt.C. de teſti.l. omnibus. In cauſa.
tamen vniuerſitatis communis,& eccleſiæ monachi,licet cō-
uerſi,ferunt teſtimonium pro eis, quando non eſt cauſa pro-
pria.vt.ff.ꝙ cuiuſque vniuer.no.l.ſicut. & de in ius voc.l. ſed
ſi hac.§. qui manumittitur.xȷ̄.q.ȷ̄. c. ſuper prudentia.extra
13 de teſti.c.inſuper.&.c.cum nuncius.¶ † Venditor non teſti-
ficatur pro emptore,niſi remiſſum ſit onus euictionis ei, nec
creditor pro debitore in cauſa pignoris:quia propria eſt cau-
ſa ipſorum,vt.ff.de appel.l.ab executore. §. alio condemna-
to.ff.quādo appel.ſit.l.ȷ̄.§.ſed ſi ad alȷ̄s.Fideiuſſor teſtifica-
tur pro debitore,quando non eſt propria cauſa:quia regreſ-
ſum habet actione mandati contra debitorem.vt extra de fi-
deiuſ.c.vl.C.mā.l.ſi fideiuſſor.&.C.de fideiuſ.l. ſi vero credi
tor.Sed debitor non teſtificatur pro creditore,tutores, cura-
tores, negotiorum geſtores, procuratores, economi non te-
ſtificantur pro dominis ipſorum,ſecundum vnam exceptio-
nem quā facim⁹.C.de teſti.l.mandati.Sed nec iudices, nec ar-
bitri, in cauſis quas recipiunt in mandatis, nec aduocati in
cauſis quas recipiunt aduocandas, licet quidam dicant con-
trarium,& intelligant nomen executoris ſtrictè. Nos diſtin-
guimus, ꝙ durante officio prædictarum perſonarum teſtes
eſſe non poſſunt, ne animoſè teſtificari videantur : poſt fini-
tum officium poſſunt : ne dum ad vtrunque feſtinant, neu-
trum bene peragant.C. de aſſeſ.l.fi. & ne rerum miſtura, tur-
14 betur officio.C.de teſt.l. conſulta. ¶†Reprobantur teſtes ſi
ſint ſingulares, vt extra de cleri. c. dudum.&.c. cum dilecti.
nam annotatione vnius teſtis,non pronūciatur.& ſi clarę di-
gnitatis honore ꝑfulgeat,vt.C. de teſti.l.iureiu. niſi modica
ſit ſumma,& inopia probationū ſit,vt.C.de re.cre.l.iureiu. §,
in bonæ fidei. Sed fallit in cauſis ciuilibus,& canonicis ꝙ ſte-
tur dicto vnius teſtis,in quibus hoc non procedit,aliquando
ꝙ non proſequor nunc,ne faſtidium generem:& quia hic tā-
tum tractamus de teſtium reprobatione,non de ipſorum ad-
miſsione,licet aliqua intendamus dicere ad remedium rudiū
15 & prouectorum. ¶ Reprobantur†teſtes in cauſa communi:
quia cōſortes & ſocȷ̄ non poſſunt teſtificari in cauſis ſociorū:
& quia teſtificantur in cauſa propria: quòd prohibitum eſt

16 vt.ſ.diximus, & arg.ff. de ri.nup.l.illud. ¶†Reprobantur ſi
ſunt participes & ſocȷ̄ criminum.C.de teſta.l.quoniā. extra
de teſti.c.veniens.iiȷ̄.quæſtio.iȷ̄.c. item in criminali.in verſi.
17 item liberi.C.de accuſa.§.fina. ¶ Reprobantur†ſi ſunt ob-
ſcuri, & ignoti,in authen.de teſti.§.ſancimus,poſſunt tamen
cum tormentis admitti. Sed an iudex poſsit compellere te-
ſtem, vt dictum ſuū determinet, & declaret? certè ſic ratione
diuerſitatis ſermonum ante publicationem,& poſt, vt extra
de teſtib.cogen.c.ꝑterea.xxxv.quęſtio.vj.de parentela.ff. de
quæſtio.l.nepoti.Quòd enim obſcurè dicitur: pro nō dicto
habetur,vt.ff.de his quę pro nō ſcri.l.ȷ̄.&.ff.de inter.act.l.de
etate.§.nihil. Et obſcurum dictum ſcriptum pro non ſcri-
pto habetur,vt.ff.de his quæ pro non ſcrip.l.ȷ̄.Item ſi neceſ-
ſariæ interrogatiōes ſint omiſſę iterum interrogant teſtes, vt
extra de teſti.c.per tuas, & ibi Inn.Item ſi teſtes obſcurè de
ponant vtrum interrogentur ante aperturam vel poſt:vt ex
18 tra de teſti.c.cum clamor.Sed quid ſi†teſtis ſponte reuerſus
ad iudicem velit mutare dictum ſuum in totum, vel in par-
tem:debet ne audiri ſi cum aliqua partium non fuerit locu-
tus?& de hoc quęret iudex,an fuerit locutus cū parte.ſi non
fuit locut⁹,admittet iteratò dictum ſuum, & ſtabitur vltimo
dicto,vt.ff.de hære.inſti.l.ſi ita ſcriptum ſit. in princip.&.l.
ſtichum aut pamphilum.ff.de manu.teſta.&ibi de hoc.& dic
vt in corpore authen. de teſti.quia verò.in gloſſ.magna. quę
incip.imò videt.col.vȷ̄.extra de teſti.c.per tuas. & not. in.d.
19 c.cum clamor. ¶†Reprobantur ſi cauſam ſui dicti non di-
xerint,ſiue non reddiderint:quia dicitur atteſtatio indiſcre-
ta,& nuda,vt.C.de teſti.l.ſolam.&.C.de edi.diui.Adri.tollē.
l.fi.&.ff.de tranſac.l.cum hi.&.ff.de probatio.l.cum de inde.
&.l.nuda ratio.ff.de dona.quia nuda ratio facit aliquem de-
bitorem & hoc eſt verum, ſi de cauſa fuerint interrogati, ali-
ter non tenentur reddere rationem ſui dicti: quia teſtis non
debet eſſe verboſus, vt de preci.impe.offe.l. inſtrumentorū.
¶ Sed an teneatur iudex parti ad intereſſe qa de cauſa non
interrogauit?Quidam dicūt ꝙ ſic,ar.C.eo.l.ſi qn̄.in fin.& de
offic.prefec.ꝑto.l.ſi quos iudices.nos diſtinguim⁹,ꝙ ſi iudex
propter multas occupationes ſui officȷ̄,& oppreſsiones ſub
iectorum,ſiue ſubditorum nō potuit teſtes examinare(quia
pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus) parcitur ſibi:
aliâs tenetur:qa cū diligentia teſtem examinare debuit,vt di
xi.l.famoſa.C.de teſti.l.nullum.& arg.extra de teſt.c.cū cla-
mor.& ibi per Innocen.xxvj.q.j.c. preſbyteros. facit.l. hac
20 conſultiſsima.§.cum humana.C.de teſta. ¶ Reprobantur†ſi
ſint inimici eiuſdē,contra quem producātur ſi dicatur teſtis
odioſus:qa criminalis lis fuit inter eos mota : & hæc appro-
bantur vt non antea audiatur ꝙ̄ de crimine iudicetur. Si ve-
rò ex lite pecuniaria ꝓcedat,receptio teſtis:tempore diſpu-
tationis reſeruetur,ne talibus teſtibus fides adhibeatur mul-
ta leguntur.C.de teſtib.l.quoniam liberi.& in authen.ſuper
ipſa.l.ſignata,& extra de teſtibus,c.vlti.dic de hoc vt in aut.
21 de teſti.§.ſi verò à lite odioſus.¶†Reprobantur teſtes ſi falſa
teſtimonia proferunt vnū pro alio:qa falſitas,eſt mutatio ve
ritatis,vt.C.de teſt,l.nullū.vbi dicit,quorū voces falſitate ca
rere non proſpexit.vt in aut.de fide inſtru.in prin.& de hoc
22 mēbro.j.dicemus copioſius. ¶†Reprobant, ſi promiſsione
pecuniæ vel donatione verū vel falſum tulerint teſtimoniū,
vt.C.de teſti.l.ſi quis teſtibus.&.xxvȷ̄.q.v.c.non ſanè. vltra
factas expenſas teſtes recuperare non debent,vt.C.de teſti.l.
quoniā liberi.iiȷ̄.q.iȷ̄.c.à veritate.ff.de teſti.l.teſtiū.§.ſabino.
nec iudices ordinarȷ̄ vel delegati vltra recipiunt, niſi in frau
dē,vt extra de vit.& hone.cleri.c. cum ab omni ſpecie mali.
nam vt bene ſcrutetur quicꝗ̄ recipere non debent, vt.ff. de
23 cōdi.ob turpē cauſam.l.ȷ̄.&.l.mercales.cum ſimi.¶†Repro
bātur,ſi non dicant veritatē:quia non minus falſitatem com-
mittūt qui veritatem occultant,ꝙ̄ q exprimunt falſitatē.pec
cant mortaliter religioſi,vel quicūq; alȷ̄ ſi vocati ad teſtimo
nium veritatē celauerint,vt.xj.quæſtio.j.c.aliqua.&.xȷ̄.q.j.
c.prædicādū.&.xxȷ̄.q.ȷ̄.c .præceptum. & maximè peccat
qui metu alterius veritatem tacet. Vnde Augu. quiſquis ti-
more alicuius, veritatem celat, iram Dei ſuper ſe prouocat:
quia non magis timet Deum quàm humanam naturam. &
poſt pauca reus eſt vterq;,& qui veritatem occultat,& q mē
dacium profert:quia ille prodeſſe nō vult.iſte nocere deſide
24 rat,vt.xj.quæſtio.iȷ̄.c.quiſquis. ¶ Reprobantur † ſi aptio-
ra & promptiora veri teſtimonia non protulerint,vt.ff.de te
25 ſti.l.ob carmen. ¶ Reprobantur ſi†vnū & eundem ſermo-
nē premeditatū pronūciauerint,vt.ff.de teſti.l.teſtiū.Et ideo
male faciunt tabelliones qui non ſcribūt dictum teſtis exten-
ſum,& longum,vt ipſe teſtis dixit volendo euitare laborem,
Sed ſi dicit notarius in ſuis ſcripturis, talis teſtis dicit idem

quod talis,& malefacit,vel multo deterius dicit, cum interro
gando teſtem ſcribit, dixit vera eſſe, quæ in articulo conti-
nentur. & ſic non quæritur de his quæ non ſunt in articulo
incluſa: quia iudex debet ſermonem & vocem teſtis conſide-
rare,& conſtantiam,& trepidationem,vt.ff.de quæſtio.l.de-
nunciare.§.ij. Item reprobatur dictum teſtis, ſi eſt repetitũ,
vt.v. quæſtio.v.§. ſed aliud eſt.&.iiij.quæſtio.iij.in teſtibus.
Item habet ætatem, vt de ſe loquatur, vt in conſti.diſt.iiij. c.
cum paulus.& cautè ſubiunxit lex dirigendo ſermonem ad
ſempiternum iudicem, tu magis ſcire potes quanta ſit fides
teſtibus adhibenda, vt.ff. de teſti.l.teſtium.& dicta.l. de mi-
nore.§.tormenta.not.in.l. vir bonus.ff.iudi.ſol.no.in.l. cęte-
ro.§.j.ff.famil.erciſcun.& in.l.continuus.§.cum ita.ff.de ver-
26 bo.obli.cum ſimi.¶ Reprobantur† teſtes ſi vnus dicit de vna
re,alius de alia: quia ſingulares ſunt in omnibus ſuis dictis, vt
extra de electio.c.cum dilectus.& extra de probatio.c. licet.
27 ¶† Reprobantur ratione perſonarum : quia vnus dixit de
vna perſona,alius de alia, vt extra de or.cog.c.tua. & argu.l.
28 ad probationem. C. de probatio. ¶† Reprobantur ratione
computationis gradus parentelæ.xxxv.quæſt.vj.de paren-
29 tela. ¶†Reprobantur teſtes,ratione diuerſitatis locorum, vt
quia ſi vnus dicit fuiſſe factum maleficium , vel commiſſum,
vel perpetratum in vno loco,alius dicit in alio,exemplo Da-
nielis,quãdo interrogauit teſtes,& vnus dixit ſub pinu,alius
dixit ſub ficu. nam de loco teſtis dicere debet, vt argu.ff. de
contrahen.& commit.ſtipu.l.optimam.et.ff. de accuſ.l.libe-
rum.ff. de inuti.ſtipu.§. item verborum. & de priuatis delic.
in princip.&.C. de accuſa.l.in cauſis.& gloſſ.ordina. in cap.
quoniam contra.de probatio.¶†Item reprobantur teſtes ſi
30 depoſuerint & iurauerint in eccleſia,vt extra de immu. eccl.
c.decet.lib.vj.& ibi eſt glo.in argu.¶†Reprobantur ratione
31 temporis,ſi vnus dicit de vno tempore, alius dicit de alio tẽ-
pore,vt.iij.quæſtio.ix.c.nihilominus. Sed an de tempore ſit
interrogandus teſtis? Azo dicit ꝙ non. Sed ſi eſſet ſuſpectus:
tunc iudex debet interrogare & ſtudere, vt teſtem capere
poſsit in ſermone, quærendo ſi tempus erat nebuloſum vel
clarum quando hæc acta fuerunt, qualiter erant induti, vel
calciati delinquentes,vel quid habebant in capite,&,qui cõ-
ſules erant tunc,vel quis tunc erat Imperator, & quo anno,
& quo menſe ſecundum vnam lectu.quæ legitur.ff.ad ſylla.l.
quo anno admiſit. ſed nos credimus de tempore etiam quæ-
rendum.& ſi dixerit:bene quidem.& ſi non dixerit,aut anti
quum eſt negotium, vel pactum, & ſimile: & tunc non eſt
curandum: quia omnium habere memoriam & in nullo pe-
nitus peccare,&c.C.de vete.iur.enucle.l.tanta.§. non omnes
per omnia.ſed certi per certa quando meliores deteriores in-
ueniuntur,vt.C.de vete.iur.enucle.l.j.&.ff. de proba.l. ſi ar-
biter.& ideo teſtes ex tractu temporis variare ſolent, vt.ff.de
carbo.edict.l.iij.§.diu.&.ff.de dam.infect.l.qui bona.§. vlti.
Si recens eſt.& nouum:tunc vitiatur teſtimonium eius ſi de
tempore interrogatus non dixerit,niſi eſſet talis homo qui
filium ſuum,& familiam ſuam ignorat quæ eſt craſſa, & ſu-
pina ignorantia,& vt.C.de hære.inſti.l.vlti.has diuerſitates
ſuperius declaratas vno verſi.comprehẽde.Res,pſona,locus
gradus his ſunt cõſona tẽpus. Sed hæc dicuntur vera in facto
non iterabili, vt homicidio eiuſdem hominis. In facto reitera
bili,vt eſt adulterium diuerſitatem tẽporis vel loci dicerem
non nocere.Nam & ſi teſtes in his variant,& non probent il
lud adulterium propter diuerſitatem loci, vel temporis,
probant tamen adulterium contra quem producuntur. Sed
hoc reprobatur à Daniele,ſiue Danielis exemplo, & repro-
bat decre.extra.c. ex tenore. & ibi not. talis enim diuerſitas
in tempore non nocet,vt ſi vnus dicit in die dominico: alius
dicit in hora nona illius diei:quia dictum ſecundi comprehẽ
ditur ſub dicto primi,ſicut habetur de trib⁹ arbitris. ſi vnus
dicit de duplo alij de decem, omnes conſentiunt in.x.vt.ff.
de arbit.l.diẽ proferre.§.ſi plures.quandoq; pluris vel vtiq;
tanti eſt,vt.ff.de iniu.l.furti.Sed eſto ꝙ teſtis dicat de dicto in
alia aula,vel quid aliud de domo,alius dicit de camera, idem
erit. Item in facto durabili non nocet diuerſitas temporis, vt
ſi vnus dicat ſe vidiſſe epiſcopum, vel pręſbyterum in hora
tertia canere miſſam,alius dicit in hora ſexta,miſſa enim tan-
32 tum durare ſolet. Sed † quid ſi vnus interrogatur de decima,
& dicit decimam fuiſſe ſolutam : interrogatus quid viderit
ſolui, reſpondit fabas, alius dicit ſiceram: nunquid probat
decimam fuiſſe ſolutam? Reſpond.non:quia in rebus diſcor-
dant.De diuerſitate autem ipſorum plenè no.iiij.quæſtio.iij.
item in criminali.in gloſſ. quæ incipit,& ita.Sed vt plenam,
33 † & perfectam habeas tibi traditam à maioribus noſtris in
hoc opuſculo præſenti tradimus, & inſerimus breuiter . &
ſic breuiter duximus diſtinguendum. Si teſtes quos ego in-
duco varia,& diuerſa proponant, erunt ſingulares in ſuis te-
ſtimonijs ſingulariter, vt extra de elec.c.cùm dilectus.&.c. in
geneſi.&.c.bonę.& de probatio.c.licet.& de app.c.ſolicitu-
dinem.&.ff.quando app.ſit.l.ij.C. de furt.l.j.&.C. de mune.
patri.profeſsio.libr.x.Sed ſi quidam de teſtibus meis dicant,
pro me quidam pro aduerſario meo, iudex conſiderabit nu-
merum, & conditionem illorum qui dicunt pro me, & alio-
rum qui dicunt pro aduerſario, & qui dicunt veriſimiliora,
& negotio aptiora, vt. iiij. quæſtio. iij. item in criminali. in
verſic.ſæpe. Si verò induco teſtes meos & tu tuos pro te, &
teſtes tui dixerunt contraria his quæ dixerunt teſtes mei:tũc
conſiderabit numerum, & conditionem meorum, & tuorũ,
& qualitatem dictorũ, & ſic præfert meos tuis, & tuos meis.
& ſi omnia paria inueniuntur ꝙ difficile eſt: tunc interpreta-
bitur iudex ex officio ſuo ſi interpretari poteſt: tunc poteſt
abſoluere reum, vt extra de probatio.c. ex literis.&. ff. de re
iud.l.inter pares.&.ff.de regul.iur.l.libertus. xij. quæſtio.ij.
c.cum redemptor.ff. de offic.teſt.l. ſi quis iudicantium. xxx.
quęſtio.j.c.ſi quis acceperit.vnde verſus: Teſtamentum con-
iugiumque ſi ſunt æquales qui producũtur vtrinque.¶† Re-
34 probantur teſtes, & tanquam falſarij puniuntur qui dixerũt
vnum pro alio in dicendo, & variè, & quicquid in vno ſuo
dicto dixerunt de teſtimonio in alio negauerunt, vel pluri-
bus reuelauerunt dicta ſua,vt.ff.de teſtamen. l. falſa vel varia,
C.de teſtibus.l.nullum. de hac varietate diximus in præce-
35 denti quæſtione.¶ Reprobantur† teſtes ſi ſunt vſurarij,& in
peccato mortali conſtituti,& vſurarij ſint infames canonica
infamia, & non iuris ciuilis, vnde in terris eccleſiæ ſuppoſi-
tis in temporalibus & ſpiritualibus obtinet ꝙ hic dicimus.
In alijs autem prouincijs,dici aliud videretur, & iura ſunt ad
hoc paratiſsima.ij.quæſtio.viij.c.teſtis.iij.quæſt.v.c.infames.
& in authenti.de eccleſi.ti.colũ.viij. & extra de appella.c. ſi
duobus. Sed tu oppones mihi, ꝙ nullus poterit teſtificari,
cum pauci homines aut nulli inueniantur ſine peccato mor-
tali,& ſic probationum facultas anguſtabitur ꝙ eſſe non de-
bet, vt.C. de hæreti.l. quoniam. Sed reſponderi poteſt ꝙ ſi
iſti tales ſumant pœnitentiam antequam teſtificentur ꝙ om-
nia peccata in confeſsione lauantur:quia quilibet tenetur in
anno ſemel ſaltem ſumere pœnitentiam, vt extra de pœ.c.
omnis vtriuſque ſexus.& corpus Chriſti:alioquin denegan-
tur ſibi eccleſiaſtica ſacramenta,& ſepultura,vt dicit dictum.
c.quòd ſingul.nota.& not.in.l.iiij.&.l.iulianus.ff.de teſtib.in
36 gloſſa.¶ Reprobantur teſtes† ſuſpicione qualibet,qua iudex
recuſatur : quia tanta fides non adhibetur, imò dicunt qui-
dam, nec aliqua fides : vt qui ſunt ſuſpecti in iudicando ſint
ſuſpecti in teſtificando cum par ſit ſuſpicio:quia iſtud eſt ge-
nerale quòd omnes teſtes & iudices debent eſſe ſine ſuſpicio-
ne:vt.ij.quæſtione.vij.capitu.teſtes. ¶ Cauſæ propter quas
iudex vt ſuſpectus recuſatur ſunt iſtę, vt ſi iudex ſit ſuffraga-
neus litigatoris, alteri parti meritò eſt ſuſpectus, vt extra vt
lit. non conteſta.capi. accedens.el.ij. Item ſi à iudice appella-
tum ſit in alijs meritò eſt ſuſpectus, vt extra de appella.c. ad
hæc vt propoſuit.Item ſi iudex habet familiaritatem cum li-
tigatore.iiij.quæſt.v.c.litigatores. & extra de appella.c. inſi-
nuante. Qui autem ſint familiares, dixi.s̃.Item ſi eſt affinis,vt
iiij. quæſtio.viij.c. abſens. Item de iniurijs.l. lex cor. Item ſi
litigatores fuerunt homines iudicis, vt.ff.de offi.præſi.l.ſena-
tus.Item ſi conſanguinitate aliqua iungatur iudex litigatori,
vt extra de appel.c. poſtremò. Item ſi eſt excommunicatus,
vt extra de offic.deleg.cum. R. canonicus. Item ſi iudex ha-
bet ſimilem cauſam, vt extra de iudi.c. cauſam quæ.ar. ff. de
37 excuſa.tut.l.propter litem. ¶ Reprobantur † ſi recipiantur
iteratò ſuper eiſdem articulis, quòd fieri non poteſt,vt.ff.de
teſti.l.produci.& extra de teſti.c.cum veniens.¶ Reproban-
38 tur † teſtes ſi ſunt conuicti in alia cauſa, falſum teſtimonium
protuliſſe,& depoſuiſſe.præſumitur enim, ꝙ nunc falſa de-
ponunt,vt.ff.de accuſationi.l.ſi cui.§.eiſdem.no.in.l.infames.
39 §.à barbaris.ff. de renunciatio. ¶ Reprobantur † ſi contra te
teſtificati ſunt,& nunc pro te vis producere: quod nõ potes:
quia ſubornati præſumuntur ſecundum vnam expoſitio-
40 nem,vt.l.produci.ff.de teſtibus. ¶†Reprobantur teſtes ſta-
tim poſtquam didiciſti teſtificata, ante labentem dilationem
poſt primam, ſecundam,& tertiam dilationem,& poſtquam
terminus datus ad probandum, eſt elapſus, niſi docueris te
fuiſſe impeditum, quominus producere potueris, & ſi con-
cluſeris in cauſa, & teſtium productioni renunciaueris, vt.ff.
eod.l.vlti.&.C.de teſti.l.apud antiquos.& in authen.ſi quis
41 in aliquo.ibi poſita.¶†Reprobantur teſtes ſi ſecretè & ſigil-
latim non depoſuerint ſecretum iudicis intrando, vt. C. de
teſti.l.nul-

testi.l.nullũ. Fallit vt quidã dicere voluerunt, quando testes
recipiuntur ad perpetuam rei memoriam: quia tunc publicè
testificari possunt,& partibus præsentibus,vt extra de testi.
c.significauit.& notare solent doct.in illa.q.quæ incip.quæ-
ritur, quæ sit differentia &c.& no.do. Hugo in sum. vt lit.
42 non contesta.§.sunt & alij casus. ¶ Reprobantur, si† à iudice
non recipiantur, vel ab alio eius mandato, cum ipse impedi-
tur exceptioni interesse non potest, vt.C. de episco. & cleri.
authen.si iudex.& extra de offic.deleg.c.super quæstionum.
43 ¶ Reprobantur † testes, si recipiantur lit. non contest. quia
regulare est: quia nec ad diffinitiuam sententiam,nec ad rece-
ptionem testium procedi potest lit. non contesta. vt in auť.
de testi.§.pe. & extra vt lit. non contesta. per totum, nisi in
incidentibus,& emergentibus,& quando contingit iudicem
facere inquisitionem,vt cùm testes ad perpetuam rei memo-
riam publicantur,vt in famoso teste,licet omnia per tex. ple-
nius explicantur, vt.C.de iudi.l.properandum.C. quomo-
do & quando iudex.authen. qui semel. & not.de hac mate-
ria.C. qui ad ecclesi.confu.authenti. præsente.¶ Reproban-
44 tur† testes, si deficiunt in numero,quando fuit certus nume-
rus designatus,& introductus,vt in testamentis vbi sunt ne-
cessarij.vij.testes.C.de test.l.hac consultissima.in codicillis.v.
vt.C. de codicil.l. vlti. Et in debito, quod celebratum est in
scriptis,& debitor vult partem illius debiti,vel totum solue-
re creditori.vbi sunt quinque testes necessarij,facta differen-
tia, causa mortis, vbi sunt quinque testes necessarij,vt. ff. de
dona.causa mort.l.vlti.aliâs vbi numerus testium non adijci-
45 tur, duo sufficiunt, vt.ff.de testibus.l.vbi.¶ Reprobantur† te-
stes, si non sunt rogati vt in confessione testamenti, & in cre-
ditoris confessione dicentis sibi solutam pecuniam vt in au-
thenti.nisi rogati.C.de test.& in diuor.vt insti.de mili. test.§.
planè. ac testamenti apertione, vt.C. quemadmo. testamen.
46 aperian. l. j. ¶ Reprobantur † testes voluntate illius contra
quem producuntur coram arbitro.C.de testi.l.vltima.¶ Re-
47 probantur† testes in casibus, in quibus oportet probari per
scripturam, & non per testes: qui casus multi sunt in quibus
non valet probatio facta per testes,sed necessaria est scriptu-
ra. In primis in emancipatione,vt.C.de fide instrumen. l. in
emancipatione. C. de emancipat. lib.l. vlti. Item cum sa-
larium datur aduocato, pro patrocinio suo, vt. C. de suf-
fra. l. vnica. Item in contractu celebrato ab ecclesia, vt in
authen.hoc ius porrectum. C. de sacrosan. ecclesi. Item in te-
stamentis in scriptis habitis,& codicillis, vt. C. de testamen.
l.hac consultissima. Item in sententijs diffinitiuis,& interlo-
cutorijs, quæ in scriptis sunt proferendæ, vt.C.de senten. ex
breui.re.l.ij.&.iij.Item in contractu emphyteutico, vt.C. de
iure emphyteu.l. ij. Item cum vadit clericus extra prouin-
ciam,qui literas testimoniales ferre debet, aliâs fides non ha-
betur ꝙ sit clericus,vt.C.de episcop. & cleri.l. si qua per ca-
lumniam. Item cum dicit aliquis se habere mandatum, super
iurisdictione aliqua, vel negotio à domino Papa, vel Impe-
ratore sacras literas debet habere, aliâs non creditur ei, vt
C.de manda.princip.l.j.& extra de offic.delega.cum in iure
peritus.Item in donationibus insinuandis, quæ excedunt li-
bram auri, & in omnibus causis in quibus est necessaria au-
thoritas iudicantis præstari, vt in emancipatione tutorum &
curatorum, donationibus & inuentarijs faciendis, & in sin-
gulis actis scribendis. Item in alienatione rerum minorum,
vt extra de probatio. capi. quoniam contra falsam. C. arbi-
trium.tuto.l.fina.C.de administra.tuto.l.lex quæ tutores. &
institu. de adopt.§.ij.&.iij.C. de donatio.l. si quis argentum.
§.sancimus.Item in protestationibus fiendis ne tempus cur-
rat alicui & ad interrumpendas præscriptiones, vt. C. de
episcopa.audien.l. si præsul.&.l.vltima.&. C. de annal. ex-
cept.l. vt perfectius. Et in quodam alio casu, qui legitur. C.
si min.se mai.di.l.si quis alterius.potest tamen in omnibus su-
pradictis & in alijs etiam, quando specialiter hoc actum est,
vt non valeat aliter contractus, nisi scriptura interuenerit, vt
C. de testibus.l. testium. C. de fide instrumen. l. contractus.
cum minori numero illorum quos scriptura exigit, vt dixi-
mus supra, & not. in.l. emancipatione. C. de fideiusso.&.C.
de bono.possessio.l.bonorum. & extra de senten. & re iudi-
ca.in capitulo, si dicat. & omnia nota.ibi. ¶ Reprobantur,
48 † ex quo probatio non releuat producentem: quia articuli
non faciunt ad causam,vt.C.de probatio.l.ad probationem.
49 ¶ Reprobantur † testes si producantur testes extra, vel
super quibus non est actum, vt argumen.ff.de petit.hæredi-
tã.l. si quis libertatem.ff. de iureiuran.l. si duo patroni. quia
de qua re cognouit iudex, de ea pronũciare debet, vt.ff. de
iudicijs.l. de qua re.&.l.solutionem.&.l.nõ potest.ff.familiæ
erciscundę.l. ne fundus .ff. communi diuidun. Sed quæri-
50 tur † an testis debeat interrogari de facinoribus suis si fur-
tum vel dolum vel rapinam commiserit, vel si sit excommu-
nicatus.& de alijs causis quæ tanquam infames de iure repro
bantur,cum multæ sint, vt dixerunt quidam. Et dixerunt
quidam quòd non: quia non sunt ad hoc producti. nam su-
per alijs non debent testificari, nisi super his super quibus
sunt producti:& si super alijs deponant,non tenēt eorum te-
stimonia, per iura superius allegata. ¶ Alij dicunt quòd
non debent interrogari: sed si interrogentur & confiteantur
aliquid,non tenet.vel valet quod preiudicet eisdem,vt illud:
per patientiam multa tolleramꝰ,& illud: multa fieri non de-
bent,facta tamen tenēt.&,multa à principio non tenent quę
tractu temporis conualescunt. ¶ Alij distingunt inter te-
stes maliciosos,& malæ famæ. Infamia facti notati interro-
gentur,alij non.nos credimus interrogandos: quia iudicem
oportet cuncta rimari, vt.xxx.quæst.v.cap.iudicãtem.C. de
iudic.l.iudices. & in authenti. ibi signata. nam interrogandi
sunt testes de omnibus circunstantijs, an sint honesti, & de-
alijs,vt.iij.quæstio.ij.&.xxij.quæstio.viij.cap.cecidit. & de
pœni.distinctio.j.§.aut facta.& extra de testibus.capit. cum
51 causam. ¶ Reprobatur† effrenata multitudo testium per
ipsum iudicem. refrenata saltem vsq; ad quadragenarium
numerum terminata, vt extra de testib.c.cum causam.& ex-
tra de probatio.c.licet.& extra de cleri.excom.mi.c.latores.
& hunc intelligis numerum minuendo, vel superstitem cum
in dicto numero,secundum magnitudinem causæ, & paruita
tem,& qualitatē personarum, vt.xxvj.quæstio.ix. pauca vel
multa dicunt.xlv.distinctio.disciplina.non enim quadrage-
narij possunt conueniri, ex illa generali clausula rescripti: ex
tra de rescript.ca.sedes. sed hoc est magis ne conueniantur
ex clausula generali, quidam alij. quòd determinatur.c. In-
nocen.quod incipit, multis iuris articulis. per quod capitu-
lum.iiij.testes debent interuenire per vnumquemque articu
52 lum. ¶ Reprobãtur † testes, si eorum dicta non sunt reda-
cta in publica monumenta, seu forma: vt extra. de testibus.c.
licet.&.C.de fide instrumē.l.iudices.& authētica ibi signata.
53 ¶ Reprobantur testes, † vt non compellatur quis testes vel
instrumēta contra se vel sibi nocitura producere, vt.C.de te-
sti.l.nimis.C.de edẽdo.l.j.&.l.qui accusare.nisi in casu qui est
notatus: cum præses conuenitur finito officio. compellitur
enim exhibere iudices,& alios domesticos,& familiares suos
quos habuit in officio, vt inueniãtur, vel forte, vt conferant
testimonium de his quæ commissa sunt in officio, vt.C. de
asses.l.j.not. in.l. consensu.C. de repu.¶ Reprobantur testes
54 † qui velut inuiti non compelluntur contra voluntatem ipso
rum ferre testimonium: sicut sunt senes, valetudinarij, miles,
& quicũq; magistratꝰ qui reipublicę causa absunt vel,& qui
bus nõ licet venire ad publicum, vel qui in exercitũ annonã
conducunt,vt.ff.de testi.l.inuiti. Senes intelligũtur, qui com
pleuere.lxx.annos, sicut in excusatione tutelæ,& publicorũ
numerum obseruatur,vt.ff.de iur.immuni.l.iij.&.C.qui ęta-
te.l.iij. Quidam male glossauerunt, dicitur hoc fortè in vale-
tudinarijs & infirmis mittere sacramentum eis ad domum,
sicut al's fiet in iuramēto necessario & iudiciali, vt.ff.de iure-
iur.l.ad personas egregias.cum simi. ¶ Reprobantur † pro-
55 xenetę ferre testimoniũ, nisi vtraq; parte præsente,& consen
tiente perhibent testimonium. possunt tamen admitti si vo-
lunt,vt in auť. de testi.§. quoniam non possumus. contra in
decre. noua de testi.c. mediatores. quæ loquitur in symonia
vt ibi loquitur, & quis dicatur proxeneta, dic vt in sequen.
56 articu. ¶ Reprobantur † hermaphroditi, vel non compel-
luntur, sed qualitas sexus consideratur, vt.ff. de testi.l. repe-
tundarum.&.l.ex co.hermaphroditus dicitur, qui vtrũq; se-
xum habere probatur, vt.ff.de statu hominum.l. quærit pro-
xeneta est qui interest hominibus laudãdus,& tanꝗ media-
tor interuenit inter contractus,& ipsos ad concordiam redu
57 cit,vt.ff.de proxe.l.ij.& vltima. ¶ Reprobantur† testes ferre
testimonium ratione adminiculi sanguinis,& parētelę. vnde
liberi & parentes descendentes & ascendētes vsq; in infinitũ
testimonium inter se ferre non possunt,vt.C.de testi.l. paren
tes.fallit in casibus ꝙ patet filiosa.testamentum faciente an-
te missionē ꝙ pater potest esse testis, vt.ff.de testi.l.qui testa-
mento. Professio verò matris, est recipienda cùm quæritur
de ętate filiorum,non vt testis sit sed vt ex eiusdē responsione
iudex melius inuestiget ueritatem,& ita intelligitur.l.rem.ff.
de prob.& ad hoc.iij.q.iij. Item in criminali.x.q.v.itē testis
ff.de testi.l.testis. Item fallit casualiter, vt cùm quærit̃ de ęta-
te,& natiuitate filiorum, vt extra qui fil.sint legi.ca. referen-

a ¶ C. per tuas. Hic finitur tract. domini Ia. egidij, & incipiūt addi. Ang. de Perusio ad pręfatum Bar. Tho.

te.& capi.per tuas[a]. ¶ Item cùm agitur de impedimento ma-
trimonij ratione consanguinitatis & affinitatis, vt extra de
test.c.quoties.& extra de sentē.& re iudi.c.tenor.extra q ma.
accusare pos.c.vlti.xxx.q.vij.c.j.&.iij.&.c.cæterū. Si agitur
anteq̄ matrimoniū sit contractū, vel nō distractū: tunc admit-
ti videatur scilicet cū matres testificantur.c.super eo. extra de
testi.in quo casu dicitur in ipso tex.cōsultationi tuę taliter re-
spondemus : quia mater filiæ incrementum videtur diligere,
& honorem, vbi est vir potentior & superior diuitijs, potētia,
& honore, ac nobilitate suspectus esse videtur. vnde versus:
58 Si qua vult aptè nubere, nubat pari. In criminali non† cogi-
tur ferre testimonium frater contra fratrem, sed nec cogitur
quis ferre testimonium frater contra socerum, generum, vitri-
cū, priuignū, sobrinū, sobrinam, & qui priore gradu sunt vel
cōtra parentes patroni sui. Item nec libertus viri, compellitur
cōtra vxorē, nec libertus vxoris cōtra virū. Item nec patron9
cogit libertū liberti, & volentes non recipiūtur cōtra patro-
nos. Item est notabile q̄ libertus patroni mei contra me, & li-
bertum suū non possunt compelli ferre testimoniuū: nec pro
eis compelli possunt, vt.ff.de testa.l.iij.&.l.si aduersus.& sicut
contra prędictos non cogitur ferre testimoniū: ita nec pro eis:
quia testis iurat pro vtraque parte veritatem se dicturum, sed
ego cogor dicere contra eum: ergo & pro eo. Si autem velim
vltrò testificari testificabor pro eis, & contra eos, licet Placen-
tinus nil se legisse dicat de his. nec hic omittamus in hoc mem-
bro, quòd supra dixi: quia nullus existens in peccato mortali
valeat ferre testimonium, licet aliqui docto. contradicant, &
malè, ea suspicio quę reddit iudicem, & iudicantem suspectū,
eadem simul reddit testimoninm suspectum, & eadem ratio-
ne: & quia iudices, & testes, debent carere omni suspicione, &
si hoc est in iudice: multò fortius in teste à cuius sententia & di-
59 cto non possumus appellare. ¶ Reprobantur† si non dicunt
in vero se vidisse, & interfuisse, & in eorū præsentia esse actū,
& cōtractum maleficium, vt.C.de testi.l.testium: not.ff. de te-
stamen.militis.l.diuus.in fi.& qui affirmaretur se audiuisse di-
centem aliquem &c. vbi per doct.not. q̄ testis debet probare
& testificari per sensum, & tactum qui conueniat dicto suo cui
subijcitur, vt dicta.l.iij. de testi.nota.in.l.ij.§. item labeo.ff.de
aqua plu.arcen.not.per Innocē.in capi.cum causam.extra de
testi. Nam testes debent iurare veritatem quam nouerint, vt
iiij.q.ix.c.certū.nec miscere falsum, vt.iij.quæstio.ij.c.nullam,
nec de suo aliquid adijciant, nec quòd bonum videtur addāt,
vt.iij.quæstio.ix.c.pura. Item q̄ dicant pro vtraque parte, vt
xiiij.quæstio.non sanè. ¶ Vnde regulare est q̄ dictum testis
non valeat, si dicat se ita credere, facit tamen aliqualem præ-
sumptionem tale testimonium, vt dicitur de priuata scriptu-
ra, sicut cum adiuncto protulero, sicut dicimus de delinquen-
te tormentato, accusante socios suos, & complices in facinore
commisso. Item in casu, valet testimonium de auditu, & credu
litate, vt de aqua plu.arcen.& facti operis memoria.ff.de pro-
60 bationibus.l.fina. ¶ Item† cùm agitur de impedimentis ma-
trimonij consanguinitatis & affinitatis: tunc testis præstet sa-
cramentum continens duo, scilicet auditum, & credulitatem.
debet enim dicere ita audiuisse à maioribus, & creditur.extra
de testib.c.quoties.xxx.q.v. de parentela. hodie oportet q̄
isti qui testificātur viderint aliquos in gradibus cōsanguinita-
tis constitutos.extra de testi.licet ex quadam.in fi.verūtamen
forma iuramenti est, q̄ iuret plenè dicere veritatem. extra de
symo.licet heli.vel cum agitur de statu ecclesiæ vel monaste-
rij q̄ aliquis ordinarius superior vel delegatus, ad hoc missus
q̄ aliquam ecclesiam vel monasterium reformet in capite &
membris: tunc duplex est forma iuramenti testis nam iurat di
cere veritatem, de his quæ scit, vel credit in ecclesia vel in mo-
nasterio reformando, vt in.d.c.cum dilecti.de accusa. Itē cum
aliquis dicat testem infamatum de crimine, cum de crimine
contra eum non probetur, infamatus iuret se immunem à cri-
mine esse quo infamatur & purgatores iurabunt se credere
illum verum iurasse. extra de pur.ca.c.fin. &.c. quoties. aliter
enim non possent iurare ne subeat anceps periuriū: q̄ permit
tendum non est.C.de in litem iuran.l.videamus.ff. rerū amo.l.
61 marcellus. ¶ † Vltimò quæritur an testes dati valeant repro-
bari, & quando? & certè ante aperturam possumus reprobare
exceptiones in personas eorū opponendo & post aperturam
obijcimus cōtra personas, vt.d.l.si quis.&.l.testiū.&.l.fin. Se-
cundū ius canonicū, non licet post publicationē testium obij-
cere in personas nisi iuramentū opponens firmauerit, q̄ hoc
ex malicia non procedat nisi ante publicationē fuerit prote-
status id, vel potuerit ostēdere q̄ post publicationē didiscerit
q̄ modo obijcit p̄sonas testiū. Sed quid si p̄ ipso dixerit de fa
cili se nō credere, vt extra de testi.c.præsentiū.& ibi not.Bar.

62 Testes † verò ab aduersario inductos, possumus
reprobare, vt dictum est. testes verò meos
vel datos à me nō possum reprobare, si velim in eo-
rū personas opponere: quia q̄ à me approbatū est, amplius nō
possum reprobare.ff.de neg.gest.l.pomponi9.C.de reb.cred.
l.generaliter. Sed dictis eorū opponere possum: quia à princi
pio p̄meditari non potui quid testes dicturi essent. secus in di-
uersis scripturis à me approbatis: quia à principio videre po-
tui, & ipsis non vtēdo prouidere. & hanc materiā vide copio-
sè.C.de fid.instr.l.scripturę.extra de fid.instr.ca.scripta.& ex-
tra de testi.c.testimoniū.& eo modo accipere mihi licebit, cō-
tra tuos & alios inducere ad reprobandū p̄sonas tuorū & mi-
hi à iure cōceditur p̄sonas testiū defendere.extra de symo.c.li-
cet heli.&.c.p tuas.& etiā cōfirmare.iij.q.iij.de iudice. ¶ Vlte
63 rius† nō licet reprobare testes meos, quos vltra produxi. nam
si hoc tibi liceret iam quartos produceres cōtra tertios cōpu-
tatis his quos in principali produxi & sic liceret producere
quartos, & sic non esset finis & in infinitum produci, extra de
testib.c.licet delictus. infinitas enim est euitenda.C. de sacro-
sanc.ecclesi.l.vt inter diuinū.C. de iudi.l.properādum.& ex-
tra de do.& cōtu.c.finem litibus.ff. de re iudica.l.à diuo pio.
§. si emptor. ff. de arbi. l. non distinguemus. §. quæsitum.
¶ Et idem dici potest si ego & tu produximus testes in
principali causa. nam tibi licebit obijcere in personas eorum,
id est meorum & in personas tuorū. & sic tui testes producū-
tur cōtra meos, & mei cōtra tuos. & sic cuilibet nostrū licebit
tertios producere testes ad defensionē illorū quos in princi-
pali causa produxi & ad reprobationem illorū, qui producti
64 sunt ad reprobandū. ¶ † Sed quęritur quæ pœna imponatur
testibus reprobatis. videtur quòd nulla.C.de reb.creditis.l.ij.
nam iureiuran.religiosus habet Deum vltorem, vt ibi dicitur.
Sed distingue quia pœna periurij remotio iuris est.xxij.quęs.
j.cap.p̄dicandum.hæc enim imponitur pro quolibet peccato
mortali, hoc est in iudicio animæ si iudicio corporis est pœna
depositionis.xxij.quęs.iij. pro sacramento in foro iudiciali
est amotio à beneficijs. extra de iureiuran. capi.tuam. & cap.
quærelam. sed hoc est secundum iura canonica sed secundum
iura ciuilia Deum satis habet vltorem: nisi iuramentū in con-
tractibus opponatur.ff.de cri.stellio.l.fi.C.de transac.l.si quis
maior.&.C.de pig.l.quoties.lib.xij. Tu dicas testē reproba-
tū, puniri motu iudicis.C. de testi.l.testiū.&.l.nullum. nec eis
fides amplius debet adhiberi: quia qui semel malus, semper
præsumetur malus &c. iudicamus enim de præterito & præ-
senti ad futurū, vt.s.diximus. ¶ Quidā dn̄t testē falsum posse
cōueniri ciuiliter actione in factum, vt emēdet dānum q̄ quis
pro testimonio falso passus est, cùm his duob.modis agitur.ff.
de fal.l.diuus.&.l.falsi.&.l.fin.non est dubiū testem falsum.l.
corne.de fal.teneri cuius pœna in libero homine est deporta-
tio & bonorū publicatio: in seruo vltimū suppliciū.ff.ad lęg.
corne.de fal.l.ij.j.respō.vbi dicit.§.vltimus q̄ pœna legis cor-
rigatur qui falsas testificationes facit, & testimonia falsa adin-
uicem dicētia. hodie autem aliter videtur per iura aut.vt nulli
65 iudicum.§.fi. ¶ † Sed quid si iudex vel tabellio, vel alia perso
na similis, patiatur videre dicta testium productorum anteq̄
aperiantur, & publicentur aduocatis, vel partibus, sicut mul-
ti faciunt, & malè? certè tenentur crimine falsi.ff.ad.l.corne.de
66 fal.l.j.in princip. Sed† quid si testis, iudex, vel notarius, reue-
lauerunt dicta secreta partibus, vel aduocatis partium? certè
crimine falsi tenentur & hoc in quolibet reuelante secreta
consilij, vel dignitatis, vel ciuitatis secreta Potestatis præsi-
dis, vel alicuius præsidis præsidentis alicui senatui. ¶ Et idem
in iudice qui reuelat sententiam, quam sit laturus anteq̄ pro-
nūciet.ff.de fal.l.j.j.respons. vbi dicitur, si causa pronuncian-
di, vel non dicendi, pecuniam acceperit.arg.l.j.§.is qui depo-
nit.ff. de pœ.l. si quis aliquid. §. iustitiam. C. de his qui sibi
67 ascri.l.pe.ff.de offi.pręsi.l.obseruandum. ¶ † Sed quid si testis
dixit aliquid quod prosit alteri parti, contra quam produci-
tur. Dicunt quidam valere, cum testis iuret, pro vtraque par-
te dicere veritatē. Alij cōtra, cùm tantum super articulo pro-
ducentis sit inductus: ergo tantū super his testificari debet.ff.
de peti.hæred. l. si quis libertatem. Et de hac materia in alio
casu tangemus. Nos distinguimus, quia si apparet in actis,
super quibus aduersarius producit testem quòd contra ip-
sum testificari voluerit, & aliquid in his testis dixerit, va-
let: & prodest eis: aliter non: quia omnia in actis debet appo-
nere: quia non creditur iudici, nisi quatenus constet per legi-
tima documenta.C.de proba.l.fi.& de fide instr.l. cōparatio-
68 nes. ¶ † Sed quęritur an iudex ordinarius vel delegatus posit
vocare homines non suæ iurisdictionis ad testificandum su-
per negotio quod vertitur coram eo? & lex videtur dicere
q̄ sic.C.

ꝙ sic.C.de testi.l.nullum.& no.glo.ordi.in.l.edita.in prin.C.
de edict.diui Adri.tol.not.ff.quemad.testa.aperian. l. si quis
ex signatoribus.not.in.l.j.in fin.ff. de requi.re. & ibi latè per
Bar.& not.in.l.cùm vnus.§.is qui. de bo.aut.iudi.pos.cum si.
Ange.Sed quæritur an omnes testes qui sunt de iurisdi.ad te-
stificandum testimonium veritatis possint compelli?& vide-
tur ꝙ sint compellendi in ciuilibus maximè. C. de testib.l. si
quando.ff.de tab.exhi.l.vtrum.§.exhibere.& in aut.de testi.
coll.vij.§.quoniam.& in multis decreta.de test.cog. xiiij.q.ij.
c.quam.&in criminalibus videtur testes esse cogendos.ex-
tra de testi.c.cum causam.& de testi.co.c.præterea.&.c.super
his.&.c.cæterum.&.c.fi.& extra de symo.c.licet heli. ¶ Item
cum certæ personæ sunt quibus nocet si denunciat vt testimo
nium feratur veritatis.ff.de testi.l.iij.§.iul.&.l.inuiti. sequitur
ꝙ in alijs personis,aliter est seruandum.ff.ad muni.l.j.sed hæc
vera sunt, ꝙ in criminalibus compelluntur testes ad testificã-
dum,cum de crimine ciuiliter agitur. & ita seruatur vbi pœ-
næ pecuniariæ pro criminalibus imponuntur, vt corporalis
deportatio siue alię. Si verò istę pœnæ imponuntur corpora-
les siue alię:non videntur compelli testes. Alij dicunt compel
li istos testes qui se subtraxerunt gratia, vel timore, odio,vel
amore. Alij dicunt compelli in criminalibus, si aliter veritas
liquere non potest,quàm per testes,quos quis compellere po
test. & ita videtur decretalis velle. xiiij.quæst.ij.c. quamquam. extra
de testi.co.c.j.&.c.cõtra.&.c.peruenit. prima verior,licet ho-
die consuetudo Romanæ curiæ tenet ꝙ nullus testis cogatur
vbi de crimine agitur qualitercunque agatur de crimine. &
ita obseruatur in literis non apponendo clausulam consuetã.
Si autem testes qui fuerunt nominati gratia, odio, vel timore
subtraxerunt per censuram ecclesiasticam: veritatis testimo-
69 nium perhibere cogantur. ¶ † Sed quæro:esto quòd testes cõ
pelluntur ad perhibendum testimonium veritatis,qualiter cõ
pellentur. Respon.mulcta indicta,vt.ff.si quis ius di. nõ obtẽ.
l.j.vel captis pignoribus ad exemplum tutoris vel curatoris,
satisdare nolentium,quorum publicum est officium,sicut te-
stium,vt insti.de satisd.tut.§.j.& de excu.tut.§.fi.vel ad exẽ-
plum parentum,nolentium alere filios.ff.de lib.agno.l.si quis
à liberis. Item potest exbãniri secundum consuetudinem ciui
tatis, quæ tenenda & obseruanda est vbilibet, vt. ff. de offic.
proconsul.l. si in aliquam. Item per iudicem ecclesiasticum
potest excommunicari ad quam pœnam deueniendum est,
cum alia deficiunt remedia.extra vt li.non contesta.c.tuæ.li-
cet prælati nostri temporis pro leuibus, & minimis causis,
ipsos exercent tanquam gazaros, & pueros minimè instru-
ctos,& ipsos projciunt tanquam lapides,& in ipsos sententiã
excõmunicationis ferunt,non recolentes eius ꝙ legitur.ff.de
liber.& posthu.l.cùm quidam &.ff.de pœ.l. interpretatione.
xj.quæst.iij.c.nõne.&.c.Deus omnipotens.extra de appel.l.
reprehensibilis.xj.q.iij.indigne.&extra de senten.excom.sa-
cro.& nouissime.Inno.iiij.c.cum medicinalis sit excõmunica-
tio,& non mortalis. exigit & requirit ꝙ sententia excõmuni-
cationis pensata correctione feratur,& inscriptis certa de cau
70 sa. ¶ † Sed quare dicit de testibus ꝙ in criminali sint coram
iudice præsentendi ad testificandum testes in ciuili si sunt in
alia prouincia, sunt literæ describendæ ad alium rectorẽ pro-
uinciæ, vel loci, vbi testes degunt & partes mittere, vel eius
procuratores, vt ibidem recipiantur testes.C. de fid. instru. l.
iudices.in aut.ibi signata.& in aut. de test.§.si verò sancimus.
Sed si iudex,præses vel rector,non vult parere talibus literis
& recipere testes iuxta formã articulorũ & interrogatoriorũ
& interclusorum,poterit ne iudex qui mandauit dictos testes
recipi iudicem,vel rectorem prouinciæ,cum nõ obediat cor-
rigere? & videtur ꝙ non:quia par in parem non habet impe-
rium. sed cum iurisdictio commissa & alia destinanda cum
literis supradictis nulla essent sine aliqua correctione, quod
lex non vult vt.ff.de offic.eius cui man.est iuris.l. mandata.in
71 fi.&.ff.de iur.om.iudi.l.magistratibus.in fi. ¶ † Sed nunquid
tempus currat probare volenti, ꝙ testes sint contumaces vo-
cati legitimè qui nolunt testificari?certè non: cum per ipsum
non stetit.argu.ff.quib.ex cau.ma.l.sed & si per prætorem.§.
ait prætor.&.ff.de leg.iij.l.pater filiũ.aliâs non restituitur. Si
verò stetit per iudicem, tunc contumaci non debet iurisdi-
ctio denegari, vt ea.l.§.sed si cum decreto.nota.in.l.cum
ea. C. qui accus. non pos. not. per Bartol. in. l. si quis iusti-
niani.§.si bono.ff.de hæred.insti.cum simi.& in.l. mancipio-
72 rum.ff. de opt.leg. Ange. ¶ Sed † quid si isti testes moriun-
tur medio tempore, & sic volens ipsos producere non po-
test probare de iure suo, & ita cum non deficiat ius, sed iu-
ris probatio.ff. de testa.tuto.l. duo sunt titij. perdit ne emo-
lumentum quod ex actione proposita consequi poterat &

valebat?an hęredes istorum testium,teneanť damnum emen-
dare ꝙ sustinuerat, qa testificari noluerant? Dicunt quidam
ꝙ nõ,ex regula generali:qa quãdo morte naturali extingun
tur,hæredes non tenentur nisi lis esset contest.cum defuncto
vel in eo ꝙ ad hęredes puenit.C.ne ex deli.defunc.l.j.Dic ta-
men contra: quia qui occasionem damni dat damnum dedis
se videtur.ff.ad.l.aquil.l. qui occidit.§. in hac quoq;.tamen
peccat mortaliter:quia subtrahit testimonium alicuius, qui
non potest probare,nisi per testes:ideo compellendi sunt ad
satisfactionem, sicut in alijs mortalibus, contingit. vij.q.j.c.
73 illi qui.xxij.q.j.prædicãdum.xxx.q.j.præceptum. ¶ † Sed
adhuc quęriť:estò quòd testes sunt recepti super aliqua causa
& quæstione processus:non tenet ipso iure ordine non ser-
uato: nunquid attestationes & acta valeant? Dicunt quidam
ꝙ sic.C.de iudi.l.properandum.C.de testi.l. publicati.C. de
testi.in.l.gesta.Sed nos contra sentimus:qa quãdo principale
nõ tenet,nec eius accessoriũ:& quicquid sequiť ex eo vel ob
id.C.de legi.l.nõ dubium.C.de sen.& interlo.om.iud.l. pro-
74 latã. ¶ Sed adhuc † qa articuli danť ad probandum intentio
nem partis aduersæ,& altera pars facit interrogatoriũ cõtra
datos articulos.& certè vltro citroq; copia danda est,vt.ff.de
eden.l.j.§.edenda sunt oĩa. ¶ Sed an articuli & interrogato-
ria in actis poni debeant? certè sic, vt nil de contingentibus
omittatur.& qa omnia sunt in publicam formam redigenda
extra de proba.c.quoniã cõtra falsam.sed qa adhuc ita diciť
in rubricella tabellionis,isti sunt testes recepti à tali contra ta
lem,nec apparet testes receptos in pręsentia partium:nunqd
aduersa parte præsente poterit reprobari?quia non apparet
de pręsentia nisi demonstreť.C.de contrahen.& cõmit. stip.
75 l.optimam. Sed quæro † pone ꝙ dicanť testes recepti super
positionibus & actis factis sicut faciunt tabelliones volentes
vitare laborem scribendi,an sufficit vt certum sit super qui-
bus articulis sint recepti? dicunt quidam ꝙ sic vt videatur
vndecunq; & quomodocunq; in iudicio ius suum deduxisse
C.de anna.excep.l.fin. Nos dicimus cõtra:qa generalitas pa-
rit obscuritatem.ff.de iur.fis.l.ita fidei.quę generaliter dicunť
nisi specialia annotentur esse neglecta.ff.de iniu.l.item apud
labeonẽ.§.teneť hoc edicto &c.no.in.l.alimenta.l.basilico.&
a in.l.sanctio.ff.de pœ.cũ si.[a] hæc de reprobatione testiũ suffi-
76 ciãt. ¶ Quæstio talis † est:dať terminus vtriq; parti ad probã
dũ.xv.dierũ intra quẽ terminũ testes rei fuerũt vocati,& iu-
rauerũt corã iudice & nõ deposuerũt.elapso dicto termino,
fuit alius terminus partibus assignatus & peremptorius intra quẽ
probare deberent quicqd vellent,nec in dicto termino depo
suerunt dicta testiũ. ¶ Quæsitum est an de iure possint dicta
testis recipi,& examinari:& an possit procedi dictis testibus
nõ receptis neq; examinatis?& ꝙ testes sunt recipiendi plu-
ribus rationibus ostendiť. Prima ratio est:qa sicut actio tẽpore
peritura perpetuať per solã citationẽ ita ꝙ possit lis conte-
stari & in causa procedi.C.de anna.exce.l.vt perfectius. Ita &
testiũ receptio perpetua videtur,ex quo citati coram iudice
iurauerunt vt postea, & maximè cùm dies iuramenti & dies
depositionis scribi debeat.quid plura?per solam citationem
perpetuatur iurisdictio iudicis,aliâs tempore peritura.extra
de offic.deleg.c.grauatum.quanto magis debeť perpetuari per
acta iudicij.argu.à minori.C.de sacrosan.eccle.aut.multoma-
gis.& de diuer.tẽp.pręscrip.l.de accessionibus. ¶ Secũda ra-
tio sumitur: probationum facultas non est angustanda.C.
de hęret.l.quoniam. imò est fauorabilis. & ei leges pinguius
subueniunt.C.de iureiuran.l.generaliter.ff.de testi.l. serui.ff.
de interd.l.neq;.& sic non videtur dicendum ꝙ testes iurati
non deponant,ne probationum facultas depereat. ¶ Tertia
ratio sumitur ex eo ꝙ satis diligens videtur reus postquam cu-
rauit ꝙ testes ita iurarẽt,& cõpareãt corã iudice.vnde iudex
debuit facere examinari tempore iuramenti.ꝙ si nõ fecit: ste a
tit per iudicem,non per partem.& negligẽtia iudicis nõ de-
bet afferre nocumentum:quia alteri per alterum non debet
iniqua conditio inferri.ff.de reg.iur.l. non debet. Nimirum,
posito ꝙ non fuerit diligens reus in probando: quia non fe-
cit testes deponere suum dictum:tamen in iudicijs,mora pur
gatur.ff.si quis cau.l.ij,& quòd ibi not. Accur. Si ergo para-
tus est reus post terminum facere deponere:audiẽdus est.ar-
gu.ff.de arbi.l.si cum dies.§.si quis ex litigatoribus. ¶ Quar-
ta ratio est: quia iudex post peremptoriũ, potest gratificari
parti,in pręiudiciũ alterius partis.extra de offi.dele.c.consu-
luit.& quę ibi Bar.no.&.C.quomodo & quãdo iudex.l.j.po
test etiam post peremptorium testes iuratos examinare:arg.
d.l.cum dies.§.si quis ex litigatoribus. & hæc pro hac par-
te dicta sufficiant. ¶ Econtra ꝙ testes non sunt recipiendi sa-
tis euidenter ostenditur. ¶ Prima ratio: quia non sufficit so-

a ¶ Cum si. Adde ꝙ hęc scripta sunt p do. Ang.de vbal. de Peru.addita ad trac. de reprobatione testiũ, & sequtur quęstio disputata per. d. Ange, in his terminis videlicet quęstio talis est &c. Th.dip

lacitatio ad probandum teſtimonium, & teſtium receptio ad iuramenta: & maximè propter verba ſecundi termini in quo continetur ꝙ intra terminũ probare debeat. verum eſt enim reum non probaſſe. argu. ff. in ius voc. vt eãt. l. ſi. nihil enim actum credimus, dum aliquid reſtat ad agendum. C. ad ſylla. l. cum ſyllanianum. verba enim ſunt accipienda cum effectu. ff. ꝙ quiſque iur. l. j. & illud dicitur eſſe perfectum ꝙ conſtat ex omnibus ſuis partibus. Secunda ratione defenditur ꝙ teſtes non ſunt recipiendi: quia iura contemptoribus ſui iuris denegantur. ff. de anna. excep. l. ſi. in fin. debet enim reus eſſe ſolicitus vocari facere teſtes ſuos, vt deponant, & eos cogi facere per remedia iuris vel ꝓtoris, quæ ſunt múlta. ff. de ven. inſpici. l. j. ꝙ ſi non fecerit: ei eſt imputandum, vt. d. l. j. Et ſi prædicta non fecit: ſi tamen proteſtatus fuiſſet: ei non profuiſſet, vt. C. de inoff. teſt. l. contra maiores. &. C. de anna. excep. l. j. nec enim in hoc caſu ex mero iudicis officio proceditur, nec ad officium iudicis pertinet teſtium examinatio, ſine partis requiſitione. extra de accuſ. c. qualiter. ſic ad requiſitionem partis, teſtes ſunt examinandi, & cogendi. vnde dic teſtes prædictos examinandos non eſſe ex quo intra terminum examinati non ſunt: quia non poteſt iudex gratificare vni, in detrimentum alterius partis. iiij. q. ix. c. fin. & ita debet vni parti deferre, vt alteri parti non faciat iniuriam. C. de ſtat. & imagi. l. j. &. ij. q. iij. c. quæritur. Et dicit Papa: ita ſumus in iuſtitia debitores, vt alijs non faciamus iniuriam. extra de fo. compe. c. ex tenore. & poſt terminum ita debet audiri, ſi ius partis non fiat deterius. ff. ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. ſed hic ſi recipiantur fit deterius in totum ius partis, & tollitur per exceptionem probandam quę probat non eſſe. ff. de peti. hæred. l. deperditum. & de tribu. l. illud. Tertia ratione, non ſunt teſtes examinandi: quia iudex poſt terminum non debet eos audire, vt de adopt. l. mancipiorum. ff. de accu. l. titia. de inge. manu. l. diffamari. maximè cum iuri ſuo reus videatur renunciaſſe. C. de remiſ. pig. l. ſi eo tempore. aliâs nullus eſſet litium finis. Et hæc ſufficiant pro alia parte. ¶ Sol. in hac quæſtione videtur præiudicio melioris ſententiæ ꝙ de rigore iuris teſtes examinandi non ſunt, ſed de æquitate ſi iudici videbitur examinabit teſtes. argu. d. c. conſuluit. de offic. deleg. & quæ ibi not. tamen de neceſsitate non faciet: quia quicquid &c. Et ſic relinquitur iudicis officio, & arbitrio penſatis circunſtantijs. ar. ff. de teſt. l. iij. Odo. in quæſtione prædicta conſuluit do. Rober. de nouaria: quia producens fecit ꝙ potuit, & debuit, ſcilicet faciendo teſtes iurare, & introducendo coram iudice, cùm examinatio eſt facienda motu iudicis & examinandi debeant ſecretum iudicis intrare, vt in Daniele. C. de teſt. l. nullum. ¶ Ad illud ꝙ dicitur de. l. ſi quando. respondetur ꝙ lex iſta non intelligitur de citatione data iudici. Sed cùm teſtes de longinquo producuntur, producuntur interdum inuiti, & nolunt recedere à nouatione. ſ. à primis negotijs. & l. prædicta dat dilationem iudicialem fauore teſtium xv. dierum intra quem terminum debent examinari facere dictos teſtes, ꝙ ſi non fecit tenetur. non ob. l. inter litigatores. & l. properandum. quę loquuntur quando actoris & rei pręſentia eſt neceſſaria. & aliâs procedi non põt. Sed in caſu præſenti, eorum præſentia non eſt neceſſaria. do. Dy. eſt in hac ſententia ꝙ examinatio teſtium, intra dilationem iuratoriam, etiam poſt dilationem fieri poſsit. per. l. j. in fi. ff. de bo. poſ. ex teſta. mili. vbi dicit, ꝙ miles receptus ad iuramentum ad tota receptus videtur, & in hac opi. eſt Gui. in Spe. in ti. de teſte. §. & qualitatem, & qui ſunt producendi. verſi. his quoque. & de dila. ver. in primo. & verſi. ſed quid ſi inſtrumenta.

¶ Eiuſdem an frater poſsit eſſe teſtis in cauſa criminali fratris.

QVæro an frater in cauſa criminali fratris poſsit ferre teſtimonium? & videtur ꝙ volens ſic: inuitus non argu. à contrario ſenſu. l. j. ff. de teſtib. &. l. lege iulianus. &. l. ſeq. &. ff. de quæſtio. l. j. §. ſed nec libertum. ibi, inuitus teſtimonium &c. & etiam dicit Azo in tit. de teſtib. etiã inter parentes & liberos, & in infinitũ. C. de teſti. vbi de hoc. Præterea conſanguineos quos prætor prohibere voluit, prohibuit vſque in infinitum. C. de teſtib. l. parentes, &. ff. eodem l. teſtis. Si idem voluiſſet de fratribus hoc feciſſet. C. de caduc. tollen. l. vnica. §. ſed ne varietas. & omnes qui non prohibentur &c. argu. l. j. ff. de teſtib. Præterea, non eſt præſumendum quod charitas fraterna deieret & immemor ſit ſuæ ſalutis. C. ad leg. iul. re. l. fina. cum anima ſit rebus præferenda. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſi. ¶ Econtra videtur etiam quod etiam volens non admittatur: quia valde amicus pro amico repellitur. ff. de teſti. l. teſtium. j. reſpon. Et ideo multò fortius repellitur frater: quoniam fortius vinculum: & ideo maior eſt affectio conſanguinitatis, quàm amicitiæ. nam amicitia tãquam res accidentaliter proueniens de facili variatur & tollitur. ff. de confir. tu. l. in confirmando. ad fin. Sed fraternitas eſt res naturalis, & adeò ſtabilis, quod nullo alio facto poteſt ſeparari. ff. de pact. l. ius agnationis. &. ff. de regu. iur. l. iura ſanguinis. Dulcis eſt enim amicitia, inter fratres. C. communia vtri. iudi. l. poſſeſsionum. & de leg. j. l. ſi domus. §. qui confitetur. meritò ergo frater fortius quam amicus vllus, eſt à teſtimonio repellendus. ¶ Præterea, qui vni de genere iniuriam infert, totum genus iniuriaſſe videtur. ff. de libe. cau. l. j. ij. & . iij. ff. de iniurijs. l. j. §. iniuriarum. verſicu. item ait. Et ſi frater per mediam perſonam erit teſtis: certè nullo modo cum eius propria cauſa videatur, & omnibus in cauſa ſua principaliter & ſecundariò, dicendi teſtimonium facultas interdicenda eſt. C. de teſti. l. in omnibus. C. qui accu. non poſſ. l. ſenatus. vbi eſt optima & not. conferens ad hanc quæſt. ¶ Præterea ſi fratri meo vel vlteriori conſanguineo inferatur iniuria: de illa non poſſum cognoſcere vel iudicare. ff. de iniur. l. lex corneli. in princip. Et ratio eſt, vt ibi dicit gloſſ. quia toti generi iniuria videtur illata. hoc probant tres. ll. ff. ad. l. corne. de ſic. l. j. §. fin. ibi, vel ſibi vel ſuis. & l. ſancimus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. & C. qui accu. non poſ. l. ſenatus. in apparatu. ar. ff. de li. cau. l. j. ij. & iij. Accedit ergo ad prædicta, ꝙ pariter conceditur mihi à iure impunè propulſare vim neceſſarijs meis illatam: ſicut & quæ mihi infertur, vt. d. l. j. in prin. ff. de ſic. & not. vnde vi. l. j. Præterea cum per mediam fratris videar offenſus, ſum inimicus: & inimicus teſtis eſſe non poteſt. ff. de teſt. l. teſtium. in prin. & in authen. eod. titu. §. ſi verò odioſus. & ratio eſt: quia inimicus de inimico facile mentitur. ff. de quæſtioni. l. j. §. quęſtioni. Præterea nedum de inimico ſuſpicantur. l. autores, ſed de inimico amici mei. ff. de teſtib. l. ſi eundem. §. ſi accuſatio. Præterea, vt tactum eſt in contrarijs allegationibus, edictum de teſ. eſt prohibitorium: & prohibiti repelluntur ſi admittuntur. l. j. §. j. ff. de teſt. ſed patet ꝙ frater teſtificari in cauſa criminali fratris prohibetur, & à verbis & authoritate legis minime eſt &c. nam dicit author legis ꝙ iſti demum ſunt ad teſtimonium admittendi qui ſuſpicione carent. ff. de teſt. l. ob carmẽ. ad fi. eo. ti. l. iij. §. j. ibi, ſuſpicione careant. & in authen. de teſt. §. ſancimus. & fratres & vlteriores ſuſpicione non carent: quia cõſanguinitas inducit ſuſpicionem. ff. de app. l. etiã ſi pluſorio. lex quippe cum conſanguinitate tantum præſumit ſuſpicionem ꝙ repellit tutorem & remouet à tutela, & procuratorem à procuratione, & iudicem à iudicando. C. de excu. tu. l. humanitatis. ff. de procu. l. aut affinitate. &. ff. de iniu. l. lex corne. ij. reſpon. Item dicimus vt repellantur à teſtificando teſtes. multo magis cum de ſimilibus idem debeat eſſe iudicium, vt. ff. de conſti. pec. l. j. §. de pupillo. ¶ Conformis eſt enim argumentatio de teſtibus ad tutores, & ad iudices: quia quorumlibet eſt officium, ſeu munus ciuile perſonaliter & publicum. ff. de mu. & ho. l. munerum. ij. reſpon. ff. quemad. teſta. ape. l. ſi quis ex ſignatoribus. & ſi opponatur: teſtis iurat, & ſic non eſt pręſumendum quod deieret affectione conſanguinitatis, reſpon. non ob. talis obiectio: quia tutor & iudex iurant, vt in authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuf. §. ſic igitur. & in authen. iuſiuran. ꝙ præſtatur ab his. in princ. &. §. j. nihilominus nam iuri iure præponderat ſuſpicio conſanguinitatis, ꝙ propterea iudex à iudicando prohibetur in cauſa conſanguinei. d. l. lex corneli. & tutor ab adminiſtrando, ſeu tutelam gerẽdo, cũ habeat tutor litigare cum ſuo cõſanguineo pupillo cauſa ipſius tutoris, vt dicta. l. affinitatis. cũ diuerſum in rẽdẽdo teſtimonio in cauſa cõſanguinei non video. Cùm igitur fratris teſtimonium non careat ſuſpicione, & teſtes ſuſpicione non carentes improbati ſunt: & fratres meritò repelluntur. ¶ Præterea cõſtat: ad probanda crimina exigũtur probationes luce meridiana clariores, & teſtes idonei omni ſuſpicione carẽtes, & omni exceptione maiores. l. ſciant cũcti. C. de proba. &. C. de contrahen. & com. ſtip. l. optimam. ad fi. ibi, per teſtes itaque idoneos. ff. de teſt. l. hoc carmẽ. & in aut. de teſt. §. ſancimus. quæ perfectio & idoneitas non cadit in perſona fratris volentis deponere, adeò in abiecto flagitio lucidè cõuerti oportet, vt vix negare audeat quæ cõmiſit. C. de pœnis. l. qui ſententiam. Quid plura? caſus eſt in iure: conſanguinei offenſi teſtes eſſe non poſſũt. iij. quæſtio. v. c. conſanguinei. vbi conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos, teſtimonium non dicant. c. accuſatores. &. c. teſtes. extra de accuſ. c. cum oporteat. nec ob. ff. de teſt. l. lex iuli. & l. ſeq. &. ff. de quęſt. l. j. §. nec quidẽ fratrem. Ex quibus. ll. dicunt, quidam potius ſuperficialiter ꝙ meduliter iura intelligentes, ꝙ conſanguinei & affines vſque

fines usque ad. xij. gradum uolentes, possunt esse testes, sed leges illę certè nō dicūt imò dicunt quòd non cogātur inuiti, vnde arguunt & dicunt à contrario sensu legis admittuntur, & sic intelligentes errant. Sic arguo prout. d. N. quia ponit duo brocharda adinuicem dependentia. vnum est tale: fortissimū est argumen. à contrario legis sumptum. ff. de offici. eius cui mādata est iurisdict. l. j. §. j. ff. de test. l. ex eo. ff. de libe. & posthum. l. gallus. j. respon. extrà de his quę fiunt à præla. c. cum apostolica. Et appositum brochardum quòd licet à contrario sensu. leg. arguere. l. conuenticulam. C. de episcop. & cleri. C. de iurisdict. omnium iud. l. nemo. &. C. de condi. inser. l. ij. ¶ Vera solutio huius brochardi est duplex: ambętamen in idem recidūt Primò quòd quotiescunque ex electione argumentationis cōtrarij sensus resultat prauus intellectus contrarius conditioni legis: tunc non est licitum sumere argumen. à contrario sensu legis. & ita intellige iura pro secūdo brochardo allegata. ¶ Et est ratio: quia iniquus & prauus intellectus, subaudiendus non est. ff. de verborum obligationi. l. titia. §. idem respondit. & l. cùm patrem. C. de condi. inser. vel aliter. & quod in idem quò ad effectum recidit cum primo, quotiescunque à contrario sensu electio est circa probationes ratio quæ inest expressè à lege posita: tunc non licet sumere argumen. à contrario sensu. leg. aliâs sic, uerbi gratia: quilibet inuitus potest cogi ad testimonium perhibendum, & ratio est. quia officium testis est munus ciuile, & publicum merè personale, ad quod inuiti cogantur. ff. de mune. & hon. l. magistratus. & dicta leg. si qs ex signatoribus, &. C. de testib. l. si quando. ¶ Hoc fallit, in fratre, nepote, & alijs consanguineis vsque ad gradum. xij. vt non cogantur inuiti in causa consanguinei testimonium dicere: & loquuntur iura bene intelligentibus in contrarium allegata, & consimilia. l. lege Iul. cum seq. ff. de test. &. ff. de quæstio. l. j. §. nec quidem fratrem. & est ratio defectus fidei, propter suspicionem parentelæ: quia cum occasione consanguinitatis suspicione non careant: tales testes igitur frustra cogentur testimonium dicere: & ea suspicionis ratio, sibi vendicat locum in fratre, seu alio consanguineo sponte testificante, quę in coacto, & inuito sponte: ergo talis contrarius sensus subaudiri non debet, cum eadem sit suspicio & prohibitionis ratio: & vbi est eadem ratio, ibidem ius statui debet. l. à titio. ff. de verborum obligat. Et accedunt ad ista quæ glossantur. C. ad turpili. l. si fœmina. vbi est glos. ordi. quæ prædicta dicit & est gl. ordinaria in. c. translato. extrà de consti. denuo quis dicetur in causa criminali contra fratrem idoneus testis: cum iniuriam illatam fratri tanquam propriam vindicare teneatur. C. de his quibus vt indig. l. fratrem. & l. sororem. &. C. qui accusa. non pos. l. senatus. Sol. dico fratrem non esse idoneum testem in cā criminali fratris, sed suspiciosum: ideo non admittendum. ¶ Quid autem si iudex eum admisit, & examinauit? Respond. non valet dictum eius, nec fidem facit: quia factum iudicis nō potest tollere iura naturalia, vt consanguinitatis, & sanguinis. ff. de ferijs. l. j. §. si uerò. ff. de regul. iur. l. factum à iudice. ī princip. & hæc omnia vera sunt si non sunt in eiusdem patris potestate multò magis si sunt in eiusdem patris potestate. Quid in consobrino? Respond. idem: quia eadem est ratio: ergo & idem ius. ¶ Præterea sola affinitas videtur repellere posse testem, vt in authen. de testi. §. quia verò. in gloss. magna. quæ incipit. imò videtur quod affinitas inducit suspicionem. ff. de procur. l. aut affinitate. C. de excu. tut. l. humanitatis. & testes debēt oī suspicione carere. l. titium. in princ. ff. de testib.

Tractatus domini Nelli de sancto Geminiano de testi.

SVMMARIVM.

1 *Omnes possunt esse testes, qui non prohibentur.*
A testificando repellitur, qui prohibetur à iudicando.
3 *Inimicus etiam reconsiliatus, de recēti repellitur à testimonio.*
4 *Inimicitia an sit parua uel magna, arbitrio iudicis relinquitur.*
5 *Amicus non oīnò à testimonio repellitur, sed ei minus creditur.*
6 *Cōiurator, seu conspirator, repellitur à testimonio.*
Testes instrumenti, uel scripturæ non repelluntur propter amicitiam.
7 *Pater uel mater pro filio, uel filius pro patre uel matre, quādo possit esse testis?*
8 *Consanguineo in contradictorio iudicio, minus creditur, sed in non cōtradictorio magis.*
Frater pro fratre, & contra fratrem, in causa ciuili admittitur: secus in causa criminali.
9 *Collaterales & consanguinei, uolentes, inter se admittuntur etiam in criminali.*
Et quādo inter extraneos in causa ciuili?
10 *Socius pro socio testificatur, si emolumentum ad ipsum non spectat.*
11 *Domestici, quando admittuntur?*
Clientulus & mercenarius, domestici sunt.
12 *Vasallus testificatur pro domino, & contra dominum: libertus cōtra patronum non testificatur.*
13 *Testis de uniuersitate, quando poßit esse in causa uniuersitatis.*
14 *Prælatus uel rector ecclesiæ in causa suæ ecclesiæ potest esse testis.*
15 *Criminosus in crimine perseuerans, non admittitur ad testificandum.*
Si ex quatuor existētibus ī una domo, unus occiditur, an alij poterint examinari?
16 *Particeps criminis, non admittitur etiam ad iudicium, præterquam in causa hæresis, & symoniæ.*
Infamis & legibus odiosus, testificās cōuinci debet per idoneos.
17 *Homicida admittitur de iure ciuili: secus de iure canonico.*
Testis qui interrogatus dicit se homicidam, non potest puniri.
18 *Fur, raptor, & adulter manifestus, uel quilibet existēs in peccato mortali non admittitur.*
Associās aliquam ad committendum adulterium, an admittatur in causa adulterij?
19 *Infamis quādo admittatur in testem?*
Infamia testis, poterit etiam post mortem probari.
20 *Excommunicatus & suspensus à testimonio repellitur. et an pro excommunicato, uel contra excommunicatum.*
Accusator, non potest esse testis.
Hermaphroditus, non admittitur.
Nec Iudæus, uel paganus, uel hæreticus, cōtra Christianum: pro Christiano sic.
21 *Impubes quibus casibus testificetur, & factus pubes potest testificari de eo quod uidit in pupillari ætate.*
22 *Monachus & canonicus irregularis, non testificantur sine licentia superioris: in causa suæ ecclesiæ sic.*
Clericus ī causa suæ ecclesiæ admittitur.
Administrator ecclesiæ admittitur super contractu quem celebrauit.
23 *Seruus, quādo poßit esse testis?*
24 *Testis intestabilis, qui communi opinione reputatur testabilis, quādo admittatur.*
25 *Cōditio testis inspicitur, tempore testimonii, quando testes sunt de substātia rei.*
26 *In probāda inhabilitate testis, sufficiūt duo testes.*
27 *Dictum testis, trahitur ad tempus iuramenti.*
28 *Qui non potest facere testamentum, nō potest ferre testimonium.*
29 *Cæcus testificatur de auditu, quando habet uoces notas, & de his quæ uidit ante cæcitatem.*
30 *Pauper quando admittatur ad testimonium, & de his qui portant crucē.*
31 *Iudex, aduocatus, procurator, actor, & assessor, quādo poßint esse testes?*
32 *Mulier in criminalibus non admittitur, in ciuilibus sic, & in codicillis.*
Mulieri inspicienti aliquam, et asserenti non esse cognitam, an credatur?
33 *Fideiussor pro debitore qui soluendo est, testificatur.*
Cedens pro cessionario, an possit esse?
34 *Creditor pro debitore, non testificatur.*
Non testificatur quis contra eum, quem in ius uocare non potest.
Legatarius, tutor, familia officialis quando?
35 *Frater pro uxore fratris testificatur.*
Magister pro discipulo, compater pro compatre quando?
36 *Maior. lxx. annis. non compellitur esse testis.*
37 *Iudex, dat saluum conductum testibus.*
Testes non uocātur à lōge. qn̄ plus expēderetur quā esset ualor causæ.
Testibus, debent expensæ fieri.
38 *Testes si sunt citati, & non comparent, & quid si tardant deponere de remedio, remissiuè.*
39 *Testis qui non uult cōparere ut ueritas occultetur, punitur crimine stellionatus.*
40 *Testis, quibus casibus cogatur testificari?*
41 *Testis qui uenit ad iudiciū et iurauit nō recedere sine licētia iudicis, quòd non possit teneri ultra. xv. dies.*
42 *Testis qui non fuit citatus nec monitus, si deponit cū iuramēto, probat.*
43 *Testium receptio, contra non citatum, non ualet.*
44 *Iudex debet inquirere de conditione testis: & si non īquirit, dictū ualet.*
45 *Quarta dilatio ad producēdos testes, qn̄ detur, & quādo quinta?*
46 *Ante publicationem. idē testis sæpe non producitur nisi ex causa.*
47 *Testes possunt produci publicatis testibus: etiam si est renunciatum productionii testium.*
Renunciatio facta specialiter de non producendo testes super aliquo capitulo, tenet.
48 *Iudex inquirens, publicatis testibus, potest testes inducere.*
49 *Iudex ex officio potest recipere testes in causa, post aperturam testium, etiam ad coadiuuandum.*
50 *Procurator non īducit testes, stante statuto, quòd non possint induci nisi à principali.*

Tractatus Circa materiam teſtium.

51 Si teſtes ſunt recepti parte abſente, intelligitur parti exceptio reſeruata.
52 Teſtes ſi ſunt præſentes, examinantur per iudicem.
53 Iudex quãdo poſſit mittere notarium, ad examinandum.
54 Si teſtis dicit nõ dixiſſe, prout ſcripſit notarius, creditur magis notario ſi iudex fuit præſens. & nu. 246. & . 251.
55 Teſtibus productis, poteſt opponi cõtra earum perſonas.
Exceptio ſi obſtat uni, nõ retardat proceſſum ſi adſunt alij.
56 Exceptio cõtra teſtes, quãdo ſit proponenda.
57 Producẽs teſtes, opponit cõtra eius pſonam ſi cauſa de nouo emerſerit.
58 Proteſtatio facta cõtra perſonam teſtis, cõtra me producti ſi pro me deponit, mihi nõ nocet niſi fuerit talis proteſtatio ratificata per partem.
Facta publicatione, nõ poteſt obijci cõtra perſonas teſtium niſi proteſtatio fuerit à principio facta.
59 Teſtis iuramentum, quid cõtinere debeat?
60 Teſtis qui depoſuit nõ iuratus, ſi poſtea iurat, nõ probat.
61 Iurare de credulitate, quis poſſit?
62 Eccleſia ut poſſit arma ſpiritualia exercere, ſufficit quòd habeat iuſtitiam ueritatis indubitãter, licet nõ probatam.
63 Teſtis qui iurat dicere puram, & meram ueritatem, deponẽdo de fama nõ probat.
64 Teſtis qui nõ iurat tactis ſcripturis, ſi deponit falſum poteſt puniri.
65 Dies depoſitionis teſtis qui iurauit & depoſuit, editur, et nõ iuramẽti. & numero. 71.
66 Teſtis compellitur per ordinarium, ut iuret coram eo.
67 Teſtis qui iurat dicere ueritatem ſuper articulis, ſi deponit extra, quãdo probet.
68 Iuramẽtum teſtis, poteſt cõſenſu partium remitti.
69 Teſtis iurãs dicere ueritatem ſuper tota cauſa principali, intelligitur ẽt ſuper emergẽtibus.
70 Habẽs terminum ad probãdum, nõ dicitur probaſſe, ſi facit teſtes in termino iurare.
72 Teſtis qui iurauit in termino, licet extra terminum deponat, dicitur in termino depoſuiſſe.
Citatio partis, quòd requiratur in iuramẽto teſtium.
Teſtes nõ præſumũtur iurati niſi de iuramento in actis appareat.
73 Teſtes poſt litem conteſtatam, nõ ante recipiuntur, ubi ponit. xxxiiij. caſus, in quibus recipiuntur ante litem conteſtatam.
74 Teſtes recepti ante litem cõteſtatam, ut quia ſenes uel infirmi nõ publicãtur. & quãdo publicẽtur reo præſente in iudicio & actore abſente infrà numero. 78.
75 Quãdo teſtes dicũt ſe nihil ſcire, poſſunt alijs publicatis teſtibus ſuper eiſdem capitulis produci.
76 Teſtes examinandi ad æternã rei memoriã, corã quo iudice examinẽtur?
77 Teſtes ad æternam rei memoriam pro reo publicati, eidem proſunt ſaluo iure opponendi contra perſonas eorum.
79 Citatio perſonalis, an requiratur quãdo teſtes extra ordinẽ examinãtur?
80 Præſentia partium quòd non ſit neceſſaria, quando teſtes publicantur.
81 Atteſtationes non publicatæ, nõ faciũt fidem.
82 Poſſidens poteſt petere examinari teſtes, ad æternam memoriam. ſecus ſi nõ poſſidet.
83 Duo teſtes, regulariter ſufficiunt.
Septuaginta duo requiruntur, in depoſitione epiſcopi Cardinalis.
Quadraginta quatuor, in preſbytero cardinali.
Viginti ſex, in diacono cardinali.
Septem aliorum clericorum.
84 Quinq; teſtes requirũtur, in probanda ſolutione debiti in ſcriptis, & quibus caſibus requirũtur plures uel pauciores, latè. & uide etiã nu. 87.
85 Dicto unius teſtis, quãdo credatur, ubi ponuntur. xxix. caſus.
85 Volẽs producere. xl. teſtes, & iudex nõ uult recipere niſi, xx. quod poterit appellare.
88 Tabellio qui cõfecit inſtrumẽtũ, quòd cõnumeretur in numero teſtium.
89 Practica examinandi teſtes nõ latinos, per notarium latinum.
90 Teſtis quòd nõ poſſit dictum ſuum in ſcriptis deponere, maximè ĩ criminalibus.
91 Teſtis nõ examinatur ſuper articulo, ſuper quo nõ eſt inductus, & quando iurat ſuper eo ſuper quo non fuit inductus.
92 Teſtis deponẽs ſuper depẽdentijs, & connexis, nõ dicitur deponere extra articulum.
93 Articulus quòd producatur, nõ eſt de ſubſtantia probationis.
94 Dictum teſtis uerum, in articulo non uitiatur, ſi teſtis dicit falſum extra articulum.
95 Iudex cogit teſtem in iudicio ad dicendum ueritatem, licet extra iudicium dicat ſe nihil ſcire.
96 Teſtes qui cõpelli poſſunt, quando deponunt ſpõtè debet in actis redigi.
97 Expenſis producentis mittitur notarius, ad egregias perſonas.
Teſtes de longinquo producens, facit expenſas.
98 Teſtium dicta, ſcribi debent.
99 Teſtes debẽt ſecundum interrogatoriam examinari, ut proſint producenti: aliàs habentur pro non receptis.
100 Teſtimonia iudiciaria, duobus modis dicuntur.

101 Teſtes ſeniores, præferuntur iunioribus.
102 Inſtruere teſtes qui interfuerunt negotio, licet.
103 Teſtis ſuſpectus, interrogatur de circunſtantijs.
104 Teſtis unus ſubrogatus loco alterius, propter caſum ad actum ĩchoatũ debet interrogare alios teſtes de geſtis in eorum præſentia.
105 Teſtis ſentiens commodum etiam in conſequentiam, quando poſſit teſtificari?
106 Teſtes repeti, quando poſſint?
107 Teſtis quando poſſit dictum ſuum declarare, corrigere, uel interpretari, uariare non poteſt.
108 Iudex poſt concluſum in cauſa, an interroget teſtes?
109 Teſtis etiam ex interuallo, declarat dictum quando fungitur officio iudicis. & teſtis.
110 Teſtis qui uariat, an probet. & ſi dicit primò quod non recordatur poſtea ſic, ſtatur ſecundo dicto.
Dicto teſtis facto in iudicio. ſtatur licet contrariũ extra iudiciũ dixerit.
111 Si dixit imo ſic, ſtatur ſecundo.
Teſtis ſi dixit hodie neſcio, poteſt cras dicere ſcio, & ſtatur ſecundo, ſi dicat antequam ſit locutus cum parte.
112 Teſtis deponẽs ambiguè, quãdo poterit ĩterpretari pro quo depoſuerit?
113 Teſtes magis idonei, requiruntur magis in criminalibus quã ĩ ciuilibus.
Iuramentum in ſupplementum probationis, non defertur in cauſa criminali ciuiliter mota.
114 Teſtes in cauſa criminali torquentur. et quid in ciuili?
115 Teſtis quando uacillat notarius, ſcribit uacillationem de mandato iudicis: idem ſi trepidat, uel mutat colorem in facie.
116 Teſtis deponens de uiſu, poteſt reprobari ratione naturali.
117 Teſtis deponens ſuper inquiſitione, ſi dicit occidẽtem cognouiſſe, ſed non occiſum, non probat.
118 Teſtis deponens ſuper inceſtu, ſi deponit coniunctionem carnalẽ, & non cõſanguinitatem, an probet?
119 Teſtes quorum unus deponit de ueritate, alius de fama, probant.
120 Publicatio teſtium, qualiter fiat, & in ſcriptis redigatur?
Publicatio teſtium, non poteſt peti ab eo qui eos non produxit.
121 Publicatio teſtium ſi omittatur, iudicium tamen ualet.
122 Publicatione facta, poteſt contra teſtes conſenſu partium opponi.
123 Publicatis teſtibus. quibus caſibus poſt didicita teſtificata poſſint teſtes produci? ponuntur. xix. caſus.
124 Teſtes poſt didicita teſtificata, non poſſunt ſuper eiſdem articulis examinari, ſuper alijs ſic.
125 Teſtes ſi rectè culpa iudicis non fuerũt examinati, publicato proceſſu poterunt iteratò examinari.
126 Teſtes etiam de uolũtate partium, nõ admittũtur poſt didicita teſtificata.
127 Teſtes examinantur poſt didicita teſtificata, quando primi dixerunt nil ſcire, uel non recordari.
128 Teſtes publicato proceſſu, poſſunt admitti ad probandam exceptionem ſi terminus ſtatutus ad probãdum, nõ ſit lapſus.
129 Teſtes ut probent, neceſſariò concludere debent & aſsignare rationem dicti concludentem.
130 Teſtis debet reddere rationem per eum ſenſum de quo percipitur id, de quo teſtificatur.
131 Senſus uiſus, quomodo pro omni ſenſu corporeo accipiatur.
132 Viſus propriè & ſtrictè, eſt actus uidentis oculo corporali & intellectuali.
133 Poſſeſſio, probatur per uiſum.
134 Teſtis ſi deponit aliquem dominum quia uidit, non probat.
135 Teſtis deponens ſuper his quæ percipiuntur iudicio intellectus, nõ probat, niſi reddat rationem dicti.
136 Ratio teſtis bona, facit dictum bonum, & mala malum, & dictum adaptatur, ad quod ratio.
137 Teſtis debet à iudice interrogari de cauſa ſcientiæ, & ſi non interrogat, præſumitur in eo malitia.
De circunſtantijs, non poteſt interrogari.
138 Teſtis ſemel reddens cauſam dicti, non debet ulterius interrogari, ſed de circunſtantiis ſic, ad ueritatem inueſtigandam.
139 Teſtis ſi non reſpondet in cauſa ſcientiæ, ſtante ſtatuto, quod de cauſa ſciẽtiæ ĩterrogari debeat: aliàs non ualeat depoſitio, quòd nõ pbat.
140 Teſtis aſsignans ineptè rationem dicti, non probat, ẽt ſtante ſtatuto qđ teſtibus credatur, licet non reddant bonam rationem.
141 Teſtis non reſpondens de cauſa, quia non fuit interrogatus, probat.
142 Teſtis ſi in reddendo cauſam rationis, dicat ſic: quia ſic reperio in meo memoriali, quod de hoc feci, probat.
143 Teſtis dicens: quia præſens fuit probat uiſum & auditum.
144 Teſtis deponẽs per uerbũ credo: in ijs quæ ſunt de peritia artis, an pbet?
145 Teſtis deponens per uerbum neſcio, non debet ulterius interrogari.
146 Ratio in teſte ſuper filiatione, emancipatione, uel communi opinione, qualis eſſe debeat?
147 Teſtes deponẽtes ſuper dominio, debẽt de facto: & nõ de iure deponere.
148 Teſtis ſi dicit, uidi quem ſanum. an probet. ſi dicit uidi publicum inſtrumentum.

Teſtis ſi

149 Testis si dicit, quod uidit furari capam Martini, probat furtum.
150 Si dicit quòd loquebatur, probat.
151 Si dicit quòd talis dixit uerba displicibilia, probat & inductus ad probandam defensionem probat, si dicit quod uidit.
152 Testis deponens de causa uisus idonea, licet loquatur grosso modo, probat etiam auditum.
Sensus exteriores, sunt quinque, & qui interiores.
153 Bartholus cum intellectu uolauit ad ea quæ non possunt intelligi, nec probari nisi per summos uiros.
154 Verbum principale libelli, dicitur substantia libelli.
155 Adiectiua libelli, sunt conditio, modus, demonstratio, qualitas, locus, tẽpus, quantitas, & similia.
156 Si ago quod promisisti purè: & probatio est quod sub cõditione, an dicatur probata intentio?
157 Si ago quod mutuaui sub conditione, & probo quod mutuaui purè non probatur contractus.
158 Testes deponẽtes circa demõstrationẽ, quomodo debeãt cõcludere?
159 Si accuso Petrum & Seium, quod intulerũt in Petrum duo uulnera, ex quibus mortuus est, non probo de Seio sed de Titio quod Titius condemnetur.
160 Testis reprobatorius, si ĩterrogatus nõ reddit causam, non probat ita perfectè sicut ille qui reddit bonam.
161 Testes quãdo sunt cõtrarij, illi præualẽt qui reddũt meliorẽ causam.
162 Notarius & testes tenẽtur ad ĩteresse partis, etiam ratione erroris.
163 Testis deponẽs de auditu, regulariter nõ probat. & ibi qñ, remissiuè.
164 Testis qui dicit credere, uel sic sibi uideri, nõ pbat, & quid si dicit, sic mihi uidetur?
165 Testis interrogatus de diffinitione rei, debet respõdere.
Diffinitiones quæ sunt iuris, pertinẽt ad doctores.
166 Testis dicẽs quod uidit Titiũ tenere & possidere probat, licet interrogatus quid sit possessio, respõdeat nescio.
Testis põt ĩterrogari, qũo ĩtelligat uerba iuris, & tenetur scire iura:
167 Ius pro facti qualitate, interdum ponitur.
168 Testis debet haberé notitiam sensus, non impressionem intellectus.
169 Testes cõtrarij, cõcordãtur ĩ numero pari, ad euitãdam pœnam.
170 Attestationes quæ sunt interpretãdæ in meliorem partem.
171 Testis, quia uicinus, probat quem bonum et malum.
Testis qui dicit scio, quia scio: an probet?
172 Testis ĩterrogatus de fama, licet dicat uera in capitulo cõtẽta, nõ pbat, nisi dicat causam, & à quibus habuit ortũ ẽt nõ interrogatus.
173 Famam nõ probat testis qui dicit, publicè dicitur.
174 Testis interrogatus de ueritate, si dicit se nihil scire, ĩtelligitur de ueritate, non fama.
175 Famam probat testis, non solũ de his de ratione, sed quibus reddit etiã eorum de quibus non reddit.
176 Testi in ĩfamia alicuius non creditur, nisi reddat rationem, & quãdo sufficiat deponere in genere?
177 Testis deponens de fama in causa appellationis, debet probare per id quod incidit ante litem motam.
178 Credulitas in teste, non excusat à calumnia in iudicio.
179 Rusticus deponens super possessione si dixit, quia uidit quod possedit tãto tempore, probat.
180 Testis qui dicit Titium possedisse decem annis, & non dicit, de quibus, singulariter non probat.
Et si dicit possedit decem annis, & plus, nihil operatur.
181 Testis dicẽs Titiũ possedisse per annum, patiente Seio, non probat.
182 Testis inductus ad probandum mutuum, ut probet, qũo deponat.
183 Si ex testibus unus deponit de quinq;, alius de decem: non probatur contractus in quinque.
Decimæ receptio, et iurisdictionis exercitiũ, pbatur per testes singulares.
184 Testibus discordantibus de ualore, seu æstimatione rei, quibus stetur, & qũo magis duobus affirmãtibus, quã mille negãtibus credatur.
185 Testis examinatus in palatio Potestatis, dixit contractum celebratum in palatio episcopi: super alio articulo dixit ĩ hoc palatio, saluatur eius dictum ad pœnam euitandam.
186 Si unus testis dicit de se, & socio, & similiter alter: an probant & dicantur singulares?
187 Simul dicitur fieri quãdo ordo, uel narratio facti non permittit aliquid simul fieri, sed successiuè.
Adulterium probatur per testes, qui uiderunt adulterãtem per rimulam, unus post alium.
Vsurarium aliquem esse probatur per testes singulares.
188 Aliquem se exercuisse iurisdictionem. Cecus super iurisdictione.
Aliquem se cecum. ciuitatem habere ciues. Aliquem esse filium filij. Aliquos esse fratres quomodo probentur?
Aliquem contractum factum à muto, quomodo & qualiter probetur.
189 Interesse singulare qualiter probetur per testes?
Si unus testis deponit de decem, alter de. xv. an sint contrarij?
190 Testis super identitate rei remissiuè. Item,
Testis qualiter deponat, ut imponat fidem instrumento, qđ legi non põt.
191 Arbitrio iudicis committitur, an sit fides testibus adhibenda.
192 Necessaria ad fidem testis, & ut periurus puniatur.
193 Testi pro una parte deponenti, si interrogatus pro alia noluit respõdere, non creditur.
194 Testibus simul examinatis, licet probent, tamen non creditur.
195 Testes deponẽtes per eũdẽ præmeditatũq; sermonẽ dicuntur subornati.
Arbitrarium est iudici, eis credere.
196 Testis qui dicit testamẽtum falsum, sed de tenore non recordatur, nõ impedit aditionem ex testamento.
197 Testis qui dicit notarium errasse, puta non audiuit hæc uerba, probat errorem, sed non qualiter.
198 Testis semel inductus, si super eodem, secundò inducatur, & dicat non recordari, qualiter deposuerit, & aliter deponat, an probet?
199 Testi non plenè factum narrãti, non creditur.
200 Testi plus perito creditur, etiam si negatiuè loquatur.
201 Testis deponens super eo quod est remotũ à natura cõtractus, nõ pbat.
202 Testis qui accepit pecuniam ad deponẽdum, in præiudicium eius à quo accepit pecuniam an ei credatur?
203 Testis recipiens pecuniã ut dicat testimonium etiã uerũ, punitur de falso.
Dans pecuniam testi ut uerum testimonium dicat, punitur.
204 Testes non pereunt, instantia perempta.
205 Testium dicta an faciant fidem in alia instantia, an cõtra ipsosmet testes?
206 Testes recepti ad excipiendum, quando faciant fidem ad agendum?
207 Testis deponens super alio, quàm fuerit inductus an probet?
208 Testes non rectè examinati, probant in longinquis partibus.
209 Testis, non tenetur recordari de tempore.
Nec uitiatur dictum, si non deponit de loco & mense.
Tenetur habere notitiam diei: quando est de substantia.
Melius debet recordari de loco, quã de tempore.
In criminali, non tenetur de die deponere.
210 Testis si non recordatur de tempore, ualet testimoniũ eius in interdicto.
Et si errant in tempore, probatur spoliatio.
211 Negatiua, qualiter possit per testes probari.
212 Testis examinatus, qui non debuit examinari quod non faciat indicium, & quando & qualequale præiudicium.
213 Testes singulares, non probant contractum usurarium, nec certum crimen hæresis.
214 Testes dicuntur singulares, in actu distinctiuo.
Testes dicuntur uarij & singulares, qñ unus de una, alius de alia pbat.
215 Testibus contrarijs, & inter se repugnantibus absolutè, et simpliciter nõ adhibetur fides.
215 Testes adinuicẽ repugnantes non simpliciter, sed secundum quid, quia unus de maiori, alter de minori, statur minori.
Testis qui uarius, qui contrarius, & qui uacillans.
217 Testis sibijpsi cõtrarius, per dolum punitur.
218 Testis qui habet cõsimilem causam, est suspectus.
219 Iudex non tenetur facere scribi in actis, quare non adhibet fidẽ testibus.
220 Acta iudicij ualent, licet in eis non sint scripta nomina testium.
221 Actus celebratus coram populo, uel populum repræsentante non requirit præsentiam testium.
222 Si ex testibus aliqui dicunt filium in maiori quantitate institutum filiam in minori, alij dixerunt eos institutos, æqualiter intelligitur, scilicet eodem tempore.
223 Concessionem factam motu proprio, nõ probatur testibus.
224 Protestans contra testes potest uti eorum dictis ad excludendas probationes aduersarij, non ad fundandã intentionẽ. Et si petit pro se examinare, uidetur à protestatione recedere.
Solus consensus partium non sufficit, ad cõualidanda dicta testium quæ nõ ualent.
225 Testis qui primo deposuit, postea super ultimo interrogatus dixit se nescire, intelligitur nisi ut supra dixit.
226 Testis interrogatus de aliqua re, si dicit se obliuioni tradidisse propter infirmitatem, iustè allegat.
227 Testis examinatus ĩ loco, ubi quis passus fuit casum: facit fidem alibi.
228 Instrumentum, qualiter reprobetur per testes.
229 Instrumenta & testes, an possint pro parte acceptari & pro parte non.
230 Cõtrarietas testiũ uel uarietas, qualiter sit cõcludenda etiã ut probẽt?
Iudex habet arbitriũ, quando dicta testium sunt cõtraria.
231 Testis falsus, uariãs, qualiter puniatur.
Cautela pro teste, quando torquetur.
232 Iudex non admittens defensionem iuris, punitur ac si non admitteret defensiones innocentiæ. suprà in. l. presbyteri. nu. 14.
233 Testis qui dicit falsum in circunstantijs, quod tenetur de falso.
Iuramẽtũ præstitum super principali, trahitur ad oẽs circunstantias.
234 Testis studiosè nõ reddens causam sui dicti, tenetur pœna falsi.
Testis qui dicit, nõ recordor, tenetur pœna falsi qñ certũ est qđ recordatur.
235 Testis non debet asserere, nisi quod uidit & sensit: aliâs est falsus.
236 Testis non dicitur falsus, si dixit ad se non spectare commodum, & tamen spectat tanquam cuilibet de populo uel uniuersitate.

237 Testis qui falsum dixit coram iudice, præsente parte, punitur de falso sine citatione. supra in. l. presbyteri. nume. 15.

238 Testis inutilis producēti, & aduersario non nocens, pōt accusari de falso.

239 Testis falsum dicens, præter conscientiam domini, domino nō præiudicat.

Testi falsum dicenti, super uno non creditur in alio.

240 Testis qui in sua testificatione aliquid falsi inserit, uel addit, aut uera detrahit, tota testificatio uitiatur.

241 Testis in articulo mortis constitutus, si dicit se falsum deposuisse non nocet uictori.

242 Producens falsos testes producti, & mandator possunt omnes uno libello accusari.

243 Testis occultans ueritatem, punitur acsi falsum diceret,

Iudex ex officio, potest fustigare testem, falsum dicentem coram se.

244 Testis falsum dicens coram iudice non suo, potest ab eo puniri.

245 Testis deponens falsum corā arbitro, remittitur puniēdus ad suum iudicē.

246 Testis receptus à notario in iudicis absentia, si dixit aliter deposuisse quam scriptum reperiatur, cui magis credatur? nume. 25. & 254.

247 Testes testamenti non præsumuntur rogati, & quibus casibus debeant esse rogati?

248 Testes debent cognoscere contrahentes, si agitur de probando actu. secus si de solennitate.

249 Testes super lite coram arbitro pendente, possunt coram iudice examinari, nec requiritur litis contestatio.

250 Arbiter quòd non poterit examinare, an testes examinati coram iudice dixerint ueritatem.

251 Magis creditur notario quā testi, dicēti aliter fuisse scriptum quam deposuerit.

QVia testium materia amplissima est & diffusa, & per multos doctores tractatur diffusè, & maximè per Spe. decreui sub compendio verborum omnia quæcunque inueniam, breuissimè per conclusiones colligere sequendo in quibusdam ordinē Spec. & omnia eius dicta, conclusiuè recitabo ego Nellus de sancto Gemi. iuris vtriusq; do. precibus aliquorum sociorum meorum humiliter condescendi, ad hoc opus compilandum. Suscipiant igitur lucidum & fauorabile munus: ꝙ longo meo tempore instantissimè petierunt.

1 SCiendum primo † est quod omnes possunt esse testes, qui non prohibentur: vnde edictum de testib9, est permissorium, vt. ff. de testibus. l. prima. §. primo. cuncta enim licita sunt nisi decreto aut lege ꝓhibeātur. ff. ex quibus causis maiores. l. nunquam eis. & extrà de desponsa. impube. c. ad dissoluēdum. sic ergo quicunque nō prohibetur à testimonio potest testificari.

2 VIdeamus † ergo nunc qui prohibentur. Et generaliter nota ꝙ omnes qui prohibentur accusare per ti. C. qui accu. nō pos. prohibentur testificari in causa criminali, vt not. in rubri. C. qui accusa. non pos. & in. c. testes. iiij. q. j. & qui non admittitur in causa principali, non admittitur in causa app. vt in. c. romana. de appel. in, vj. & qui repellantur vide glo. j. q. j. c. si quis & iiij. quæstio. v. in summa & qui repellitur ab accusando, repellitur à testimonio. vide gloss. in sum. quarta quæstione tertia. & secunda.

3 INimicus à † testimonio repellitur idem si cū inimico habitat, si est inimicus propter litem criminalem, illa durante non admittitur si propter ciuilem admittitur, sed tempore disputationis discutietur, an ei sit fides adhibenda. Inimicus ergo magna inimicitia repellitur à testimonio, secus si parua sit, vt in Specu. de teste. in princ. Sed Inno. in. c. cùm oporteat. in fin. de ac. dixit ꝙ inimicus reconciliatus non admittitur ad testimonium, si reconciliatio erat recens. secus in antiqua. quia ex antiquitate temporis præsumitur obliuio. vide glo. iiij. q. v. C. accusatores. quæ est not. ad hoc. facit. ff. de vsucap. l. furtum. §. fundi. & ꝙ nota. in cap. per tuas. de symo. in gloss. in versic. testes, &. ff. de excusa. tut. l. athletas. §. dat remissionem. insti. de inuti. stipu. in fin. & dixit Innocen. vbi suprà quòd inimicitia repellitur, si erat capitalis inimicitia, vel magna. vbi tamen erat parua, non repellitur: sed ei adhibetur fides. & vide. C. de testib. in authent.
4 si dicatur. An † autem inimicitia sit magna vel parua, iudicis arbitrio relinquitur secundum Innocen. in. c. cum oporteat. de accusationibus. & vide per Bartolum in le. prima. §. cum quis ff. de quæstionibus. & in gloss. d. c. accusatores. quarta quęstione quinta quę probant supradictam distinctionem. & dixit Innocen. extra de reiudi. c. j. quòd inimicus qui habet iustam causam inimicandi: non repellitur à testimonio, vt ibi nota. per eum vide.

5 AMicus † maxima Amicitia astrictus à testimonio repellitur. secus si leui. de verborum significationibus. l. atè. §. amicos. in Specul. de testi. in princip. & not. in gloss. leg. sciendum. ff. de vsur. non ergo in totum repellitur amicus à testimonio pro amico, sed ei minus fidei adhibetur. vt est tex. in authenti. de mona. §. cogitandum. quod est verum nisi inter eos esset tanta amicitia, quòd in eis sit vnum velle, & etiam vnum nolle, vt. l. etiam. C. de testit. & l. iiij. ff. eodē. & per Ang. in. d. §. cogitandum. qui dixit per illum text. quòd si sunt plures cohabitantes in eadē domo, vnus potest testificari pro alio, sicut & monachi: nec repelluntur ratione cohabitationis sicut nec monachi: nisi alia de causa repellantur, quod est no.
6 ad multa. ¶ † Conspirator, seu coniurator à testimonio repellitur, vt in Specu. de testib. in princip. in ver. item quòd est cōspirator. Testes instrumenti vel scripturæ non repelluntur propter amicitiam, vt not. in. C. qui po. in pigno. ha. leg. scripturas.

7 PAter & mater † regulariter pro filio vel contra filium non testificantur, nec filius pro eis nec contra eos. Item in ascendentibus, & descendentibus vtriusque sexus, in infinitum: vt in Specu. de teste. in princ. ver. item quod est parens. & inst. de test. §. pater. & vide Barto. ff. de test. l. qui testamento. §. his quoque. vbi tractatur nostra materia. ¶ Dicta regula fallit: quia pater potest esse testis in testimonio filij testantis de castren. pecu. Item pater testificatur pro filio in causa religionis. Item mater cum quæritur de ætate genere seu cognatione filij. Quartò fallit in causis matrimonialibus scilicet cum quæritur an matrimonium posit subsistere cum eis propter consanguinitatem vel affinitatem. ¶ Sed si quæritur an matrimonium sit contractum vel non sponsa dicente contrarium, & sponso negante, si ipse sit ditior vel potentior vel honorabilior pater vel mater sponsæ non admittitur. ¶ Si verò pater vel mater inferior sit, vel fauore matrimonij si sunt pares videntur suspecti vnde iudex arbitrabitur. Sed si vir & vxor se habent, vt excedentia & excessa, vt quia vir est ditior illa nobilior vel econtra, etiam iudex arbitrabitur. pater autē & filius qui est in eius potestate eodem testimonio vel negatiuè extraneo simul esse testes possunt. in patris verò testamento filius esse testis non potest nec pater vel qui in eius potestate est, nisi filius testator sit miles, seu de castrensi testetur: quia tunc si ante misionem facit testamētum, pater pōt testis adhiberi. secus si post. Specu. in tit. de teste. in princip. ver. itē quod est parens, de materia vide quod no. ff. de proba. l. etiam matris. & ibi etiam ponitur an pater posit esse testis pro filio emancipato. & etiam ibi not. an socer pro genero, vel econtra frater pro fratre, & de viro, & vxore: & an vnus canonicus posit esse testis in causa capituli, & vide quod no. C. de testi. l. parentes. vbi ponitur de filio adoptiuo.

8 COnsanguineo † minus creditur in cōtradictorio iudicio. l. magis puto. §. in primis. ff. de re. eorum. & Baldus. in conclusionibus tenet, sed non in contradictorio magis creditur: nec est semper standum confessioni eorum. frater pro fratre, & contra fratrem, admittitur in causa ciuili cum non prohibeatur, nisi habeant omnia bona communia pro indiuiso, minor tamen fides ei adhibetur. ¶ In criminali verò non admittuntur præterquam in causa hęresis. nec etiam
9 in criminali † affines admittuntur, sed etiam collaterales, & consanguinei volentes inter se admittuntur etiam in criminali post tertium gradum: quia vsque ad illum non coguntur testificari: si tamen testes in pari gradu, attinent producenti, & ei cōtra quē ꝓducuntur, admittētur: qa par causa affectiōis, ꝓhibitionem tollit, in ciuili autem remoti & propinqui consanguinei inter se, pro & contra, & inter extraneos admittuntur. Argu. tamen contra: quia sunt domesticæ personæ. Specul. de teste. in princip. versi. sed nunquid frater. & an frater admittatur? vide Barto. not. in. d. l. qui testamento. & quando coniunctus pro coniuncto admittitur, vide quod nota. etiam in dicta l. etiam matris. & ibi dixi si consanguinei in causa matrimonij & in causa ecclesiæ, & domestici admittuntur ad testificandū. octaua distinct. c. ij. in glo. & an coniuncti sint idonei? vide glo. in. iiij. q. v. c. j.

10 SOcius † admittitur pro socio pro parte socij, non pro sua, per Innocen. in. c. primo de testib. idem si incidenter sine societate sit res cōmunis. secus si essent socij omnium bonorum, vel

illius

illius rei quæ petitur quæ cōis est. sic ergo solùm considerat, an ad sociū testificantē aliquo casu emolumētū ptineat: & tūc nō admittat. vide Spec. in ti. de teste. in prin. ver. sed nunqd socius. & vide Ang. ff. si quis. l. si duo rei. in prin.

11 Domestici † testes non admittuntur ad testificandum. Fallit. C. de repu. l. consensu, sed colonus & ascriptitius licet domestici sint: tamen admittuntur de cōsuetudine pro domino, sed minor fides eis adhibetur. Cliētulus & mercenarius, domestici sunt. & dum seruiunt nō admittuntur pro domino suo, sed si fuerint olim: nunc autē nō sunt, admittūtur. ¶ Est ergo consilium ꝙ dominus eos liberet, & possunt testificari, nisi constet de fraude, vt in Spec. de teste. in versi. item excipitur. & qui dicuntur domestici, ibi vide. Domestici admittunt in causa ecclesiæ. xxviij. dist. c. ij. in glo. & quādo admittuntur, vide in. d. l. cōsensu. §. sup plagis. & C. de test. l. ij. & xiiij. q. ij. in gl. summæ. admittunt tñ domestici inter se, vbi est par ratio affectionis. idē quādo aduersarius eius inducit, sicut dicimus in aduocato. Fallit quādo sunt tales, qbus imperari pōt ratione patriæ ptātis, vel dominij. Quid ergo in vasallo. j. dicetur. & p Spec. vbi. s. ¶ Seruitores autem familiares, an possunt esse testes pro dño eo quia domestici sunt, vide insti. de testa. §. pater. Sed an q tpe cōtractus erat meꝰ domesticus, postea desijt esse admittatur pro me, vide. ff. de qō. l. j. §. idē. Quid ecōtra. vide eandē. l. j. §. si seruus ad hoc. an subditus admittat pro dño, vide. C. de test. l. eos, qd ecōtra, vide ff. de test. l. idonei. extra de offi. dele. c. causam quę. familiares autē qbus hodie vtimur, possunt testificari pro domino dūmodo honesti sunt per Inno. in. c. fraternitatis. de testib.

12 Vasallus † potest testificari pro domino. licet nō pōt esse iudex. quia plures requiruntur esse iudices, q̃ esse testes. Vel distingue: aut est magnum feudum: & tunc non admittatur. aut est paruum. & testimonium dicat. Vel dic aut vasallus est obligatus ad præstandum domino seruitia tm̄: & non ad fidelitatē. & admittatur in illis q tenēt decimas ab ecclesijs. aut est obligatus qa iurauit fidelitatē: & non pōt: qa iuramētum representat quādā specié seruitutis. & seruus pro domino non pōt testificari. Spec. in ti. de teste. §. sed nunqd vasallus. Vasallus autē potest testificari contra dominum, in cā feudi. vt. C. de test. l. aduersus. & posui in nostro repertorio in ti. de feudis. libertus contra patronum non testificatur: quia eius psona debet videri sibi sancta. Spec. vbi. s. Idē in filio liberti. Spec. eo. ti. versi. Itē ꝙ est libertus.

13 In causa vniuersitatis † vel collegij, quilibet de vniuersitate vel collegio habet testificari, in defectum tamē aliorum, & nō aliter pro ipsa vel ipso: sed contra bene possunt. vel dic indistinctè admitti in ciuili: quia causa vniuersitatis non est singulorum. in criminali verò si prelatus accusetur: tunc aut ab vno de vniuersitate accusatur. & alius de vniuersitate admittitur: quia par in vtroq; ratio est. Aut extraneus accusatur ab vno de vniuersitate: & accusans non inducit socium, nisi in subsidiū. Specu. in titu. de teste. in princi. versi. sed nunquid in casu vniuersitatis. de materia vide glo. iij. qō. viij. c. nihilominus. & insti. de rerum diui. §. vniuersitatis. & ff. de in ius vo. l. sed cum hac. §. qui manumittitur. & sic videtur ꝙ singuli de vniuersitate, sint testes in causa collectarum. In cōtrarium videbatur quasi singuli ferant vtilitatem. argu. ff. de lega. j. l. ab omnibus in prin. In contrarium est cōmunis opi. quia causa non tractatur nomine singulorum. nec singuli propter partes iudicij & præsertim si non sint testes super articulo principali. sed sup incidenti. argu. inst. de test. §. legatarijs. & ff. de iud. l. j. Bald. in conclusioni. in prin.

14 Prælatus † vel rector ecclesiæ in causa ecclesiæ potest esse testis. author tamē & testis simul esse non potest. vnde causam alij cōmittit, & ipse erit testis. & si constituto procuratore dicat Abbas conuentus constituit talem procuratorē Abbas poterit esse testis. & quilibet de conuentu. Et si administrator ecclesiæ contrahit, qui contractus in dubium reuocātur: poterit administrator testificari. vt in Specu. de teste. §. j. versi. sed nunquid rector. Abbas potest esse testis in cā monasterij, vt Inno. in. c. ad hæc. extra de test. vēditor pro emptore, donator pro donatario an admittātur? dic vt no. ff. de test. in. l. omnibus. per Cy. C. eo. l. nullus.

15 Criminosus † si in crimine perseuerat: nō valet eius dictum in criminali, siue in ciuili, etiam dum de crimine ciuiliter agitur: nisi esset tale quod infamiam irroget. & probet hoc per sacerdotem cui crimen confessus est: & hoc vbi crimē manifestum est, sine probatione præsumitur eum pœnituisse, & suæ salutis memorē esse. vbi verò agitur criminaliter siue sit manifestum siue sit occultum: repellitur si aliâs de crimine conuictus existat, vel confessus, vel si ex hoc facto eius opin. sit grauata. vel si ei probari poterit licet egerit pœnitētiam. Is ergo cui opponitur crime non admittitur in ciuili, vel criminali priusq; probauerit se innocentē, siue conuictus fuerit, siue non, dummodo conuenitur. Spec. de teste. in ver. itē opponitur ꝙ est criminosus. ¶ Quid si in vna domo sunt quatuor quorum vnus occiditur. & nescitur à quo: an aliquis eorum admittatur ad testificandum? vide Specu. eod. titu. versi. ꝙ quatuor homines. & Ang. in. l. si in rixa. ff. ad legē cor. de sica. an

16 † autē particeps criminis admittatur ad probationē. glo. in. c. ij. de test. quæ incip. no. quia dicit quod nō. sed ad præsumptionē sic vt ibi. quod intellige speciale vt in crimine Symoniæ, in alio autē crimine q̃ in isto excepto nō videtur quòd particeps criminis faciat iudicium siue præsumptionem etiam ad tórturam. vt in. c. j. de confes. ibi, ciuili cēsemus pœnæ subdēdos ibi tamē glo. dicit quod non creditur quantum ad conuincendum sed quātum ad præsumptionē. Et si intelligas in excepto concordas cum glo. d. c. j. si in alijs cum propter præsumptionē deueniatur ad torturam torquebuntur alij ad istorum testimonium. & sic pœnæ subdētur cōtra illum p tex. in. l. fi. C. de accu. vbi de hoc per Cyn. facit de adulte. c. significasti. & ad sylla. l. prius nam quantumcunq; quis sit infamis, iudęus, & legibus odiosus: tamē conuinci debet per testes idoneos, vt no. in. c. testimonium. de testi. Criminis socius à testimonio repellitur. Spec. de teste. ver. itē quod est socius criminis.

17 Homicida † de iure canonico repellitur: de iure ciuili admittitur. Spec. eod. titu. versi. item ꝙ est homicida. & in ver. itē ꝙ non est probatæ vitæ. licet testis confiteatur se homicidam: non tamen poterit eum iudex punire ex illa confessione: quia non est facta in iudicio. non enim de hoc agebatur. glo. ordi. est. iij. q. vj. hoc crimen incidit enim causæ principali, vt. l. nullum. C. de testi. & est glo. j. q. j. & hoc quippe. secus si confiteatur falsum, vt. d. l. nullum. & C. de epi. & cler. l. presbyteri.

18 Fur † raptor & adulter manifestus. & generaliter in quolibet peccato mortali scilicet manifestè constitutus, repellitur. nam tales sunt infames infamia canonica nec poterit testis qui prætextu criminis repellitur, mihi de crimine obijcere. nec aduersarius meus in ista causa mihi de crimine obijciet, nisi esset tale crimen, quod obijcio testi, cuius ego particeps fuerim in Specu. de teste. versi. obijcitur quod est fur. ¶ Sed nunquid potest esse testis ille, qui associauit aliquem ad cōmittendum adulterium etiam in causa ipsius adulterij, & an possit cogi. vide Inno. in. c. qualiter & quando. el. j. de accu.

19 Infamis † & leuis opinionis non admittitur ad testificandum, nisi in criminibus exceptis: quia tunc admittitur cum tormētis, vel nisi accusatus sit malæ famæ. quòd est verum infamia iuris. Infamis autem de facto admittitur, in causa ciuili vel criminali ciuiliter intentata. Ferre testimonium est dignitas, & est actus legitimus qui actus infamibus interdicitur: & ideo periuri nō admittuntur. Temerarium tamē iuramētum, quem à testimonio non repellit, quæ infamia etiam post mortem testis poterit probari. Spec. de teste. in ver. itē excipitur ꝙ est infamis. Si testis confiteatur se infamem vel inimicum: non creditur ei, quasi propter hoc non sit productus nec iuratus: quia accessorium est: quia nec curat vacillare: tamen si vacillat, non creditur ei. Inno. in. c. inquisitores. de accu. Bald. in conclu. Spec. de teste. ver. ꝙ si testis se seruum. infames inter se admittuntur ad testificādum, vt in authē. de test. §. sancimus. Sed an poterunt adhiberi testes in testimonio. vide. ff. de testa. l. cū leg. An testis infamis vel receptus post terminum faciat indiciū, vide Bal. in. l. ij. C. de epi. aud. & per Bar. in. l. ij. ff. de app. reci. Quid de infami infamia facti, & quid de bannito. vide Bald. ff. de sena. l. cassius. Infamia facti contracti ex periurio repellit: quia periurium sine infamia repellit. Bald. in. l. lucius. ff. de infa. Infamia postea secuta, si retrotrahitur, testimonium medij temporis infringit, ff. de infa. l. furti. §. j. in gloss. vel contra facit. ff. de solu. l. si quis offerenti. §. fina. & l. cum decem. §. fin. eod. titu. & ff. rem ra. hab. l. fina. & l. cum indebitum. §. fin. & quod ibi no. Bald. in conclu.

20 EXcommunicatus † & suspẽsus à testimonio repelluntur. an autem excommunicatus contra excommunicatum admittatur, si omnes de monasterio sint excommunicati, vnus contra alium admittitur nisi iudex ex officio repellat. Specu. de teste. ver. item ꝙ est excommuni. Accusator non potest esse testis: sed promotor inquisitionis vel denunciationis potest, si illam non prosequitur. Specu. eo. tit. ver. ꝙ ipse. Itẽ est testis & accusator. & quando sunt plures accusatores: iudex eligit magis idoneum, & cęteri repelluntur à testimonio. glos. ij. q. j. c. in primis. & vide. iiij. q. iij. in sum. in gl. Cõcubinarius manifestus vel incestuosus, contra accusatum non admittitur. Spe. eo. ti. ver. itẽ ꝙ est concubinarius hermaphroditus non admittitur. Spe. eo. tit. versi. item ꝙ est hermaphroditus. Iudęus paganus, infidelis vel hæreticus non possunt contra Christianũ testificari, etiã si Christianus à Christiano sit conuentus. hęreticus tamẽ contra hæreticum vel paganum admittitur. quod est verum cũ hæreticus agit. Sed si orthodoxus non opponit: tenet dictũ testis. Orthodoxus, admittitur contra infidelem. Specu. de teste. ver. item quod est iudęus infidelis pro catholico, testimonium dicere potest. de pœn. distin. j. c. multiplex. in glos. vide. C. de hære. in. l. quoniam multi. & ibi per Cy.

21 IMpubes † testimonium non dicit: nisi in casibus. ff. de lib. cau. l. fi. in fi. & hoc in ciuili. iiij. q. iij. c. j. In criminali verò etiam factus pubes repellitur, nisi cõpleuerit. xx. annos. nunꝗ tamen ad plenam fidem, sed ꝗtum ad præsumptionẽ faciendam pupillus quandoq; potest recipi: maximè si dominus dicatur à familia occisus. ff. ad sylla. l. ij. §. impubes. sed an factus pubes poterit testificari de eo ꝙ vidit in pupillari ętate? dic ꝙ sic: presertim si erat proximus pubertati. Idẽ de eo quod quidam vidit anteꝗ esset cęcus. Spec. in tit. de test. ver. item excipit̃ ꝙ est impubes. De impube. not. in. l. iij. §. nihil. ff. de test. De seruo facto libero, not. Bar. de verbo. signifi. l. instrumentorum. §. notionem.

22 MOnachus † & canonicus regularis, conuersus, vel alius religiosus, vel aliter sub obedientia positus, non potest esse testis sine licentia eius cui subest. In causis tamẽ suarum ecclesiarum, testificari possunt Spe. eo. titu. ver. item excipitur. ꝙ est monachus. de hoc vide in authen. ingressi. C. de sacrosanc. eccl. & an clericus admittatur in causa ecclesiæ, vel sui canonici, vide. xiiij. q. ij. & in gl. j. & . ij. per Ange. in aut̃. de monachis. §. cogitandũ. & insti. de testa. §. testes. & ibi no. per Spec. de test. ver. quid de monacho. & ver. itẽ ꝙ est clericus. An autẽ administrator ecclesię admittatur super contractu quem celebrauit, vide per Arc. & Io. an. in. c. ro. in. vj. & in. c. sup prudẽtia. xiiij. q. ij. vbi est, tex. sing. & Bal. in cõclu. iuris.

23 SEruus † non potest esse testis, nisi in defectu probationum, secundum quosdam: & nisi in criminibus exceptis. nam tunc admittitur, si accusatus sit de crimine diffamatus: tamẽ eis quandoq; creditur cũ tormẽto, & alijs pręsumptionibus: cõtra dominum vel patronum eis non creditur, nisi in casibus quos habes. iij. q. ij. §. in patronos. Si tamen testis tẽpore quo signauit testimonium erat seruus, sed cõmuniter habebatur pro libero: valet nihilominus testimoniũ. Idẽ si à maiori parte habebatur pro libero, & illud si testis dicit se liberũ, & de hoc pendet iudicium admittitur ad testimonium, & reseruatur in tẽpus disputationis. Ascriptitius potest esse testis, statuliber non potest. Specu. eo. titu. ver. item ꝙ est seruus. Testes non possunt esse serui, nisi in casu necessitatis. ff. de testi. l. serui. dicit tamen ibi glo. ꝙ si præcedit semiplena probatio: tunc testimonium serui cum illa semiplena probatione facit vnam probationẽ. & vide. C. de testi. l. seruos. & . l. quoniam.

24 Testes † qui communi opinione liberi reputantur, licet serui sint, ex liberali successione, per decretũ diui Seueri. vt in. l. j. C. de test. & ibi in hac causa tractari, & per consequẽs est contestis. vt testamentũ nõ sit sine effectu, testificari poterunt in iudicio non obstante seruitute: & ideo nõ traham illud rescriptum ad alium casum quia nõ est nostrum illud extendere. ¶ Si igitur testes fuissent infames: quia de crimine famoso damnati, & per consequens intestabiles, vt. l. ob carmen. ff. de test. licet cõmuni opi. tunc reputarentur bonæ famæ nõ teneret testimonium. Idẽ si ex alia causa: tunc ad testimonium nõ potuissent adhiberi: puta quia erant impuberes, & communi opinione reputabantur adulti: vel erant mulieres, & reputabantur masculi. Cy. tamẽ tenet contrarium in. d. l. j. & non bene iudicio meo, & est. d. Ang. in conclu. Quid si testis tempore quo iurauit, erat testabilis sed tẽpore depositionis erat intestabilis? Dic ꝙ si crimen quod reddit eum intestabilẽ nõ est notorium, dictũ eius recipitur, & in tẽpus reseruabitur disputationis. si verò postea sit notorium: non vitiatur eius dictum: sed fatuus esset si iudex illud reciperet. & vide quod plenè no. C. de testi. l. j. ff. ad car. & . l. iij. §. si duæ causæ. Bal. C.
25 de leg. l. leges. ¶ † Vbi testes sunt de substantia rei: tunc inspicitur conditio testis, tẽpore testimonij, vt no. in. l. ad testium. §. conditionẽ. & . §. nihil. ff. de test. sed in alijs negotijs vbi testes non sunt de substantia rei: impubes potest testificari, pubes factus. & sic de his quæ vidit propè pubertatẽ, & non de his quę vidit prope infantiã. ff. ad sylla. l. excipiuntur. Ratio est: quia quando aliquid est de solennitate debet adhiberi in initio, & vno cõtextu, vt. ff. de test. l. hæredes palam. §. fin. sed vbi nõ est de solẽnitate: tũc non inspicimus initium sed effectum rei. ff. de hær. insti. l. qui soluẽdo. & no. ꝙ ratio cõtrariorum idem facit in casu conuerso. nam si tempore testamẽti est habilis, & probabilis reputationis, licet postea fiat inhabilis: non tamẽ vitiatur testimoniũ. C. de test. l. j. quod est exaudiendum de testamẽto in scriptis. vbi testes nõ habent de veritate deponere, sed solum de solẽnitate. nã ibi si constat de solennitate: quia testes sua sigilla recognoscũt, nõ potest referri quęstio voluntatis: quia certa est, & per scripturã apparet, & toleratur testimoniũ eius: quia habet adminicula per se. s. subscriptiones, & sigilla sua recognoscãt, & testes sic intelligunt̃ l. j. C. de test. & . ff. ad carb. l. iij. §. due causæ. ¶ Item potest intelligi illa lex in testamento nnucupatiuo, redacto in scriptis per tabellionẽ: quia non debet vitiari testamentũ ꝙ apparet ab initio legitimè confectũ. & quia dictum testis scriptura iuuatur: quia mutuò se iuuant nec vitiat̃ testamẽtũ morte testis: ergo nec capitis amissione. Si verò non est scriptũ nec manu authentica roboratũ, distingue: an sit quæstio solennitatis: & inspicitur initiũ. an voluntatis: & tũc tẽpus iuramenti. & ideo primo casu admittitur statu mutato in malo. secũdo nõ & sic nõ vitiatur testamẽtum sed probatio eius vitiatur. Ratio differentiæ dictæ distinctionis est: quia vt dixi quo ad solẽnitatem inspicitur initiũ. Bald. in conclu. ¶ † Sed quid si obijcitur contra testamẽtum ꝙ est contra solennitatẽ: quia vnus ex testibus dicitur tũc fuisse inhabilis: nunquid ad probandum est habilis: & sic ad probandũ solennitatẽ sufficiũt duo testes? dic ꝙ sic: quia potest hæc quæstio examinari, seorsum à principali id est à testamẽto. & est suæ materię per se, & quia eius contrarium id est infamia potest probari per duos testes. secus si quæstio solẽnitatis nõ potest examinari seorsum à prin-
27 cipali, vt no. in. l. ij. C. de secun. tab. Bal. vbi. s̃. ¶ † Cuius tẽporis consideretur integritas testiũ, vide per Bal. in. x. col. in tit. an remoueri debeant test. qui pa. esse desierint. Testes debẽt esse bonæ famę, non solũ tempore iuramẽti, sed etiã tempore depositionis nõ absolutè ꝙ dictum trahatur ad tẽpus iuramẽti, vt in clemen. j. de offi. deleg. quia illud respicit solẽnitatem non secundũ veritatẽ quæ sine examinatione liquere nõ potest. Bal. in. c. j. quot test. sint necessa. ad probã. x. col. & quod depositum trahatur ad tẽpus iuramenti est verũ quo ad implicitam probationẽ. argu. ff. de hære. instituen. l. asse toto. nõ quo ad explicitam. ff. de testamẽ. l. hęredes palã. §. sed si notã.

28 FIcum † quibus non est testam[...]ti factio, nõ possunt testimonium ferre. Specu. de teste. §. item ꝙ est talis cum quo non est testamenti factio. Testis mutus an esse posit, vide in Spe. de teste. §. nunc tractandum. ver. quid de muto.

29 CEcus † testificatur de auditu, maximè si contrahentium voces habuit notas, & maximè de eis quæ vidit anteꝗ fieret cecus. Specu. in titu. ver. sed nunquid cecus. & vide Ang. in aut̃. de hære, & fal. §. si verò expressum vide glo. iij. q. viij. c. testes. & ibi etiam ponitur quid de muto. cecus nõ testificatur de perceptibilibus per visum, nec surdus per auditum secundum Hosti. in. c. ex literis. de test. Bal. in cõclu. & vide Spe. de teste. in prin. versi. sed nunquid cecus. & dixit Bar. in. l. ad testium. ff. de testa. ꝙ testificatur de eo quod vidit anteꝗ esset cecus.

30 PAuper † suspectus, testificari non potest in ciuilibus, sed in criminalibus admittitur cum tormento. pauper honestę vitæ non repellitur, vt in Spec. de teste. versi. item quòd est quòd pauper. Si enim sunt inimici pauperes timet̃ de subornatione. iiij. quęstio. iij. c. item nihil. & in authẽ. de test. §. j. per totum. olim vt qui adhuc portant crucem, & publicè pœnitentes an admittantur. Fuerunt opi. vide in Spec. eo. tit. quid de portantibus cruces. & . C. de hæreti. l. quoniam. & hæc de paupere sufficiunt.

Iudex

31 IVdex †aduocatus,procurator aſſeſſor,exe
cutor,actor vel arbiter in eadem cau-
ſa appellationis, vel principali repellitur à teſti-
monio.eſt enim præſumptio quòd diceret pro ea
parte pro qua prius fuit.quidam tamen admittunt procura-
torem contra dominum.Item admittitur negotio finito.
¶De aduocato dic ꝙ admittitur anteq̃ inceperit patrocina
ri:licet de ſalario conuenerit poterit tamen eſſe teſtis contra
eum pro quo intercedit.Spe.eo.tit.in prin.verſi.item ꝙ fuit
in eadẽ cauſa.An autẽ ille qui eſt vel fuit iudex,poteſt eſſe te
ſtis,vide Ioan.cal.xxviij.di.per Barto.C.de arbi.l.ne in arbi-
tris.& vide de omnibus prædictis in gloſ.ij.q.viij.c.ſtatuen-
dum.& quod dicitur quòd iudex nõ poſsit eſſe teſtis, intelli
ge lite pẽdẽte,& ſuper principali.nam ſuper acceſſorio co-
ram ſe poteſt:non tamen interrogandi ſunt vt teſtes,ſed con
ſulendi tanq̃ ſi fuerint iudices.Spe.eo.tit.ver.ſed quid ſi ſcri
ptus.& ſi ſunt tres,aut quinq; iudices , magis creditur teſti-
bus q̃ eis:niſi etiã ipſi iurati eſſent.Spe.vbi.ſ.& ſi impetres
iudicem quem volebã producere in teſtem,remouebitur à iu
dicando,& erit teſtis.¶Item ordinarius poterit eſſe teſtis cõ
ram officiali ſi neceſsitas imminet.& ſi iudex in teſtem indu-
citur qui iurat ſe nihil ſcire de cauſa:videtur ꝙ nõ remaneat
iudex.Item iudex qui fuit vt ſuſpectus recuſatus,non pote-
rit in teſtem adhiberi nulla de cauſa ſecundũ quoſdã.¶Tu
dic contrarium maximè ſi producens non habebat niſi vni-
cum alium teſtẽ.Spe.vbi.ſ.De procuratore an poſsit eſſe te-
ſtis,dic aut de partium voluntate,& poteſt.aut contra volun
tatem partis,& non poteſt.& ſi eſt procurator litis, non po-
teſt ſi negotiator,poteſt in alio negotio non in illo.Bal.in.c.
ij.in titu.de lega.corradi.x.col.An procurator ad iudicia vel
negotia poſsit eſſe teſtis,dic vt.C.de teſt.l.omnibꝰ.& ibi no.
de proxeneta.& per Bar.in.l.deferre.ff.de vſur.& per Ang.
in authen.de teſti.§.quoniã.& in conſi.ſuo.xxviij.& in Spe.
de teſte.verſi.quid de proxeneta.

32 MVlier †in teſtimonio,non admittitur in ciui
libus ſed in criminalibus exceptis ad
mittitur.In codicillis,& alijs vltimis volũtatibus,
& ſic in alijs caſibus,an admittatur?fuerunt opin.
tene tu quòd admittatur Spec.eo.tit.ver.Item quòd ſi mu-
lier.& vide gloſ.xv.q.iij.de crimine.xviij.q.iij.c.in decima.
de pœn.xxxiiij.q.v.c.mulieres.in gl.& inſti.de teſt.§.teſtes.
Sed nunquid,valeat teſtamentum mulierum,aſſerẽtium poſt
ſuſpectionem aliquam,non eſſe cognitam,vide gloſ.xvij.q.
iij.c.nec aliquam.

33 FIdeiuſſor †poteſt eſſe teſtis pro debito-
re,qui eſt ſoluendo:aliâs nõ,in
Spec.de teſte.ver.quid de fideiuſſore.Sed an po-
terit eſſe teſtis inter debitorem & creditorem?vi-
de per Bar.ff.de lega.j.l.ſi cui.§.fi.An autem poſsit eſſe teſtis
fideiuſſor,vide inſtitu.de teſt.§.legatarius.¶Sed pone mu-
tuaui tibi decem,cùm hoc quòd non poſsit probari,niſi per
duos filios meos,donaui Petro iſtam actionem:an Petrus po
terit per filios meos probare?Reſpondeo ſi donatio incepit
ab actione,non poteſt.ſi à traditione,poteſt,vt in Spec.eodẽ
titu.verſi.ſed pone mutuaui.Sed quid ſi nõ habeo niſi vnum
teſtem,& cedo iura mea.an potero teſtificari proceſsionario
Spe.in tit.de procurato.in fi.ꝙ ſic.facit de procu.c.in noſtra
per Archi.in ſumma.& per Ang.in.l.hæredi.§.nos autem.ff.
de pac.& in.l.ſi quis rem.de procu.

CEdens an poſsit teſtificari
pro ceſsionario?& reſpon.quòd non poſsit.vide
34 per Bald.in verſi.ceſsio.in conclu.Creditor†pro-
hibetur ferre teſtimoniũ pro debitore:vide Ang.ff.de proc.
l.non ſolum.§.quæritur.Quem nõ poſſum in ius vocare,cõ-
tra eum teſtimonium perhibere non poſſum.C.de teſti.l.ad-
uerſus.Legatarius poteſt interdum eſſe teſtis de his quæ in
teſtamento cõtinentur.ff.de teſti.l.qui teſtamento.inſti.de te
ſta.§.legatarius.Tutor interdũ erit teſtis pro pupillo, vt not.
in.d.l.qui teſtamento.¶Familia officialis, interdũ examina-
tur tempore ſyndicatus.vide Ang.in trac.de ſyndicatu.Pro
35 vxore†fratris,poteſt quis teſtimoniũ ferre.Ang.ff.de poſtu.
l.cum eorũ.§.affinitatis.Beneficiati per prælatũ poſſunt eſſe
teſtes de ſua creatione ſeu titu.vt no.in.d.§.legatarius.Magi
ſter pro diſcipulis,an poſsit teſtificari,vide glo.xj.queſtio.j.
c.j.Compater an poſsit eſſe teſtis,vel iudex pro cõpatre?vide
in Specu.latius in tit.de teſte.§.qualiter.verſic.quid ſit ius de
ſpirituali patre,& Guil.de cug.ff.de in ius vocan.l.generali-
36 ter.†Maior.lxx.annis non compellitur eſſe teſtis.inſtitu.de
excu.tu.§.item maior.In qua ætate ſunt teſtes recipiendi,vi
de glo.ſummæ.iiij.q.iij.&.ij.an teſtes prohibiti admittentur,
quando proceditur ſine ſolenitate iuris?vide Bar.ff.de eden.
37 in.l.filius.debet†iudex dare ſaluum conductũ teſtibus, vt ve
niant ad deponendum.vj.q.viij.c.hortamur.in gl.& in Spec.
de teſt.§.qualiter.in ver.debet quoq; ipſius.Teſtes non ſunt
vocandi à longe,quando plus expenderetur q̃ ſit valor cau-
ſæ,ſed debet eorũ examinatio delegari.Bart.in.l.neuia.C.de
an.& tribu.lib.x.Teſtibus debẽt fieri expenſæ,ſed nõ dãna,
vt in.l.quoniam liberi.C.de teſti.&.l.ſi quando.§.cum opor
teat.& Bal.in.l.fi.C.de fruc.& lit.expen.& per eundem in.d.
l.quoniam liberi.C.de teſti.

38 SI teſtes † citati non veniãt
quod remedium competit contra eos,vide Barto.
ff.quemad.teſt.l.ſed & ſi quis.Quid autẽ ſi veniũt,
& retardant deponere,vide per Ange.de are.in.l.pe.in fin.in
Spe.de teſte.§.qualiter autem.ver.cogi debẽt.& adde quod
no.Ioan.cal.xxx.di.& ſeq.Quid ſi ſunt talis conditionis,ꝙ
non coguntur teſtificari:an ſint citãdi?vide per Ang.in aut.
de teſti.in prin.¶Si teſtis extra iudicium coram iudice nõ in
figura iudicij dicat ſe nõ interfuiſſe negotio:tamen debet co
gi ad deponẽdũ,& ſtatur depoſitioni.Bal.in.§.ſi enim.in.c.j.
in tit.quid ſit inueſti.licet Bar.contrarium teneat in.l.eos.ff.
de falſis.Teſtis ſi promiſit teſtificari cogitur teſtimoniũ per-
39 hibere.Bald.C.qui accuſa.non poſ.l.data opera.†Quid ſi te-
ſtes nolunt comparere vt veritas occultetur.qua pœna pu-
nientur?reſpon.quòd nõ punientur tanq̃ falſarij: quia falſi-
tas teſtium propriè eſt per iuramentum.ſed iſte non iurauit.
ergo &c.dic ꝙ criminaliter punientur crimine ſtellionatus.
ſed ciuiliter parti ad intereſſe,vel reipu.per actionem de do-
lo.argu.eorum quæ no.Cy.in.l.j.C.de do.& tangit Innocen.
in.c.j.de fal.& Bal.in.l.preſbyteri.C.de epiſ.& cle.Qualiter
teſtes cogantur,& qui nõ poſſunt cogi,vide in Spe.de teſte.
40 §.pen.¶†Compelluntur autẽ teſtes in ciuilibus cauſis,vbi
veritas per alios apparere non poteſt.xiij.q.j.c.q̃q̃.Item in
cauſis ſpiritualibus,vt in.c.j.de teſti.cogen.Itẽ in criminali-
bus ciuiliter intentatis,puta per inquiſitionem,vt in.c.ſuper
his.eo.tit.Item in inquiſitione & denunciatione, licet quidã
neſciunt qua de cauſa dubitetur:quia tunc repelluntur vbiq;
propter defectũ veritatis,vt in.d.c.q̃q̃.Quidam tamẽ intelli
gunt hoc fore verũ,niſi foret periculũ animæ.¶In criminali
bus autem dico non compelli:quia ibi luce clariores debent
eſſe probationes,vt.C.de proba.l.ſciãt.iiij.q.ij.c.item nihil.
verſi.fina.& Ange.in conclu.Item in caſibus aliquibus,quis
cogitur ad teſtimonium qui regulariter non cogitur.eſt arg.
in.l.j.C.de teſti.ꝙ pater eſt cogendus ferre teſtimonium con
tra filium:& econtra.ſi veritas aliter ſciri non poteſt.& mari-
tus contra vxorem.& econtra.q̃uis aliâs non ſunt cogendi.
ſicut tenuit Mar.de fa.dum eſſet executor in quadam cauſa.
cum maritus teneretur actione depoſiti ad decem, nec aliter
aduerſarius poſſet de iure ſuo probare,niſi per vxorẽ depoſi
tarij,ipſe cõpulit eam ad iurandum.argumen.d.l.j.C.de re-
41 pud.l.conſenſu.†Teſtes poſtq̃ intrauerunt ad iudicium pro
reddendo teſtimonium,non debent redire ſine licentia iudi-
cis.nec iudex poteſt eos tenere vltra.xv.dies:quidus elapſis
illico citati recedunt.vt no.C.de teſtib.l.ſi quando.&.C.de
app.l.eos.& nõ vltra tenentur expectare.arg.ff.de tab.exhi.
l.ij.§.exhibere.& in Spec.de teſt.verſi.teſtibus autem iudici.
in.§.qualiter.facit quòd dicitur de litigatoribus quòd non
debent recedere ſine licentia:aliâs non dicuntur veniſſe qui
non ſteterunt,vt in.c.j.de iudi.& per Inno.in.c.calumniam.
de pœnis.facit tex.in.c.ſtatutum.§.proferẽdo.de reſcri.lib.
vj.dum dicit,ferendo ſtando,& referendo.& Ang.in conclu.
¶Teſtis debet ſatiſdare de non recedẽdo.vel ſi non poteſt,
debet iurare,& ſi alterum non facit.debet duci ad carceres.
42 not.in.l.ſi quando.C.de teſt.†Quid ergo ſi teſtes nõ fuerunt
citati,nec moniti & deponunt,an faciant fidem?text.in.l.li-
bertorum.C.de teſt.videtur innuere quòd non:quia volun-
tarium teſtimonium reprobatur.propter reuerentiam pater
nalem:ergo ceſſante iſta cauſa videtur innuere quòd poſsit
& valeat teſtimonium tale,& videtur in gloſ.l.poſt legatum.
ff.de his quib.vt indig.& eſt caſus in.l.preſbyteri.C.de epiſ.
& cle.vbi tex.dicit,quòd debent eſſe etiã petiti,& citati,mo-
niti,vt ſequitur Iaco.de bel.in.§.ſi verò ignoti.in authen.de
teſti.qui dicunt quòd ſi teſtis deponit nõ citatus,eius dictum
eſt nullum.& ita intelligatur.l.preſbyteri.& quòd nõ eſt ne-
ceſſe,quod cogantur alijs remedijs ſcilicet per capturam pi-
gnorum;quia ſola citatio ſufficit concludens quòd dicta glo.
in.l.poſt legatum.eſt falſa.Sed Bald.in authen.ſed nouo iure.
C.ſi cer.peta.dicit ꝙ ſi tunc ſint producti per partem, ꝙ cre-

ditur eis sponte iurantibus,& deponentibus.secus si nō fuis-
sent producti.& ita saluat.d.glo.¶ Ergo credo illam glo.rore
veram,ex eo ꝙ eoipso ꝙ iudex defert iuramentum testibus.
videtur eos monere ꝙ dicant veritatem,& illa monitio taci-
ta videtur esse maioris authoritatis ꝙ̃ citatio facta per nun-
cium.ita probat glo.Ber.in.c.consuluit.de offi.dele.mouens
se hac ratione,videlicet ꝙ maioris authoritatis est illud quod
fit per se.ꝙ̃ illud quod fit per imaginem.sed constat ꝙ tacita
admonitio resultans,venit ab ipso iudice: est ergo maioris
authoritatis ꝙ̃ sit illa citatio quæ fit per nuncium:quia fit in
imaginem iudicis per Angel.in conclu.& ponit Bald.in.d.l.
presbyteri.& in addi.Specu.in titu.de teste.& per Barto.in
d.l.post legatum. Testis tamen qui non cogitur testificari,nō
est citandus.Angel.in authenti.de test.in princip. Testium
43 †receptio facta contra non citatum,non valet.Abb.extra de
testi.c.in nomine domini.&.C.de testi.l.si quando, & glo.ibi
dicit ꝙ est nulla ipso iure.Bald.in conclu. Nunquid autē po
terit qs cogi,vt dimittat testes testificari contra se?dic vt not.
C.de test.l.nimis graue.

44 DEbet† iudex inquirere de
conditione testis.ff.de ma.conue.l.j.§.si preses.ff.
de testi.l.iij.§.j.ff.de quæstio.l.de minore.§.fina.
Sed si non inquisiuit,non obstante hoc testimoniū nō vitia-
tur:quia cum iudex interrogat debet esse præsens.ff.de testi.
l.curent.& modus quæstionis est in arbitrio iudicis.ff.de quę
stio.l.quæstiones.& tamen ista non sunt de necessitate.argu.
ff.de iudi.l.nō quicquid.qualitas enim testimonij est omissa,
quæ vitiari non debet.ff.de leg.ij.l.cū pater.§.viros.pro hoc
facit ꝙ dicitur quòd testis debet causam sui dicti dicere,& su
per hoc interrogari.vt in aut.de testi.§.& licet.& tamen si est
omissum,non vitiatur testimonium.C.de test.l.solam.Iaco.
de ra.dicit hoc verum esse si testis deponit de insensibili: sed
intellige per alia media sensibilia quòd not.¶ Ad testes pro-
ducendos arbitrio iudicis dilatio danda est in qua possunt
fieri tres productiones,licet secundu maliquos sunt tręs dila
45 tiones.Spe.de teste.§.qualiter.versi.iudex.ergo quarta†di-
latio seu productio, non datur sine tali solennitate scilicet
quod petens iurabit quòd non fuit pronunciatum super di-
ctis testium productorum per se,vel per alium:& quod illā
non petit dolo,machinatu,vel arte:sed quia nequit vti testi-
bus,quos producere intendebat:& tunc concedetur quarta:
licet aduersarius didicerit testificata,vt in ver.quarta autem
productio.in Specula.de teste.& prædicta habent locum cū
producuntur super principali.Si verò sup exceptione pro-
banda,nô datur quarta dilatio,vt in versi.sed cum super ex-
ceptione.Quinta productio non conceditur si in prima di-
latione,& in tertia aliquos produxit,Si verò fuit legitimè
impeditus vt nullū produceret:hoc probato dabitur quarta
& quinta,& millesima,& secundum aliquos secunda, & ter-
tia dilatio si necesse fuerit sine iuramento.in versicu.quinta
refrenabit tamen iudex effrenatam testium multitudinem, vt
ibi per Ange.in.l.quoties.C.de naufra.libro.xj. Vsq; ad quē
numerum debet iudex examinare testes, vide Angelū in au-
thentica de referen.§.palam.¶ An autem testes producti su
per vna causa possunt iterum reproduci in alia super eodem
articu.nota.in.l.pretor.§.hoc edict.ff.vi bono.rapto. Et ante
46 †publicationem non possunt ijdem testes sępe produci nisi
ex causa,& fortè non fuit de omnibus recordatus,vel si non
fuit plenè examinatus,aliâs autem tanꝗ̃ suspectus repellitur
in Specula.de teste.§.satis vtiliter.versicu.nunquid ante.
47 ¶ †Licet sit renunciatum productioni testium: tamen bene
possunt alij produci si non sunt didicita testificata.Angel.in
authen.de testib.§.& licet.& Specu.in versic.iiij.pro hoc di
cto Ang.de renunciatione est gl.no.& ibi per Bal.in authen.
quod semel.C.de proba.aliâs.l.iij.s.de fid.instru.& in aut.
vt ma.credi.& de.§.quia verò.in glo.magna.si tamen specia-
liter renunciatur testibus super aliquo.c.tenet renunciatio
Innocen.in.c.cum venisset.de testib.& non est locus pœni-
tentiæ ad materiam,vide per Ioan.and.in.c.fraternitatis.de
48 testi.& ibi per Innocē.†Item iudex inquirens & promotor
inquisitus,qui suam iniuriam vel interesse non prosequitur
post didicita testificata,potest testes inducere.Bart.in consi.
suo.clxxxviij.¶ Testes producuntur de prouincia in pro-
uinciam.vel ciuitate in ciuitatem.si iudici videbitur illud ex
pediens,aliâs rescribet iudici.& hoc in ciuili.In criminali ve
rò præcise coguntur venire ad iudicem qui de causa cognos-
49 cet. Specu.eod.titu.§.sunt autem.† Iudex potest ex mero
officio in causa ciuili inquirere de facto, & recipere testes
etiam post publicatum processum,vt no.Innocen.extra de
test.c.cū clamor.& Archid.iiij.q.iij.c.placuit.Si autē est pro-
cessus accusatus post aperturam,non potest ante aperturam:
tamen est dubium an iudex maleficiorū possit ex officio tūc
recipere ad coadiuuandum accusatorem, quod potest per
Barto.in quæstione incip.iudex maleficiorum.& per Barto.
in.l.presbyter.C.de episcopis & clericis.& vide quod not.ff.
de test.l.testium.in gloss.in versicu.inimicitiæ.& an in causa
inquisitionis possit iudex eum examinare post didicita testi-
ficata,vide Barto.ff.de adulte.l.ij.§.si extraneo. Sola testium
percunctatio,est causa quare testes prohibentur posse indu-
ci,vt patet ex supradictis,& ponit Bald.in quodam suo con
silio quod habes in ordine.clxxviij. ideo post publicationē
interdum recipiuntur.vide gloss.ordina.iiij.q.iij.in fin.& in
Specu.de teste.§.satis vtiliter.versicu.ꝙ si publicatæ sunt.
50 ¶ †Quid si statutum prohibet sub certa pœna inducere te-
stes,pręterquā à principali persona,nunquid procurator eos
51 inducit?Bartol.ꝙ non in consil.ccix.& quando † testes reci-
piuntur parte absente,intelligitur parti contra testes homi-
nis exceptio reseruata. Bald.in.l.de tutela.C. de in integrum
restitutio. An ille qui edidit nomina testium iudici possit ali-
qua detrahere.vide Bal.C.de edē.l.edita.

52 SI testes† sunt præsentes
non potest alij iudici cōmitti examinatio.An-
ge.in authen.de testib.§.& quoniam. Item po
53 test † iudex mittere notarium causæ, vel alios
de partium volūtate ad testium receptionem. si videretur im
peditus.puta si testis est infirmus, ita ꝙ cōmodè non potest
venire,vt honesta mulier,vel alius sublimis pręditus potesta
te vel dignitate vel egregia persona. Specu. de teste. versicu.
potest etiam iudex.quæ cōmissio non valet,nisi de partium
voluntate,vt ibi.¶ Circa hoc tamen an productio,vel exami
natio testium possit cōmitti vltra supradictam distinctionē,
adde:aut loquimur de iure ciuili.aut de criminali. Primo ca-
su,aut producuntur testes qui pro ferendo testimonium, ad
iudicem venire non compelluntur:vt sunt egregiæ personę,
vt mulieres,& similes:& tunc potest cōmitti, vt.C.de officio
diuer.iudi.l.ij.ff.de iureiuran.l.ad personas.C.de iuramen.ca
lum.authen.principales.aut producuntur tales qui possunt
compelli ad iudicem venire.& sunt præsentes in iudicio:&
tunc eorum examinatio cōmitti non potest.sic intelligitur.§.
quoniam autem.in authen.de testi.& de fide instru.l.& iudi-
ces.& nota.in.§.oportet.in authen.apud eloquentissimum.
C.de fide instru.& gloss.in.l.hac consultissima.C.de testa.dū
loquimur in criminali,& non potest cōmitti testium exami-
natio.ff.de test.l.iij.§.idem.siue absentes, siue præsentes sunt
testes.& pro hoc in authē.de test.§.hęc omnia. Vel possumus
dicere aliter,& probabilius:quia aut cōmittitur testium exa
minatio,habenti iurisdictionem,aut non habenti.primo casu
potest fieri.ita loquuntur iura allega.pro hac parte.si nō ha-
benti:non vt in alijs iuribus.& vide quòd no.ff.quemadmo-
dum testamenta aperi.l.si qui ex signatoribus.in gloss.super
versi.sigillatim.de consuetudine cōmittitur tabellioni,vt no.
in clemen.j.de officio delegati. Ex prædictis apparet ꝙ ex
ipsa cōmissione non acquirit fideicōmissarius iurisdictionē.
facit auth.ad hæc.de iudi.& ff.de excusatio.tuto.l.scire opor
tet.§.oportet in verbo,sub cōmemorationibus & exponi-
tur ibi coram notarijs.& ita exponitur vt procedat not.glo.
sed receptio testium potest cōmitti.Bald.in conclusio.
54 ¶ †Sed quid si iudex cōmittit notario testium examinatio-
nem,& testis accusatur de falso,qui testis dicit se illud nō di-
xisse?dicit Specu.in titu.de teste.§.j.versicu.sed pone ecce,ꝙ
non creditur notario. Tu dic secundum Cy.C.de fal.l.si quis
decurio.ꝙ si iudex fuisset præsens magis præsumitur pręscri
pta.argu.l.omniū.C.de testa,facit quod not. per Io.in.l.ij.ff.
queadmodū testa.ape.& ibi Barto.Bald.in conci. Itē ille qui
petijt inducere in loco iudicij. & nō produxit:si petit ꝙ fiat
remissio ad locū vbi testes morantur,vide Ang.l.de die.§.iu-
betur.ff.qui satisd.cog.

55 TEstibus productis† intra
debitas dilationes,ad eos producendos, & assi
gnandos potest contra eorum personas exci-
pi,& excipitur de omnibus inhabilitatibus.s.
relatis,in quibus tractatur qui à testimonio repellantur. Si
vni testi obstat aliqua exceptio: non retardatur processus:
quando est probatus per plures. Inno.in.c.sup eo. el primo.
de appel.Bal.in.l.ij.C.si contra ius vel vti.pub. nam vnus te
stis nō derogat duobus nec vni eorū: qa tunc nō facit semiple
nam

nām probationem.l.prima.§.primo.ff.de ventre inspicien.
per Iaco.de arc.& ibi est tex.de hoc vbi supra.Qualiter au-
tem formentur exceptiones contra testem criminosum?dic
vt nota.in.l.tertia.§.eadem.ff.de testibus.de exceptionibus
quæ opponuntur in persona testium:dic vt not.in.C.de te-
sta.authentica.si testis dicatur.&.ff.de testi.l.testium.§.condi
tionem.vbi ponitur forma talis exceptionis:probatio exce-
ptionis oppositæ contra testes, pōt deferri contra publica-
56 tionem.¶ †An exceptio contra testes. vel eius probatio sit
proponenda,vel recipienda ante publicationem testium vel
post,& in quibus casibus probatio exceptiōis contra per-
sonas testium debeat à principio recipi de prædictis,vide do
minum Lapum de Castellione extra de testibus.c. ex parte.
57 Ille†qui testem produxit nō potest opponere cōtra eius per
sonam,nisi causa de nouo emerserit.eod.titu.l. si quis. & ibi
58 patet satis. ¶†Quid si fui protestatus,cōtra personam te-
stis, quem aduersarius meus producebat contra me.& te-
stis,postea deponit pro me: an valeat eius dictum? Inno-
centius in capitu.præsentium.de testibus.dicit quòd testi de
ponenti pro illo qui fuit protestatus contra eius personam
non creditur,si aduersarius illam protestationem ratam ha
buerit.secus si noluit, & omnimodo voluit vti eius dicto cō
tra se:quia eius dictum teneretur recipere.quod not.& tene
menti. Item subdit Innocen.ibi,quòd contra personas ni-
hil potest obijci facta publicatione processus,nisi fuerit pro
testatio facta à principio cōtra personas testium.Et vide etiā
Bartol. ponētem has exceptiones cōtra personas testium, in
authē.si dicatur.C.de testibus,& satis patet alibi in locis nō
nominatis.

59 IVrare† debet testis di-
cere veritatem de tota plenaria causa. quoties
interrogabitur vsque ad finem litis, seu causæ
tam super eo de quo interrogabitur.vsque ad
finem litis,seu causam,quàm super alio:& quòd solū verita-
tem docebit. non miscens aliquid falsitatis: nec aliquid de
suo adijciet,etiam si sibi bonum videretur.Item quod dicet
veritatē pro vtraq; parte, & quod nec prece,nec pretio,nec amo
re,nec timore,nec priuato odio.secus si publico: vt qa odit
opera sua.nec pro commodo quod ipse vel alius habuerit,
vel habere speret testimonium dicet, sicut scit, & non sicut
credit. Item quod nulli partium testimonium pandet, do-
nec attestationes sunt publicatę.si tamen hoc vltimum non
iurat:non tenetur. Item quod dicet veritatem super articulis,
& super tota causa.de hoc vide Angelum.ff.de petitiōe hæ-
reditatis.lege si quis hæreditatem.in fine. ¶Si verò tracta
tur,& inquiritur super statu ecclesiæ,duplex est forma.Pri-
ma quod iuret dicere veritatem de his quę scit, & credit in
ecclesia reformanda,exceptis occultis. Secunda est,vt iuret
quod ad inquisitionem respōdet veritatem. & debet iurare
aduersario præsente vel contuma.& tactis euangelijs:nisi sit
episcopus qui solum debet inspicerę. vide quod habetur in
lege si iudex.C.de episcopis & clericis ad presbyterum &
dyaconum mitteretur domi iuramentum cum sint personæ
egregiæ,vt lege ad personas.ff.de iureiurando. Et si agi-
tur causa coram iudice laico,iurabit coram episcopo. Item
si producens est pauper,tunc iudex mittet testibus iuramē
tum,vel eis dabit expensas:quia tenetur pauperibus proui-
dere.& licet testis sit religiosus,nō tamen valet eius testimo-
60 nium, nisi sit iuratus ¶ † An testis non iuratus probet?
dic quòd non,vt not.C. de test. l. solam. Si testis deposuit
nō iuratus:& postea iurauit:an valeat eius dictum:sunt opi.
Et tene quòd sic.si est bonæ famæ:vt in Specula. de teste. §.
61 sequitur de testium iuramento. Iurare potest† de credulita
te:etiam ille qui nō vidit,si tamen indubitanter nouit. Fallit
in teste qui dicit vidisse,& præsens fuisse in actu. Innocē. in
capitu.cum causam.de iuramento calum.ergo pars quæ iu-
rat veritatem etiam non debet interrogari de veritate scien-
tiæ.& si interrogatur potest dicere scio: quia indubitanter
noui.secus in teste qui debet reddere causam per sensum cor
poreum.& ita dicemus gesta ipso præsente & vidente.vnde
dicit tex.quòd in teste requiritur præsentia & memoria. ff.
de furtis.l.qui tabularum.&.l.quidam testamēto.ff. de con-
62 ditio.institu.&.C.de testi.l.testium.& hoc dictum † Inno.
domi.meus Narbonensis Cardinalis,allegat quòd ad hoc vt
ecclesia possit arma spiritualia,& ęternalia exercere: sufficit
quod habeat iustitiam veritatis indubitanter: licet non prohi-
beat iustitiam probatam: quia procedit ecclesia vt pars:
63 quæ sufficit quo ad fundamentum.¶†Testis qui iurat dice
re purā & meram veritatem,nihil potest addere vel mutare
sponte sua.Innocē.in.c.cum dilectus. de accusa. adde quod tunc
deponendo per famā,non probat dictum suum:quia ille qui
non fuit in facto,ille nō potest scire veritatem. vnde scire per
famam,nō est scire,sed opinari,vide glo.no.in.l.in bonefidei
C.de reb.cre.ibi.sed quid si non interfuisset facto secūdū.Bal.
ibi testis debet esse iuratus,& vbi iudex nō potest procede-
re,omissa solēnitate:qa debet constare de facto, de quo non
videtur constare,nisi sit iuratus.vt est glo.in cle.sępe.de ver-
bo.significa.&.l.filius.ff.de don.&.l.diuus.ff.de test.mil.Bal.
64 in.l.presbyteri.C.de epis.& cle.Testis† qui iurat non tactis
scripturis potest puniri si dicat falsum.Bald.in.l. falsum. Et
an præsumatur quod tetigit.not.in.c.vt circa.de elec.in.vj. Si te
65 stis†iurauit vna die,& alia die deposuit.debet edi dies depo
sitionis:qa licet depositio trahatur ad tempus iuramenti, il-
lud est verum,nisi aliud prohibeat:vt si esset datus terminus
ad probandum,vel probatum habendum.Bald.in.l.secūda.
66 C.vt lite pēdē.Testis† potest compelli per ordinariū,vt iu-
ret coram eo.Bald.in.c.j.si de inuestu.inter do.& vasal.lis ori.
67 & ibi ponit,an dicta testiū possunt remitti,vt ibi patet.† Si
testis iurat dicere veritatem super arti.quatenus dicit extra
nō valet quòd nō iuratus deponit,vt in.l.iureiur.C.de testa.
illud quod deponit esset de appendicijs articulorū vt in au
thenti.de tes.§.si verò dicatur.sed ubi iurat dicere veritatem
super tota causa.licet deponat extra articulum valet.idem si
iurasset simpliciter:qa ista disiunctiua ęquipollet vniuersali,
vt.l.obligari.ff.de authori.tuto.in gloss.& plene per Angel.
in.l.si quis libertatem.iuxta fin.ff.de peti.hęre. An testis nō
iuratus probet?dic vt not.C.de testi.l.solam.& an si tunc di-
68 cit falsum puniatur,dic ut not.ff.de fal.l.si quis legatū.Et†an
iuramentū testis possit remitti cōsensu partium?dic quod sic. gl.
est nota.in.l.j.§.j.in glo.super ver.valebit.ff.de fer.& not. vt
69 patet.An†aūt testis iurans dicere veritatem super principa
li intelligatur etiam iurasse super emergentibus & connexis.vi
70 de per Ang.in.l.ij.de iuris.om.iudi.†licet habens terminū pro
bādi faciat iurare testes intra terminū:nō tn̄ dicitur probasse si
non deposuerunt.sed probatio est in fieri,nō in facto esse:qa
probatio sic diffinitur. ¶Probatio est rei dubiæ per argu-
mēta ostensio,vt not.C.de probatio. in rubri. sed isti testes
nihil dixerunt:ergo nihil probauerūt: quia probatio debet
esse certa & clara. sed hęc nulla fuit: quia nec affirmatiua
nec negatiua. Item potest esse quod testis dicat se nihil scire.
non ergo liquet an sit probaturus.nec quod probabitur:quia de
futuris sumus incerti.ff.de procur.l.eo tpe.l. quod debetur.
ff.ad carbo.l.iij.§.duæ causę.& ideo si lex sine ministerio ho-
minis assignat terminū ad probādum: debent testes iurasse
& deposuisse intra terminum.ut in.c.pia.de sen.excō.nec suf
ficit in termino legali fecisse quicquid potuit.ff.de dolo.l. ar
bitrio.§.pe.quia grauamē legis est,à quo nō pōt appellari.Si
autē iudex dat dilationē:mitius agitur cum lege in dilationi-
bus.Sufficit ergo quod incūbentia quis fecerit.s.testes produ-
xerit.& iurare fecerit.nisi iudex arctasset eum ad faciendum
deponere testes. ¶Dicunt tamen aduocati quid si est datus
terminus ad probandum,sufficit si iuretur intra terminum.se-
cus si ad probatum habendum. quòd nil est probare:quia
idem est probare,& probatum habere:vt patet ex defectu pro
71 bationis.vide. ff.de arbitr.l.non ex omnibus. Dictum† te-
stis trahitur ad tempus iurament. nisi tempore depositionis
pręclusa sit via in probando.facit quod no.in.c.j.de offi.dele
ga.Bal.in conclu.& vide omnino in nostro repert. in titulo
72 de dila.Testis†qui iurat in termino,licet postea deponat, di-
citur in termino deponere,vt no.C.de testa.l.si quando. & si
terminus datus est ad deponendum:non sufficit iurare intra
terminum,nisi deponat. ¶Quæro vtrum in iuramento testis
requiratur partis citatio:Vide ibidem.& vide de dam.infect.
l.damni infecti.§.sabinus.& per Bartolū. in consilio. ccxvij.
Testes non præsumuntur iurati, nisi per acta appareat de iu
ramento, licet notarius dicat talis testis iuratus. Bartol. in.l.
theopompus.ff.de do.prælcg.

73 QVando †autem testes recipiendi sunt.
Tu dic quòd regulariter post
lit.cōtesta.ante autem recipi non valent. ¶Fal-
lit in multis casibus in quibus recipiuntur lite nō
contesta.vel etiam non inchoata.Primus casus
est,si timetur de morte testium,vt quia sunt infirmi,vel senes.
Secundus si timetur de absentia diuturna. Tertius, si agatur
de electione confirmanda vel cassanda. Quartus cum agitur
de matrimonio carnali.& qui conuenitur maliosè cōtumax
est.Quintus cùm de crimine proceditur per inquisitionem.

Sextus cùm petitur testem ad æternam rei memoriam exami
nari. Septimus in causa appellationis à grauamine interposi-
ta vel in alia causa si appellatur contumax est. Octauus: quia
in contumacia actoris, reos suos testes produxit lite non con
testa. Ratio: quia in eius potestate non est quando conueni-
tur. Nonus cum actor nequit agere propter interpositum iu
ramentum. Decimus, cùm minor iudicis officio ab hæredita-
te abstineat. Vndecimus cum causa est spiritualis, vel in crimi
ne hæresis. Duodecimus, vbicũque publicum commodum of
fenditur, vt in malo officiali. Decimustertius secundum quos
dam scilicet dum agitur de statu, & libertate ecclesiæ. Deci-
musquartus cùm restitutio in integrum incidenter iudicis of
ficio postulatur. Decimusquintus in petitione legali vel fidei-
commiss. Decimussextus cum agitur finium regundorum.
Decimusseptimus cum agitur in trebellianica restitutione.
Decimusoctauus in causa hæresis. nam post mortem quis pu
nitur sine litis cõte. Decimusnonus cum persona est suspecta.
Vigesimus cum agitur cum aliquo possessore de beneficio
ecclesiastico obtinendo. Vigesimusprimus in dilapidatione.
Vigesimussecundus in causa purgationis. Vigesimustertius
cum quis est intra pubertatem, & timetur de variatione. Vi
gesimusquartus in causa subscriptionis. Vigesimusquintus
quando iudex ad cautelam testes recipit in notorijs. Vigesi-
mussextus quando quis deficit in purgatione lite non conte
sta. Vigesimusseptimus in libertate secundum quosdam. Vi
gesimusoctauus vbi ante lit. contesta. aliquid incidenter pro-
ponitur & probatur. Vigesimusnonus vbicunque aliquid iu
dicis officio expeditur quod intellige de officio deseruiente
actioni. Trigesimus cũ is qui possidet liti se offert: quia lis tũc
non contestatur, & fertur sententia, Trigesimusprim⁹ in odio
sis in quibus actori præfigitur terminus in quo si non veniat
postea non auditur. Trigesimussecundus, in exceptionibus
dilatorijs fori, & in quibusdam peremptorijs, vt cum excipi
tur de re iudicata trãsacta vel finita. Trigesimustertius, cũ im-
pubes ex carboniano edicto, & mulier nomine ventris petit
se in possess. mitti. vel cùm reo absente, actor petit se mitti in
possess. bon. causa custodiæ, vel cũ quæritur, an intersit acto
ris rem exhiberi, vel quando legatarius petit sibi satisfieri de
legato: & quæritur an sit ei relictum legatum, vel cum filius
petit alimenta, & quæritur an sit filius, vel econuerso, vel cũ
pignora capiuntur ex causa iudicati, & quæritur ant sint con
demnati. In prædictis si vocatus sit contumax, possunt testes
recipi, & diffinitiua ferri sentẽtia. Trigesimusquartus, in om-
nibus emergentibus secundum quosdam & breuiter vbicun
que libellus non admittitur. ¶ Et dixit Innocen. c. cum dile
ctus. de accusa. quod publicatis attestationibus, possunt etiã
examinari, non ad plenam probationem, sed ad iudicium in
matre quæ testificatur de ætate filij impuberis, & etiam infa-
mis qui non facit plenam probationem. Ange. in conclu. &
74 quando † testes actoris, vel rei recipiuntur. ante lit. contesta.
vt quià sunt senes vel infirmi: tunc non publicantur sed con-
seruantur, licet aliqui dixerunt contrarium in testibus pro
parte rei, si tamen reus adest in iudicio, & actor abest: tunc an
te lit. contesta. etiam recipiuntur & publicantur. & fertur
diffinitiua: prædicta omnia vera, siue ciuiliter, siue criminali
ter agatur de prædictis omnibus, vide in Specul. de teste. §.
nunc tractemus. & vide Ange. C. de naufra. lib. xj. in. l. de sub-
mersis. vbi ponit casus in quibus etiam examinantur ante
lit. contesta. & de materia vide Barto. in. l. mortis. ff. de dona.
causa mor. & quod not. idem Ang. in. l. ij. C. de fer. An in exa-
minatione testium, quæ fit ante lit. contest. sufficiat aduersa-
rium citari ad domum? vide per domi. Angel. in authentica
75 de test. §. fin. in fi. Et si testes † dicunt se nihil scire, vel non re-
cordari post eorum publicationem possunt alij super eisdem
capitulis examinari. nec nocet didiscere testificata. Iaco. de
bel. in capitulo primo. §. si enim circa finem in titulo quid
76 sit inuestitura. in. x. columna. Baldus in conclusio. ¶ † Testes
qui examinantur ad ęternam rei memoriam, coram quo iu-
dice debent examinari, vide per Ange. ff. de transactio. l. cum
hi. §. transactus. de materia horum vide in quodam consilio
Francisci Tig. quod habes secundum in ordine. & incipit, vt
77 patet. Testes † publicati in æternam rei memoriam pro reo
non valent eidem: quia significat quòd sunt recepti ad finem
agendi secundum Innocen. in. c. significauit. de testi. sed certè
finis est indiuisibilis in agendo & defendendo, & ideo valẽt
pariter in vtroque. ff. de iureiu. l. sed & si possessori. §. fi. saluò
iure opponendi contra personas, & dicta cum extra ordinem
78 sunt recepti. Cod. de testi. l. fina. ¶ Et not. † quòd interdum
petit recipi testes, ille qui non habet actionem. nec habere
sperat. & tunc testes publicantur, vt in dicto. c. &. ff. de testa.
l. cum rem. &. Cod. de vsur. l. finali. Interdum petit qui nõ ha
bet. sed habere sperat. ita loquitur. ff. ad legem aquil. l. iij. & in
l. in lege aquilia. §. si deletum. sed ibi speciale est: quia duo cõ-
current. scilicet odium delinquentis, & timor etiam proba-
tionum. interdum habet actionem, sed est timor ne pereat ex
dilatione legali. Sic loquitur. ff. de car. l. iij. §. duæ causæ. Inter
dum habet non præsenti exercitio: tamen testes sunt absfutu-
ri propter quod etiam possunt recipi: & tunc examinantur,
sed non publicantur tunc, sed postea suo tempore intra an-
num, vt in. c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. nisi par-
tes velint statim publicari. Et publicatione tamẽ testium, nõ
oritur actio. ff. de iureiurand. l. sed si possessori. §. penultimo.
79 ¶ † Et an requiratur citatio personalis, cum testes extra ordi
nem recipiantur? not. per Innocen. in. c. significauit. de testa.
vbi omnia prædicta dicit in substantia. facit ad hoc vltimum
ff. de incen. rui. naufra. l. pedius. & . l. nequit. non tamen cita-
tus est semper admittendus ad contradicendum, vt. l. tertia
§. penultimo. ff. bono. possess. adde quod not. Dyn. in. l. tertia
ff. de dam. infect. & Ioannes Andr. in. c. præsumitur ignoran-
80 tia de regulis iuris. libro sexto. in mercurialibus. adde † etiam
quòd dicit gloss. in. l. gesta. Cod. de re iudi. quòd in apertura
testium, non sit necessaria partium citatio. Barto. alibi alleg.
illam gloss. quæ nihil dicit de citatione, sed de præsentia tan-
81 tum. Adde † etiam quòd attestationes non publicatæ non fa-
ciunt fidem in aliquo iudicio, quæ sunt translatę in publica
monumẽta, vt in dicta. l. gesta. & no. in. l. iij. ff. quæ in frau. cre.
secundum Richar. mal. & quæ no. Barto. in conclu. Possidẽs
82 † potest petere examinari testes ad perpetuam rei memo-
riam. secus si non possidet. Ange. in. l. si quis libertatem. ff. de
peti. hære. §. nam cum quidam.
83 DE numero † testium dico quòd regu
lariter duo sufficiunt, nisi
lege vel canone expressè maior numerus requi
ratur. Nam si accusatur Episcopus Cardinalis,
non cõuincitur vel deponitur, nisi septuaginta
duobus testibus. presbyter Cardinalis cum quadraginta qua-
tuor. dyaconus cardinalis cum viginti sex. alij clerici Ro-
manæ ecclesiæ septem. de prędictis vide gl. ij. q. iiij. c. nulla dã
84 na. in. c. præcedenti. ¶ † Si quis vult probare solutionẽ debi-
ti in scriptis cõtenti. quinque sunt necessarij. sed in probatione
cõfessionis, facta solutione quinque saltem nõ rogati sunt neces
sarij, sed duo rogati sufficiunt, vt no. C. de testi. authẽ. rogati
in cõtractu excedẽte libram auri. authẽ. sed nouo iure. In co-
dicillis autem, sunt necessarij quinque. ¶ In donatione causa
mortis similiter quinque. In testamento septem. Sed si fit in
scriptis, & testator nescit scribere: octo. secus in codicillis &
testamẽto ad pias causas. vbi duo sufficiũt. Item inter filios et
nepotes. Item & in villis & municipibus, vbi est hominũ ra-
ritas, sufficiũt quinque. Itẽ in reuocãdo prius testamẽto, suf-
ficiunt tres. C. de test. l. sancimus. In testamẽto enim militis
duo. in testamẽto cõdito coram principe, precibus sibi obla-
tis, in quo nullus requiritur testis. ¶ In purgatione dyaconi
tres. In purgatione episcopi. xij. In depositione pecuniæ, vel
alterius rei, vel alicuius cõtractus, si depositũ excedit libram
auri, requirũtur tres testes idonei. & fide digni. In interru-
ptione præscriptionis requirũtur tãtũ tres. In renũciatione
velleiani tres. In cõfectiõe inuẽtarij loco absentium, quos res
tãgit tres. In cõparatione cyrographi nõ publici tres requi-
rũtur. Item in promouẽdo inter agẽtes in rebus tres. C. de pro
xi. sacr. l. vnicuique circa prin. li. xij. ¶ Itẽ in inspectione pri-
uilegiorũ debet quis esse cõtẽtus numero. xij. ĩ diuortio requi
rũtur sex testes. Item quãdoque requirũtur. x. de ero. milit.
anno. l. prima. §. hæc verò. libro duodecimo. Item cum per
epistolam datur libertas vel inter amicos & amicas. patet sa-
tis. ¶ Tres obstetrices vocantur ad ventrem inspiciendum:
tamen duæ probant. Ad ostium camerę in qua mulier sub
custodia est paritura, decem. Item tempore partus, decem li-
berę & sex ancillæ in conclaui adhibentur. Quot testes vide-
licet obtineat instrumentum, vide. ff. de testa. l. hæredes pa-
lam, in princip. Quot testes requirantur in voluntate decla-
rante, vide dicta. l. hæredes palam. §. j. Quot testibus sit cre-
dendum: vide gloss. secunda. q. quarta in summa. Quot testes
requirantur ad confirmandum, vel probandum iudicium no
uæ voluntatis contra me. vide Bartolum in lege prima. ff. de
le. tertio. Quot requirantur ad probãdum errorem dic quòd
si quæritur de errore solennitatis, requiruntur duo. si volun-
tatis, requiruntur tot quot requiruntur ad actum de quo
quæritur. de quo vide in lege cum proponebatur. in gloss.
&, ibi not. ff. de leg. secunda iuncta lege hæredes palam. ff.
de testa.

85 SEd an †credatur testimonio vnius? Respõdeo regulariter q non, etiam si præsidali fulgeat dignitate: quia vox vnius vox nullius. Fallit in quibusdam casibus in quibus creditur dicto vnius. Et primò, si quis reuocationem mandati probat per vnum testem cum eius sacramento. Secundus casus est: quando solus tabellio si dubitatur facit instrumẽtum publicũ. Tertius: quia statur iuramento creditoris tãtum, super eo q superfluum est in precio rei venditæ. Quartus: quia statur vnius testimonio, cum testator ita præcipit. Quintus quãdo quis habuit probabilem cãm ignorãtiæ. Sextus: quia creditur dicto vnius Abbatis qui intra mẽsem ante missarum solennitatem exercuit. viij. dist. c. tanta. Septimus creditur vni extra iudicium tãquam socio. Octauus est, quòd creditur vni quãdo q cũ iuramẽto principalis. Nonus vbi nulli fit præiudicium. puta cũ dubitatur an quis sit baptizatus, vel ecclesia sit consecrata. Decimus cum dubitatur. Vndecimus propter dictum vnius, sigillum in testamento appositum redditur dubium. l. j. §. si. quemadmo. test. ape. Duodecimus, in terminis appositis statur determinationi venditoris. Decimustertius vnus impedit matrimonium contrahendum. Decimusquartus, vnus facit iudicij purgationem. Decimusquintus: quia creditur dicto vnius cùm sibi fertur iuramentum. Decimussextus creditur sacerdoti dicẽti aliquẽ pœnituisse. Decimusseptimus creditur vni, tanquam propter eius fidem indubitatam. Decimusoctauus creditur executori dicenti se citasse vel denunciasse. Decimusnonus, creditur cardinali vel alij excellenti asserenti se le. ha. de hoc per Ioan. Andr. in cle. j. de proba. & in suo tractatu quem ipse fecit de testibus. Vigesimus casus est: quia creditur vni reuelanti insidias factas principi. xxix. distinctio. c. si quis papa. iij. q. j. c. quicũq. Vigesimusprimus creditur soli episcopo, sed hodie corrigitur. Vigesimussecundus casus est. vnus testis inducit præsumptionem. Vigesimustertius creditur vni de consensu partium. Vigesimusquartus, quia creditur vni testi cum fama. Vigesimusquintus vnus proficit, sed non sufficit, vt in milite ab hostibus misso: cuius assertioni creditur suffragantibus meritis prioris vitæ. Vigesimussextus statur iuramento violentiam passi de quantitate rerum. Vigesimusseptimus creditur iuramento alicuius contra factum aduersarij. Vigesimusoctauus in causa denunciationis, creditur vni testi. Vigesimusnonus vnus testis facit semi-

86 plenam probationem. Quid si †quis vult producere. xl. testes, & iudex non vult recipere nisi viginti: an poterit appellare? & videtur quòd sic. vide de prædictis omnibus in Specu. de teste. §. restat de numero. & vide gloss. in. c. tanta. lxxxvij. dis. & patet vlterius ibi. An dictum vnius testis cum alijs indicijs, faciat semiplenam probationem, vide Barto. in. l. prima. §. idẽ

87 ff. de quæsti. An credatur testimonio † vnius vide gloss. de confe. dis. iij. c. placuit & c. cum itaque. & quarto & tertio. §. vnius verò in gloss. super dicto versicu. vnus testis facit semiplenã probationem, vt. l. in bonæfidei. C. de reb. cre. in quo dic. aut partes consentiunt in personam. & dictum probat plenè, aut in personam tantum: & tunc semiplenè. quia licitum est eius dictum infringere. l. si quis. C. eo. totam istam materiam limitat Bal. in dicta. l. in bonæfidei. per dictum Innocen. nã vnus semiplenè probat quando depositio concernit præiudicium alicuius. sed plenè & perfectè probat quando depositio non concernit alicuius præiudiciũ. ita not. Innoc. in. c. j. de sepul. q est not. dignum. Ange. in conclu. an valeat pactum vt creda-

88 tur vni testi. vide. Ang. ff. de pactis. l. pactum. † ¶ Quæro an tabellio qui publicum confecit instrumentum, cõnumeretur in numero testium? dic quòd non, ne fungatur duplici officio. argum. ff. de assess. l. fi. & l. hac consultissima. Cod. de test. hoc vbi extra numerum testium, requiritur tabellio. Si verò quæratur de scriptura quæ non probat, nisi quis vtatur etiam testium productione: tunc tabellio habetur pro vno teste, vt l. dominus labeo. ff. de testa. Iac. de are. dicit, quia nõ scribit vt persona publica, vel scriptura illa non fit ad probandum, sed ad solennitatem. Non ob. l. si quis decurio. quia non examinatur vt testis super negotio: licet super scriptura, an scripserit. sed quæritur an sit vera. non autem est testis. vel dic q quantum ad solennitatem scripturæ, & quantum ad ueritatem negotij creditur tabellioni. sed de solennitate negotij nõ: nisi sit instrumentum solenne ubi adsit debitus numerus testium. sed vox non scriptura neutrum efficit. ad. d. l. dominus. Dic quòd ibi non erat tabellio, nec requirit ibi secũdum An. de Pisis. ¶ Aliquãdo nulla fit scriptura: et tũc tabellio nõ paruenit in forma tabellionis: & ideo est optimus testis, quòd patet q in ore duorum uidetur stare instrumentum non trium, ex quo tabellio non cõputatur. facit ad no. in. §. item verborũ inst. de ver. ob. Aliquando quis vult assumere solam probationem ex scriptura. aliquando solum ex testibus. aliquando ex vtroq; primo & tertio non computantur: in secundo sic. Bal in suis conclu.

QValiter testes sunt examinandi, Specu. in tit. de teste. §. nũc tractandum est. ponit practicam & formã. an possint examinari in ecclesia, vide. Co. de sacrosanct.

89 eccle. l. nemo apostata. ¶ † Testes qui non sunt latini qualiter examinabuntur per notarium latinum qui eos non intelligit Bar. in. l. j. §. fi. ff. de verb. ob. dicit quòd debent adhiberi duo interpretes si potest, vt. in. c. quoniam contra falsam. extra de prob. vel vnum tantum, si plures reperiri non possunt, vt in auth. de nõ alie. §. q autem. & facit. l. comparationes. C. de fide instru. & scribat notarius primò sic: Talis testis iuratus, & examinatus super dictis articulis sibi lectis, & vulgarizatis per dictum iudicem, & me notarium declaratis, & interpretatis per talem interpretem ipsi testi ibidem dixit, & respondit in sermone theutonico & interpretato, & declarato per talem, vel tales interpretes dicto iudici, & mihi notario. Ange. in cõclu. Sed quid si duo testes deponant vnus latinè, alius grecè? Respondeo valet eorum depositio, si idem dicunt. ar. l. blanditus. C. de fideius. Defectus ergo locutionis testimonium nõ vitiat. xvj. q. vij. c. & hoc diximus in glo. sic cognosces. ¶ Sed quid si dubitetur de examinatione? vide in Specu. vbi supra no. C. eo. l. nullũ. Testes debent recipi secretè, & debent deponere de his quæ percipiuntur iudicio intellectus, vt no. C.

90 de testi. l. testium. & Innocen. eo. ti. c. cum causam. an † poterit testis dictum suum dare iudici in scriptis? dic quòd non. iij. q. vij. c. testes. & facit. c. si quis. de electi. in. vj. nam iudex debet audire qua fronte, qua trepidatione loquatur, vt. l. de minore §. per tormenta. ff. de questio. & no. Innoc. in. c. quoniã contra falsam. de proba. quæ tamen ratio non concludit in ciuili, sed in criminali cum in ciuili iudex examinationem testium possit alij committere. vnde vbi est diuersa ratio scripturæ, & viuæ vocis, non producit eundem effectum litera, & viua vox, in his verò secus: quia idem est effectus exprimere per literas, & per nuncium. & sic per viuam vocem, vt in consensu. ff. de actio. & obligatio. quod not. in. c. decernimus. de sentẽ. ex cõ. Ange. in cõclusio. & vidi quòd not. instit. de testa. §. testes. &

91 not. vlterius. † Testes non debent examinari super articulo, super quo non sunt inducti. l. si duo patroni. §. idem. iulianus ff. de iureiurand. per gloss. & doct. ibi. Item nec debent iurare, nisi super eo super quo sunt inducti, nisi in casibus quibus iudex potest ex officio examinare, vt. ff. de conditio. ob tur.

92 cau. l. tertia. §. si tibi iudicium. non † tamen dicitur deponere extra articulum, si deponit super dependentibus, & connexis vel super concomitantijs, vt super loco & tempore. dic vt ibi no. Innocen. de testibus. c. per tuas. & in Specula. eodem titu

93 lo. §. sequitur. versicul. sed illud. Articulus † tamen non est de substantia probationis: quia valet dictum testis, quod deponit super libello, si articuli non sunt formati, vt not. Archi-

94 diaco. in. c. præsentium. de testi. li. sexto. Sed † quid si testis deponit verum in articulo. extra tamen articulum deponit falsum: an vitietur eius dictum? Dic quòd non: quia non est periurus. cùm extra articulum deponat non iuratus, & vide per Innocen. in capitulo fraternitatis. de hæretic. & per Cynum in. l. prima. Cod. de sepulchro violato. & per Iacob. But. in. l.

95 lucius. ff. de infami. Angelus in cõclusio. † Licet testis coram iudice, vel extra iudicium, dicat se non interfuisse. tamen iudex ex iurisdictione quam habet in testem, cogit illum ad deponẽdum veritatem, & statur depositioni. x. collatio. quid sit inuesti. c. primo. licet Bartol. videatur dicere contrarium

96 in. l. eos. ff. de fal. Item † testes non possunt inuiti compelli ad testimonium: puta ex forma statuti vel legis, vt sunt illæ personæ quæ enumerantur in lege quarta. §. legis. & lege seque. ff. de testibus. Si deponũt volentes debent redigi in scriptis q voluntariè deponũt. argum. authenti. præsbyteros. Cod. de episco. & cleri. ibi in scriptis declarauit aliàs si nõ fieret præsumerentur inuiti deponere. illi qui obsequũtur imperio magistratus. ff. de regulis iuris. l. non videtur. §. primo. & optimè probatur per text. d. authen. Angelus in cõclu. & Barto. per Bal. in dicta authenti. licet testes debeant deponere pro vtraque parte Cod. de episco. & cleric. authenti. si iudex. Itẽ periurare pro vtraque parte, vt. l. is apud quem. Cod. de eden. in gloss. C. de hæretic. l. quoniam. in fi. & C. de quæstio. l. interro

97 gari. ff. de proba. l. cũ probatio. cũ † tamẽ ad testes mittũtur, puta quia sunt personæ egregiæ debet fieri expensis producẽ

tis, vt in.c.mulieres. de iudi.libro ſexto. Similiter cum teſtis
venit ad iudicem de longinquo. quarta. q.iij.§.venturus.&.c.
ſtatutum. §.proferendo. & ibi gloſſ.nota. de reſcriptis libro
98 ſexto. Ange.in concluſio. Teſtium.† dicta debent ſcribi, aliâs
non valet ſententia,nec dicta per iudicem, & notarium pro-
99 bãt.Baldus in.l.prolatam.Cod.de ſenten.& patet.¶ † Teſtes
debent examinari ſuper interrogatorijs.& ſi non responde-
runt ſecundum ea,quæ ibi articulantur,non proderunt pro-
ducenti,& ideo pars ſit cauta quòd ante interrogationem pe
tat interrogatoria redigi in actis , & copia ſibi fieri,vt ſic vi-
deri poſsint,an ſint examinati ſecundum interrogatoria.de te
ſtibus.capitulo. cum cauſam. ſuper gloſſ. de cauſis.in nouel-
la.an autem interrogatoria poſsint emendari? vide Baldum in
l.edita.Cod.de edendo.Teſtes qui non interrogantur ſecun-
dum formam interrogatorij,habentur,pro non receptis. Bar-
tolus in ſuo conſilio.clxxxvij.quod incipit,ſtatuto caſtri . &
& in capitulo præſentium.§.teſtes.de teſtibus . in gloſſa quæ
incipit, interrogatoria . in ſexto ſuper quo conſuluit Io-
annes Andre.in nouella , quòd potius fiunt ſuperflua quàm
omittantur neceſſaria.Et eſt vtile:quia ſi dolo vel malitia,vel
negligentia omiſerit interrogare,repetuntur poſt publicatio-
nem. Sed ſi non fuerint facta interrogatoria,iudex ex ſuo offi
cio faciat alia de quibus in capitulo cauſam . de teſtibus . Et
an valeat dictum teſtis non interrogati de cauſa ſcientiæ ? vi-
de in nouella in dicto capitulo præſentium . Angelus in con-
100 cluſionibus ſuis.† Teſtimonia iudiciaria dicuntur duobus mo
dis.Primò quando de negotio de quo non agitur,non fuerũt
teſtes à principio adhibiti,ſed modo producũtur teſtes à prí
cipio adhibiti.vt quia eſt factum furtum vel iniuria. Alio mo
do quando teſtes teſtificantur de his quæ fuerunt in iudicio,
puto litem fuiſſe conteſtatam,ſententiam eſſe latam. Cynus.
101 in.l.quoniam. Cod.de hęreti.¶ † Teſtes ſeniores, præferun-
tur minoribus.ff.ſi certum petatur.l.cum quid.in gloſſ.quod
eſt verum in dubio.ſecus ſi conſtet de minoribus : quia ætati
præferuntur,vt in authentico de mona.§.finali , & facit.ff.de
fide inſtrumẽtorum.l.fina.&.l.nulli.ff.quod cuiuſque vni.no-
mi.ff.de liber.& poſthumis.l. gallus.in prima gloſſ. & per In
102 nocentium in.c.primo.de maio. & obed.vt patet.Inſtruere †
teſtes qui interfuerunt negocio, vt plenè,& apertè verba di-
cant non eſt peccatum . Etſi interrogentur an fuerint inſtru-
5 re & modo.† Nam ista verba quocũq; modo, nõ possunt intelligi quocunq; modo, idest quacũq; causa: lõga enim differẽtia est ĩter modum, & cau sam: cùm causa semper sit de præterito. vt. l. da- mus. de cõdictione indebiti. modus verò est de fu turo, vt no. ff. de condi. & demon. super rubrica. ¶ Sed in hac stipulatione, modus aliter accipit nã ista verba quocũq; tpe & modo veniũt ad de- terminationem illius particip ij petendorum. ¶ Voluit ergo dicere, siue petenẽ p modũ ordina rij iudicij

¶ Clausula quo- cunq; mõ. nota φ hmõi clausula, quo cũq; mõ, vel omni meliori mõ, nõ in- telligit quacunq; cã, vel omi melio- ri cã. ita Bar. hic φ not. & ideo cauti aduocati dicunt, quocũq; mõ. & cã. & c. q̃ no. ad dicta p Feli. in. c. cũ sup. in vlt. col. de offi. deleg. & Alex. in cõsi. cxxj. in. j. vo. ¶ Qũo aũt intelli gat clausula, quo- cunq; & qualiter cũq;: vide Gemi. ĩ c. ij. de pben. in. vj. & ibi Pe. de anch. & Phi. de frãchis. in. c. ad hoc de ap. ¶ Qũo verò intel ligat clausula, quo ties & qñcũq;: vi- de plures cõcor. p Ias. in. l. petens. in iiij. col. C. de pac. & plenius p Feli. ĩ. c. cũ accessissent in. xiij. col. de con- sti. qbus adde do. Fabi. de monte. in suo tract. de emp. & vendi. in. iij. qõ. iiij. partis. princi. & Bal. in cõsi. cc- liij. in. iij. vol. inci. ad euidentiam. in fi. Tho.

rij iudicij, offerendo libellũ, siue petẽdo instrumẽtum executiõi mãdari ex forma statuti: siue faciẽdo eum condemnari ex prima cõfessione. modũ ergo petendi, voluerunt contrahentes denotare, nõ diuersitatẽ causarum, ꝙ patet ex dicto participio petendarũ, ꝙ determinatur. Itẽ ꝙ est futuri tẽporis, & cã est de præterito, vt dixi. ¶ Circa verò diuersitatẽ rei petitę nil est innouatũ per stipulationẽ. Nã oĩa verba stipulationis, referũt se ad quantitatem in petitione contentã, sed in secũda petitione, fuit diuersa quãtitas: ergo &c. vt dixi. ¶ Nõ ob. illa verba. & secundò promisit soluere omnẽ pecuniæ quantita. in qua ipse Ciolus fuisset cõdẽnat⁹ ex causis supradictis: qa dicta verba gñalia omnẽ pecuniæ quantitatẽ[a] &c. debent intelligi si ex vigore petitæ quantitatis in primo libello descendit, vt occasione expensarũ, vel interesse, vt probatur in. l. si ex pluribus. in prin. ff. de solu. & fideius. l. si quis ꝓ eo. §. si nummos. Cùm igiť in secunda petitiõe, sit diuersa causa & diuersa quantitas nõ procedens ex prima, patet quòd in hac causa, fideiussor nõ fuit acceptus, & sic cõtra eum executio non potest fieri. Barto. à Saxoferrato legum doctor &c.

¶ Tutor qui est datus existentibus legitimis, nulliter est datus: & ideo si nõ administrauit tutelã, non tenetur, & põt ab administratione desistere.

SVMMARIVM.

1 *Tutor habenti tutorẽ, non potest dari, & tutela esset ipso iure nulla.*

2 *Tutor nulliter datus, si nõ administrauit tutelã, nõ tenetur.*

¶ CONSILIVM. XXII.

IN quæstione qua dicitur[b] fuisse datum tutorẽ per iudicem, & postea ad petitionem cuiusdã fuit reuocat⁹. ¶ 1 † Visis, q̃ vidẽda fuerũt, videtur de iure dicẽdũ ꝙ datio tutoris facta de dicto Cicholo sit ipso iure nulla, ꝙ patet: qa datus est tutor habenti tutores legitimos, scilicet auunculos qui hodie in tutela præferuntur agnatis remotioribus in gradu, vt in auť. de hæred. ab intest. §. de his. posita. C. de legi. tut. auť. sic hære. & sic patet ꝙ in donatione fuit erratũ: ergo datio fuit nulla[c]. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. si tutor petitus. ¶ 2 † Ex hoc sequitur ꝙ si non administrauit tutelam, dictus Cicholus nõ tenetur. casus est. C. qui da. tut. pos. l. si sororis. nec ei nocet si cœpit administrare. ¶ Præterea, sponte sui compulsus nõ potest ab administratione desistere, vt. ff. de eo qui pro tu. l. j. §. fi. ¶ Nec obst. decretum factum, & quia vnus ex dictis auunculis fuit extrane⁹: quia remanet alius auunculus qui excludit dictum Cicholum. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Quælibet appellatio est permissa, nisi uideatur prohibita.*

2 *A sententia condemnationis in materia falsitatis, an possit appellari?*

¶ CONSILIVM. XXIII.

IN quæstione qua quæritur[d] an ser Leonus possit appellare à sententia cõtra se lata. ¶ Secundò, an si potest appellare, quę sentẽtia sit ꝑ iudicem appellationis ferenda. ¶ Circa primum, viso processu contra dictũ Leonũ, & socios facto: ei⁹ tenore diligẽter inspecto, videtur indubitãter de iure dicendũ, ꝙ dictus ser Leonus appellare possit. ¶ 1 † Hoc aũt ostenditur sic, certũ est, ꝙ de iure cõi habemus regulã generalẽ ꝙ à qualibet sententia possit appellari, nisi reperiatur expressè ꝓhibitũ, vt. l. à procõsulibus. & . l. & in maioribus. C. de appel. sed in casu nostro, non est prohibita appellatio de iure communi, vel speciali: ergo &c. ¶ De iure communi qa non pro omni falso prohibetur appellatio,[e] sed solũ pro falsa moneta: in alijs non supponentibus vnam monetã pro alia, hoc non reperitur prohibitũ ergo &c. ¶ Itẽ nec de iure municipali ciuitatis. Tuderti prohibetur appellatio si quis cõdemnat⁹ fuerit pro falsitate: sed iste ser Leonus non fuit pro falsitate condemnatus, imò pro delicto nullo & non punibili condẽnatus est, & non pro aliqua iusta causa. ¶ 2 † Nã si rectè inspiciantur verba statuti ciuitatis Tuderti, & inspiciantur verba condẽnationis: dictus ser Leonus dicitur mãdasse, & cõsiliũ dedisse postq̃ prędicti omnia deliberauerant: & sic dedit consiliũ[f] ei qui aliâs erat facturus. ꝙ factũ non est punibile de iure, vt optimè probať inst. de obl. quæ ex deli. nasc. §. ope. & . l. sæpe. in fin. ff. de ver. sig. & . l. j. §. persuadere. ff. de ser. corre. & ibi no. ¶ Nõ ob. si dicatur ꝙ hic fecit plus, qa mandauit. Nam hoc casu mandatũ factũ ei qui deliberauerat: idẽ est quod consilium: vt. l. ij. in fi. ff. mand. & ibi gl. no. & tunc si bene aduertas non obst. no. per Dy. in. c. nullus ex cõsi. extra de reg. iur. lib. vj. idẽ debet intelligi in delictis, q̃ sola animi corruptione committuntur, vt serui corrupti, vt. d. l. j. §. persuadere. no. ff. de iniur. l. nõ solũ. §. ꝓculus. prout est in litera, volenti. sed qa illa litera videtur approbari per gl. in. d. l. sępe. posito quod esset vera illa litera. §. ille etiam haberet locũ in iniurijs, quę deferuntur seu inferunt circa personã, non in delicto cõmisso circa rem, vt furtũ, vt expressè diciť in glo. ¶ Non obst. si dicatur hic fecit plus: quia dedit auxiliũ &c. vt in inquisitione continetur. Nam quantum ad dictũ ser Leonũ, nil releuat: qa in inquisitione nullatenus declaratur ꝙ auxilium dedit nisi ꝙ dedit auxiliũ prędicto modo: scilicet mandando: & consulendo: & sic videtur incertũ in inquisitione deductum. Bar. à Saxoferrato legum doctor.

SVMMARIVM.

1 *Plures inquisiti cum clausula de auxilio & fauore, an referatur ad omnes uel ad quem eorum?*

2 *Qui præstat fauorem uel opem percussori, nõ est nec potest dici percussor.*

3 *Si inquisiti singulariter insultando & percutiendo deliquerunt: an debeant puniri, ex quo principaliter uel in consequentiam deliquerunt?*

¶ CONSILIVM. XXIIII.

EX facto proponitur[g] ꝙ. xij. homines officio iudicis inquirantur: quòd quilibet ipsorum cũ armis offendibilib⁹ fecerũt insultũ contra Mart. Io. Phi. & Frã. & quòd quatuor ex dictis insultãtibus percusserunt dictum Fran. cũ hasta, & vnus ex ijsdẽ percussoribus percussit eundem una alia percussione: & ꝙ omnes inquisiti prędicti. & quilibet ipsorũ exceptis duobus ex primis percussoribus percusserunt dictum Marti. Ioan. Phi. & Fran. & ad prædicta omnia & singula committẽda, vnus alteri, & alter alteri dederunt & ꝑstiterũt auxilium, cõsilium, & fauorem, opẽ, & operã efficacem. Modo dubitatur, vtrũ dicta clausula de auxilio, & fauore cõplectatur in quolibet dictorũ inq̃sitorũ pręstitisse auxiliũ & fauorẽ quibuscunq; alijs inquisitis ad supradicta per se, & quilibet ipsorũ cõmissa. & qualiter ipsa clausula cõsiderari debeat, & ad quos & ad quid referať? ¶ In quæstione prędicta sine dubio dicemus clausulã referendã esse singulis, & ad quęmlibet ex inquisitis. Nã cũ proponatur reciprocam. i. vicariam pręstationẽ auxilij, & cõsilij intercessisse inter inquisitos prędictos: nec sit ratio qa magis ad vnũ quare ad aliũ referatur: ad quẽlibet eorũ est referãda prestatio auxilij supradicta, vt. ff. de vulg. & pup. l. iã hoc iure. & . l. ij. §. q̃squis. C. e. & de leg. j. l. talis scriptura. in fi. & de iurisd. om. iud. l. si idẽ cũ eodem. & ibi no. hunc etiam intellectũ inducũt illa verba in inq̃sitione apposita, videlicet vn⁹, alter, & alter alteri. Nam quilibet ex. xij. inquisitis,

BB

a ¶ Omnẽ pecu. q̃ti. Adde ꝙ dicit Bar. hic, ꝙ verba oẽm pecuniæ q̃titatẽ. restringunť ad petita pręambula in primo libello, & nõ in secũdo. adde not. ꝑ Bart. in. d. l. si qs pro eo. §. si nũmos. ff. de fideius. & Mod. in. l. si furioso. in prin. ff. si cer. pe. & Bal. in. l. fi. in fi. C. ad mace. ¶ Et adde ꝙ verbũ oẽs, recipit modificationẽ Oldr. in cõsil. cclxxviij. q. est ĩ pe. col. in fi. Itẽ verbũ oẽs cõprehendit ea quæ possunt venire ex natura sermonis. vide Barto. in. l. q habebat. ff. de leg. iij. & Bal. in. l. à ꝓcuratore. C. man. Itẽ verbũ oẽs, restringiť ad pręsentia pręterita, & futura, & vide plenè per Frã. cur. ĩ cõsi. lxix. uisis duob⁹. in. iij. col. & Spe. ĩ tit. de depo. §. decimo. ver. sed pone. & Alexã. in. l. ĩter oẽs. in fi. ff. de satisda. cog. & ibi uide apostil. Tho.

b ¶ In qõ. qua diciť. Adde ꝙ hoc cõsi. secundũ ordinem Peru. est ĩ. j. parte iudici. nu. lj. Tho. Diploua.

c ¶ Datio fuit nulla. Adde not. per Bart. in. l. si tutor. ff. de tut. & cu. da. his. & in auť. matri & auię. ĩ. iiij. co. & ibi scripsi. C. q̃n muli. tut. offic. Et ibi Abb. in. iij. co. põit de legitimo, q se intromitteret in tutela, & administratiõe existẽte matre ꝑ eandẽ rõnẽ. Et an tutor possit ꝓpria authoritate se exonerare, & dare tertio? ad hoc vt nõ teneať? vide Paul. de cast. in consil. cxl. inci. ad bene examinã. in. iiij. dubio. & ad de no. per Bart. & quæ ibi scripsi in consil. cxlv. factũ sic se habet. Tho.

d ¶ In qõne qua q̃riť. Adde ꝙ istud consi. secũdũ ordinẽ Peru. est ĩ. j. ꝑte iud. nu. lij. Tho.

e ¶ Prohibeť appellatio. Inquantum Bar. vult, ꝙ ꝓ falsa moneta condẽnat⁹ nõ potest appellare? adde tex. in. l. j. in prin. C. de fal. mone. & ibi gl. & Sali. & Spec. in ti. de app. §. ij. ver. xxix. tñ nota limitationem, quã dat Bar. hic ad illã legem non habere locũ in supponentib⁹ unã monetã ꝓ alia, quòd si cõdẽnati possunt appellare. ¶ Et not. Bar. hic quę adde ad not. in. d. l. j. & adde ꝙ consuluit Raph. cu. in consi. cxxxviij. ĩ. c. quã maximè. in pe. & vlt. colũ. ubi facit differentiã de pœna falsificãtis monetã, et in supponẽtib⁹ unã ꝓ alia et plura vtilia scripsi in. d. l. in maioribus lata. Tho.

f ¶ Dedit consiliũ. Adde inquantum Barto. uult ꝙ si qs dedit consiliũ vt quis faceret monetã, si aliâs erat facturus, non debet puniri de falsa moneta. q̃ adde not. p Bar. in. l. is q ope. ff. de fur. et ibi scripsi. uide Ange. de are. in. §. interdũ. insti. de obl. q̃ ex deli. nasc. et Ioan. de imo. et Fran. de are. in. l. si stipulat⁹ fuerit. ff. de uerbo. obl. Tho.

g ¶ Ex facto ꝓponiť. Adde ꝙ hmõi consiliũ secũdũ ordinẽ Perusinũ est in. j. parte judiciorũ nu. liij. et est in x. uol. cõs. in char. cccxviij. et ad dicta per Bar. hic, uide eũdẽ Bar. in. l. q seruo. §. si duo. ff. de fur. et Ale. ĩ cõ. xv. in. j. uolu. uiso processu. Tho.

vnde & aliter dici potest vt.ff.de leg.iij.l.q cōcubinā.§.cū ita.& de leg.ij.l.si ita relictum.in princ. & ibi no. Modo restat videre, quid in proposito themate pmissa clausula debeat operari:&an prędicti inq̄siti debeāt & possint de auxilio, & fauore puniri: videtur probabiliter dicēdū puniri nō posse. Nā licet plures rei debēdi, & insolidū obligati videanť φ ambo fideiubere inuicē: tamē huiusmodi tacita fideiussio nō producit iter eos officiū obligatiōis, φ patet quia si vnus soluit insolidū nō repetit à correo p actus mādati, vt.ff.ad vel le.l.vir vxori.§.fi.& solet notari.C.de duo.reis.l.j.sic & in pposito, cū omes & singuli inq̄siti fuerint principaliter delinquētes, & qualis qualis fauoris auxilijq; præstatio precesserit nō producit obligationē ex principali debito & consequēter punitionē ipsius auxilij vel fauore cū solūmodo principale delictū, & principalis obligatio sit attendēda, & nō q̄ ex cōsequētia procedit, vt.ff.de aur.& arg.leg.l.& si nō sint.§.perueniam⁹.& accedit in hoc.ff.de iniu.l.prætor edixit.§.si dicať. vbi diciť expresse φ principalis causa attenditur, nō alia. ¶ † Secūdō: qa is qui pbet fauorē, vel opē percussori nō est percussor, nec pōt dici percussor, vt.ff.de fur.l.is qui opē.& de iniur.l.nō solū. §.si mādato.& .§. proculus. Cùm ergo singulariter dicti inquisiti percusserint, non possunt dici percussoribus auxiliū prebentes, eo ipso φ percusserint: qa idē factū nō pōt parere duos effectus seu eadē percussio facta per quēlibet, nō pōt censeri diuerso iure, videlicet iure percussoris, & iure fauorē prebentis, vt.ff.de vsuc.l.eum qui ędes.in prī.de cōdi.& demō.l.titię si nō nupserit. ¶ † Preterea, q̄stio psens satis videť determinari.ff.de fur.l.q seruo.§.si duo.ubi uideť φ si duo serui diuersorū dn̄orū, sibi inuicē persuaserint, & simul animo fugerint alter alteri⁹ nō est fur. sic & in pposito cū oes inq̄siti fuerint principaliter delinquētes & ex facto pluriū cōsumať delictū φ quidē delictū per alterū solū, cōsummari nō poterat iura dicūt φ oēs insolidū principaliter teneňť, & nō accessoriè.ff.ad.l.aql.l.ita vulneratus.§.cū plures. & de fur.l.vulgaris.§.si duo.& accedit.ff.arb.fur.ce.l.si plures. Cū ergo prędicti inquisiti singulariter insultando, & percutiendo deliquerūt debēt de eo φ principaliter deliquerunt puniri, nō attēta consequētia q̄ ex facto principali posset insurgere. Nā illa cōsequētia effectū nō pducit vt superi⁹ est expressum.& facit.ff.de sol.l.si duo.§.& q̄ gn̄aliter.& ad præmissum intellectū facit generalitas verborū inquisitionis, & obmissio ipsa auxilij, & fauoris, vt possit cōcipi an fauor fuerit pręstitus aliter vel alio modo φ principaliter in delinquēdo.auxiliū enim multifariè pstať, & armis, & manu clamoribus, & obiectu corporis vt.ff.ad sylla.l.cū dn̄s.cū simi.& sic cū inq̄sitor fuerit vagatus circa vltimam partem inquisitionis, aliàs alteram partem inquisitorum non pergit inquisitio ad vigorē iudicij, vt.ff.de iniu.l.pretor edixit. in prin.&.§.φ autem prætor ait.cum simi.

a ¶ In dubium reuocatur. Adde φ istud cōsiliū, secūdum ordinem Perusinū est in.j. parte iudiciorū, num. liij. Tho.

b ¶ Adherētes subditi. Vide Barto. in.l.nō dubito.ff. de capti.& Andr. barba.ī cōsi.xj. in ij.vol. illud afferā in mediū. in pen. col.& Ludo.ro.in cōs.ccccxvij. in pposito sensu. Th.

c ¶ Statuto ciuitatis. Adde φ istud cōsiliū secūdū ordinē Perusinū est in.j. parte iudiciorū nu.lv.Tho.

d ¶ Quòd vbi lex. Adde φ Barto. in l.pretor ait.§.j. in fi.ff.de no.ope.nū. videt sentire cōtrariū.vbi dicit, φ q̄n nullitas actus respicit alteri⁹ piudiciū φ eius cui imponiť pœna, act⁹ nō est nullus, vt.l. filiosa.§.fin.ff. de fal. & de re iudi.l. non videť dolo facere.& ideo si tibi cōtingat in facto, aduertas ad dictū Bar.hic.

¶ Et an q̄n lex, vel statutū phibet actū fieri, deinde pcedit īponēdo pœnā facięti talē actū an p impositionē pœnæ videať velle φ actus remaneat valid⁹ vel inualid⁹? examinant Bar. & doc.in.d.l. prætor ait. cū cōcor. traditis ibi p Alex.et ibi etiā p. d.meū.et pcepto. d.Ias.in pe. col. in ij.no.quib⁹ adde Bart. in hoc cōsil. de quo nō faciunt mentionem. Tho.

❧ SUMMARIUM. ❧

1 Adherentes qui dicantur?
2 Sequaces, & participes, & corporales, qui dicantur?

¶ CONSILIUM. XXV.

In dubium reuocatur[a] qualiter intelligātur adherentes. ideo vide tex.in corpo.de hære.et fal. ibi.φ nunc † ex hoc no.significatum huius verbi adherentes, illi enim propriè dicuntur adherentes, qui sunt eiusdem velle sponte cuius est principalis.de hoc est tex.in.c.apostolicæ. de re iudi. lib.vj.& vide bonū tex.in aut.de alie. et emphy. §.economos.et hoc est vtile pro capitulis pacis, quæ quotidie inter ciuitates vertūtur. Nam vna alteri, et altera alteri promittit non offendere ciuita.nec suos adherentes.intelliguntur autem adherētes, subditi [b] ciuita, et illi qui spōte sunt eius dem velle cui⁹ est ipsa ciuitas. ¶ Quid autem importet verbū sequaces, vide tex.in.c. conquæsti.
2 extra de senten.exc. ¶ † Qui autem dicantur participes, aut se cōtinentes, vide text.in.l.j.C.si rec. prouin. Corporales autē illi dicuntur qui caput seu principiū alicuius facti, siue rei tenent, pquo vide tex.in.l.ij.§.si quis verò homines.ff.vi bon. rapto.quæ faciunt ad multa.Bart.

❧ SUMMARIUM. ❧

1 Procurator producens testes, an debeat puniri ex for ma statuti, uti principalis?
2 Statutum imponens pœnam, an & quando sufficiat ad annullandum actum.

¶ CONSILIUM. XXVI.

Statuto ciuitatis[c] Senarū cauetur, φ nullus præter prīcipalē producat testes sub pœna.xxv.li.† Quidā pcurator produxit testes in quadā causa pcuratorio nomine. Quæritur an talis productio valeat? Rn̄d. indubitanter φ nō: qa factū lege vetante, vt.l.nō dubiū. C.de legib.& si dicatur statu.vltra procedit pœnā imponendo, & sic valet φ fit per.l.fi.ff. de diuor.& ibi no.per Richar.malū.& φ no.per Cyn. in.l.nō dubium.in fi.† Ad id dico, φ vbi lex[d] vltra procedit pœnā imponendo actus est nullus. firmiori ratiōe, ex quo pœna imponiť: qa illud sufficit ad annullādū actū.ff.de his quæ pro nō scrip. habē.l.j.vbi est casus expressus. Non ob.l.fin.de diuor.qa est in pos.pœnę, apparet φ lex voluit valere diuortiū factū, ex hoc patet, φ sensit quòd diuortiū valebat, aliàs de iure cōmuni secūdo viro, si primū matrimoniū durabat aliud matrimoniū nō valuisset.& istā rationē pōit ibi tex. expressē. Et diffinitio quam dicti doc.faciunt videlicet aut pœna imponiť actui phibito de iure cōmuni, aut prohibito de iure speciali nil valet, qa est contra tex.& gl.in.l.ptor ait.§.j.& ibi no.in gl.ff.de ope. no.nūc super verbo expressum. Nā eo ipso φ imponitur pœna destructionis, videť vetare ne fiat & annulletur factum: & cōstat φ interdictum de no.ope.nū.est de iure speciali extraordinario, vt l.prouinciali.eo.titu. ¶ Præterea, illa distinctio.l. non probatur.qa.d.l.fin.de diuortijs, nil facit, vt dixi. Hoc etiā in proposito scilicet, φ pductio testium non valeat. Probatur alia ratione ineuitabili: qa procur.nō habet mādatū ad hoc. Nā in generali mādato, nō venit aliquid φ sit pœnale[e] vt l.si procurator.de condi.inde.cū si.etiam sic hæc productio quę est pœnalis non ualet.& si mandatum rectè inspiciatur: dictus procurator non habuit mandatum[f] speciale ad producendum testes sed ad uidendum iurare testes.concluditur ergo φ dicta productio tanφ facta contra statutū à nō habente mandatum.est ipso iure nulla.Bart.

e ¶ Quod sit pœnale. Aduerte φ hoc non est pœna le domino, sed pcuratori. & ideo hoc dictū Barto. hic est singulariter notan. Tho.

f ¶ Mandatum speciale. Contra hoc dictū Bart. facit.l. si rē mobilē.&.l. ad legatū.ideo nota hoc dictū Bart. Tho.dip.

g ¶ Queritur. Adde φ istud consil. secundū ordi.Perusi.est in.j. parte iudicio. nume.lvj. Thomas.

❧ SUMMARIUM. ❧

1 Si pars fecit iurare testes in dilatione, nunquid post dilationem possint examinari.
2 Testis qui iurauit ad instantiam partis potest examinari in uita ipsa, & absente ad instantiam partis aduersæ.
3 Non fit probatio, per iuramentum.

¶ CONSILIUM. XXVII.

Quæritur[g] si dilatio est assignata per iudicem, in quam actor & reus debeant probare quicquid volunt. Si actor fecit iurare testes in dilatione, & non deponere. † nunqd post dilationem possint deponere? Et primò videť φ sic: quia ex quo coram iudice iurauerunt non est in potestate producentis, sed iudicis examinare: quia eos examinat in secreto partib⁹ absentibus. Item quia post iuramētum, iudex debet testes examinare ad instantiam partis aduersæ, etiam si is qui

is qui produxit resistat, vel absens sit. ergo habetur
pro recepto post iuramẽtum: aliâs non examina
2 ret † seu iudex ꝓducẽte inuito, vel absente. & hoc
probatur. C. de testi. l. si quãdo. & ibi not. vnde fe-
cit producẽs ꝙ potuit faciẽdo eos iurare. & ideo
dilatio ea non præiudicat cum per iudicẽ nõ per
eum stetisse videatur, q examinare distulit argumẽ
to. ff. ex q. cau. maio. l. sed & si ꝑ pretorẽ. in prin.
&. §. ait pretor. & in aut. vt spõ. larg. §. hic quoq;.
¶ Itẽ probationũ facultas, non est angustanda.
C. de hæret. l. quoniã. Itẽ cùm testes produxerit
in iudicio, & iurare fecerit: ꝓcedere debet exami
natio sine tẽporali dãno. ff. de iud. l. ij. §. in oĩbus.
¶ Econtra videtur primò: qa dilatio amplius q̃
semel nõ est concedẽda, nisi ex causa. ff. de fer. l. j.
& ibi no. vnde cũ sine noua dilatione, nõ possint
testes deponere: meritò non est petendum. arg. d.
l. j. ¶ Secũdò qa quis vltra terminum nõ auditur.
ff. ex quib. cau. ma. l. sed & si per prætorem. sed si
dum decreto. &. C. de accu. l. si ea. & de remis. pig.
l. si eo tempore. ¶ Tertiò: qa imputatur ei qui se
arctauit. ff. si quis cau. l. ij. §. si quis eã. & de seipso
queri debet: qa à nullo alio deceptus est. ff. de rei
vẽ. l. nã & si actor. de actio. emp. l. j. ĩ fi. ¶ Itẽ si est
actor, ei est magis imputandũ: qa ꝓbatiões debet
secũ afferre. C. de prohib. se. pec. l. j. ¶ Itẽ si reus
nõ debet in sua potestate cõferre, vt differat q̃tũ
vult, vt. ff. de iurisdi. om. iud. l. si idem. §. j. ¶ Vlti-
mò videtur determinari per. l. si quando. C. de te
sti. vbi dicitur ꝙ vltra. xv. dies non debent testes
obseruari. ex quo colligitur, ꝙ ex tũc sit actor in
summa negligentia, adeò etiã ꝙ si per iudicẽ sta-
ret nõ audiet, vt. d. l. fi. in fi. ¶ Itẽ iudex nõ debet
se in causa intromittere, vtraq; parte silente. ff. de
iudi. l. inter litigatores. &. C. de iud. l. properãdũ.
§. & si quidẽ. in gl. quę incipit, iure isto. ĩ fi. & no.
C. de testi. l. si quando. in glo. quæ incipit si nõ sit
3 ille. ¶ † Nec ob. si obijciatur, ꝙ iurauerunt in ter-
minum: qa nihil operatur, datus fuit enim sibi ter
minus ad probandum ꝙ non intelligitur de iura
mento testium, solummodo, sed de effectu proba
tionis. Constat enim ꝙ per iuramentum non fit
probatio: vnde videtur de depositione cogitatũ.
argu. C. de leg. & consti. l. non dubium. ¶ Itẽ iu-
ramentum testium, & depositiones exigũtur. Nõ
enim sufficit vnũ sine altero. Et ideo dicitur in. l.
ꝙ testes iurati deponant. C. de testa. l. fi. in fi. &. l.
hac consultissima. §. pen. per quod dominus Ioã.
fasiolus de Pisis hanc quæstionem determinauit
de facto consultus. ¶ Sunt igitur inseparabilia &
indiuidua, iuramentum & depositio & non suffi-
cit partem fecisse. arg. ff. fami. erci. l. hæredes. §. an
ea per quod cõcluditur ꝙ nec etiam iurasse videtur
ex quo in dilatione iurauerunt tantùm, & non
deposuerũt. arg. d. l. &. C. ad sylla. l. cũ syllanianũ.
in fi. &. ff. de edẽ. l. j. §. edenda. Habetur ergo totũ
pro omisso, cũ vnum omittitur. ff. de transl. l. cũ. ij.
§. si prætor. ibi no. in vltima gl. & insti. qui. mo. te
a sta. infi. §. ex hoc. & ibi no. In qõne ista, [a] domin⁹
Ray. de forli. determinauit testes debere examina
ri non obstante dilatione: qa actor fecit ꝙ nõ po-
tuit testes inducendo, & faciendo iurare. Id autẽ
ꝙ postea debet sequi, scilicet examen est faciẽdũ
motu iudicis, & eius officio. cùm testes citati, & iu
rati debent reddere secretum iudiciũ, & in secre-
to examinari, vt in Daniele. & etiam. C. de testi. l.
nullum. ad illud verò ꝙ dicitur. C. de testi. l. si qñ.
potest responderi ꝙ. d. lex non intelligitur in di-
latione data à iudice. Sed cùm testes interdum
de longinquo proferuntur seu producuntur, & vel
lent recedere ne uagentur curæ familiari, & ꝓprijs
negotijs: tunc enim lex dat dilationem in fauore
testium. xv. die. iiij. intra quos iudex tenetur fa-
cere examinari: ꝙ si nõ facit tenetur, vt ibi no. do.
Ioã. de Senis consuluit contrarium per iura su-
perius alleg. in. ij. parte quæstionis. domi. Dy. de
mugello determinauit ꝙ recipi possunt. argumẽ.
ff. de bono. pos. ex test. mil. l. ij. ubi dicitur ꝙ qui
est receptus ad iuramentum, ad totum videtur re
ceptus. Dyn.

a ¶ In questiõe ista. Adde dominos de rota ĩ deci. lxxiij. inci. licet et pleni⁹ et ĩ deci. ccccl xv. extra Rotam. et ꝑ Fel. in. c. licet causam in. xiiij. col. et seq. de proba. vbi plenissimè ponit materiã. cui adde Bar. hic, et Philip. franc. in. c. pia. §. si quis igitur. in vj. colũ. de exceptio. lib. vj. Tho.

b ¶ Reuerendo. Adde ꝙ huiusmodi cõsiliũ secũdũ ordinẽ Perusinum, est in prima parte iudiciorum num. lix. Tho.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum prior hospitalis laicus, sit exemptus posito q, hospitale sit exemptum.*
2 *Licentia intrandi propria authoritate in possessionem, põt uti cõtra hæredẽ & cõtra ecclesiã, sicut cõtra defunctũ.*
3 *Verbum de bonis est significatiuum possessionis uel detentionis, & non dominij.*
4 *Verbum reuocato precario, quis dicatur rationabiliter possidere uel non?*
5 *In dubio an res sit exempta uel nõ, episcopus est iudex competens.*
6 *Ecclesia si est exempta. an sit exemptus prælatus?*

¶ CONSILIVM. XXVIII.

b Reuerendo [b] viro do
mino Buctio de Petralongua Spoleti
ducatus, in spiritualibus vicario & lo
cum tenenti. D. Iac. de prato iudicis dictæ curiæ.
Barto. à Saxoferrato legum doctor licet minim⁹
nunc actu legens Perusii salutem, ad uota, literas
vestras recepi. & acta causæ appellationis uerten
tis inter dominũ Thomã benedicti priorem hos-
c pitalis Sanctæ Mariæ de Charitate, & eius pro-
curatorem ex parte una appellañ. & ser Petrum
succij, & ei⁹ procuratorem ex altera parte, quam
mihi de partium uoluntate, uestra commisit pru-
dentia, & puncto scripto, uidelicet quæ sint par-
tes iudicis uisis constitutio. & consuetudi. ducalis
curiæ, & actitatis in ipsa causa & iuri. & allegatio
ni. utriusq; partis. quam commissionem uestri ac-
ceptaui. & uisis omnibus actis & iurib⁹ mihi trãs-
missis, & allegationibus utriusq; partis, & etiam
auditis sæpe allegationibus, quas aduocati par-
d tium prædictarum personaliter coram me facere
uoluerunt. ¶ Christi nomine inuocato dico &
consulo, ꝙ partes iudicis debent esse tales, ui-
delicet ꝙ inter dictas partes pronuncietur per di
ctum dominum Thomam & eius procuratorem
male & iniustè appellatum: & per dictum domi-
num iudicem esse benè, & iustè pronunciatum &
iudicatum. Ad hoc autem dicendum me mouent
rationes infrascriptæ. sed vt bene adducantur du
bietas habetur, & pendet ex duobus. Primò cùm
e ille prior accusetur ex proprio delicto cõmisso &
accusando illum accusatorem in sua inscriptione
apparet ꝙ non agitur de obligationibus uel fa-
cto ecclesiæ, sed de obligatione ipsius prioris, &
ex ipsius facto orta, vt. l. neq; interdicto. de regu.
iur. de tab. exhib. l. penul. quòd vi aut clam. l. is
qui in puteum. §. si tutoris. Est ergo videndum,
vtrũ istud delictum sit commissum in loco exem
pto, uel non, ꝙ si locus non est exemptus, appa-
ret primò posse cõueniri, vt in. c. j. de priuile. lib.
c vj. Quòd autem ille locus nõ sit [c] exemptus osten
ditur. nam uerba priuilegij dicũt sic: dicto hospi
tale &c. cum illis bonis quæ in pręsentiarũ ratio
nabiliter possidet, & quæ in posterũ rationabili
ter dante domino poterit adipisci ab omni iuris-
1 dictione &c. † Sed dictam pos. rationabiliter non
acquisiuit: ergo dicta possessio non est excẽpta: &
sic delictum commissum nõ est in loco nõ exem-
pto. hoc ostenditur. pręcessit instrumentũ dona-
tionis factę dicto ser Petro succij, ab illo cui⁹ di-
cto hospitale dicit se hæredem in quo instrumen
to concessit dicto ser Petro licentiam ingredien-
di possessionem dictæ rei sua authoritate, vt in di
2 cto instrumento apparet. † Sed constat ꝓ dicta li
d centia intrandi, quis vtitur contra hæredẽ, [d] sicut
cõtra defunctũ. ff. de leg. ij. in. l. titia cũ. §. j. secũdũ
ij. lect. & l. hæredẽ. & l. ꝙ ipsis. de reg. iur. & etiã
e contra ecclesiam [e] potest quis vti dicta licentia, vt
probatur extra de dona. c. cũ dilecti. per quã de-
cretalem hic tenet Hosti. & Io. an. vt ipsi notant
in. c. uerum. de for. compe. licet Inn. ibi videatur
sentire contrarium, cuius opi. reprobatur per. d.
c. ꝓ hoc facit. C. de epis. et cle. l. si quis curialis. Et
quia legitima licentia excusat quẽ à sacrilegio, de
aqua plu. arcẽ. l. q̃. ij. ĩ pri. sed ex istrumẽtis appa

c ¶ Non sit. An et quando hospitalia sint excẽpta et multa de hospitalibus, ponit Fely. in. c. de quarta. in iij. & iiij. colũ. de præscri. et ibi dixi in addi. ubi uideas Thomã.

d ¶ Cõtra heredem. adde Bald. in. c. j. §. si qs uerò. de pace iur. firm. et not. qa istud ius põt cedi. uide Bart. in. l. j. §. vsufructuari⁹. ff. de no. oper. nũ. Tho. Dip.

e ¶ Cõtra ecclesiã. Adde Bart. in. l. si quis curialis. et ibi doc. C. de epis. et cleri. et uide eũdẽ Bart. in. l. ij. in. vj. col. et se. C. de pi. et And. barb. ĩ. c. verũ. in. ix. col. de fo. compe. Tho.

ret dictum ser Petrũ licentia sibi concessa ingres-
sum esse aĩo possidẽdi dictã rẽ, vt apparet ex in-
strumẽtis productis: & sic legitimè possidere: er-
go dictũ hospitale non põt rationabiliter possi-
dere: cũ duo nõ possint eandẽ rẽ insolidũ possi-
dere, vt. l. & vt certo. §. si duob⁹ vehiculũ. ff. com-
mo. l. iij. §. ex contrario. de acq. pos. & ex hoc con
cluditur, ꝙ dicta possessio nõ est exẽpta. ¶ Præ
terea, aut ponimus dictũ Gellũ in vita sua dictam
rẽ possedisse, aut nõ. si ponim⁹ possedisse, ꝙ vide
tur pars dicti prioris asserere, dũ dicit in quadam
positione dictã pos. intrauit. tanꝗ̃ de bonis dicti
3 Gelli, q̃ † verba de bõis, sunt significatiua pos. vel
detẽtationis nõ dominij. ff. vi bo. rap. l. ij. §. ex hac
actione. & inst. eo. ti. §. in hac. Et maximè, cũ ipse
Gellus hoc asseruerit ꝙ hæredes eius negare nõ
possunt: qa mendaciũ defuncti redarguetur. ff. de
pign. act. l. rẽ alienã. in fi. & tunc ostendit̃ ꝙ talis
possessio est iniusta: qa cũ ipse Gellus cõstituerit
se suo noĩe precario possidere: & sic qualitatẽ seu
tit. possiddi habuit à dicto ser Petro donatario,
vt. l. interdũ. in prin. & ibi no. ff. de acq. pos. ex cõ
trario cõcludit̃, ꝙ omnis pos. quã Gellus postea
habuit, præsumitur habere ex tit. p̃cedẽti scilicet
precario à. d. ser Petro. l. ij. C. de acqui. pos. & no.
4 in. l. quędã mulier. de rei vẽ. † Sed pos. q̃ habetur
precario, est iniusta mutata voluntate cõcedẽtis,
vt. l. pompo. §. cũ qs. de acqui. pos. & vti pos. l. j. in
prin. & no. C. de acq. pos. l. vitia. p gl. & Cy. ergo
apparet, ꝙ hospitale ꝙ succedit in locũ Gelli vi-
tiosè possidet, vt. l. cũ hęres. de diuer. & tẽp. pręsc.
& C. de pręscr. long. tẽp. l. j. & ꝙ ibi no. aut dici-
mus ipsum Gellũ nunꝗ̃ possedisse, sed ipsum hos
pitale cœpisse possidere: & tũc idẽ: qa hospitale
possidet p̃cario à. d. ser Pe. Nã licet precariũ sim-
pliciter concessum, nõ transeat in hæredem, vt. ff.
de precar. l. cũ precario. in fi. tñ qñ hoc expressè
agitur nõ est dubiũ ꝙ ad hæredẽ transit, vt patet
in. d. l. cũ precario. sicut dicimus in vsufructu. nã
trãsit ad hęredẽ si exprimit̃, vt. C. de vsufr. l. anti-
quitas. & ff. de ver. ob. l. stipulatio ista. §. si qs ita.
Idẽ in legato dñio, vt. C. de leg. l. in annalib⁹. Sed
in illo instrumẽto tã ex principio ꝗ̃ ex fine ap-
paret ꝙ ille Gell⁹ oĩa fecit, & ꝓmisit ꝓ se suisq;
hæredib⁹: ergo patet ꝙ hospitale possidet preca-
rio, sed hæc possessio est iniusta p̃cario reuocato,
vt dictũ est: ergo pt3 ꝙ dictũ hospitale nõ possidet
rationabiliter: & sic res nõ est exempta. ¶ Præter
ea hoc nõ põt negari: qa dictũ instrumẽtũ dona-
tionis facit rẽ dubiã vtrũ hospitale iustè, & rõna-
biliter possideat, vel nõ. & sic est dubiũ, an res sit
5 exempta uel nõ. ¶ † Sed in dubio, ꝙ episcop⁹ est
a iudex[a] cõpetens, vt no. per Inn. ĩ. c. cũ sit extra de
fo. cõpe. & arg. ff. de iud. l. ij. §. si dubitet̃. & l. si qs
ex aliena. & ꝙ not. in. l. ij. ff. si quis in ius voc. non
ier. & sic patet. d. vicariũ iustè ꝓnunciasse. ¶ Se-
cũdũ dubiũ est: posito, licet nõ sit verũ, ꝙ. d. pos-
sessio sit exẽpta, an sit exẽpta persona dicti prio
6 ris? & hic dico ꝙ nõ. ¶ † Nã exẽpta ecclesia, vidẽ
tur exẽpti ipsi⁹ monachi, vel canonici clerici ꝑpe
b tuò dedicati[b] nõ aũt p̃sumitur qui parochianorũ
curã habet, vt extra de priui. c. p exẽptionẽ. lib.
vj. ex qua decretali apparet, ꝙ demũ illi q sunt ip
sius ecclesiæ, & in ipsa ecclesia incorporati, sunt
exẽpti. Sed si in ipsa ecclesia habet quandã curã,
seu præeminẽtiã: ipse est obligatus, nõ aũt incor-
poratus ecclesię. Hoc etiã probatur de iure ciuili
aliquẽ esse tribunũ, militũ si sic pręest militib⁹, ha
bet ne priuilegia militũ? certè sic, si est de militib⁹
aľs descriptis aliâs secus, vt. ff. de test. mil. l. ꝙ cõsti
tutũ. & ibi no. Sed in proposito prior hospitalis
potest esse quidam laicus, vt in. c. ij. §. vt aũt hæc.
& ibi no. de religi. domi. in clemen. hic autẽ non
est probatum, istum priorẽ esse oblatũ, vel aliâs
ipsi hospitali incorporatũ. Vnde licet prior non
gaudet priuilegio hospitalis. sicut non tribunus
c militum[c] qui non est de corpore: seu numero mili
tum: sic nec pro rebus de quib⁹ dicitur in. d. c. p
exemptionem. Sic ergo ipse nõ est exemptus, po
sito ꝙ locus esset exẽptus, ratione originis: tamen
ipse fiet de iurisdictiõe episcopi, vt. C. vbi de cri-
agi opor. l. j. & de interdi. & releg. l. relegatorũ. §.
interdicere. concluditur ergo, dictũ vicariũ bene
pronunciasse. Bart.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto ꝙ causæ inter consanguineos compromittan tur, consanguineus uenditoris cõparet & agit cõtra em ptorem, uenditor præsentat se in iudicio & petit com- promissum fieri ex forma statuti an cogi possit?*

2 *An possit quis petere in libello aduersariũ compelli à iudice ad transigendum.*

¶ CONSILIVM. XXIX.

d Consilium Pisanæ[d]
1 ciuitatis † decreuit ꝙ de omnib⁹ li-
tibus vertentibus inter cõiunctos
vsq; in tertiũ gradũ, teneat̃ iudex
ad petitionem vnius partis hoc petentis cogere
aliã partem de prædictis cõpromittere in eorũ ar
bitros & amicos cõmunes qui possint de plano
& in omnibus dilationib⁹ resecatis cogere, & dif
finire, & obseruare laudũ: & nõ possit dici de nul
litate, nec reduci ad arbitriũ boni viri. Modo ac-
cidit ꝙ Titius vendidit fundũ cuidam extraneo,
à quo extraneo Germanus. d. Titij vendicat. d.
fundũ. Titius ab emptore requisitus defensioni
se obtulit, & iudicium in se suscepit. nũc Titi⁹ pe
tit Germanum suũ cogi ad compromittendum
e secũdũ formã statuti. ¶ Et ꝙ debeat cogi[e] probãt
rationes infrascriptæ. Prima ratio actionis ratio-
nis propositę scilicet in rẽ actio aduersus possidẽ
tem datur & ex p̃sona actionis ipsius possidentis
fundũ, forũ nõ declinat, vt. C. de alie. iud. mu. cau-
sa fac. l. j. & ibi in rẽ actio. & l. officiũ. ff. de rei ven.
Sed ex persona actoris nõ mutat̃ forum probatũ
ff. de iud. l. vendito. & d. l. j. C. ubi in rem act. sed in
casu nostro emptor cõuenit̃ tanꝗ̃ possessor: ideo
ex sui persona nõ potest declinare iurisdictionẽ
primi iudicis & petere cõpromitti qa extraneus:
ergo nec ex persona actoris posset forum mutari
de iudice in arbitrum, & sic non debet cogi ad cõ
promittendum: & si inspicias in dictis duab⁹ legi
bus, videt̃ casus nostræ. q. ¶ Secũdò probat̃ pro-
ximè nõ facta expressio anteꝗ̃ istud argumentũ
fundem, pręmitto ꝙ ideo potissimè iste defensor
debet cõpromittere, quasi causa videat̃ sua cũ ad
eũ spectet cõmodũ & incõmodũ, cũ de euictione
teneatur, vt. j. dicet̃. arg. pro alia parte quicunq;
aliquid arguẽdo siue excipiendo debet illud pro
bare, aliâs ab eo ꝙ petit excluditur, vt. l. j. de pro
2 ba. & l. ab ea parte. & l. j. de excep. † Sed Titi⁹ q
f petit cogi ad cõpromissum, ideo petit[f]: qa ad eũ
spectat cõmodũ & incõmodum. certũ est ꝙ si res
euinceretur ex causa, quę causa est vitio ipsi⁹ em-
ptoris, ꝙ uẽditor de euictiõe nõ tenet̃, vt. ff. de cõ
trahẽ. emp. l. si rẽ quã. & l. si emãcipat̃. ĩ prĩ. & l. si
stichũ. & l. fi. istud certũ est ꝙ in vẽditione licitũ
est nõ exprimere causam ꝓximã, quare ad eũ di-
cat dñiũ pertinere, vt. ff. de exce. rei iud. l. an eãdẽ.
§. actiões. & l. si maritus. §. j. de leg. j. sed sic fuit in
casu nostro: qa uẽdicauit eã, causa non expressa,
& sic nõ apparet vtrũ dicat dominiũ suũ ex facto
emptionis uel nõ: & sic ad uenditorem spectat pe
riculum uel non: ergo & intentio non est proba-
ta, & sic excluditur ab eo quod petit. Bar.

SVMMARIVM.

1 *Duæ requiruntur demonstrationes, ad cognoscẽdum quem esse ciuem.*

2 *Onus probandi quemquã esse ciuem, incumbit ei qui dicit il lum fore ciuem. & nu. 3.*

¶ CONSILIVM. XXX.

g Quæritur[g] iudex
maleficiorum communis Egubij,
ad denunciationem Petri Hercu-
lani inquisiuit, contra Azolum, &
inquisitio

a ¶ Episcopus est iudex. vide de ĩtellectu. d. c. cũ sit generale. per Fel. ibi in. ij. colũ. et seq. et per Barth. soci. in l. remq; nobis. in ix. co. de acq. pos. et Alex. ĩ. l. ij. in fi. ff. si quis ius dicẽ. no. obtem. Tho.

b ¶ Perpetuò dedicati. vide Phil. frã. ĩ. c. p exẽptionẽ. de priui. lib. vj. et vide Spe. in tit. de statu mona. in §. j. ver. xxxvj. et Bald. ibi in addit. in versi. an rustic⁹. vbi voluit, quod rusticus q custodit hospitale, et portat aliquod signum, cẽsetur persona ecclesiastica. Thomas.

c ¶ Sicut nõ tribunus militum. adde ꝙ. l. quòd cõstitutũ. ff. de test. mili. superi⁹ alle. videt̃ probare cõtrariũ. nã ibi loquitur de tribuno finito. Thomas.

d ¶ Cõsilium Pisanę. Adde ꝙ hoc cõsi. est in. j. parte iudi. nu. lxiiij. et pro cõsi. Bar. alle. Ale. in. l. si post diuortiũ. in fi. ff. so. mat. et And. Bart. in. c. quoniã. §. in alijs. in. xxix. col. vt lit. nõ cõtest. et dominus meus in iure cano. d. Ant. corse. in suo tracta. de potestate regia. in q. xlj. in. xxix. priuilegio pacis. vbi dicit ꝙ illud cõsiliũ nõ reperit̃ impressum, et verũ dicit: qa nõ imprimitur. Tho;

e ¶ Debeat cogi. Adde Bart. in sua disputa. q̃ incipit Pisanæ ciuitatis. & ibi dixi in addi. cũ cõcor. de quib⁹ p. d. Andr. sicu. in c. qm̃. §. in alijs. in xxix. col. extra vt li. nõ cõte. ubi examinat dicta per Bar. hic, & Alex. in. l. si post diuortium. in fin. ff. sol. ma. & in cõsi. lxv. in. vij. vol. inci. in causa & lite. ĩ. ij. colum quibus adde Ange. de are. in. §. actionũ. in. x. col. in ver. q̃ro denunciaui. insti. de acti. & vide etiã Bart. in cõs. ccxix. inci. agitur. in. j. volũ. et ibi scripsi. Tho.

f ¶ Ideo petit. not. ꝙ dicit Barto. hic vtrum quis possit in libello petere à iudice aduersariũ compelli ad trãsigẽdum. et ad hoc no. d. Ant. de corse. in suo tract. de potestate regia. in xlj. q. in. xxix. priuilegio pacis. Th.

g ¶ Quæritur. Adde quod istud cõsil. secũdum ordi. Perusi. est in. j. pte iudi. nu, xvj. Th.

inquiſitio ſuper his. Hæc eſt inquiſitio quam fa-
cit do. B. ex officio, necnon ad denunciationẽ Pe
tri Herculani oriundi & habitatoris ciuitatis Eu
gubij, contra & aduerſus Azolum de Aretio, eo
ꝙ percuſsit eum ſine ſanguine. qui Azolus excu
ſans ſe, confeſſus fuit loco & tẽpore in inquiſitio
ne confitentis percuſsiſſe. d. Petrum ſemel. alia de
quibus inquiritur contra eum negauit vera eſſe.
teſtes dicunt aliqui ipſum Petrum: aliqui. d. Pe-
trum. Modo ſunt tria ſtatuta, quorum primum
eſt ꝙ ſi quis ciuis percuteret ciuem vel comitati-
uum, & de iſto nihil ad pręſens. Aliud eſt ꝙ ſi ali-
quis ciuis percuteret forẽſem. & de hoc nihil ad
præſens. Alio etiam ſtatuto cauetur, ꝙ ſi forenſis
percuteret ciuẽ puniatur in quadruplo: ergo &c.
condẽnaretur ciuis ſi ciuẽ percuteret. poſt reſpõ
ſionẽ etiã q̃ſiti, iudex fecit quoſdã teſtes exami-
nari, & condẽnauit. d. Azolũ in quadruplo tanq̃
ſi percuſsiſſet ciuẽ. Ego dico & cõſulo, ꝙ Azolũ
confitendo ꝙ loco & tẽpore &c. ſi de vno malefi
cio & percuſsione ibi quærit̃, cõfitetur de percuſ
ſione vna & alia, de quibus inquiritur cõtra eum
negauit, dicerẽ ꝙ non videtur cõfiteri illũ ciuem.
1 † Duę enim demonſtrationes ad recognitionem
Petri prædicti vna per proprium nomẽ, alia per
gentem de qua natus eſt ſcilicet q̃a oriũdꝰ: & hæc
ſecunda dat aliam formã delicto, & aliam inducit
pœnã, vt. ff. de condi. & demõ. l. nominatim. & de
ędil. edic. l. ꝙ ſi nolis. §. q mancipia vendũt. & ad
demonſtrationẽ reſpondiſſe videtur, aliam verò
negauit: vnde videtur negaſſe formã datam deli-
cto, & ſic videtur dicendũ ꝙ iſta negatio aliquid
operet̃, & nõ ſit ſuperflua, vt. ff. de vſur. l. ſi ſtipu-
latur. & de leg. j. & l. ſi q̃n. de capti. & poſtlimi. re
uer. l. iiij. in fi. ad municip. l. j. nihil enim aliud po-
teſt operari illa negatio, niſi vt neget ipſum eſſe
oriũdũ de ciuitate Eugubij, & ciuẽ facit, vt. C. de
incol. l. cũ numerũ. aliâs inci. verũ & l. ciues lib. x.
2 † hoc caſu incumbit onus probandi ipſum Petrũ
eſſe ciuem ei qui ipſum ciuem eſſe dixit, & ſi non
probauit nõ potuit nec debuit cõdemnari tanq̃
offendiſſe ciuem, ſed potius abſolui: q̃a ſecũdum
formam ſtatuti diuerſitas perſonarum inducit di
uerſitatẽ delictorum: & diuerſitas pœnarum in-
ducit diuerſitatem iudicij: vnde hac qualitate ad
iecta in inquiſitione ſeu denunciatione deficiẽtis
nõ poteſt ſequi cõdemnatio, licet aliâs percuſsio
ſit ꝓbata, vt. ff. de nox. l. in delictis. §. ſi detracta.
& de inſti. l. habebat. & vi bo. rap. l. ait p̃tor. §. hęc
autẽ actio. ver. docere. l. denũciaſſe. §. quid tamẽ.
ff. de adulte. & de pe. l. aut facta. §. qualitas. ſi verò
fiunt plura delicta in inquiſitione: tunc dico cõfi-
tendo ſemel percuſsiſſe. d. Petrum in inquiſitiõe
alia negando videtur per hoc demõſtratũ ipſum
referre cũ omni ſua demonſtratione. ſic cùm teſta
tor legat fundũ inſtructũ libertis in inſtrumento
poſtea in codicillis petijt vt moriẽtes, partes ſuas
fundi reſtituerent ſuperſtitibus nec mentionem
habuit inſtrumenti: nihilominus videntur eſſe re
petita inſtrumenta, & talis fundus in cauſa fidei-
com. venire quale fuit legatum, vt. ff. de fun. inſtr.
& inſtrumento leg. l. iij. vnde per cõfeſsionẽ par-
tis, ſatis eſt probatum ipſum eſſe oriundum de ci
3 uitate Eugubij. ¶ † Ad id autem ꝙ dicitur de di-
cto teſtium dicentium. d. Pe. vel ipſum Petrũ di-
co ꝙ teſtes non probant oriundum de ciuitate, q
ẽm dicit aliquẽ de aliqua re. debet hoc ꝓbare. ff.
de prob. l. j. & l. de iure. ff. ad muni. Sed teſtes ſup
inquiſitione examinati, referũt ſe ad locũ & tem-
pus appoſitũ in denunciatiõe & inquiſitiõe, & te
ſtificãt̃ de eo ꝙ nũc & eo loco viderũt, & ideo nõ
probãt de origine q̃ ante fuit diu & in alio loco,
poſito ꝙ hoc verbũ dictũ vel ipſum referãt ipſũ
originaliter Eugubinũ: tamen ratio reddita per
teſtes & tẽpus & locus eorum dicta reſtringãt, vt
nõ probent niſi ea ad quę ratio tẽporis & loci ſe
extẽdere põt, vt. ff. de calũ. l. hæc actio. & de pœ.
leg. l. nam quòd liquidè. §. fi. & accedat. ff. de lega.
iij. l. prędijs. §. titio. & C. de iur. delibe. l. cùm aliq̃s
ad quęſtionem autem de eo, quòd confitet̃ dero-
baſſe mantellum & alia negat, nunquid videatur
per hoc confiteri æſtimationem? Reſpon. Diſtin-
gue. vt. s. Bart. à Saxofer.

SVMMARIVM.

1 *Statutũ factũ à laicis contra libertatem eccleſiæ non ualet.*
2 *Monaſteria quid habeant facere ut conſeruent libertatem ſuam, contra ſtatuta laicorũ contra ipſam diſponentia.*

¶ CONSILIVM. XXXI.

a DOmini priores[a]
habentes authoritatẽ ab adunã-
tia generali, ſtatuerũt, ꝙ quilibet
conductor poſsit renunciare cõ-
ductioni prædiorum pro futuro
tempore factæ à collegijs vel vniuerſitatibus qui-
buſcũq; etiam eccleſiaſticis, & ꝙ nullus officialis
communis Peruſiæ poſsit de hoc cognoſcere, vel
iuriſdictionem habeat contra prædictos condu-
ctores ſic renunciãtes. ¶ Quæritur modo an talia
ordinamenta potuerint monaſterijs vel alijs ec-
cleſijs præiudicare in eorum iuribus? Secundò
quæritur an iudex communis Peruſiæ poſsit de
hoc cognoſcere. Tertiò ſi hoc nõ poteſt quid ha-
beant facere monaſteria vel eccleſiæ uel eccleſia-
ſticæ perſonæ. Super primo videtur dicendum
1 indubitanter ꝙ † tale ſtatutum[b] non poteſt priua
b re monaſteria & eccleſias ea obligatione qua ha-
bent obligatas priuatas perſonas. Primò quia lai
cis eſt interdicta omnis poteſtas ſtatuendi de re-
bus eccleſiaſticis: vt extra de conſti. c. quę in eccle
ſiarũ, vbi eſt caſus noſtræ. q. & in. c. ſanctæ Marię.
Pręterea q̃s nõ põt ſtatuere de rebꝰ ſuę iuriſdictio
ni nõ ſubiectis, vt. l. extra territorium. de iur. om.
iudi. & de bo. aut̃. iud. poſ. l. cum vnus. §. fi. ſed res
eccleſiæ & earum iura non ſunt ſubiecta iuriſd. ſe
cularium, vt. d. c. ergo &c. ¶ Præterea tale ſtatu.
eſt cõtra priuilegiũ eccleſię, & ſic cõtra eccleſiarũ
libertatẽ, vt probabo: ergo nõ valet, vt. C. de ſac.
ſanc. ec. aut̃. caſſa. & ꝙ ibi no. per Cy. & extra de
ſen. exc. c. nouerint. & ibi per Inn. ꝙ aũt ſit cõtra
priuilegiũ eccleſię, patet quoniã ſtatutũ eſt ꝙ nul
la vniuerſitas vel priuata perſona, res & bona ec-
cleſiarũ pręſumant inuadere, vt. C. de epiſ. & cle.
aut̃. nulla cõitas. ſed per hoc iſta cõitas inuadit bo
na eccleſiarũ & obligatos ſibi obligatione diſſol-
uit: ergo &c. quòd poſſet dici ꝙ tales eſſe poſſunt c
& determinari debent ſecũdũ bonã conſuetudi-
nem, vt extra de eo q mit. in poſ. cauſa rei ſeruan.
c. cùm veniſſent q̃a illud poſſet eſſe verũ quando
conſuetudo pręceſsit acquiſitionem factam eccle
ſiæ, & ſic res cũ ſua cauſa tranſeũt, aliâs poſtq̃ res
eſt acquiſita eccleſię ſtatutũ & cõſuetudo commu
nis per quã eccleſia ſuo iure priuatur dicitur ma-
la & inhoneſta, & contra libertatem eccleſiæ, vt d
dictũ eſt extra de ſent. & re iu. c. cum cauſa. & d.
c c. quæ in eccleſiarũ. ¶ Sup ſecundo[c] ſcilicet an iu
dices cõmunis Peruſij, poſsĩt de hoc cognoſcere?
dico ꝙ licet ipſum ius obligatũ ſit eccleſiæ: tamẽ
iuriſd. quã habent dicti officiales, habent actionẽ
Peruſiæ & ius cognoſcendi, de hoc eſt commu-
nis Peruſiæ. meritò ſuper hoc potuerũt facere ſta
tutũ, & eos dicta iuriſdictione priuare. nõ poteſt
dici ꝙ iſta ſunt contra libertatem eccleſiæ: q̃a ſi di
cti iudices non habent cognitionẽ: tñ cõmune po
2 terit alios iudices dare. ¶ † Super tertio quid. d.
monaſteria habeant facere: dico ꝙ habẽt interpel
lare priores, vt ſupradictis eorum iuribus proui-
deãt de iudice cõpetẽti, intra aliquod ſpatiũ con-
gruũ ꝙ ſi priores & cõe hoc facere neglexerint:
tũc ſuccedit iudiciũ eccl'iæ: q̃a epiſcopꝰ vel Papa
erit iudex cõpetẽs etiã inter laicos eccleſię Roma
næ in tẽporalibus nõ ſubditos. caſus eſt de fo. cõ-
pe. c. licet ex ſcripto &. c. ex tenore. Sed iuxta p̃di
cta poſſet dubitari cum iudices Peruſiæ hoc iu-
dicarent, facerẽt hoc ſummariè, & ab eis nõ appel
laretur. an idẽ ſit hoc caſu iudice eccleſiaſtico co-
gnoſcente? Reſpon. ſic cũ ijſdem legibus habeat
d iudicare, & loco[d] ſecularis iudicis cognoſcit, & eo

a ¶ Priores. adde ꝙ hmõi cõſi. ſecũdũ ordinẽ. peru. eſt ĩ j. parte iudi. ĩ cõſi. lxvij. & aliâs inci. priores, & ita alle. Alex. in aut̃. caſſa. in fi. C. de ſac. ſan. ecc. in addi. Barto. hoc etiã cõſil. alle. etiã do. Ioã. bap. de ſan. ſeue. ĩ rep. l. j. in. c. colũ. C. de ſum. tri. & fi. cath. & adde ꝙ iſtud cõſi. eſt duplicatũ. s. in cõſi. clxxxvij. ĩ j. vol. & ibi ſcripſi. Tho.

b ¶ Tale ſtatu. vide Bald. in. l. ſi q̃s curialis. circa fi. C. de epiſ. & cle. vbi voluit, ꝙ per ſtatutũ nõ põt auferri clerico ius cõe: tamẽ poteſt tolli protectio ſtatuti & priuilegium. & dicit Fulg. ibi illã legẽ eſſe mirabilem, ꝙ priuilegia cõceſſa eccleſijs ꝑ principes & gñales conſtitutiones, poſsĩt per ipſos principes cõtrarijs cõſtitutionibꝰ reuocari, vt ibi ꝑ ipſum. de cuius veritate vide Bar. in. l. priuilegia. in fi. C. de epi. audi. & Sal. in aut̃. caſſa. C. de ſa. ſan. eccle. & ibi vi deas Alex. in add. Bar. vbi plenè examinat an valeat ſtatutum clerici ſicut extra ꝓhibitionẽ cõmunis cũ cõcor. de quibus ibi per ipſum vbi etiã alle. Bar. in iſto cõſi. Thomas.

c ¶ Super ſecundo. Vide Barto. in. l. ambitioſa. in. iij. col. ff. de decre. ab ord. faciẽ. in verſi. ſed an poſsint iudicibus. Tho.

d ¶ Et loco ſecularis iudicis. Vide Bart. in extrauag. qui ſint rebelles. ĩ ver. mille librarũ. cũ cõcor. de quibꝰ per dñm Io. bap. ſeue. in rep. l. j. ĩ. c. co. C. de ſum. tri. & fid. ca. in ver. accedit p̃dictis. vbi etiã alle. Bart. ſup iſto conſi. Tho.

modo ab eo potest appellari sicut à seculari iudice si cognosceret, vt extra de maio. & obed. c. solitę, & ibi per Bernardum. Bart.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemans Deum de nocte qua & quotuplici pœna puniri debeat uigore statuti eam imponentis.*

2 *Existentibus duobus statutis in ciuitate de eadēmet materia loquentibus, an & quando unum tollatur per alterum?*

3 *Blasphemare & maledicere, idem est.*

¶ CONSILIVM. XXXII.

a F Actum tale[a] est. Quidā Pellin⁹ dixit noctis tpe, maledeto sia Dio, de quo cauetur Perusij in qua ciuitate est statutū factū ab adunātia gnāli φ imponit pœnā ccc. libra. primo loco factū & reformatio est secūdo loco facta p priores tātū, quę imponit pœnā
1 cētū libra. Modo quærit inquātū† dictus Pellin⁹ debeat cōdēnari, & an. d. pœna duplicetur tpe noctis secūdū aliud statutū ciuitatis prędictæ. ¶ Et dico φ debet cōdēnari in cētū: nā in. d. accusatiōe cōtinetur, φ petit ipsum puniri secūdū formā statutorū & ordinamētorū cōmunis Perusij, & sic cū plures pœnæ sint intētatæ, puniat ex mitiori, vt l. prętes. & l. interpretatione. ff. de poe. Sed huic dicto obijciunt plura. Primò φ dictū vltimū ordinamentum non valet: cum non potuerit tolle-
2 re statutū factū in adunātia gnāli.† ad φ respondet, φ primū nō tollit per secūdū vnde ex quolibet potuit accusari, vt. l. cū ex vno. & l. plura. ff. de ac. & ob. & vbi nō exprimit, mitior lex intentata videt, vt dictū est. ¶ Secūdò obijcit φ priores nō potuerūt facere dictū ordinamētū: qa hoc nō videt pertinere ad pacificū statū ciuitatis, vel vt pecunia veniat in cōi. ¶ Ad φ rn̄det, φ perti-
b net[b] ad pacificū statū ciuitatis. nā qnq; ad salutē reipublicę spectat pœnas minuere. maximè in delictis q̄ à pluribus cōmittunt, vt. ff. de poe. l. aut facta. §. fi. qa propter exaggerationē, pœnæ hoīes & ciuitates minuunt, & interest reipublicæ plures priores habere. ff. de bo. dā. l. fi. §. pe. Præterea pōt interesse reipublicæ pœnas pecuniarias minui, vt pecunia ueniat in cōmuni: qa facili⁹ pœna minor soluit. ff. de offic. pręsi. l. illicitas. §. fi. & sic cōcluditur φ priores habuerūt argumētū faciēdi dictā legē. ¶ Tertiò oppo. & videt φ dictū statutū primū loquat de maledicētibus Deū. secundus ordo videt loq de blasphemātibus, & sic loquunt de diuersis casibus. ad quod respondet φ idē est maledicere & blasphemare, vt probat extra de
3 maledic. c. fi. vbi apparet† φ ille qui blasphemat, dicit maledicere. ad idē facit. C. si qs imper. male. l. j. ¶ Item dubitat an ratione noctis, in dicto casu pœna debeat duplicari? ad φ respondet φ nō: qa
b tiliter factis, in quęstione proposita, dico ego Barto, [b] à Saxo ferrato super primo puncto, ꝙ rupto testamēto ex causa pręteritionis posthumi, de quo testator non cogitauit: quia vxorem non habebat, legata non debenť per authentic. ex causa. & in corpore vn de sumiť. & sic hoc casu, iura antiqua remanēt īcorrecta. probatur primò per. l. si vnꝗ. de reuo. dona. vbi donationes inter viuos, quę sunt validę & nituntur voluntate duorū, reuocantur propter superueniētes liberos de quibus non cogitauit, vt ibi. multò magis legata. q̄ similiter sunt donationes, vt. l. legatū est donatio, de lega. ij. & nituntť voluntate vni⁹. hoc etiam corroboratť per Cano. etiam in relictis & donationibus ad pias causas, vt. xvij. q. iiij. c. fin. ¶ Pręterea hoc sic probať, de iure antiquo: testm̄ militis nō rūpebať ex cā pteritionis, sicut hodie p auť. ex cā. nō rūpiť legatū: tamē illud sic interpretatū est ꝙ intelligať de illo milite qui præterijt filiū sciens se illū habere, vel sciens vxorem pręgnantē. secus si ignorasset, vt. C. de mili. test. l. sicut certi. & l. si cum vel in vtero. ita in proposito auť. q̄ dicit testamēto rupto ex cā pręteritionis remanent legata, intelligi debet de pręteritione facta à sciente. secus si ignorauit. ¶ Pręterea hoc probať ex corpore vnde sumiť. d. authenti. vt cum de appel. cogno. sin autē hæc obseruata non fuerint p quē tex. apparet prędicta esse vera assignatur ibi cā. s. ne filij falsis accusationibus condemnētur vel circunscriptionē aliquā in parētum substātijs patiantur &c. hoc ꝙ dicit ne filij falsis &c. refertur ad filium exheredatum vel præteritū inserta tamen falsa cā & nō vera, ꝙ sequiť vel circunscriptionem aliquā in parētū substātijs patianť debet intelligi de eo q pręterijt filiū vel posthumū sciēter scilicet vxorē esse pręgnantē, & hoc indicat verbū circūscriptionē. nā circūscribere est, aliquē sciēter fraudare. ff. de in ītegresti. l. j. & ibi not. in gl. super versi. circūscriptis. & sic nō habet locū in eo qui ignorabat vtrū vxorem habiturus esset vel nō. Apparet igiť manifestè ꝙ iura antiqua quæ dicebant rupto testamanto legata non deberi, remanent incorrecta, si filius pręteritus est à patre ignorante ipsum viuere. & ita possunt intelligi opinio. corū q hoc tenent. & hoc verū est, ut scripsi. Concludo igiť in præsenti qōne legata non deberi super secundo

a ¶ Quidā. adde ꝙ hoc cōs. Bar. secūdū ordi. pu. est in. iij. pte vlt. vol. ī cōsi. xix. & est in. j. vo cōsi. ī char. lvj. vbi est. j. scripta sub scriptio. Ioā. Cal. Tho.

b ¶ Dico ego Bar. adde ꝙ hāc opi. tenet. Bar. in. auť. ex cā. C. de li. pt. & ī. l. j. ī. vj. q. ff. de iure codi. & in cōs. īc. qdā noīe Lapus. & est. j. ī. cōs. lxij. ī. ij. vo. & ibi scripsi. & ita cōsulendo cōsuluit Alex. ī cōsi. xlj. in. j. vol. īci. viso tenore. & Fr. de are. in cōsi. xxiiij. quatuor dubia & ī cōs. xlix. in xiij. col. ī cōs. lxvj. & ī cōsi. xciij. īci. viso legato. & ī cōsi. clxviij. elegāter & subtiliter. & Bal. ī cōsi. xx. in. j. vo. clausula codi. & ī cōsi. ccccxl. in j. vo. qa vltim⁹ passus ī. ij. col. & ī. §. fi ī. ij. col. C. de codi. & Ant. de Canario. in cōsi. cccxciiij. ī cā ser Maxi. de Racaneto. & ista ē vera opi. & ita cōsului in causa Antonij Lucæ de sācto Constāti no vbi plenissimè scripsi cōtra Bart. et postea cōsului pro opi. Barto. et vide Iaso. ī. d. auť. ex cā. ī anpen. col. et ī. l. tale pactū. § fi. ff. de pac. et Ale. in. d. auť. ex cā. ī. v col. et ibi scripsi ī addi. Tho.

cundo puncto de illa clausula volo valere iure testamenti vel codicillorum, saltem dico idem quod.s. videlicet ꝙ eius vigore non debentur legata, nec ad hunc casum hæc verba porriguntur per ea quæ.s. dicta sunt & alleg.&c. Ego Barto.à Saxoferrato. ¶ Ego Ioan.Calde. decretorum doctor: quia ponitur in themate ꝙ testator tempore testamenti, non habebat vxorem nec filium per quod se ad quod faciendum sit testamentum non est verisimile, ꝙ speraret habere filios. & sic nõ potest dici exhæredatio vel præteritio eius de quo non erat spes vt.ff.de iniusto rup.& irri.testa.l.nam & si sub conditione.de despon.impub.ad dissoluendum. cum si. moueretur igitur proles, nõ speraretur, rumpitur in totum, & sic nõ obstantibus illis verbis, quòd voluit valere &c.non potest peti hæreditas à substituto: sic nec possunt peti legata à fideicommissario in dicto testamento relicta ad instar eius quòd not. C.de reuo.dona.l.si vnꝗ pro hoc facit ratio.l.cum quis.ff.de códi.cã data.& cã non sequuta.&.l.senatus.§.nec dubitanter ff.de dona.cau.mor.cum concor.& quasi videtur expressum in Longobardia de successionibus.l.si quis se disparauerit.Et prædicta teneo & sigil.appono.

SVMMARIVM.

a Hæres utrum teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum ex re legata monasterio construendo, antequam construatur.

¶CONSILIVM. LVIII.

a QVidam ser Martinus bonauenturæ de Combiate ciuis Floren.in suo testamento disposuit, & iussit construi vnum monasterium, in quo mandauit includi certum numerum monialium & dicto monasterio construendo legauit multa bona per hęc verba. & legauit dicto monasterio construendo talia poderia &c. Et deinde sibi hæredem instituit dominam Hermelinam & quendam alium, quo testatore mortuo dicta domina Hermelina constituta possedit bona hæreditaria, & percepit fructus bonorum legatorum dicto monasterio construendo per tres annos vel plures & isto medio tempore impetrauit à diocesano terminum vltra tempus anni datum à synodali constitutione vel iure ad exequendam vltimam voluntatem, videlicet terminum dictorum triũ annorum, mandauit tamẽ ꝙ inchoaretur dictum monasterium.ad.xv.menses: demum dicta dilatio adhuc prorogata fuit, & demũ diocesanus seu eius vicarius, in terminum vltimò prorogatum canonicè elegerunt & nominauerunt abbatissam dicti monasterij cõstruendi & eidem abbatissæ & monasteriò cõstruẽdo assignauit possessiões & bona legata dicto monasterio, & elegit xij.puellas futuras moniales. Et demũ accessit cõsensus hæredis & executorum ad hæc, & inuẽtus est & deputatus authoritate diocesani, & per hæredẽ & ꝑ executorẽ locus alterius monasterij iam constructi cum in loco per testatorẽ destinato cõstrui, tunc nõ posset, & extitit dictæ abbatissę & cõuentus dictus alius locus deputatus. Modo est quæstio de fructibus bonorum legatorum dicto monasterio, seu illi monasterio ꝙ representatur in testamẽto, videlicet de perceptis per domi. Hermelinam hæredem à tempore mortis testatoris ante deputationem loci huius, & ante electionem abbatissę & monialium prædictarum ad quẽ videlicet debeant pertinere† vtrũ

1 ad monasterium, an verò ad hæredẽ quæ percepit anteꝗ monasterium quo ad cõuentus esset creatus, & quo ad locũ anteꝗ hic locus esset huic cõuentui & vsui deputatus. ¶ In.q. prędicta cõstat valere legatum factum monasterio construendo, vt.l.seruus.ff.de alimẽ.& cib.leg.& de lib.cã.l.seruos.sed de fructibus rerum legatarum perceptis: anteꝗ monasteriũ construatur est dubitatio præcedens an pertineant ad monasterium post constructionẽ, an verò ad hæredẽ.& ꝙ ad hæredẽ nõ pertineãt est casus in.d.l.seruos.ff.de lib.cau. prout est ibi litera negatiua quæ est cõmunis litera, & hoc tenet glo.C.de fur.l.si nõdum licet Pe.ibi cõtradicat, vt Cy.refert. Sed cõis litera est negatiua. posito tñ ꝙ ibi esset litera affirmatiua & dominiũ bonorũ legatorũ esset hæredis: tñ fructus debẽt esse monasterij post cõstructio.nam oĩs casus eueniẽs, licet absꝗ culpa hæredis per quẽ monasterij cõstructio impediatur, nõ impedit quin postea monasterio cõstructo, fructus oẽs medij temporis monasterio debeãtur. casus est expressus in simili.C.de his quibus vt indig.l.cum syllanianũ. ¶ Præterea in istis relictis ad pias causas re ipsa absꝗ aliqua interpellatione per hęredem non implentem, mora contrahitur, vt.l.cum non.§.apparet.de fideicõ.lib.statim ergo hæres cum potuit, fuit in mora: & per consequens tenetur ad fructus. ¶ Præter ea hoc videtur expressum eadem.l.cum verò.§.idem Imperator.vbi dicitur ꝙ nulla dilatio ꝗtũcunꝗ fortuita, huic relicto ad pias causas debet nocere quominus habeat omnia ac si statim voluntas testatoris fuisset impleta. ¶ Præterea hoc est expressum in authẽ.de eccle.titu.§.si quis ædificationem. dicitur ꝙ venerabilis domus intra annum nõ sit ędificata, nec possit ita de facili ædificari: tamẽ debet emi vel cõduci aliqua domus vt interim voluntas testatoris seruetur. Ita hic hæres qui non poterat monasterium construere, debuit interim in aliqua domo empta vel conducta dominas tenere vel fructus ibi conseruare, ad vtilitatem monasterij construendi, & per hoc apparet ꝙ dilatio quæcunꝗ data est ab episcopo, nõ debet prodesse hæredi, vt faciat fructus suos. nam dilatio illa est circa constructionem monasterij tantum non circa alia quæ hæres interim debebat facere, vt voluntatem defuncti impleret. Item quia supra dictum est, quocunꝗ modo dicta dilatio intelligatur, etiã si esset lata à lege, nõ intelligitur per eã pręiudicari monasterio post cõstructo quin interim nõ percipiat omnes commoditates medij temporis, vt superius est probatum Bartol.

¶CONSILIVM. LIX.

b EX parte[b] hæredis dicitur fructus non deberi monasterio: quia percepti sunt anteꝗ monasterium esset in rerũ natura: ergo antequam dies legati veniret vel cesserit ergo hæredi cedũt, vt l.si ita relictum.§.pegasus.ff.de lega.ij.& quod no. Mod.in.l. fi.§.fi.C.cõmunia de leg.hoc etiam conuincitur ratione. nã fructus nõ pertinent legatario nisi aut dispositione testatoris, aut ex cõsequentia dominij rei legatę, vt.l.Herẽnius.ff.de vsur.aut ratione moræ, vt.l.fi.C.de vsur.& fruc.leg.cum simi. sed neutrum est in casu proposito. nã dominium habere non potuit res quæ nondum erat in rerum natura. de eccl.ędi.c.j. ¶ Item nec hæres fuit in mora, cum nõ haberet cui daret vel solueret.ff.de leg.cõmi.l.si fundus.§.fin.&.ff.de vsur.l.pecuniæ, ad fi.nec in cõstruendo monasterio propter dilationẽm iuris & propter prorogationẽ factam à diocesano. ¶ Ex aduerso dubitatur fructus deberi à tempore mor.testatoris: qa legatum est purè nec cõstructione monasterij quæ est de futuro facit cõditionem cõsiderata persona representata in hoc legato: qa videtur legatũ de eo qui fuit cã legati, & qui representatur in pñs legatis: & in pñs actibus. & qa ꝙ relinquitur Deo videť relinqui ecclesiæ, & ecõtra. in authen.de ec.ti.§.si q in noĩe dei magni.no.ꝑ Dy.insti.de actio.§. sic itaꝗ.in fin.& donec nõ subest determinata ꝑsona legatarij debet percipere eps pro his qui futuri sunt legatarij arg.l.si qs ad declinandã. C.de epi.& cleri.nam si relinqueretur in redẽptionẽ captiuorum, etiam si nullus esset tũc captiuus, perciperet episcopus pro futuris captiuis, tãquam ꝑsona representans legatarios. ¶ Præterea licet istud legatũ nõ videretur esse purũ, & pñs, & interea nõ sit cui quærit: tñ hæres debet seruare fructus interim ꝑceptos monasterio cõstruẽdo & ei dare cum erit constructũ. Nam dies cõstructionis nõ expectať, nec inest fauore hæredis. sed ex necessitate & gratia rei gerẽdæ: qa requiritur tẽpus ad probationẽ sui. & tps ꝙ interponiť gratia ipsius rei interponitur, scilicet vt fiat. ergo fructus medij temporis, nõ debent cedere lucro hæredis. arg.l.si ita relictum.§. pegasus ij.respõ.ff.de leg.ij.& eo.titu.l.pater.§. curatoris. ¶ Præterea licet hæres habeat dilationem ad construendum monasteriũ, non tamen ex consequentia habet dilationem ad præsentandum legatum, nam interim potest creari rector monasterij seu conuentus, vel interim potest creari economus vt gubernet bona legata pro monasterio futuro: vel interim potest dari episcopo, ratione prõ futuro conuentu. nam rebus fortunæ prouideri potest in præparatione.l.si seruitutis.§.futuro.ff. de serui.rusti.prædi.& præparatio valde conueniebat rei gerendæ. nam cùm curandum esset collegium monialium expectabatur res quæ statim ꝙ est producta exigit vnde viuat ex perceptis fructibus, nam percipiendos, expectare nõ posset. nam vt sic loquor, istud corpus nascitur cum dentibus, & statim quærit cibũ. ¶ Ergo prouisio est acta negocio. & fructuum conseruatio procedere videtur ex mente illius q hoc monasterium fieri mandauit. ¶ Sic etiam damus curatorem ventri vt prouideamus futuro partui. ¶ Sic etiam damus curatorem hæreditati, interdum vt prouideamus futuro hæredi: ergo non inconuenienter hoc casu economus potuit dari,

a ¶ Quidam ser martin⁹. adde ꝙ hmõi cõsi. secũdũ ordi. peru.est in.iij. pte vlt.volũ.in consi. xx.& aliâs incip. casus sup quo consiliũ petiť talis est, quidã ser Martinus.& aliâs incip. in quæsti. ꝑdicta. Thomas.

b ¶ Ex parte. adde ꝙ hmõi consil. est do.Franc.de albe. de are. q cõsuluit sup eodẽ casu sup quo cõsuluit Bar. in consi.præcedẽ. & vide ibi. Tho. Diplo.

a ¶ Videt. hoc cōsi. est do. Nico. rap. de floren. ꝗ cōsuluit prout Bart. in cōsi. prece. lviij. & ponit opi. suā sup dictis fructib⁹. T.

b ¶ De fructibus. istud consi. est do. Ioā. cal. de bono. sup fructibus qui cōsuluit vnà cum Bart. in eodēmet casu, vt. s̄. in consi. lviij. & ponit opi. suam. Tho.

c ¶ Viso testamēto. istud consi. secundum ordi. perusi. est in. iij. parte vlt. vol. in consi. xxxiiij. & pro consil. Barto. alleg. And. Barba. ī. l. ij. ī prin. in addi. Bart. inci. quodā. ff. quēad. test. aper, Tho,

d ¶ Determinat gl. Adde ꝙ illam gl. alle. Barto. in. l. j. in vlti. col. C. de test. & ibi Ang. & Sal. dicunt illā gl. esse sing. sed adde simi lem in. l. fi. in ver. ostendere. C. de fi deicom. Tho.

e ¶ Ex facto. adde ꝙ huiusmodi. cōsi. secūdū ord. perusi. est in. iij. parte vlt. volu. in consi. xxxvj. & aliâs incip. nomine. salimbertus. & in consi. lij. in. j. vol. & vide de hoc Bar. consi. Pet. cor. in consil. cclxxij. in. iiij. vol. inci. in hac consul. in. ij. col. vbi alleg. Bar. in isto cōsi. & Alex. in. l. j. ī. xv. col. ff. de vulga. & pu. in ver. in eadē gl. ad fi. & ibi ponunt plures concor. Tho. diplo.

vt perciperet &c. ¶ Præterea hæres fuit in mora post annū, vt in aut. de eccle. tit. §. si quis hæreditatē. ergo fructus debet habere à die mortis defuncti, vt. eo. tit. §. sinautē legatū ab aliquo ad pias causas &c. ¶ Non obst. prorogatio termini facta per Diocesanum à lege sine ministerio hominis. ¶ Præterea hæc prorogatio licet excusaret hæredē à pœna: non tamē debet sibi cedere ad lucrū percipiendum cū aliena iactura. arg. l. ij. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. ¶ Gratia enim rei facta, debet monasterio esse damnosa. ¶ Et ideo quo ad fructus ex tunc saltē percipiendos, debet habere monasterio procreato & indultū temporis propter calamitatem hęredis factam ad eius postulationem, licet tueatur eū à pœna iuris tamen nō debet monasterium lædere in ꝗtitate debita. ar. C. de his qui bo. ced. pos. l. fi. in fi. C. de preci. impe. offerē. l. quoties. ¶ Ex quibus videtur inferri, ꝙ aut hæres debet fructus perceptos ex tēpore mortis testatoris hucusq;: aut saltē perceptos ab illo anno citra, quo per eum stetit quominus construeret, licet non fuerit in mora propter dilationē indultam à Diocesano. nam licet tale induldū prodesset ad euitandam pœnam vel vsuras quæ sunt pœna, non tamē debet prodesse in acquisitione fructuū, quia non est par ratio damni vitādi, & lucri captandi, ¶ Et sic rūdetur ad id quod ex ordine no. in. d. l. quotiens. maximè quia hoc lucrū capitur contra naturalem ęquitatē. vnde cū aliena iactura. ¶ Præterea videtur ꝙ episcopus vel vicarius episcopi, nō potuerit dare dilationē hæredi ad soluendū legatum: quia nō est sibi concessum legē condere vel huiusmodi facere nisi maiori magistratu, de quibus secundum Iac. de are. & Gui. de cug. nō est episcopus, vt solet tractari in. l. j. ff. de offi. pręfec. pręto. ¶ Nec etiā ipse maior magistratus posset dare dilationē debitori ad soluēdum: quia hoc, soli principi est reseruatū, vt no. Guil. in. l. j. ff. quod quisq; iuris. licet glo. ibi velit sentire contrarium in hoc vltimo dicto benefacio vim inter prorogare dilationem temporis statuti simplici executori, & hoc de facto & de iure fortè faciunt & facere possunt episcopi, & dare dilationē episcopi debitori: quod non videt̃ posse facere in illis legatis, maximè quæ haberent diem adiectū à testatore vel à iure prout est in legato fabricæ monasterij, ac etiam in legato facto ipsi monasterio, per dicta iura. ¶ Et hoc casu non videtur posse Diocesanus, istud tempus prorogare: maximè ita vt dilatio afferat monasterio damnū fructuū rei legatæ. Dominus Franciscus de Albergotis.

¶ CONSILIVM. LX.

a Videtur [a] quod dictum relictum sit in diē tacitū, id est cum constructum fuerit. nam ante constructionem nō est legatarius in rerū natura, vt. ff. de ver. obli. l. vbi autem. §. illud dubitationem. ¶ Sed interim ante constructionē, res legata est hæredis, vt. l. seruos. de lib. cau. Si igitur res legata est hęredis, & fructus interim percepti, vt. l. Herennius. ff. de vsuris. ¶ In contrariū videt̃, quòd quanquam hæc dies insit ex rei natura: quia ante constructionem non est legatarius in rerū natura, vt. s̄. dictū est. ¶ Tamē hoc tempus seu dilatio est in fauorē legatarij, vt ipsa res interim videatur inesse, id est construat̃. nā & si impuberi legatū sit, cū erit pubes: intelligitur fauore legatarij tēpus adiectū. ergo multò fortius quādo ipsa substantia deducendi rē in esse & producendi, causat dilatare legatū, vt videatur dictū tempus eius fauore adiectum. & quotiescunq; dies adijcitur fauore legatarij, fructus medio tēpore percepti debent restitui legatario, licet facti sint hęredis. nā hæres capit eos medio tēpore, & medium est in fauorē legatarij: & ideo eos restituere debet, licet ex regula iuris sint facti eius, vt. l. si ita. §. pegasus. de leg. ij. ¶ Pręterea impedimentū ꝙ à natura vel à lege inducit̃, non debet præiudicare legatario, nā quando testator est occisus, non debet adiri hæreditas anteq; vendicetur mors defuncti si tēpus interim intercedat & fructus interim capiant̃ vendicata morte testatoris, res legata cum fructibus medio tēpore perceptis, dātur legatario, vt. l. cū syllanianum. C. ad sylla. sic intercedente lapsu tēporis propter constructionem ex rei natura. nam hoc tēpus non debet procedere ad vtilitatē hæredis & damnum legatarij: igitur fructus restituat. ¶ Præterea si stipuler domum mihi cōstrui, ista stipulatio est pura: tamen ex re ipsa dilationem capit, vt agere non possim ante tempus quo construi potuerit, sic hoc legatum purum videtur, licet differatur petitio vsq; ad constructionē, vt. ff. de verb. obliga. in. l. interdum pura. Nicolaus Lapi de Florentia prædicta subscripsit. &c.

¶ CONSILIVM. LXI.

b De fructibus [b] prædictis per hęredem perceptis credo ꝙ percepti nō solum à tēpore aditionis hæreditatis, sed per ipsum pceptis de bonis legatis tēpore mortis testatoris monasterio constructo dari siue reddi debent. ¶ Videtur enim mihi ꝙ huiusmodi legatū nō sit propriè conditionale vel modale ꝙ tamē videtur trahi retro secundum quod innuit gl. ff. quemad. serui. amit. l. is cui. §. fi. licet multū contradicat. ff. ad sylla. l. j. §. serui. nec videtur dictum legatum propriè in diem ꝙ ante diei euentū nō trāsit ad legatarium. ff. de vsufruc. lega. l. Sempronius. ¶ Sed inspecta intentione testatoris, fauore ecclesiæ potest dici purum: ideo sequitur ꝙ dixi vt bene probatur. ff. de leg. j. l. si tibi homo. §. cùm seruus. & de fur. l. à Titio. & quòd ibi no. & p Cy. C. de vsu. & fruct. leg. l. fi. ¶ Nec obstat monasteriū cōstruendum nondū fore constructū, & sic his qui nō erat, non potest dici legatarius. de consti. c. cum accessissent. cū simili. Et quia legatum sub conditione caret effectu ante purificatā conditionem. ff. de ver. signi. l. cedere diē. in cle. cui quam. de cōcess. pręben. Et interim dominiū esset hæredis. nam omissis pluribus quæ dici possent, & diffusè etiā hoc casu si diceretur hoc legatum conditionale, scilicet si monasterium construat̃ quæ tamen propriè non est conditio, scilicet consistens in insidijs fortunę, imo monasteriū necessariò est sciendum si adest possibilitas & per episcopum licentia concedenda de illo constituendo. ¶ Credo tamen talem, adita hęreditate debere censeri monasterium constructū fore. & hoc propter testatoris intentionem. pro modo sufficiant iam dicta, licet in hoc articulo super quo maiores consul. nil didici: multa possent subtilizari. Ioan. Cal. Bonon. decretorum doctor.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum si est confectum per publicum notariū, etiam si testes sunt mortui, facit fidem.*
2 *Testamentū inter liberos ualet, si appareat quodcunq; uoluntatis indiciū,*

¶ CONSILIVM. LXII.

c Viso testamento [c] prædicto & his quæ gesta sunt, cum filiæ fœminæ institutę in dicto testamento dicant testamētū auiæ valere: Benedictus verò Petrucij nepos, qui Benedictus fuit natus tempore Manucij sui aui dicit testamentū non valere. ¶ Quęritur quid iuris? ad quæ respondetur quòd licet quando testamentum fit in scriptis, & tempore quo testamētum aperitur, testes non supersint, possit forsitan testamētum dici nullum
1 esse. †tamen in proposito dicendum est indubitanter, testamētum valere duabus rationibus. primò: quia dictum testamentum sic signatum fuit scriptū manu publici notarij, & sic va-
d let licet testes non supersint. ita determinat gl[d]. ff. quemadmodum testamenta aperian. l. ij. in princi. gl. s. vbi publicum ibidum dicit nisi sit per manum publicam scriptum &c. vbi est
2 expressum & omnes tenent illam glos. †Secunda ratio est: quia istud testamentum est factum inter liberos: inter quos valet si appareat quodcunq; voluntatis indicium, etiā si non sit voluntas perfecta, vt. C. familiæ. ercisscundæ. l. fin. & C. de testamen. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. cū igitur nūc inter liberos sit contentio: quantum ad eos, testamentum est validum sine dubio. Barto.

SVMMARIVM.

1 *Authentica, ex causa. habet locum præteritione posthumi.*
2 *Præteritione posthumi, firma manet substitutio pupillaris.*
3 *Substitutio compendiosa, quibus uerbis fiat.*
4 *Suorum hæredum appellatione. comprehenduntur sui succedentes.*

¶ CONSILIVM. LXIII.

e Ex facto [e] proponitur Salimbertus Ioannelli de castro sigilli, suū condidit testamentū, in quo inter alia disposuit, ꝙ si Flore

Angelucij vxor. q. Andreę sui filij, quæ pręgnãs est posthumum vnum vel plures masculos fecerit eum, & eos instituit hæredes vniuersales. & si vnã vel plures fœminas videlicet si vnam habeat .cxxxx. lib. denariorum si plures essent, habeat quælibet earũ centum lib. &c. & si filij nascituri decesserint sine filijs, bona sua sint hæredum suorũ inscriptorum &. j. in eodem testamẽto sequitur sic. & adueniente cõditione prædicta de dictis hæredibus. s. scriptis si nõ vixerint, & filios nõ habuerint Matiolum Vãnis Bartholomei, & Philippucium Albergoti, hæredes instituit vniuersales. Contingit ꝙ post mortem testatoris vxor eius peperit vnã filiam fœminã, quę mortua est infans. Quæritur vtrũ hæredictas dicti testatoris & dicti infantis, debeatur matri eius vel dictis heredibus scriptis? ¶ Circa quod dicendũ est primò, ꝙ dictum testamentũ nullum est, ꝗtum ad hęredis institutionẽ, cũ dictæ filiæ fœminæ non fuerint in aliquo institutæ: ergo &c. C. de inoffic. test. auť. nouissima. & ibi no. & in authẽ. vt cum de ap. cog. §. aliud
1 quoqꝫ capitulũ. sed cætera firma manent, † vt in auť. ex causa. C. de li. præte. quæ au. etiam locũ habet in præteritione posthumi, vt. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicõ. lib. & l. si pater eo. ti. & l. j. de test. tute. & l. j. §. fi. de cap. & postli. reuer.
2 de lega. iij. l. si quis iure facto testamẽto. & l. j. C. de codic. † & sic pupillaris substitutio firma remanet, vt no. per gl. in. l. j. in fi. ff. de vulga. & pupil. & ibi hoc tenet Ia. de are. & Rayne. de forli. licet ibi Dy. videatur innuere cõtrariũ, dicens quòd illa auť. habet locum in his quæ possunt cõsistere sine testamẽto: tamen illud dictũ non est verũ, ꝙ apparet: quia tutelæ datio firma remanet, vt in auť. vt cum de app. cogno. §. ꝙ si prædicta vnde sumitur auť. ex causa. Et tamẽ tutelę datio, nõ potest subsistere sine testamento & heredis institutione, vt. l. j. de testa. tute. hoc premisso in quęstiõe proposita, an prędicti Matheolus & Phillipus sint dictę posthumę pupillariter substituti. & dicendũ est ꝙ sic per dicta verba si nõ vixerint, & fi-
3 lios non habuerint. † fuit enim substitutio cõpendiosa, facta verbis directis, quę sine dubio trahitur ad pupillarẽ in tempora pubertatis, vt. l. verbis ciuilibus. & l. in pupillari. ff. de vul. & pu. & no. in. l. precibus. & C. de impub. & alijs substi. ¶ Sed prędictis videtur obstare: quia in dictis verbis vltimo loco positis, testator vsus est istis verbis & adueniente conditione supradicta de dictis heredib⁹. s. dictis &c. sed dictã posthumam heredem nõ instituit, vt ex ipso testamẽto apparet:
4 ergo videť ꝙ ipsi posthumę non fuerint substituti. † ad quod respondetur ꝙ testator his verbis videlicet de suis hęredibus sensit, hoc est de suis descendentibus secundũ ꝙ se habet vulgaris locutio, secundũ quam pueri descendentes eius aliquo modo etiã eo viuo dicuntur heredes talis, secundũ quẽ communem vsum loquẽdi verba testatoris maximè rustici debẽt intelligi, vt. l. librorũ. §. quod tamen cassius. & ibi no. de leg. iij. & l. cùm de laniõis. §. asinã. de fund. instru. & l. Labeo. de supelle. lega. Et ꝙ sic intellexerit testator, apparet ex pręcedentibus verbis testamẽti vbi dixit si filij sui. Manifestè enim referuntur ad posthumos & ad posthumas de quibus in superiori parte testamenti fecit mẽtionẽ, vt. l. qui filiabus. in prin. de leg. j. Ex quibus cõcluditur, dictos tanqꝫ pupillariter substitutos esse admittendos, & matrem à dicta successione excludendam. Barto.

SVMMARIVM.

1 *Relictum filio ad arbitrium talis, an sit purum?*
2 *Verbum placuerit, quomodo intelligatur?*
3 *Relatiuum iunctum uerbo futuri temporis, quando faciat cõditionem, & quando non, uide hic.*
4 *Filius hæreditatem matris non adiens, an transmittat?*
5 *Mater negligens petere tutorẽ filio & curatorẽ uentri, an priuetur hæreditate?*
6 *Authentica ex causa an conseruet pupillarem substitutionem?*
7 *Verba sine aliqua diminutione apposita in substitutione, important directam substitutionem.*
8 *Verbum quandocunqꝫ, quando faciat substitutionem directam?*
9 *Verbum succedat, & uerbum ad alia posse peruenire, an faciant directam substitutionem?*
10 *Substitutio compendiosa. continet directam pupillarem.*

¶ CONSILIVM. LXIIII.

a IN quæstione[a] proposita. Viso puncto ipsius & diligẽter inspecto oriuntur multa dubia. Primò an testamentũ valeat. Secũdò posito ꝙ valeat, quis succedat. Tertiò posito ꝙ valeat quis succedat in bonis hæreditate prædicta. ¶ Ad primum dicitur & allegatur, ꝙ testamentũ non valeat: quia filiæ fœminæ. S. C. & I. non fuerunt institutę in aliquo: cum illi qui debuerunt declarare dotes earum nõ declaraue-
1 runt, † & ad hoc probandũ arguitur sic: Quãdo aliquid confertur in arbitrio alterius cõditionaliter, illo non arbitrante relictum non valet, vt. l. j. in princ. ff. de lega. ij. Sed hoc est huiusmodi: quod probatur: quia relatiuũ iunctum verbo futuri temporis est in hoc testamento. s. dicent: ergo est conditionale in contrariũ, quando dos relinquitur filio in arbitrium alterius, illud legatũ intelligitur purũ, nec habet aliquã conditionem, vt. d. l. j. ij. respon. de leg. ij. Sed ita est in proposito. dixit enim testator. Itẽ reliquit centũ filiæ ipsius testatoris
2 illam ꝗtitatem dotis quã dicent. † & declarabũt prædicti & quæ eis placuerit. no. ꝙ dicit placuerit quod intelligitur in arbitrium boni viri, vt. l. Thais. §. sorore. de fideicõ. liber. Concluditur ergo, ꝙ dictum relictum fuit purum. ¶ Ad primum
b respondetur,[b] primò ꝙ tunc est verum † ꝙ relatiuũ iunctum
3 verbo futuri tẽporis, facit conditionẽ quãdo refertur ad substantiam legati. secus in substantia legati à testatore ponitur pro firma. Qualitas autem, in alterius arbitrio cõmittitur, vt l. ij. ff. de hæredi. institu. ibi, ex partibus quas ascripsero. licet enim partes non ascribantur: tamẽ institutio valet, ita in proposito posito, ꝙ testator dixit: relinquo tali filię meę dotem necqꝫ adiecerit ꝗtitatem, sine dubio valeret, vt. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. & quòd ibi no. ff. de lega. iij. l. si filię. & de iure do. l. quomodo. Pręterea hic debet dici de necessitate in casu isto quoniã in eo quod relinquitur filię vsqꝫ ad legitimã nulla potest opponi conditio. vnde posito quòd verba sonarent in conditionẽ: tamen potest ista cõditio amoueri per. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. Cõcluditur ergo, ꝙ dictum relictũ pro dote & institutio, fuerit facta pura, & sic testamentum sit validum. ¶ Secundò dubitať posito ꝙ testamentũ valeret, quis succederet? ad quod respõdetur ꝙ succederet dicta do. Ioãna, quod probatur sic: hereditas patris nõ adita non transmittitur secundũ opi. glos. in. l. si infanti. C. de iur. delib. secundum quam opi. aliâs consuluit collegium ciui-
4 tatis Florentię in ciuitate Asisij. † sed ex dicta narratione facti, non proponitur ꝙ dicti filij qui ante decesserint, hereditatem adiuerint: ergo ipsi hęreditatem paternã non transmiserunt ad matrem. Remanet ergo ꝙ dicta domina Ioãna tanqꝫ sola succedens ab intesta. succedit patri suo. Nec potest dici aliud in matre per. l. apud hostes. C. de suis & legiti. quia tenẽdo illam opiñ. quam tenuit collegium Florentinum, illud est verum ibi, ideo quia pater decessit apud hostes, & sic videtur decessisse prima hora captiuitatis. secus si decessit apud nos, & filios non adiuerit. ita dicit Iac. de bel. in. q. disputata per
5 eum, quam ponit in authen. de trien. & semis. in prin. ¶ † Pręterea ex facti narratione non proponitur matrem dictorum filiorum suscepisse tutelam, inuentarium fecisse, & legitimè administrasse. Et sic posito ꝙ aliâs fuisset ad eam deuoluta: tamen per istam negligentiam petendi tutorem, legitimè debet esse hæreditate priuata, vt. ff. ad Tertul. l. ij. §. si mater. & ibi no. in glo. super versicu. nec legitima. Præterea dictę filię posthumę dicta mater curatorem ventri dare non petijt propter quod est ab hæreditate dictæ posthumæ repellenda: vt dicta. l. ij. §. si mater. versicu. ꝙ si cum pręgnans. ad Tertullia. Concluditur ergo posito ꝙ. d. M. decesserit intestatus dictæ suæ vxori de bonis suorum filiorum præmortuorum: nihil debetur, sed eis in totum succedit. d. Ioãna filię dicti. M. & hoc si ponatur ꝙ dictus. M. & dictis eius filijs debeat succedere ab intesta. posito etiã ꝙ dictum testamentum, esset ruptum ex causa pręteritionis, adhuc insurgit dubium. vtrum substitutio pupillaris quam testator fecit in dicto testamen-
6 to dictis suis filijs, remaneat firma, † per authen. ex causa quę dicit ꝙ rupto testamento ex causa præteritionis cætera firma permanent. & gloss. ff. de vulga. & pupil. §. substituere. dicit ꝙ hodie substitutio firma remanet p. d. auť. ex causa. Dy. ibi dicit contrarium, dicens ꝙ ibi loquitur tantum in his quę sine substitutione valere possunt vt legata & fideicom. quæ possunt relinqui ab intestato. & sic illa authẽ. secundum eũ, non loquitur in pupillari substitutione. Alij tenent glos. contra Dyn. quia etiam tutelę confirmantur per authen. ex causa. hoc dicit expressè in corpore vnde sumitur, ibi dicit ꝙ tutelarum dationes firmæ remanent, & istud est fauore filij. ita etiam cõseruanť substitutiones pupillares, cũ fauor sit filij: vt decedat testatus. ¶ Præterea probatur sic: hodie conseruantur legata per auť. ex cã. ita olim conseruabantur per edictũ si quis omis. cau. test. legata non institutiones vt. l. in testamẽto. ff. si quis omis. causa testamen. sed substitutiones pupilla-

a ¶ In. q. Adde quòd istud consi. secundum or. perusi. est in. iij. parte vlt. volunta. in consi. xlj. & istud pro cõsil. Bar. alle. Alex. i. l. j. in pe. col. & in. l. centurio. in fin. ff. de vulg. & pupil. & And. Barb. in. l. j. in. j. addi. Bar. C. de impub. & al. substi. Tho.

b ¶ Ad primũ respõdetur. adde Bart. in. l. stichũ. i prin. & ibi vide apos. ff. de leg. j. & vide per Alex. in. l. j. in pe. col. ff. de vulg. & pup. & in. l. centurio. co. tit. Tho.

res conſeruabantur,vt.l.ij.§.planè.ff.de vulga.& pupil.ergo
eodem modo conſeruantur tabulæ pupillares p auт.ex cau-
ſa.Præterea in auт.ex cauſa.dicit cætera firma permanet,ſed
ſub iſta appellatione,veniũt tabulæ pupillares,vt.l.qui plu-
res.§.fi.de vulg.& pup.&.l.nã quod.§.q cõpulſus.ff.ad treb.
& in iſta opi.eſt Iac.de are.in.d.l.j.§.ſubſtituere.de vulga.&
pupil.& do.Old.& omnes Mod.vnde poſito ꝙ dictũ teſta-
mentum nõ valeat,tamẽ valet ſubſtitutio pupillaris,& habet
eundem effectũ quem haberet,ſi teſtamentũ eſſet validum.
¶ Tertiò videndũ eſt:poſito ꝙ dictũ teſtamentum valeat,&
quod matri non obeſt,ꝙ nõ petijt tutorẽ,vel ꝙ hęreditas nõ
fuerit adita,videndũ quis ſuccedat conſiderato puncto prę-
dicto & ſubſtitutione facta filijs in dicto teſtamẽto paterno.
ad quod inueſtigãdũ,ſciendũ eſt ꝙ ſubſtitutio.d.Ioan.eſt in
7 tempore pupillaris quod apparet: †quia teſtator ſubſtituit
per hęc verba,& eos inuicem ſubſtituit.ita ꝙ tota hæreditas
ipſius ſine aliqua diminutione deueniat in aliũ ſuperuiuentẽ
&c.Ex eo enim ꝙ dixit eos inuicẽ ſubſtituit, apparet, quòd
cõtinetur pupillaris directa,vt.l.iam hoc iure. &.l.lucius.de
vulga.& pupil.Item ex eo ꝙ dicit tota hæreditas, & ex eo ꝙ
dicit ſine aliqua diminutione, apparet ꝙ voluit ſubſtituere
pupillariter:quia per nullã aliã ſubſtitutionẽ,ꝙ̃ per pupilla-
rem poteſt hoc fieri:ergo apparet quòd volũtas ſua fuit ſub-
ſtituere directè.eſt ergo volũtas teſtatoris probata, legitimis
coniecturis quæ matrẽ excludunt,vt.C.de mil.teſta.l.in teſta
mento.in fi.& ibi no.de impu.& ali.ſubſti.l.precibus.& ibi
8 no.in gl.ſuper ver.omnino.†Itẽ ſubſtitutio facta filijs maſcu
lis,ſi omnes decederent ſine filijs quãdocunq; quòd ſuccedat
quælibet filia fœmina etiam ſi poſthuma fuerit.vna do.Ioã.
ſua filia æqualibus portionibus,& quod de dicta hæredita-
te nihil poſsit peruenire in aliquã perſonã,niſi in dictas filias
fœminas ſimiliter fuit directa pupillaris:quod apparet pri-
mò per eadẽ verba dum dixit quòd nihil aliud poſsit perue-
nire. ¶ Præterea.Ioan.and.in.c.ſi pater.de teſt.lib.vj.in no-
9 uella tenet†quòd verbũ ſuccedat etiã ſi eſſet ſimpliciter po-
ſitum,trahatur ad directã pupillarem intra tẽpora pupilla
ris ætatis per.d.c.ſi pater.vbi tex.dixit expreſſè quòd verba
antiqua trahuntur ad directã pupillarẽ etiã ſi mater eſt in me
dio.per quod.c.omnis dubietas & omnis cõtrarietas noſtro
rum doctorum eſt ſublata ſaltem in terris eccleſię,ſed ciuitas
Aſsiſij eſt in terris eccleſię.ergo &c.dicta ergo.S.ſcilicet poſt
huma.&.C.&.I.ſucceſsiſſent ex ſubſtitutione.d.Ioan.inſti-
tuto.ſed do.S.poſthuma fuit excluſa ante Ioã.quia ante.Ioã.
hæredem inſtitutũ.Item dicta.C.fuit excluſa à ſucceſsione.
do.Ioan.quia mortua anteq̃; ipſa hęreditatem adiret.Reſtat
ergo ꝙ.d.Ioan.ex vigore dictæ ſubſtitutiomis in totũ ſucce-
dit.d.Ioã.cũ portiones aliorũ ſibi accreſcant, vt.l.ſed ſi plu-
res.in prin.ff.de vulg.& pup.& ſic mater omnino excludiт,
ſed poſito quòd.d.C.&.d.I.ſucceſsiſſent.d.Io.ex vigore di-
ctæ ſubſtitutionis cùm.d.C.ſit mortua,videndũ eſt quid iu-
ris de hæreditate.d.C.Ad quod dicendũ eſt quòd ſubſtitu-
tio facta ipſi.C.debet intelligi directa pupillaris,ſimiliter ex
præſumpta volũtate defuncti.quia ei ſubſtituit ſororẽ ſuam
dicti teſtatoris filiã quam veriſimiliter voluit præferri matri
ipſius.C.vt no.per glo.in.l.precibus.in vlti.gl.& per docto.
videlicet per Cy.in.l.fi.C.de inſti.& ſubſti.ergo ex hac præ-
ſumpta voluntate excludiт mater,ſecundũ omnes.quod te-
net Ioan.and.in.d.c.ſi pater.in nouella.& probaт per tex.d.
10 c.ſine dubio.†hęc enim cõpendioſa indiſtinctè obtinet dire-
ctam pupillarẽ,& ſic hic mater excludiт & ſuccedit.d.C.pro
dimidia.d.Ioã.pro alia dimidia filij Colæ ſecundũ formã te-
ſtamenti.¶ Sed poſito quòd.d.ſubſtitutio fuerit fideicom-
miſſa.ꝙ in veritate nõ eſt,vt dictum eſt,videndum eſt in quo
ſuccedat.d.mater.d.C.nã de ſubſtitutione facta Io.nullo mo
do poteſt dubitari,quin fuerit directa pupillaris.vnde ſolũ
de hæreditate.d.C.Videndũ eſt & cõſtat.d.C.habuiſſe in bo
nis ſuis.primò dotẽ ſibi relictã à patre,& in dicta dote ſucce-
dat mater vſq; ad legitimã.d.C.& reſiduum veniret in fidei-
commiſ.item ſi diceret.d.C.ſucceſsiſſe.d.Ioã.quæ bona cùm
fuerint ablata per eã etiam dicto teſtatori venirẽt in fideicõ.
& totũ debeт.d.Ioã.& filijs.d.Colę.l.qui fundũ.§.qui filios.
ff.ad.l.fal.Concluditur ergo quòd dicta mater à ſucceſsione
bonorum & filiorũ dicti Matthei omnino excludaт,& quòd
concedendo quicquid concedi poſſet non poſſet ſuccedere.
d.C.niſi ſumendo de relicto dotis &c.Barto.

a ¶ Quidam nomine.Adde ꝙ iſtud conſiliũ ſecũdum ordi.peruſi.eſt in iij.parte vlti.volu. in cõſil.xlv.& pro conſilio Bart.alle. Alexan.in auт.ex cauſa.in.v.col.C. de lib.pręte.& ibi Iaſo.in.xvij.colũ. Tho.diplo.

b ¶ Si non valet.de hac Bar.quæſtiõe, vide latè p Alexã. in.d.auт.ex cauſa in.v.&.vij.col.& ibi Iaſ.in.xvij.col. C.de libe.pręte.& Alex.in.l.j.in.v.& vj.q.in.iij.colũ.ff. de iu.codi.ĩ addi. Bar.& ibi Andre. Barb.& Vita.nea. in ſuo trac.clauſularum in clauſula. xiiij.& Bar.in cõſi.lvij.ſ.in.ij.volu. & ibi in additi.& plenè ſcripſi in cõ ſi.meo in cã Iacobi lucæ.de.S.conſtantio.in.iij.colũ. vbi videas.Tho.

SVMMARIVM.

1 *Per clauſulam codicillarem,ſi non ualet uel ualebit filio ignoranter præterito,debentur legata & fideicommiſſa.*
2 *Quando teſtator ſuperuixit poſt natiuitatẽ filij,an præcedat quando alij filij ſunt inſtituti.*
3 *An filio ignoranter præterito debeantur legata per authen.ex cauſa.C.de libe.præte.*
4 *Verbum circumſcribere,eſt per dolum aliquem decipere,*

¶ CONSILIVM. LXV.

a QVidam nomine[a] Lapus
Vannis &c.In nomine domini Amen. In quęſtio
ne prædicta illud quòd aliâs in ſimili, & quod au-
ditores meos docui,& quod in ſcriptis meis quæ literis rede
gi,hoc nunc ſcribo & conſulo, videlicet ꝙ ex vigore dicto-
1 rum verborũ ſi non valet &c.† ſcriptus hæres nõ poſsit pe-
tere fideicõ.nec legata debeãtur in caſu prædicto. quod pro
bo rationibus & legibus.¶ Primò ſic:per teſtatorẽ inſeritur
b clauſula,ſi non valet vel valebit[b] &c.ita in teſtamẽto militis
eſt de iure clauſula ꝙ ſi non valet de iure communi,valeat de
iure mili.vt.ff.de teſta.mili.l.iij.ſed in teſtamento militis hæc
clauſula non extenditur ad caſum quando naſcitur poſthu-
mus de quo non cogitauit,vt.C.de teſta.mili.l.ſicut certi.&
l.ſi cùm vel in vtero.eodem ergo modo in propoſito. ¶ Se-
cundò per rationem.l.ſi vnquam.C.de reuo.dona.nã ſi pro-
pter filij natiuita.reuocatur donatio iam perfecta:multoma-
gis legata & fideicom.¶ Tertiò per tex.ff.de vulgari.& pu-
pilla.l.ex facto.verſicu.igitur &c.vbi expreſſè dicitur quòd
non eſt veriſimile principem vel teſtatorem de hoc caſu co-
gitaſſe,vt voluerit filios naſcituros hæreditate priuare.
¶ Quartò per tex.ff.de iure codi.l.pe.in fi.vbi dicitur ꝙ non
eſt veriſimile prædicta reliquiſſe,ſi de filijs cogitaſſet.nõ ob.
l.ſi quis cum nullum.ff.de iure cod.quia ibi teſtator expreſſè
voluit legata deberi à quocunq;. qui ſibi futurus hæres erit
abſq; aliqua conditione,vnde etiam poſthumum inſtituiſſe
videtur tacitè,vt ibi dicitur in tex.ꝙ hic non eſt imò poſthu
mus eſt præteritus,& ſic nõ videtur eum fideicom.grauaſſe.
¶ Quintò ſic probantur dicta verba.ſi non valet vel valebit
&c.hoc operantur vt in cauſam fideicõmiſsi & codicillorum
ius prioris teſtamẽti referatur.vt.ff.de teſta.mili.l.quærebaт.
in prin.vbi tex.expreſſe dicit ꝙ verba hoc important, vt q-
buſcũq; mortis cõditionibus teſtator voluit hæredes & lega
tarios ex teſtamento habere. & ſolùm hoc ĩmutat ꝙ primis
debeantur iure directę:nunc debétur iure fideicommiſsi. &
nihil aliud per dicta verba adijcitur.ſed nõ eſt dubium ꝙ ex
vigore teſtamẽti,teſtator voluit inſti.hæredem ſi ſibi poſthu
mus de quo non cogitauit naſceretur,vt.s. probatum eſt in
milite teſtante.illa enim verba,ſi non valet &c.hoc importãt
vt eo caſu quo teſtator voluit eũ habere iure inſtitutionis q
eſt ſi poſthumus nõ naſceretur.eo caſu habeat ſi teſtamẽtum
contingeret non valere ex defectu ſolennitatis vel ob hære-
ditatem non aditam.ex hoc apparet ꝙ aliud eſt facere codi-
cillos ſimpliciter.& aliud eſt dicere.ſi non valet iure teſtamẽ-
2 ti &c.& per hoc non ob.l.ſi quis cum nullum. ¶ †Nec ob.ꝙ
dicitur,ꝙ poſt natiuitatem poſthumi teſtator vixit & tanto
tempore ꝙ potuiſſet mutare teſtamentum ſi voluiſſet.nam
hæc allegatio tollitur per.l.iij.C.de inoffi.teſta.nam illa con-
iectura tunc aſſumitur, quando alij filij ſunt inſtituti. ſecus
quando extranei,vt.l.patet.in fin. ¶ Probatur etiam per ra-
tionem:quia poſito ꝙ teſtator hoc voluiſſet expreſſè in illo
medio tempore : tamen iſta voluntas non fuit legitima nec
facta coram ſolenni numero teſtium,& ſic nullius valoris.Et
prædicta quantum ad illud quod quæritur de viribus illius
3 clauſulę,ſi non valet vel valebit &c.¶ †Supeſt videre an lega
ta debeantur ex vigore authen.ex cauſa de liberis pręteritis.
circa quod omiſsis diſputationibus.breuiter ſcribo quod ſen
tio,ſcilicet & legata non debeantur dicto caſu, quo teſtator
de poſthumo non cogitauit : quia ſicut hodie conſeruantur
legata per authenti.non obſtante præteritione:ita olim ſine
teſtamento militis conſeruabãtur teſtamento, ſed tunc non
porrigebatur ad prædictum caſum,quando præterijt poſt-
humum de quo non cogitauit, vt.d.l.ſi cum vel in vtero.C.
de mili.teſtamen. ergo &c.Item per rationem.l.ſi vnquam.
quia ſi reuocatur donatio propter natiuitatem talis poſthu-
mi:multo magis legata.¶ Præterea patet ex tex.in corpore
vt cum de appel.cog.§.ſi autem hæc obſeruata non fuerint
ex ratione tex.dicit enim nullũ exhæredatis liberis præiudi
cium generari,& ne filij falſis accuſationibus condemnẽtur,
hoc refert ad exhæredatos,inſerta cauſa non tamẽ vera.& ſic
falſo accuſantur.& neq; aliâs circunuentionem in parentum
ſubſtantijs patiantur. hoc refert ad eos quos teſtator præ-
4 fert ſcienter. Nam circumſcribere eſt per dolũ aliquẽ† de-
cipere,vt.ff.de in integ.reſti.l.j.& ibi no.Sed ſi teſtator igno
rabat.&

rabat.& de eo non cogitabat:non potest dolus vel circũscri-
ptio esse.vnde verba aut.ad hoc nõ referãtur. cõcludit ergo
ꝙ legata nõ debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas matris non adita per infantem, an transmittat ad amitam paternam: & an tanquàm non adita pertineat ad auunculum?*

¶CONSILIVM. LXVI.

a IN quæstione prædicta[a]
dubium est cum hæreditas materna non sit
adita per dictum infantem.nec per alium ex
1 persona eius,vtrum debeatur auiæ paternæ,
† an vero auunculo fratri matris qui hoc pe
tit tanꝗ̃ hæres matris.hoc est examinandũ quoniã gl.in.l.j.
C.de his qui ante aper.tabu.dicit ꝙ sicut hæreditas parentis
non adita nõ transmittitur ad liberos.& ita ad parẽtes,per.l.
apud hostes.C.de suis & legiti. cuius cõtrarium tenẽt doc.qa
casus est in.l.ij.C.ad orficianũ.& ad tertu.l.j.§.si quis ex libe
ris.in quibus cõtrarium est expressum.Non ob.l. apud ho-
stes.quia ibi loquitur in filia quę patri remãsit sua.vt ibi dici
tur.Sed mater nõ habet hæredem suũ.& in hac opi.semp fui:
quia cùm leges hoc expressè dicant:nec reperiatur correctũ
specialiter.& expressè hoc dicere nõ debemus.vt.C.de app.
l.præcipimus.in fi.Et ita videtur mihi de iure.
Bartolus à Saxoferrato.

SVMMARIVM.

1 *Relictum omnium bonorum, habet uim institutionis hæredis nullo alio instituto.*
2 *Fideicommissarij & executores, nullo alio instituto hærede obtinent locũ hæredis.*

¶CONSILIVM. LXVII.

b NIcolaus[b] fecit testamentũ
in quo plura legata reliquit: vltimò sic disposuit:
omnia verò eius bona voluit dari, & distribui per
suos fideicõmissarios illis hospitalibus, & alijs miserabilibus
personis quibus eisdem placuerit,ita ꝙ debeant dare, & cõ-
uertere in opere cuiusdam capellæ &c. & facit suos fideicõ-
missarios.P.M.¶ Quæritur cum in dicto testamento non re
periatur aliqua hæredis institutio,nisi vt.s̃.dicitur.an dictum
testamentum sit validum. Ad quod respon. ꝙ testamentum
valet.& illa verba omnia eius bona &c.habentur pro hære-
1 dis institutione.† nam relictum omniũ bonorũ est institutio
hæredis,si alius in testamẽto nõ est institutus,vt no.ff.de hæ-
re.insti.l.his verbis.& in authẽ.de hæredi.& fal.§.si vero nul-
c la.in glo.super verbo.relictis.¶ Præterea assignatio[c] portio
nis bonorum facit institutionem hæredis,licet non exprima
tur institutio,vt.l.j.in fi.de hæredi.insti. ergo eadem ratione
assignatio omnium bonorũ.¶ Præterea.de hoc est text. ex-
pressus extra de testa.c.cùm tibi.vbi dicitur ꝙ nõ videtur de
cedere intestatus.qui bonorũ suorũ dispositionẽ alieno com
2 misit arbitrio,si non est intestatus: † & sic videtur institutio
d quæ est caput testamenti,& illi fideicõmissa.[d] & executores
locum hæredẽ obtinent,vt ibi not.per Inno.& probatur.C.
de episco.& cleri.l.nulli.&.l.si quis ad declinãdum. pro hoc
facit.C.de pactis.l.licet. Ego Bartolus à Saxoferrato le-
gum doctor.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius potest propria authoritate ingredi, & cum iudicis licentia in possessione rei legatæ si à nemine possidetur.*
2 *Ex codicillis an quis possit immitti in possessionem beneficio.l.fi.C.de edi. diui Adri.tollen.*
3 *Intellectus ad.l.fi.C.de codicil.*

¶CONSILIVM. LXVIII.

e QVidã[e] fecit testamentum
& postea codicillos.& cùm testamentũ haberi nõ
posit:nec sciri quis fuerit institutus hæres,vigore
codicillorũ,fuit petitũ se ĩmitti in tenutã, & corporalẽ pos.
rei cõtẽtæ in dictis codicillis per syndicũ monasterio sanctæ
Luciæ nondũ adita hæreditate. postea pendente litigio fuit
adita hæreditas per dictum monasteriũ,impugnatur dictum
monasterium non posse aliquid consequi exclusis codicillis.
Secundò impugnatur & dicitur ꝙ videtur renunciatũ testa-
mento & hæreditati,& legatis sibi relictis in testamẽto ex pe
titione facta super codicillis. Tertiò vtrum dicta possessio
terreni spectet ad monasterium vel ad fratres minores,vel ad
sororem testatoris,vel ad quem.Quartò posito ꝙ dicta peti-
tio nõ procederet ante aditam hæreditatẽ, nũquid dictũ mo
nasterium teneatur reficere expensas dictæ dominæ, posito
ꝙ dicta petitio non dirigatur contra aliquam personam. li-
cet in iudicio dicta domina fuerit citata ad petitionem par-
tis & iudicis.& primò viso testamento & codicillis,quid de-
beat ex prædictis percipere monasterium: & quid dicta do-
mina Agnes quòd debeat fieri ĩmisio in possessionẽ secun-
1 dum formã petitam apparet:† quia legatarius potest ingre-
di in pos.rei legatæ,si a nemine possideatur sua authoritate,
vt.l.nõ dubium.C.de legi.& ibi not.si potest sua authoritate
multòmagis debet iudex licentiam concedere.¶ Non ob.ꝙ
dicta domina Agnes dicat se possidere:quia dicit se posside-
re tanꝗ̃ legataria ex testamento.vt apparet ex testamẽto per
eam producto.Sed in dicto testamento solum fructus posses
sionis sunt relicti:& sic esset vsufructuaria posito ꝙ.d. lega-
tum non esset reuocatum. Sed vsufructuarius,non possidet,
nisi naturaliter tantum,vt.l.naturaliter.ff.de acqui.pos. Igi-
tur ciuilis pos.durat,& sic illius ciuilis vacantis. & à nemine
possesse,sine dubio debet dari possessio hæredi, nec ratione
naturalis ꝗ̃ ipsa posses.asserere se habere poterit fructus per
cipere:quia non præstitit cautionem de vtendo,fruendo ar-
bitrio boni viri, & sic non potest vti frui, nec facere fructus
2 suos &c.† Præterea.d.monaste.est hæres scriptus pro re cer-
ta & nullus alius est vniuersaliter institutus, & sic habetur lo
co vniuersalis hæredis. vnde ex authori.l.fin.C.de edic. diui
Adri.tol.debet mitti in possessionem.Nec ob.si dicatur illa
loquitur,quando producatur testamẽtum non quando pro
ducuntur codicilli:quia illud est verum si esset institutus hę-
res,quidam homo natus,qui non potest iustitui nisi in testa-
mẽto.Sed quando iustituitur pius locus:tunc sufficiunt duo
testes,secundum iura cano.vt in.c.relatum. extra de testa.si-
cut de iure ciuili, sufficiunt duo testes in testamento militis.
vt.l.diuus.ff.de mili.testa.& sic apparet ꝙ in codicillis in qui
bus sunt.v.testes locus pius potest institui,vt.l. militis codi-
cillis.in prin.ff.de testa.mili.si in codicillis potest ĩstitui:ergo
in codicillis potest dari bonorum pos. facit extra de succes.
ab intesta.c.si.cum si.Præterea apparet.d.testamentum non
abolitum in præsentia.vj.testium confectum:ergo ex vigore
d.testamẽti debet fieri ĩmisio,vt.d.l.fin.¶ Nec ob.si dicatur
ꝙ.d.testamẽtum non fuit ab initio productum, nam in codi-
cillis productis,fiebat mẽtio de.d. testamẽto.vnde modo po
test produci ad declarationẽ prædictorum,& primæ petitio
nis & etiam ista causa.s.testamenti,potest cumulari prędictæ
causæ codicillorum,vt.l.edita actio.& ibi no.C.de eden. nec
potest dici ꝙ actor debeat condemnari in expensis vel ꝙ de-
beat dari noua dilatio.Nam ex vigore primæ petitionis reus
poterat esse instructus : quia in eo fiebat mentio de.d.testa-
mento:ergo &c.vt not.glo.in.d.l.edita. & quia ipse debitor
erat instructus.habebat.d.testamentum.ꝙ apparet,quia pro
ducit eum.cum igitur habuerit sibi non debuit edi, vt.l.ij.ff.
de eden.¶ Super secundo quo quæritur,an petẽdo ex codi-
cillis videatur renunciatum ex testamento, indubitanter di-
cendum est ꝙ non,vt.ff.de peti.hæredi.l.lucius.& de inoffic.
testa.l.mater.nec posset monasterij syndicus renunciare iuri
3 competenti ipsi monasterio.¶ † Nec obst.l.fina.C. de codi-
cil.quia ibi loquitur quando quis diceret eandẽ scripturam
valere iure testamẽti & codicillorum,ꝙ esse nõ potest,sed hic
sunt diuersæ scripturæ:ergo &c.vt ibi no.p doc. Super ter-
tiò dicẽdum est ꝙ dicta verba non faciunt hæreditatẽ condi-
tionalẽ,vt.l.meuia.ff.de manumis.testa. Sed posito ꝙ esset cõ
ditionalis institutio huic hæredi instituto,debet dare bono-
rum pos.vt.l.ij.§.si sub conditione.ff.de bono.posses.secun-
dum tabu.¶ Super quarto nõ est dubium:quia legatum da-
tum in testamẽto,potest adimi in codicillis:quia legata pos-
sunt adimi nuda voluntate,vt.l.iij.in fin.cum.l.seq.ff.de adi-
mẽ.lega.& de condi.indebiti.l.ij.§.primo.& sup ver. verum.
dicta possessio spectet ad monasterium,dicẽdum est quod di
cta possessio spectet ad monasterium,& monasterium debet
de sua manu assignare fructus legatarijs, vt verba codicillo-
rum dicunt,vt.l.fundi trebatiani.ff.de vsufructu lega.& not.
in.l.si ita.ff.de vsufruc.Bartolus.

a ¶ In qõne.adde ꝙ hoc cõsi.Bar. secũdũ ord.Peru.est ĩ iij.pte vl.vo. in cõsi.xlviij.& ĩ.x.vo. cõsi.in char. ccxl. & de materia istiusmodi cõsilij,vide plenè p doc.in l.si infanti.C.de iure delib.& ibi do. Ias.in.ij.col.Tho.

c **I**N nomine domini [c] Amen. Factum tale eſt. Quidam magiſter Ioan. magiſtri Symonis, ſuum vltimum condidit teſtamentum, in quo multa fecit legata. demum Franciſcum ſuum filium hæredē vniuerſalem inſtituit, ſub iſta conditione, quòd ſi dictus Franciſcus decederet ante tempus.xxv.ann. ſine filijs ex legitimo matrimonio de ſuo corpore deſcendentibus, quòd immediatè omnium ſuorū bonorum ſuccedat magiſter Nicol. frater Stephanus, & frater Petrus, ſui fratres pro æquali portione, alia verò medietas diſtribuatur pro anima ipſi⁹ teſtatoris ad ſenſum fratris Stephani, ſui fratris. ¶Modo mortuus eſt magiſter Nicolaus. Deinde mortuus eſt Franciſc⁹ filius dicti teſtatoris, ſuperſtitibus fratre Petro & fratre Stephano ſubſtitutis in medietate dictorū bonorum ſimul cum magiſtro Nicola præmortuo ante mortem dicti Frā-
1 ciſci. ¶†Modo frater Stephanus eſt frater minor, ita quòd non ſucceſsit in ſubſtitutione, & de illa medietate quam debebat diſtribuere pro anima dicti teſtatoris, nihil diſtribuit: ita quod ſolus frater Petrus remanſit in ſubſtitutione. ¶Modo quidam Victo. filius magiſtri Nico. præfati omnia iſta bona tā ea quæ debebant deuenire pro aĩa dicti teſtatoris, ad ſenſum fratris Stephani, quàm ea quæ iure ſubſtitutionis debebant deuenire in .d. fratrem Petrum. occupauit ſine aliquo titu. & ſine aliquo iure, tenuit ea forte per decennium. Deinde mortuus.d. Victori. & ſui creditores ceperunt omnia iſta bona pro debitis ſuis, & antequam.d. Victo. moreretur, deceſſerat frater Petrus, ad quē erat deuoluta medietas illorum bonorū iure ſubſtitutionis, & omnia bona ſua reliquit ad pias cauſas. ¶Modo primò quæritur vtrum magiſter Nicola qui deceſsit ante diem ſubſtitutionis, poſſit eam ſubſtitutionem ad hæredem tranſmittere? ¶Secundò quæritur nunquid dicti creditores dicti Victorini filij præfati magiſtri Nicolæ qui dicta bona occupauerunt de facto, potuerunt omnia bona ſibi accipere pro debito dicti Victorini. Tertiò quæritur nunquid medietas iſtorum bonorum magiſtri Ioannis, quæ debebant diſtribui ꝓ anima dicti teſtatoris, cùm non fuerint diſtributa intra annum: nec poſt deuenerint in epiſcopum. ¶Et ſimili modo quæritur de bonis fraternis, Petri, qui reliquit omnia ſua bona ad pias cauſas, cū non fuerint executioni mandatę & ſi deuenerunt. Quæro vtrum ille qui emit dicta bona vel poſſeſſa à domino epiſcopo poſsit ea vendicare à dictis creditoribus & alijs quibuſcunq; poſsit & quo iure? ¶Vltimò quæro nunquid dictus Victorinus potuerit præſcribere dicta bona per decenniū, quorum medietas erat dicti fratris Petri per ſubſtitu. alia debebat diſtribui pro anima dicti teſtatoris, & ea diſtributa non fuerunt. ¶Super eo quòd primo quęritur, an magiſter Nico. tranſmittat ſubſtitutionem ad ſuos hæredes, eſt dicendum ꝙ non cùm in eius perſona, non ceſſerit dies fideicommiſsi: quia deceſſerit antequam dictus Frāciſ. vt.l. ſi in perſona. à contrario ſenſu. C. de fideicommiſs. l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebellia. facit quod not. in lege prima. ff. de his qui ante apertas tabu. ¶Modo poteſt dici, ꝙ portio ſua & etiam fratris Stephani, qui vt proponitur, erat frater minor, & per conſequens non capax huius ſubſtitutionis vt in.c. exiuit. extra de verborum ſignificatio. accreuerit præfato fratri Petro cum inter eos vt per fideicommiſſum ſubſtitutionis poteſt eſſe locus iuri accreſcendi. vt.l. filiusfamilias. §. diui. el primo. ff. de legatis primo. probatur etiam in.l. prima. §. is ita. C. de cad. tollē. vbi fit mentio de inſtitutis & ſubſtitutis. poſtea in. §. & ante omnia. dicitur, ꝙ hæc omnia habēt locum tam in teſtamentis quàm codicillis. Sed in codicillis non poteſt fieri ſubſtitutio directè, vt.l. hæredes. C. de codicillis. & .l. Sceuola. ff. ad Tertullia. ergo patet ꝙ dictus. §. is ita. q dicit ꝙ inter inſtitutos & ſubſtitutos coniunctos, eſt locus iuri accreſcendi intelligitur etiam de ſubſtitutione per fideicommiſſum, & ſic vna medietas bonorum magiſtri Ioannis, apparet ꝙ deuoluta fuit ad dictum fratrem Petrum: alia medietas fuit iuſſum per teſtatorem vt proponitur, vt tota diſtribueretur ad pias cauſas. ¶Modo proponitur ꝙ neque teſtamentum magiſtri Ioannis, neq; teſtamentum dicti fratris Petri, qui vt in puncto continetur, diſtribuit omnia ſua bona ad pias cauſas fuit exceptioni mandatum intra annum ꝑ hæredes vel eorum executores. ¶Et quæritur, nunquid dicta bona ratione executionis non factæ intra annum, deuoluta ſint ad epiſcopum Aſsiſiatē. tanquam executorem legitimum, adeò ꝙ dicta bona alienare potuerit pro executione fienda?
2 ¶Et eſt dicendum quòd ad eum ſit deuoluta: †& dicta bona & res accipere poteſt pro executione fienda, vt in authenti. de eccleſ. titu. §. ſi quis pro redemptione. & .§. ſequen. colla. ix. & .l. nullo. C. de epiſco. & cleri. & de teſta. c. nos quidem. & .c. ſi hęredes. & .c. tua. cū ſimilibus. Et per cōſequens vēdere & alienare p̄t & pretiū ad pias cauſas diſtribuere, vt patet ex prędictis iuribus, & etiam ex ratione: quia cùm executores dati in teſtamento dictorum magiſtri Ioannis & magiſtri Petri potuiſſent

c ¶In noĩe domini. iſtud cōſi. inueni ĩ iij. vol. cōſi. diuerſo. doct. in fol. l. & de materia vide do in.l.iij. C. de fideicō. & ĩ.l. nulli. vbi per Bal. C. de epi. & cle. Thomas.

dicta de causa, dicta bona ex voluntate dictorum testantium vendere, vt ex forma testamenti apparet, & no. in l. alio. de alimen. & cib. leg. Non mirũ si episcopus, qui loco eorum succedit in executiõibus prædictis posit ea vendere. ¶ Ex prædictis patet responsio, ad aliud quæritur, vtrum creditores dicti Victorini filij dicti magistri Nicolę potuerunt licitè ingredi pos. & tenutam capere in dictis bonis magistri Ioannis repertis: tunc penes dictũ Victorinum filium & hęredẽ dicti magistri Nicolæ. Et est dicendum ꝙ non potuerant tenutam capere cum effectu, cum in dictis bonis, dictus Victorinus vt hæres magistri Nicolæ nullum ius pretendere posit, vt supra probatum est. Imo per dictũ episcopum & suum officium posit peti dictam tenutam reuocari, tãquam datam in bonis executioni subiectis ratione iuris ꝙ episcopus habet ꝓ his exequẽdis vt legitimus executor: quo probato tenuta debet reuocari, vt. l. prima. & ibi no. ff. de priuileg. fis. l. ob maritorũ culpam. C. ne vxor pro marito. & l. à diuo pio. §. si super rebus. per gl. & do. ff. de re iudicata. ¶ Ad aliud de quo quæritur nunquid illi qui emerunt dicta bona à dicto episcopo, potuerint ea vẽdicare à patre? est dicendum quod sic, si dictus testator cuius fuerunt, fuit dominus, vt l. in rem. ff. de rei vend. doce ancillam. C. eodem ti. cum similibus. ¶ Posset etiam intentari, vtilis petitio hæredita. fideicommiss. vt. l. prima. & l. sequẽ. C. de fideicommis. hæredita. petitione. ¶ Ad vltimum q̊ queritur, vtrum dictus Victorinus potuerit dicta bona præscribere. x. annis? videtur dicẽdum ꝙ non. ¶ Nam huic potestati seu iuri concesso episcopo à lege, non videtur posse præscribi isto tempore, imò est perpetuum, sicut alia iura personalia, vt. l. ij. de constituta pecunia. cum simil. ¶ Facit ad prædicta. l. fina. §. sin autem. C. communia de leg. & etiam cum proponatur dictũ Victorinum sciuisse formam dicti testamenti, & qualiter dicta bona erant restitutioni subiecta. Bartolus à Saxoferrato legum doctor.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio de damno dato, debet cõtinere æstimationem damni dati.*

2 *Probatio damnum dari quæ fit per iuramentum, ex forma statuti, debet fieri parte citata, & iuramẽtum dari à iudice.*

¶ CONSILIVM. CXIII.

Factum [a] tale est. Producta est accusatio de damno dato. 1 † est statutum, ꝙ credatur iuramento accusatoris vsq; in. xx. solidos. & ꝙ damnum emendet secũdum ęstimationem sacramenti damnum passi vsq; in quantitate. xx. solidorum. ¶ Forma accusationis est, in qua ponitur factum scilicet stare, damnificare, & incidere, & asportare ligna quercus, scilicet stipites: nec addit inquantum sit damnificatus. ¶ Omnibus istis dico: ꝙ sententia absolutoria fuit rectè lata, & non sufficit in accusatione de damno dato deducere factum scilicet quòd sit facta incisio vel exportatio, nisi probetur & allegetur ęstimatio damni, vt quaten⁹ ex illo facto pars lęsa est hoc requirit statutũ, dũ dicit stari sacramento accusatoris. Hoc disponit ius commune vt. C. vnde vi. l. si quando. & c. fina. extra quod metus causa. ¶ Sed quia accusator non deduxit in accusationem quãtum fuerit damnum. & sic non posset dari sententia: quia incerta, vt. l. prima. C. de senten. quæ sine certa quantitate. ¶ Et si dicetur quòd solum de iure communi debuit puniri: quia punit factum ex quo resultat punitio, saltem per titulum ad legem aquiliam, & in similibus. Certè iste accusat secundũ formã statuti, quòd potest: quia dicit quòd vidit, & inuenit damnum dari quod à iure communi non requiritur. ¶ Item quia suo iuramento accusat. & sic patet quod qui fundat se ex vna lege, non potest ex alia obtinere. ff. de institutoria. l. habebat. facit. l. vlt. C. de codicil. ¶ Item cùm dicit quòd probatio fit 2 † per iuramentum: certè istud iuramentum debuit peti. [b] per accusatorem sibi deferri à iudice & parte citata: aliâs non valet: quia ex eo pars lęditur per regulas legis, de vnoquoq; ff. de re iudicata. & l. non ita diuus. ff. de adopt. & probatio non potest fieri aduersario ignorante. de testibus capitu. secundo, extra eo. C. de iudi. l. properandum. Bartolus à Saxoferrato legum doctor,

a ¶ Factũ. Istud consiliũ inueni in tertio volumine consiliorum diuersorũ doctorũ ĩ fo. lx. Thomas.

b ¶ Debuit peti. no. istud cõsiliũ ĩ materia dãni dati. cui adde ꝙ no. Anto. de Alexã. doctor neapoli. ĩ. l. q accusare. ĩ. ij. colũ. C. de edendo. ꝙ statutis disponẽtibus ꝙ de dãno dato stetur iuraméto damnũ passi. cũ ista ꝓbatio sit irregularis, requirit̃ ꝙ ille dãnũ passus q vult iurare, sit omni exceptione maior, & sequitur do. Ias. ĩ repe. l. admonendi. ĩ cxxxvij. col. ff. de iureiuran. & vide Bar. in cõsi. xciij. s. ĩ. ij. vol. incip. Petrus vbi voluit ꝙ ille q debet iurare, debet iurare & deponere, vt testis. Thoma. Dip.

SVMMARIVM.

1 *Confeßio parte absente facta, ad liberationem probandam valet.*

2 *Confeßio facta præsente fideiussore, non dicitur facta absente parte.*

3 *Notarius potest conficere instrumentum, quando est rogatus ab una parte si instrumentũ est gratia unius confectum.*

4 *Duo notarij possunt rogari de uno instrumento, de consensu partium.*

¶ CONSILIVM. CXIIII.

[c] In Christi nomine [c] Amen. ¶ In primis est videndum, an confessio facta absente parte, ad probandam liberationem valeat. ¶ Secundò an dicatur facta absente pte, si sit pręsente fideiussore? ¶ Venio ad primum, dicunt quidam, ꝙ non valet parte absente. nam confessio requirit præsentiam partis [d] aduersæ, & sic pactum. ff. de confes. l. certũ. §. si quis absente. no. C. de confess. l. vnica. ff. de pa. l. idem in duobus. facit. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. fina. nisi talis confessio sit transmissa per nuncium, siue epistolam. ff. deposi. l. publia. §. fin. ff. de dona. l. nuda. 1 ¶ † Contrarium videtur verum, quòd talis confessio valeat ad meram probationem, licet sit facta absente aduersario, vt in authenti. de test. §. & licet. & hæc parit exceptionem, vt not. per gloss. & docto. in. l. non solum. §. liberationis verba ff. de li. lega. licet pactũ non valeat absente alia parte, nisi interueniat nuncius vel epistola: quia pactum est contractum, sed confessio non. ff. de act. & oblig. l. contra. & not. C. de sacrosan. eccles. l. illud ff. de accep. l. si acceptilia. §. fi. Facit quod not. ff. de nego. gest. l. Pomponius scribit. & de carbo. edic. l. quæro. §. fi. & extra de successio. ab intest. c. fina. ¶ Secundò dicendum est, quòd quantum ad effectum aliquid inducendi vel disponendi, non valet inter absentes, nisi dispositio pendeat ex voluntate vnius tãtum, vt ratificatio vel improbatio, vt. d. l. pomponius. ¶ Sed quantum ad finem probandi factam solutionem, & repellendi contrariam fictionem valet, vt. d. §. & licet. quicquid dicat Petrus. C. de non numera. pecunia. l. generaliter. ¶ Super secundo puncto, dico quòd non dicitur facta 2 absente parte, si est facta † pręsente fideiussore: [e] cũ per fideiussorẽ prosit reo, exceptio doli. casus est in dicta lege idem in duobus. §. fina. ¶ Sed an instrumentum confectum de dicta cõfessione, valeat & videtur quod non: quia tabellio debet esse rogatus ab vtraqua parte, vt in authenti. de tabellio. §. nos autem. sed hic non fuit rogatus nisi à fideiussore: ergo non tenet instrumentum. 3 ¶ † Solutio qñ actus cęlebratur gratia vtriusq;: tunc oportet quòd sit rogatus tabellio ab vtroque. sed quando sit gratia vnius tantùm, & in fauorem vnius tantùm: & tunc sufficit ꝙ sit rogatus ab illo, vt ibi not. Vnde quod dicta confessio fuit in fauorem vnius partis tantùm, sufficit ab illa rogatum tabellionem & te4 stem. nam idem in testibus dico. ¶ † Vlterius quando duo notarij fuerunt rogati insimul, de eodem contractu, isti conficiunt diuersa instrumenta: [f] an talibus instrumentis credatur? ¶ Respond. si ex tali variatione vterque notarius est in sua scriptura singularis: neutri creditur. nam licet vni notario creditur, verum est nisi partes adhibuerint plures notarios ad actum. in authen. de hære. & fal. §. si verò absunt. & argu. ff. de offi. proconsul. l. ij. ¶ Item scripturæ

c ¶ In Christi noĩe. Istud cõsiliũ inueni ĩ. xiij. vol. cõsiliorũ diuersorũ doctorum in fo. ccl. Tho. Diploua.

d ¶ Pręsentiã partis. Adde Bar. ĩ. l. tale pactũ. ĩ prin. ff. de pac. & ibi plenè p Ias. ĩ. ij. co. & ibi vide regulã cũ pluribus limitatiõibus. Tho.

e ¶ Pręsente fideiussore. Not. ꝙ dicit Bar. hic ꝙ adde & ĩ causis, ĩ qb⁹ ꝓcedũt summariè sola facti veritate ĩspecta nõ curat̃ ꝓsentia ptis, vt plenè p Alex. de imo. ĩ cõsi. cxiiij. ĩ. vj. vol. in pe. col. Tho. Dip.

f ¶ Diuersa instrã. vide no. p Io. and. ĩ repeti. C. qm̃ cõtra falsam. ĩ verbo cõscribãt. de ꝓbati. & vide Bal. ĩ cõ. ꝙ inci. ĩ Christi nomine Amen. notarius secundũ rogatũ. vbi vult, quod si duo notarij essẽt insimul rogati tũc vnius subscriptio, faceret instr̃m valere, qa qlibet insolidum vr̃ rogatus, p. l. si qs ex argentarijs. §. ij. ff. de edẽ. secus secundũ ipsũ qñ forma rogitus hoc nõ patit̃: qa actũ est ꝙ vna. l. semel subscribere debeat, vñ vnius subscriptio non valet arg. l. j. §. si plures. de exer. cũ forma non sit seruata. T.

scripturæ variæ in substantia vel effectu, de quo questio vertitur super eadem re sibi inuicem derogant. C. de fide instrumen. l. scriptura. & quod no. c. cum Ioannes heremita. de fide instrumen. Bartolus à Saxoferrato legum doctor.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dando terminum pro prima dilatione, an importet q. det secundam?*

2 *Iuramentum ratione impediendi, non præstatur procuratori sed domino.*

3 *Iuramentum debet à parte uel à iudice deferri, aliàs est ipso iure nullum.*

¶ CONSILIVM. CXV.

a Quæstio talis[a] ponitur. ¶ † Occurrit quòd tempore dilationis dandæ in iudicio parti iudex dixit do terminum. v. dierum pro prima dilatione. ex eo enim quod dixit pro prima, videtur innuere se daturum secundam cùm primum dicatur & denotet ordinem & gradum ad secundam. ff. de iud. l. si quis instituatur ex parte. ¶ Contrarium puto verum. nam hæc verba hoc important quòd iudex dabit secundam, si in prima fuerit legitimè impeditus, vt sic verba intelligantur secundum naturam negotij, sup quo preferuntur, vt leg. damni infecti quidam. ff. de dam. infecto. de vsuris. l. si stipulatus. cum si. pro quo facit: quia iudex non posset facere si vellet contra formam. l. fina. ff. de ferijs. vt statim dicam. sed ex eò quod, iudex non debuerit dare secundam dilationem, dubitari potest, si eam dat, an datio est nulla ipso iure, an veniat rescindẽda p ipsum vel per superiorem? ¶ Et dico confessionem ipso iura nullam, quando fit sine causæ cognitione per text. d. l. fi. ibi dũ dicit, in pecuniarijs causis, omnibus dilatio plusquàm semel tribui non potest. Nam verbum potest positum cum negatione, necessitatem importat, vt ff. de fur. l. non potest. extra de regul. iuris. c. j. lib. vj. & ibi per Ioan. videtur enim factum. l. prohibente. & sic est ipso iure nullum, vt. l. non dubium. C. de leg. ¶ Sed huic videtur obstare quod not. Innocen. extra de testi. c. in causis. sed ibi loquitur de secunda dilatione. sed de tertia & quarta productione, quæ potest fieri in eadem dilatione, vt dicit glo. in. d. l. in pecuniarijs. ¶ Concludo ergo, q datio secundæ dilationis sine causæ cognitione non valet. Sed quid si data est dilatio predicta, & datum est iuramentum procuratori iurãti se impeditum iuxta causam, &c. an, dictũ iuramentum potuerit darr dicto procuratori? Ad hoc esset videndum cui esset data prima dilatio, q̃ i pũcto non exprimitur. si enim fuisset data principali vel alteri procuratori: † tũc sine dubio dicta prestatio iuramenti non esset sufficiens probatio iuramenti. nam cum credatur domino, debet probare dominus & iurare, cuius nomine agit: & dicitur fuisse impedimentum domini non procuratoris, vt. l. qui bona. §. qui alieno. ff. de damn. infect. quia dominus potuit impediri p causam obuenientẽ sibi, vel in persona procuratoris, vt. l. cum à matribus. C. qui pet. tut. Sed pone, quòd terminus esset datus ipsi procuratori tunc etiam dicti iuramenti prestatio, non esset sufficiens probatio propter plura. ¶ Primò quia dictus procurator asseruit se esse impeditum, nec dicit quo impedimento, vt in casu fortuito, vel tertij hominis vel cõmodo. potuit enim impediri facto tertij hominis, & sic non daremus sibi, nec dari debet secunda dilatio, sed contra illum qui impediuit debet habere regressum, vt. ff. de eo per quem factum est per totum & maximè per legem finalem. ¶ Item cum petitio dictæ dilationis ex causa impedimenti, contineat quandam restitutionem. sed ille qui coloratè & sine causæ expressione hoc petit non debet audiri, vt. ff. de minoribus. l. minor autem magistratus. §. an verò. ¶ Præterea licet casus fortuitus quandoque probari potest per iuramentũ, vt leg. fin. C. de fide instrumen. quandoque debet probari plenius, vt leg. commeatus. in princi. ff. de re mili. Debuit enim in dicto iuramento exprimi, quis fuit casus fortuitus & per quem fuit impeditus. quod si non fecerit, apparet non esse probatũ. ¶ Præterea iuramentum istud licet à procuratore fuerit prestitum: non fuit à iudice † vel à parte delatum, & sic non releuat eum qui iurauit. ff. de in litẽ iuran. l. videamus. §. de tutore. & hoc videtur velle Ioan. Andr. in dicto capitulo vltra tertiam extra de testi. super verbo præstito. Apparet ergo, dictã dationem secundæ dilationis ipso iure nullam. Ex hoc sequitur quòd pars aduersa, quæ contradixit & reclamauit, fuit grauata. grauatur enim per interlocutoriam, quæ est ipso iure nulla, saltem de facto, ita quòd appellatio ab hoc grauamine causam ad superiorem deuoluit, vt extra de appellatio. c. dilectus. &. c. vt debitus. & ibi per Ioan. An. Barto. à Saxoferrato legum doctor.

a ¶ Quæstio talis. Istud cõsi. inueni ĩ xiij. vol. cõ. diuers. docto. ĩ fo. cclij. Et adde q Bart. idem cõsuluit ĩ cõs. cvij. ĩ. j. vol. incip. ĩ qõne pdicta. vbi qua si sunt eadẽ verba. & ibi plenè scripsi in addit. Tho.

b ¶ Captus. Istud cõsi. inueni ĩ. xiij. vo. cõsi. diuerso. do. in fo. ccliij. Et adde q cõtrariũ ĩ terminis statuti, tenet Ang. ĩ. l. alia. §. elegãter. ff. sol. ma. & ĩ. l. nemo carcerẽ. ad fin. C. de exa. tri. li. x. & in. l. is qui. C. de ces. bo. tñ Bal. in. l. j. ĩ. ij. colũ. C. q bo. ced. pos. tenet opi. quã tenet Bart. hic & seqt Pet. de An. ĩ. c. canonũ statu. ĩ ver. quærit aliq qõnes. de cõst. facit q in fin. no. Bald. ĩ. l. termiato. C. de fructi. & lit. exp. vide tñ Alex. ĩ. d. l. alia. §. elegãter. ĩ. iiij. co. & seq. q alit tenet tñ Bar. hic mouet alijs rationibus, q busnon rñ. domi. Alex. Tho.

SVMMARIVM.

1 *Cedere an bonis poßit captus uigore statuti, qui non poteßt relaxari nisi soluat.*

2 *Beneficio ceßionis bonorum, non poteßt renunciari.*

¶ CONSILIVM. CXVI.

b Captus[b] pro debito, iudicis mandato † vigore pacti in contractu appositi nec non secundum formam statuti dicentis quod ad petitionem creditoris iudex debitorem faciat capi & in carceribus detineri vsq ad integralem satisfactionem, cessit bonis debitor creditore inuito. ¶ Quæritur vtrum debeat à carceribus relaxari? & videtur quod non: quia prouisio creditoris auferri sibi non debeat, licet prouisio legis possit tolli. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habean. & melius in. l. si quis in bello. ff. de ca. l. vtrum. in fine cũ. l. seq. ff. de peti. hære. Sed ĩ proposito est huiusmodi: quia sibi per pactum prouidit, vt dicitur in themate: ergo sibi per legem non debet auferri beneficium à. l. non datum. ¶ Secundò debitor apponendo pactum beneficio legis contrarium, præiudicat sibi in beneficio legis de aboli. debi. l. j. lib. x. igitur, vt pactum aliud operatur, sibi prejudicat. ¶ Tertiò ius tollens & sublatũ est proprium ciuitatis vt patet de se ex themate: ergo ius commune non tollet principale, nisi expressè aliter disponatur. ¶ Quartò quia dictum statutum esset delusorium: quia idem est dispositũ per leg. scilicet quod debitor posset capi, scilicet discussione bonorum facta, vt leg. à diuo pio. §. j. ff. de re iudi. ¶ † Item contrarium est veritas: tum quia beneficio cessionis bonorum, renunciari non potest vt tenet Cyn. qui bonis cede. pos. l. j. & ibi vide: tum quia ius municipale, restringitur ad ius commune. l. ij. C. de noxa. tũ quia pactum fuit appositum secundum formam legis, vt leg. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. non rectè. C. de fideiusso. ¶ Item quia condemnatus potest carcerari: & tamen habet beneficium cessionis, propter quod à carceribus relaxatur: ergo idem si teneatur ex pacto. ¶ Item statutum & pactum cum loquitur de debitore, intelligitur de efficace, sed qui cessit bonis, non est efficax debitor: igit, &c. Bar. à Saxoferrato. ll. doctor.

¶ CONSILIVM. CXVII.

c Continetur[c] in statuto quod si damnum datum fuerit in aliqua parochia seu villa, & nõ reperiatur malefactor, quod vicini proximiores in numero. xx. teneantur emẽdare dãnũ

c ¶ Continet. Istud cõs. ĩueni ĩ. xiij. volu. cõsil. diuersorũ docto. ĩ fo. cclx. & adde ad dicta per Bar. hic ea q̃ ponit do. Nic. de Neapoli. ĩ. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusa. tuto. & p Bal. in l. si laborãte, ĩ prĩ. ff. ad. l. Rho. de Ia. vbi tenet id q dicit Bart. hic rñdit dictis q p expẽsis factis cũ villa, non tenet cõtribuere. vide doc. ĩ. l. ab oĩbus. §. si titio. ff. de lega. j. Thomas.

illi, cuius poſſeſsio eſt damnificata ad ęſtimationē damni dati. ¶ Quæritur nunquid ipſe cuius eſt poſſeſsio, teneatur pro ſe contribuere? & videtur quòd ſic, vt leg. ab omnibus. §. ſi Titio. ff. de lega. j. & facit etiam. leg. qui hæredi. §. Plotius. ff. de condi. & demonſtra. & l. j. & ij. ff. ad legem Rhodiam de iactu. ſecundum Dyn. Idem tenet Iaco. de Arena in leg. amiciſcimos. §. Lucius. ff. de excuſatione tutorum. & Specu. in titulo de cenſi. §. nunc dicendum. Bartolus à Saxoferrato legum doctor.

¶ Expliciunt conſilia ſecundi voluminis, domini Bartoli à Saxoferrato legum doctoris.

Hæ sunt quæstiones aureæ disputatae per Bart. a Saxoferrato.

SVMMARIVM.

1 *Edictum de appellatione, est prohibitorium, & prohibitorij natura, realis est.*
2 *A sententia principis cognoscentis, non appellatur, & tamen à sententia ipsius delegati potest appellari.*

¶ QVAESTIO. I.

PEtitum
fuit[a] à iudice arbi-
a trium arbitratoris,
reduci ad arbitriũ
boni viri, lata fuit
sententia per iudi-
cem super redu-
ctione ipsa, nunc
quæritur an à sen-
tentia lata per iu-
dicem tãquam, per
bonum virum pos-
sit appellari? ¶ In
quęstione nostra te
neo hunc ordinem: quia primò faciam argumenta quòd pos-
sit appellari, & sic ad partem affirmatiuam. & faciam argu-
menta quòd non posit appellari. & sic pro parte negatiua.
1 ¶ † Venio ad primum, & quod posit appellari probo, &
primò sic: edictum de appellatione est prohibitorium, &
prohibitorij natura realis est, quòd id quod non est lege ali-
qua prohibitum, est permissum. sed edictum de appella-
tione est huiusmodi: ergo &c. sed cùm non reperiatur lege
aliqua in hoc casu esse prohibitum, appellari à causa, videtur
esse concessum. prima patet. ff. de testibus lege. j. ff. de procu-
ratoribus. l. inuitus. §. cum quando. & ibi de hoc. ff. ex qui-
bus causis maiores. l. necnon. §. quòd eis. ff. de probationi-
bus. l. ab ea parte. cum similibus. ¶ Secundò sic: certi sunt ca-
sus & causæ in quibus appellare non licet, inter quos non
connumeratur casus noster. C. quorum appellatio. non reci-
pian. & ff. quando appellandum sit. & ff. de appellationibus
recipen. vel non. & sic argumento à sufficienti partium enu-
meratione, quod est validum in iure nostro, vt. ff. de his qui
sunt sui vel alieni iuris. l. à patre furioso. & de actionibus &
obligationibus. l. obligationum ferè. §. placet. cum similibus
vnde concluditur ꝙ appellari posit. ¶ Tertiò sic speciale &
singulare à sententijs quorũdam iudicum licitum est appel-
lare, & à cæteris alijs sententijs cæterorum iudicum prohibi-
tum est appellari, & sic hoc prohibitorium est ius singulare,
cuius contrarium est ius commune, sed in casu nostro non
apparet de iure appellari prohibitum: remanet ergo quòd
appellari posit. facit. ff. de legi. l. ius singulare. ad municipa.
lege prima cum similibus cum cor. de appellationibus lege
prima & ibi plenè not. in gloss. magna co. quarta. ¶ Quartò
sic: non est alicui iuris auxilium denegandum, sed appellatio
est remedium iuris, quo iniqua sententia subleuatur, igitur
&c. nam si dicerem quod in casu nostro appellari non pos-
sit, iam appellare volenti denegaretur iuris auxilium, quòd
fieri non debet igitur appellari potest probatur hoc. non
enim expedit rei publicæ singulis legum adminicula dene-
gari, nec est per legem iniquitas sustinenda, nec debet via ini-
quitatibus aperiri, vt. l. j. C. de his qui veni. æta. impe. & de
iure delibe. l. ij. & l. meminerint. C. vnde vi. cum si. sed igitur
est ꝙ remota appellatione sequeretur iniquitas: igitur &c.
¶ Quintò ab argumento identitatis rationis. nam iudices ali-
qua participant in ratione & in iure. sed sententia iudicis &
arbitri participant de ratione remediandi partem contraria-
tam. igitur participant etiam in iure, ergo qua ratione reme-
dium adhiberetur contra arbitrum, scilicet per petitio. re-
ductionis ad arbitrium boni viri: ita & contra sententiam iu-
dicis cognoscentis & pronunciantis super reductione ipsa
admittetur appellatio. probatur hoc. ff. de sena. l. j. §. quæstio.
& de dolo. l. fi. & ad. l. aqui. l. illud. cum similibus. ff. de ver-
bo. obliga. l. titio. cum si. probatur hic: quia in vtroque præ-
dictorum iniquitas est causa, vt patet ex coniunctione legis.
vnde secundum rationem. ff. pro socio. & l. j. ff. de appellatio-
nibus. & de minori. l. præfecti. cum simili. ¶ Sextò sic: in iu-
dicando, arbitrator instar obtinet appellationis modo sit cer
tum quòd arbitramentum est quædam transactio à partibus
facta arbitratore mediante. sed si præter naturam & simpli-
cem transactionem processum fuisset in causa, & lata senten-
tia super eo super quo processum appellari posset ab ea. er-
go & à sententia lata super eo super quo arbitrium protesta-
tur. patet. ff. de arbitris. l. si de meis. §. recepisse. & in cor. vt
differen. iudi. in prin. vers. si verò declaratur ex. l. eleganter. §.
si quis post. ff. de cõdictione indebiti. tamen si in causa proce-
datur & sententietur, valida est vt ibidem patet: quia appel-
lari potuit si non pro leui &c. vt lite penden. l. fi. & quia pro-
hibitorium est hoc edictum vt. s. probatum est. igitur sic &
in proposito poterit appellari. ¶ Septimò sic ex sententia
sequente ius appellandi, firmatur hoc, sicut quando actum
siue actus non appellatio propriè sequitur ex sententia sub-
sequente, nihilominus est licitum appellare. ita in proposito
ergo poterit appellari. patet instituta de excusatione tuto-
rum. §. qui post autem. ff. quando appellandum sit. l. j. §. si
quis tutor. cum similibus. nam à motione tutoris qui se excu-
sat, si posteà contra eum lata est sententia, appellari potest.
declaratur hoc ex eo: quia hic actus retractatus ponitur con-
tra arbitrum. & posteà sequen. sententia iudicis. ¶ Octauò
probatur sic, certum est quòd à sentẽtia principis cognoscen-
tis non appellatur: tamen à sententia ipsius delegati appella- a
2 ri potest. sic in proposito licet primo † cognoscente. s. ab arbi-
tratore appellari non posit: tamen à sequente, id est iudi-
ce qui de reductione ad arbitrium boni viri cognouit, appel-
lari potest. patet. ff. quibus appella. non licet. l. prima cõiun-
cta. l. nouum. & l. eos. C. de appellationi. Declaratur hoc: quia
cùm ex sentẽtia iudicis oriatur actio in factum, vt. l. actori. C.
de iureiurando cum similibus. patet quòd ab eius sententia,
potest appellari. ¶ Nonò sic: in dubijs in benigniorem par-
tem interpretamur. de quo sic cùm dubitatur an vt arbiter,
an vt iudex in potentiorem partem arbitramur, videlicet
quòd vt iudex, & non vt arbiter videatur cognouisse. sed
cùm in quæstione nostra posit dubitari an vt arbiter, an vt
iudex cognouerit: intelligamus ipsum vt iudicem cognouis-
se, & sic appellari posit. patet. ff. de iudi. l. prima. in fine ma-
gnæ glossæ. C. de episcopali audientia. l. episcopale. cum si-
milibus. & hoc sic declaratur. quia. §. societatem. in fine non
dicit, quòd cognoscat vt arbitrator: aliâs sed nec vt iudex. er-
go appellari potest sicut ab aliorum iudicum sententijs, vt
supra dictum est. & de hoc videtur casus in. l. & in maiori-
bus. C. de appellatio. & l. ex consensu. ff. de appellatio. prout
habetur ibi in litera circa princip. coniuncta. l. C. de euictio.
cum similibus.

a ¶ Petitũ fuit. Habeo multa volumina consil. diuerso. doct. manu scripta, in qbus sunt multę repetitiões Bar. tractat⁹, disputationes, & ꝑcipuè in prima. v. xix. & xx. Interq̃ inueni infra scriptas quęstiones. & ista prima ĩ. xix. vo. ĩ fol. j. & vide. de materia istius disputatiõis p Bar. & doc. in. l. si societatẽ. §. arbitrorũ. ff. p socio. Et an à sententia arbitri posset appellari? vide plenè p Iaso. ĩ. l. fi. C. de iudi. & in. l. nemo põt. in. x. colũ. ff. de leg. j. & Alc. de Imo. in. l. arbitro. ff. q satisda. coga. & Ra. Fulgo. in consi. xviij. & Ra. cu. in consi. xliij. & Ludo. ro. in consi. xij. Tho.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio est inducta propter iniquitatem sententiæ, ut iudicet per uiam à iure traditam.*
2 *Iudex potest esse æquus & non æquus, & sic est unum medium inter iniquum & æquum.*
3 *Arbitrator non pronunciat ut bonus uir, ut in eo sumat compromissum ab eius arbitrio.*

IN contrarium quòd non posit appellari proba
tur sic: odia restringi & fauores conuenit am-
pliari, si dicamus posse appellari, producimus
odium restringitur fauor &c. patet. ff. de libe-
ris. & posthu. l. cùm quidam. & de regu. iuris libro. vj. Decla-
ratur sic: in lite appellare, tutius est: & periculosum litis cau-
sæ in ius nos committi non debemus. ff. de minoribus. l. in
minoribus. de peculio. l. quod de lege. sed si seruus eius nec
ad quod ibi not. ergo &c. ¶ Secundò probatur sic, iu-
dex in causa reductio. ad arbitrium boni viri, additur vt vir
bonus: tunc sic quando ad arbitrium boni viri recurritur,
ab eius dicto non appellatur. Sed ita est in proposito quod
ab arbitratu arbitratoris, recurritur ad arbitrium boni vi-
ri. igitur &c. ¶ Tertiò patet, quòd non est reperire in iure
casus quod in tali casu posit appellari, vnde erubescimus
sine lege loqui. vt in authen. de triente & semis. §. considere-
1 mus. ¶ Tertiò quia appellationes sunt inductę † propter ini-
quitatem sentẽtiarum, vt iudicet per viam à iure traditam, &

ordine debito proferant ſententias .ff. de origine iuris .l.ſecunda.§.poſt originem.cuius iuris remedio,ſcilicet appellatio inducta non eſt: ergo mutat id quod eſt impropriè eiuſdē naturæ, aliud eiuſdem naturæ corrigere, alterius autem non poſſet, vt inſtituta de iure naturali.§.pe.ff. de capi.diminu.l. eos.ſed arbitramētū ſeu arbitriū & eius poteſtas ſiue poteſtas venit à partibus & ab hominibus ſingularibus non vniuerſis coadunatis, vt patet.ff. de arbitris.l.non diſtinguemus.§.pro officio.ff.pro ſo.l.certa.&.l.ſi ſocietatem.in fine.&.ff.locati.l. ſi merces.&.l.ſed ſi lege.in princip.ff.de oper.liber.l. ſi libertus.&.ff. de verborum obligationibus. l. ſi quis arbitratu. & de contrahenda emptione.l. venditor. in princip.qui priuati,id eſt partes prædictæ non poſſunt conſtituere propriè vt iudex cognoſcat, vt. C. de iuriſdictione omnium iudicum.l. priuatorum. cum ſimilibus. & pro tanto lex appellat arbitrium boni viri.partes enim quæ hunc eligunt,in eum,vt bonum virum conſenſerunt vt patet: non autem vt ipſum iudicem, fecerent iuris ſubtilitate procedere, ſed per amicabilem compoſitionem fuit: ergo vt ad bonum virum, id eſt ad illud quod diceret quilibet bonus vir . & ita intelligit in hoc bono viro.l.ab arbitro.ff. qui ſatiſdare cogantur. ¶ Nec ob. quod ibi debet appellari.& ita ſentit dominus Richar. in dicta.l.ſi ſocietatem.in fine,videlicet quòd iudex cognoſcat,vt quilibet bonus homo: non autem vt tanquam iudex cognoſcat propriè: Et quòd vt de homine cognoſceretur, non au-
2 tem vt de iudice propriè intelligatur,probatur:† quia iudex poteſt eſſe æquus & non æquus vt bonus & malus. nam iudex eſt vnum medium,ſe ad æquum & iniquum referens, vt patet.ff.de iuſti. & iure.l. planè. viri autem boni appellatio, nunquam ad iniquum ſe refert:quia quod accedit vni extremorum,videlicet bonitati, recederet ab alio, ſcilicet à malitia & iniquitate.argumentum.ff.ad legem Corneliam de ſicca.l. eiuſdem. in principio, & de rei vendicatione.l. in fundo. & de legatis ſecundo. l. igitur. probatur hoc : quia quando vnum ſe poteſt ad propriam & impropriam ſignificationem referri: refertur ad propriam, vt.ff. ſi ager vecti. peta. l. penulti.in fine.& quando appellan.ſit.l.ſi ſocietatem.in fine. & in.§. vbi dicitur boni viri arbitrium ſic cognoſco in obligatorum, id eſt in iudicis, vt gloſſ. vt dicam cognoſcetis vt vir bonus quilibet, vt litera videtur ſonare prima facie ſecundum propriam ſignificationem. ¶ Nec ob.ff.iudicatum ſolui. l. vir bonus. cum ſimilibus: quia ibi vt iudex cognoſcit. prætereà nec ibi dicit appellari poſſe vel non. patet ergo ex prædictis quòd refert vtrum iudex cognoſcat vt iudex:& tunc appelletur.aut iudex cognoſcat vt bonus vir: & tunc non appelletur. primò: quia ibi dicitur vti ad iudicem & ad bonum virum non econtra, ſi rectè inſpiciatur. bonus autem vir intelligitur vt quilibet homo: & ſic à iudice cognoſcatur propriè,vt dictum eſt ſupra & declaratur ex.l.ſocietatem.ſ.allega. ¶ Quartò in locum arbitri ſubrogatio, de quo ſic ſubrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum ſubrogatur: ſed iudex hic ſubrogatur in locum arbitri : ergo ſapit naturam eius: & ſic à ſententia eius non appellatur, ſicut nec à iudice. prima patet.ff. ſi quis cautio.l. ſi eum.§. iniuria-
3 rum. cum ſimilibus ibi nota: † ¶ Secunda declaratur ex eo, quòd arbitrator non pronunciat vt bonus vir, vt in eum ſumat compromiſſum ab eius arbitrio receditur, & ſubrogatur in eius locum iudex, vt bonus vir, vt iniquum arbitrium reformet in melius, nec ab eius dicto appellatur, ſicut nec à dicto boni viri, vt dicta. l. ſi ſocietatem. in fin. &. l. vnde ſi neruæ.&c. ¶ Quintò ſic:actus ad vnum finem redactus,non debet in contrarium operari, de quo : ſic quoties aliquid ad vnum finem tendit, & ſic non debet in contrarium operari, ſed ad arbitratorem dirimendarum litium cauſa, ex bona fide quæ non ita dirimerentur ſi appellaretur:ergo non debet eius contrarium operari : & ſic appellari non poteſt. prima patet.ff.de pact.l. ab emptione.in fin. de arbi.l. Labeo. cum ſimili. Secunda declaratur tum ex. l. ſi de meis. §. recepiſſe. tum etiam ex eo quia per appellationem extinguitur iudicatum,aliâs ſuſpenditur.ff.ad turpilia.l.j.in fi.& ibi no.ſ. de his qui notan.infa.l.furti.in princip.&.l.ſe. cum ſimilibus. & ſic tale negotium per viam appellationis cauſæ proſequi non debet,vt.C.vnde vi.l. meminerint. & de indi. vidui.tollen.l. ij.& de fructi.& lit.expen.l.terminato.ff. de vſufru.l. æquiſſimum.cum ſimilibus. &.l. cum quid. ſi certum petatur. Secundò ex iudicis cognitione de quo ſic: quando ad iudicem qui aliâs poterat de cauſa cognoſcere,habetur recurſus vt ad arbitratorem à quo non appellatur, & ſic non vt ad ordinarium cognoſcentem,recurſus habetur,ſed vt ad extraordinarium: & ſic ab eo non poteſt appellari. prima patet.ff. de arbitris.l.ſed ſi in ſeruum.in fine,ſecūda declaratur ex eo quod habetur in dicta.l.ſi ſocietatem.in fine.&. lege ſequenti. cum ſimilibus. ¶ Septimò à prohibitione & permiſsione argumentando de quo:ſic quoties aliquid in vno conceditur, in cæteris prohibetur,ſed in ſententijs iudex occaſione litis, concedit poſſe appellari : ergo in alijs prohibetur ſcilicet in arbitratoribus. Prima patet.ff. de iudicijs.l. cum prætor. in princip.de procuratoribus.l. maritus. cum ſimilibus. Secunda patet.C.ne liceat in vna & ea.cauſa tertiò prouoca. in rubro & nigro. ¶ Octauò tranſactionis immutatio,de quo ſic:certum eſt ꝙ arbitramentum immutatur tranſactio.& eſt illi ſimilis:ſed ita eſt in tranſactio,ꝙ ſi ipſa legitimè fiat, vlterius illa non reſurgatur impediente exceptione tranſactio. ergo idem in propoſito vt vlterius ipſa non refricetur impediente reformatione: & ſic legitimè tranſactum apparet in præcedenti.l. ſed ſi in ſeruum.§. ſecundo. quod ibi notatur. ſecunda patet ex.l. eleganter.§. ſi quis poteſt.ff. de condictione indebiti. videtur ex eo pro reductione facta eſt legitimatio:quia per iudicem vt bonum virum ad hoc electum per.l.ſocietatem.§. finali cum ſimilib. reformatione eſt qui bonus vir intelligitur, nec refert an à principio aliquid fiat an ex poſtfacto.vt.l.eum qui autem.cum ſimilibus.quomodo virum legitimè factum ab initio. poſt reformatum non vitiatur vt patet.ff. de iureiurando .l. qui per ſalutem conuenit.l. non enim.§.dato.&.l.nam & poſtea.§.iurare.eodem titulo cum ſimilibus de operis libertorum.l. mancipiorum. de legatis primo.l. ſerui electione. ¶ Nonò appellati. euidens diſcretio de quo ſic ſegregatorum ſegregata & ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio,ſed ſeparata eſt cauſa, reductio.à cauſa appella.igitur &c. ſi à ſententia lata ſuper cauſa appellatio.appellatio non ſequitur:ergo à ſententia lata ſuper cauſa reductionis appellatur : & ideo ſequitur contrarium,videlicet non appellatur.prima patet.ff. de exerci.l. ſi emptor.§.alius.de donatione inter virum & vxorem.l. maritus.& ibi de hoc.cum ſimilibus. Secunda declaratur ex eo quòd appellatio ex quacunq; iniquitate magna vel parua fit.vt.l. & in maioribus. &.l. & in multis.C. de appellationi.&.C.ne liceat in vna & eadem cauſa tertiò prouocare. in rubro & nigro.coniuncta.l. præſenti.ff. de muneri. & reductio.ex magna & euidenti iniquitate tantum fit, vt dicta.l. vnde ſi neruæ.ſuper reductione ad arbitrium boni viri concederetur ſecundario ſcilicet arbitramentum reſeruata & in cauſa appellati.ex quacunq; iniquitate igitur appellari non poterit ne circumueniatur,vt dicta.l. vnde ſi neruæ.&.l. ſi de meis.§.recepiſſe. cum ſimilibus. quod eſſe non debet. vt.ff. de tranſactionibus.l.cùm hi.§.ſi cum lex. & de tutoribus & curatoribus datis ab his.l.ſcire oportet.§.primo. ¶ Decimò inducitur.l.ex conſenſu.in principio.ff.de appellationibus. à contrario ſenſu quòd ibi habetur in litera circa compromiſſum &c. Concluditur quòd ſi ratione compromiſsi daretur:appellari non poſſe gloſſa.iij.intelligit.l. illam. ¶ Nec obſtat quod dicit compromiſſum, vnde ad arbitrium non ad arbitramentum ſic refert,vt patet in.l.de meis.§. recepiſſe.& dicta.l.ſed ſi in ſeruum.§.ſecundo.&.l.ſocietatem.§.arbitrorum.& ibi dicit impropriè poni.vnde à modo inducit. l.in te.§.vnus.&.l.fina.cum glo.ſua hoc modo:certū eſt quod ſi inter duos compromittitur & diſſentiant : certam tertiam perſonam compelluntur eligere, cuius authorita. petatur etiam ſi diſcordent ab illis duobus primis. cuius ſententiæ ſtetur.cùm itaq; hic arbitrator eligatur in defectum arbitrorum diſcordantium,ſententiæ eius pareatur:patet quòd non appellatur ab eo,tum propter dictam legem primam : tum quia ſi appellaretur,non pareretur,ſententijs: qa appellatio extinguit vel ſuſpendit pronunciatio.vt.l.j.in fine.ad turpilianum. cum ſimilibus. ſi impediret ſententiam & execu. quando non poſſet. nec enim eſt innouandum &c.ff. nil nouari appella.interpoſita.in rubro & nigro. ita modo in propoſita quæſtione propter diſcordiam arbitratoris ad arbitrium boni viri legis authori.recurritur ad iudicem vt ad bonum virum,& ſic ſimile. prima patet : quia ſicut à principio non appellatur:ita nec ab hoc: ideo eius ſententia pareri debet ante.

SVMMARIVM.

1 *A ſententia lata per iudicem tanq̄ bonum uirum, non poſſet appellari: quia non eſt ſententia.*

2 *Reductio ad arbitrium boni uiri, non eſt appellatio, ſed habet cum ea ſimilitudinem.*

Arbitria

3 *Arbitria ad iudiciorum, arbitramēta ad transactionem instar sunt redacta.*
4 *An à sententia lata super supplicatione porrecta contra sententiam, à qua non erat licitum appellare, poßit appellari?*

1 SOlutio. †Dico appellari non posse, & senten-
tiam propriè dici non posse, vt. s̈. di-
xi, & clarius dicā. Et hoc ex rationibus. s̈. dictis quas
coadiuuo, ex eo etiam quia ego video ꝙ vbi arbiter in locum
judicis cognouit, appellari potest: vt. C. de iudi. l. apertissimi.
& in casu speciali. ita à contrario sensu, cùm iudex subroga-
tur in locum boni viri, ab eius sententia sicut ab arbitramen-
to boni viri non appellatur: quia naturam eius (in cuius lo-
cum subrogatur) origina. sapere debet, vt. l. item veniunt. §.
cum prædiximus. ff. de petitione hæreditatis. & notatur in. l.
certi condictio. in principio. ff. si certum petatur. Item quia
video quòd propter qualitatem actio. & materiæ, de qua seu
de quo tractatur, verba mutant propriam significationem, vt
ff. locati. l. si vno. in principio. & quod ibi nota. sic in propo-
sito propter naturam arbitri de qua tractatur in. l. si societa-
tem. §. si. cum sequē. & alijs similibus cum dicatur ad iudicem
recurri vt ad bonum virum: ergo non propriè ad iudicem.
Item ad euitandam assiduitatem, quæ sequitur: quia non pe-
teretur reductio eius, & posteà appellaretur. ¶ Secūdò ratio
est in cæteris causis: non licet secūdò prouocare, ꝙ esset si ap-
pellari posset, cōtra. l. primam. C. ne lic. in vna ea. causa tertiò
prouoca. nam quodāmodo. d. appellatio interponitur: vbi à
iure aduertendū puto pro determinatione quæstionis & ma-
teriæ, ꝙ plura sunt, quorū remedio quòd ante factū vel dictū
est restringatur, & non sunt idē, nec eiusdē naturæ, sed diuer-
sa diuersæ naturæ, sicut est appellatio & reductio ad arbitriū
boni viri cum àtesta. quæ fuerit corā arbitro, ex quo nascitur
exceptio etiam pœnæ. Item doli exceptio quæ opponitur
cōtra petitionem, quādo sententia dicitur sordibus vel euidē-
ti gratia lata esse integrū restitutio, supplicatio, & appellatio,
interponitur à sententia diffinitiua, vel vim diffinitiuæ habē-
tis occasione iniquitatis cuiuscunque in quacunque causa &
casu regulæ, vt in præalleg. l. & in maioribus, cum simili. secū-
dum ea quæ not. & quorū appellatio. non re. l. ante sentētiam
tempore lata. à iudice econtrario petunt tanꝗ ius. & tamen si
aliâs vt arbitrator vel alio modo cognoscat. Nam licet sit iu-
dex & cognoscat vt arbiter vel arbitrator, à sua sententia non
appellatur. Quod manifestè probo sic. certum est, quòd ipse
de causa potest cognoscere vt iudex ordinarius inter supra-
dictos: & tunc appellatur à sententia sua. alioquin cognoscit
non vt inter subditos, sed ex prorogatione iurisdic. & est tūc
speciale in ipso contra regulam generalem positam in. l. & in
maioribus. & in. l. & in multis. & . ff. de appellatio. l. j. & quasi
per totum, vt appellari non possit, sicut nec à præfecto. Quā-
doque cognoscit vt arbiter inter non subditos: & sic non vt
iudex: & tūc iure communi à sententia potest appellari: cùm
aliâs ipse sit præsens. & sic iudex ordinarius. vt hic habetur &
de episcopali audientia. l. si qui ex consensu & quod ibi nota.
in prima glos. coniuncta. l. j. & de arbi. l. & quia de iurisdictio.
om. iudi. & de episcopali audientia. authē. si quis litigantium.
Alioquin cognoscit tanꝗ arbitrator & vt bonus vir vel per
amicabilem conuentionem de causa, de qua posset vt iudex
cognoscere, vt in cor. vt dif. iudi. §. si verò. col. x. & . l. & si ser-
uum. de arbit. & tunc cum hoc sit transactio quædam potius,
quàm sententia, non nascitur actio in factum quæ nascitur ex
sententia, & sic per consequens non potest appellari, vt patet
in. l. j. C. de arbitr. & ꝙ ibi not. quia cum ex sententia nascitur
actio in factum, vt. l. actori. ista non est sententia vt. s̈. proba-
ui. & patet ex eo quia transactio & sententia sunt species op-
positæ, quarum neutra est altera, vt patet in. l. nam & posteà.
de iureiuran. & . l. ij. C. communi diuidundo. coniuncto titu.
de re iudica. & de transactio. cum ergo non nascatur actio, per
consequens appellari non potest, licet quandoque petatur
reductio ad arbitrium boni viri, vt proximè dixi quando nec
respectu transactio. nascitur actio, vt. l. cum mota. C. de trans-
actionibus. Colligitur ergo ex præfata theorica, quod quan-
doque iudex cognoscit vt iudex, & ab eius sententia appel-
latur. quandoque vt bonus vir: tunc enim nec iudicialiter co-
gnoscit nec secundum formam. nec ordinem iudiciorum, cum
sit transactio potius nec actio iudicis, & non appellatur vt di
xi. Sed petitur reductio, quando arbitrium fuit iniquum ex
magna & euidenti iniquitate, vt patet. ff. pro soc. l. si societatē.
in fine. cum simili. cùm ipsum arbitramētum vim transactio-
nis teneat, vt supra satis est dictum à quo appellari nō potest,
vt est supra probatum in superioribus rationibus. nam con-
tra arbitrum compromissarium, inducitur doli exceptio, si
agatur ad pœnam quia non pareatur sententiæ, non tamen
2 appellatur †licet sit quædam species appellandi, vt. ff. de arbi-
tris. l. non distinguemus. §. cum quidam. ad finem. quod ex-
pone, id est habet similitudinem cum appellatio. & tamen est
alia species, vt. ff. de re iudicata. l. ij. & dicto. §. cum quidam
proximè allegato. Et ideo dicitur, quædam species appella-
tio. quia sicut per appellationem fit retractatio sententiæ: sic
per exceptio. doli. & alia est quæ opponitur, si agitur ad pœ-
nam ex stipulatio. quia non paretur sententiæ latæ sordibus
vel euidenti gratia. & hæc non est appellatio, vt dixi: quia à
sententia arbitri non appellatur, vt. C. de arbitris, lege prima.
Nec obstat quod dicitur, quòd hoc & superiori casu à sen-
tentia lata super oppositione exceptionis potest appellari,
cùm nascatur actio. argumen. l. & in maioribus. cum simili-
bus. s̈. allega. nam erubescimus sine lege loqui, vt in corpo. de
tri. & se. §. consideremus. Sed dato quod ita esset, dico quòd
illa exceptio opponitur contra actio. ex stipulatu ad pœ-
nam vel ad aditio. non contra sententiam arbitri, de qua nun-
quam fuit coram arbitro tractatum. vnde hic iudex super
pœnæ petitione cognoscit vt iudex, non vt arbiter. sicut
enim contrahentes voluerunt coram iudice peti pœnam pos-
se, si sententiæ arbitri non parebitur sine causa vel non pos-
se, si cum causa vt patet. C. de arbitris. l. arbitratorum. &
ff. de arbitris. l. ita demum. coniuncto. §. cum quidam. ibi-
dem cum apud iudicem pœna peteretur &c. ¶ In quæ-
stione autem nostra, non sic voluerunt partes, imò sem-
per se arbitrio boni viri commiserunt. & in hac reductio-
ne reformatio agitur de eodem, de quo coram arbitro actum
fuit. vnde cum debeamus fidem de bono & æquo in arbitra-
torem se committendo agere voluerunt: vt patet, non debet
reduci in hac reformatione de iur. apicibus disputando in cau
sa appellabili. argumen. l. fideiussor. §. quidam. ff. mandati. vt
patet ex coniunctione legum de verborum obligationibus
3 l. si in seruum. §. si quis. cum similibus. † Item arbitria ad in-
star iudiciorū sunt redacta, vt. ff. de arbi. l. j. arbitramentū ve-
rò ad instar transactionis est redactum. vnde si super eo quod
ex arbitrio nascitur appelletur, & non super eo quod ex ar-
bitratu, non est mirum, vt. s̈. plenè dixi, præterea in integ.
restitutio, petitur cum quis sui facilitate vel dolo aduersa-
rij se læsum dicit, & sic fauore ætatis, appellatio non perso-
nam iudicis principaliter respicit iniquam sententiam fe-
rentem, vt patet. ff. de mune. l. perfectus. & . l. præses. Nec
obst. ꝙ si dicatur quòd à sententia lata super restitutione ap-
pellatur, vt. C. si sępi. in integrum restitu. peti. fu. l. j. quæ re-
stitutio potest peti contra transactionem, vt. C. si aduer.
transact. l. j. & . ij. sicut ergo à sententia super restitutione &
transactione potest appellari: sic super reductio. quæ peti-
tur sic. & ad impediendum arbitramentum, quod trans-
latio appellatur: quia in causa restitutio. iudex aditur, & co-
gnoscit causa cognita, vt patet in. l. in causæ. §. causa cognita
ff. de mino. & in. d. l. j. C. si sępi. in inte. resti. peti. fuerit. ¶ In
quæstione autem nostra non vt iudex sed vt bonus vir co-
gnouit, vt. s̈. plenè dixi in hoc, quando iudicis officio peti-
tur restitutio. quando verò iure actio. di. ff. de in integrum re-
stitutione. l. ij. & de dolo. & quod metus causa. per totum.
4 † Supplicatio tantum fit etiam à quibus non potest appel-
lari propter iudicis seu magistratus authorita. sic nec à sen-
tentia lata super supplicatione, vt patet. C. de preci. imper.
offeren. l. si quis. & authen. quæ. supplicatio. ibi posita. & . ff.
de offic. præto. l. j. & ibi not. C. de offic. præfec. præto. l. vni-
ca. est & restitutio iudicis. sed quia hoc potius ad impedien-
dum fiendum, quàm quod iam factum est tendit. & de hoc ha
betur de iudi. l. apertissimi. posset addi etiam nullitas, quod
non prosequar, vt. C. quando prouocare non est necesse. le-
ge prima. & si à non competen. iudic. per totum. vnde cum
præfatæ species non sunt similes, sed diuersæ naturæ nec
eiusdem iuris regulis consistunt, patet quòd de vna ad aliam
non est bona argumentatio &c. vt supra dixi. Nunc opor-
tet particulariter respondere ad primum, quando dicitur
prohibitorium edictum de appellatione. dico quòd verum
est regulariter. sed in quæstione nostra sic est, vt patet supra
in rationibus pro hac parte factis. patet igitur quòd non se-
quitur conclusio argumenti. ¶ Non obst. secunda ratio
cum dicitur, illud est ius singulare actio. quod conceditur. s̈.
in quibusdam iudicijs: quia dico quod in hoc iudicio est
prohibitum, vt supra dixi. ¶ Non obstat tertia ratio, cum
dicitur, certum est quòd appellatio est iuris remedium, sed
dicit quòd hoc contingit vt sit litium finis, tum propter
voluntatem partium, quæ voluerunt recedere à cognitione
iudicis: tamen quia hæc sententia non est propriè iudicis: vn-

de hoc remedium non videtur hic locum habere iure prohibito rationibus prędictis & aliįs vt supra probaui. ¶ Non obs. cùm dicitur, quoties aliqua participat in ratione, &c. conceditur. dico quòd aliter remedium vnum, & aliter aliud, vt supra dixi proximè. ¶ Non obst. cùm dicitur, certum quod arbitrametum, &c. concedatur: quia dico quod illud est verum, vt iudice cognoscente aliâs secus, vt supra dixi. ¶ Non obst. ꝙ dixi actus ad vnum finem, &c. quia dico quòd ibi prӕterquã cognitum fuit à iudice hic. ¶ Non obstat quod dicitur, certum est quòd hic appellatio actui, quia dico, vt supra dixi, quod vt iudex sẽper cognouit, ideo hanc rationem & pręcedentem in duco pro me sic: quia cùm illud sit singulare in hoc casu & pręcedenti actu: actus pręcedens non impedit appellari à sententia sequenti: ergo in contrarium est ius commune, vt. §. Titius Nam appellatio prӕcedens, facit à sequenti appellari non posse, vt. l. ius singulare. cum si. ¶ Non obstat cùm dicitur quòd si dicatur actus, concedatur: sed hic dico non: quia lex vt viro bono commisit, vt. d. l. societati. in. fin. cum simi. Non obst. l. & in maioribus. quia illud verum, cùm iudicialiter cognoscitur: hic autem de. l. ex consensu quia gl. generaliter intelligit, vt ibi patet per pręcedentem rationem proximam. in fin. Non obs. gloss. ij. qõ. v. à iudicibus. quia illud dictum Gratiani est falsum vt ibi not. glo. nec secunda pars illius gloss. obstat vt dixi ĩ proximis responsionibus. Bartolus à Saxoferrato.

SVMMARIVM.

1 *Ea quӕ ad tempus conceduntur, ad tempus prohibita intelliguntur.*

2 *Vsufructuario moriente ante fructuum perceptionem, nihil percipit hӕres.*

a ¶ Quidã cõduxit. Istã disputationẽ inueni ĩ. ij. lib. con. diuer. do. ĩ fo. xxxvj. & de materia vide. do. Ang. de peri. de peru. ĩ suo tractatu de palea & oliuis p totũ. & do. Pet. de Eubal. moder. & do. meũ de Perusio in iure canonico ĩ suo tractatu de duobus fratribus. ĩ. xj. parte principali ĩ. ix. q. in. iiij. colũ. cũ sequẽ. Tho. Diplo.

¶ QVÆSTIO. II.

a QVidam conduxit[a] de mense Augusti vel Septembris, quandam petiam terrӕ aratoriӕ ad laborandum & fructus percipiendum pro certa pensione vsq; ad calendas Martij secundi anni proximè sequentis. possessionem seminauit in princ. conditionis de mense Septembris vel Octobris, & recollegit bladum tempore messium. postea arauit & seminauit alio mense Septembris vel Octobris, & factis seminationibus, venit postea tempus finitę locationis seu conductionis calendis Martij. ¶ Modo quęritur nunquid tempore messium, poterit recolligere fructus videlicet bladum, vel quantum cũ

1 lapsum sit tempus, siue terminus. ¶ † Primò videtur quòd non posit recolligere pluribus rationibus & argumentis. primò qa ea quӕ ad tempus conceduntur, ad tempus prohibita intelliguntur, seu esse videntur. ff. de iud. l. ij. §. sed si iudex. C. quando prouo. non est neces. l. cum eo die. ff. de re iudi. l. cum pretor. extra de offi. deleg. c. in causis. ¶ Secundò propter tacitum pactum, quod videtur inesse post tempus, vt. ff. de seruis exportãdis. l. ea lege. insti. de verbo. obliga. §. at si ita. ff. de verbo. oblig. l. eum qui ita. ¶ Tertiò propter liberam potestatem: quam lex concedit locatori post tempora conductiõis finita. & verbum restituere, plenam habet restitutionem & significationem vt omnes fructus ex ea contineantur, vt. ff. de vsur. l. videamus. §. item Fauiana. & de verbo. signi. l. plus est restituere. & l. restituere. ¶ Quartò propter annullationem contractus seu instrumenti, quӕ annullatio contigerit propter fidem locatori prӕstitam vsq; ad tempus locationis. C. locati. l. inuitus. nisi in casu vt not. eo. titu. l. si cum limes. ita econtra inuitus locator retineri non potest, quod fieret, si conductor intra tempora conductionis remaneret: & sic contrarium, &c. vt. ff. de re. iu. l. secundum naturam. & de cad. tollen. l. vnica. §. pro secundo. institut. de legi. patria potestate. §. fina. quòd dic vt not. in regula de regul. iuris. qui sentit per Dyn. ¶ Quintò propter interpretationem contra conductorem & etiam contra emptorem fundi vbi pactio est obscura. leg. in emptionem. Codic. loca. l. ea le-

2 ge. in princip. ¶ † Sextò à simili eius quod dicitur de fructuario. quia eo moriente vel finito vsufructu ante fructuum perceptionem, nunquam percipit aliquid, vt. ff. de vsufruct. leg. si defuncta. de annu. legat. l. in singulos. in fin. ff. quib. modis vsusfructu. amitta. l. vsusfructus. & ff. de vsufru. l. quod sit §. prӕterea. ¶ Ita dicendum est in conductore qui minus ius habet in fructibus. ff. loca. leg. sed addes. §. qui messem. ¶ Septimò conductor potuit hoc perspicere euenire posse. s. locatione finita, & ideo aliquos sumptus in seminando durante adhuc locatione, facere non debuit: ergo si fecit sibi imputet, vt no. ff. loca. l. si quis domũ. §. & hoc distingui potest. ibi, quid ergo &c. cum cõcor. ibi allega. ad idem facit. ff. de iurisdi. om. iudi. l. si quidem. maximè qa scienter in alienã rem ĩpendisse videtur & sic solo cedit. C. de rei ven. l. mater. ff. de acquiren. rerum domi. l. adeò. §. cum quis. ¶ Octauò qa sicut ratihabitio quӕ regulariter solet trahi retro, nihil valet, nec aliquid operatur nec prodest habenti ratũ post tempora petendӕ bonorum possessionis, vt. ff. rem ra. habe. l. pen. sic & perceptio fructuum quӕ fuit post terminum conductionis finitũ nil prosit colono, quӕ trahitur retro ad tẽpus seminis, quo petere poterat bonorum possessionem.

SVMMARIVM.

1 *Quando uno tempore est initiatum, & alio tempore est perfectum, perfectio consideratur secundum tempus initij.*

ET econtra ꝙ posit recolligere, pluribus argumentis & rationibus. ¶ Primò quia inspecto initio, idem ius censetur seu videtur censendũ etiã tempore messium non obstante aliqua mutatione statuti vel temporis, quòd censeri poterat tempore seminis sicut dicimus in negotijs alicuius gestis, si tempore messium &c. ff. de nego. gestis. l. idem Pom-

1 po. in negotijs & illa materia de initio. † Ex quibus etiam infertur, quòd quando vno tempore est initiatum, & alio tempore est perfectum, perfectio consideratur secundum tempus initij. & per hoc videtur arg. in alia quӕstione quӕ incipit, cum citatus &. q. ordinarius. sed hic fructus initiati fuerunt tempore seminis: secundum ergo illud tempus considerentur. & sic tempore conductionis debebit recipere pro se, cum sit tempus conductionis. l. diuortio. §. non solum. ff. sol. matrimo. adeò quod bonӕfidei possessor, lucratur fructus pro cultura & cura, vt insti. de re. diui. §. si quis à nõ domino. cum si. ¶ Secundò quia in obscuris inspicitur quod verisimile est, sic & hic, si congruam pensionem dedit pro vtraq; fructuum collectione. ff. de reg. iur. l. in obscuris. extra eo. tit. c. inspicimus. l. j. ¶ Tertiò quia ibi quid apparet verisimilius & maximè eo casu, vbi res valere potest secundum vtrumq; intellectum (vt est hic) interpretatio est fienda contra locatorem & venditorem. ff. de contrahen. empt. l. Labeo. & l. cum in lege. not. ff. de pac. l. veteribus. & extra de reg. iur. l. contra eum. lib. vj. & ibi not. ¶ Quartò à simili de eo quod dicitur, cui relictum est annuum legatum, qui quamuis moriatur in princ. anni alicuius, totum fructum illius anni transmittit ad hӕredes. ff. de annu. leg. l. omnibus. non obstante ꝙ in fine anni, fructus sit legatus. ¶ Quintò quòd ius principiandi fructus, consideretur ex tempore & iure seminandi, vt si tempore seminum potuisset facere suos, ita posset facere tempore messium, ꝗuis deueniat ad id tempus, in quo si seminaret, non posset facere suos, vt. ff. de vsufruc. l. quid sit. §. pe. ¶ Sextò quia si est finita tutela uel cura, coheret priori nec diuisam propriam rõnẽ habet & iudicatᷣ in eo idem ꝙ in princ. vt no. ff. de admi. tuto. l. tutorem. ibi, sic enim & intellectus. ff. de tu. & ra. distr. l. si tutor post pubertatem, sic in quӕstione nostra, actus colligendi fructus coheret primo actui seminis, & ideo vnum dici potest. quod probatur pluribus modis. Primò colere ratione. s. proximè facta vnus actus consideratur ex alio. Secundò ꝙ vnus nõ potest esse sine alio, sicut ius percipiendi sine semine: & ideo vnum iudicari potest. sic in patre & filio, qui vna persona dicũtur, vt. C. de impuberum & aliįs substitu. l. fina. sicut enim interrogatio & promissio, duo actus dicũtur: & tamen pro vno reputantur: quia vnum sine alio, operari non potest. ¶ Septimò quia ista reputantur vna cura & cultura, institut. de re. diui. §. si quis à non domino. sicut poterat iudicari de tempore seminis, iudicetur de tempore percipiendi. ¶ Octauò quia talis debet iudicare fructuum perceptio, per colonum fienda, qualis est prӕstatio pensionis, si congrua sit fructibus duorum annorũ, &c. nam expensione prӕstantis, voluntas contrahentium colligi potest. ff. ad trebellia. l. quoties. cum si. & ibi no. etiam in. c. inspicimus. de re. iur. lib. vj. per Dyn. quod si voluntas inspicitur in contractibus, vt. ff. de verbo. obliga. l. in conuentionalibus. ff. de contrahen. emptione. l. sed Celsus. in fi. maximè etiã in cõtractib⁹ bonefidei, sicut est in quӕstione nostra, veniant ea de quibus non est actum nec cogitatum. Nam pręsumitur cautum de euictione loco rei euictӕ. ¶ Item ne vsusfructus euincatur, ff. de contrahẽ. emptio. leg. j. vendendo. ff. de actio. emp. l. j.

emp.l.j.§.fin.cum.l.seq. ¶ Nono arguitur ex eo ꝙ dicitur, & in cautione damni infecti: quia si domus mea, pro qua est mihi obligatus ad certum diem de damno infecto, cadat post diem percussa à domo vicina ante diem, quod non tunc venit in cautione illud damnum.&.l.damni.§.sabini.sic in quęstione nostra cùm ius percipiendi consideretur ex loco, & iure seminis, vt supra dictum est. cùm etiam ipsa perceptura cadat.in conductione sic & ius seminandi. ¶ Decimò quia in re dubia, semper debemus interpretari in benigniorem partem, vt.l.semper.ff. de regu.iur. Sed in illo casu quo pensio statuta, esset æqualis fructibus duorum annorum interpretari debemus in benigniorem parté, vt.l.semper.&.l.ea quæ.ff. de rebus dubijs. ¶ Vndecimò quia eorum nihil sine captione inuestigari potest &c.ff.de regu.iur.l.nihil.C. de inofficioso testamen.l. omnino. vnde cum in quæstione nostra, nullum malum sit dicere ꝙ post tempus conductionis finitæ conductor percipiat fructus, & magis malum sit dicere ꝙ percipiat & locator habeat pensionem æquiualentem fructibus duorum annorum, & habeat fructus: dicendum est enim malum. ¶ Factis allegationibus pro vtraque parte, singulariter & per se non restat, nisi allegare pro vtraque parte simul & semel, valet pro vtroque locatore & conductore, quòd debeant fructus percipere pro rata temporis & oneris pensionis soluendæ: ꝙ probatur pluribus rationibus. ¶ Primò arguo assumpto simili de marito, qui sibi & mulieri diuidit fructus vltimi anni, pro rata temporis, quo durauit matrimonium ꝙ sustinuit onera matrimonij, vt.l.de diuisione.&.l.diuortio.ff.sol. matri. ¶ Secundò arguo, & sumpta à simili de eo quod dicitur de seruo fructuario, qui locauit operas suas in plures annos, & stipulatur certam mercedem: quia pro huiusmodi annis, quibus durauit vsusfructus, acquiritur vsufructuario sequentium annorum & proprietatem.ff. de vsufruct.leg. l. sed & si quis.aliâs.l.si adhuc.§.operas. ¶ Tertiò quia si in medio anni, finiatur vsusfructus, acquiritur vtrique pro rata, inspecto finali exitu.ff. de stipula.seruo.l.seruus communis Meui. §. cùm seruus.& ibi not. & in.d.§.qui operas. ¶ Ex quibus omnibus suprascriptis & quæ ex alijs legibus dici possunt, (saluo & reseruato saniori consilio) dicendum est, quòd aut apparet quid actum est expresse de prædictis fructibus inter contrahentes, & illud seruari debet quomodocunque apparuerit voluntas. nam voluntatem primò inspicimus si apparet.ff. de verbo.oblig.l. in conuentionalibus. de reg.iur. l. semper in stipulationibus. in princip. de condi. & demon. l. sacræ. in princip.&.§. conductionum. de libe. præte.l.iij.C. de codicil.l.ij.in fi. Si verò non apparet, quid actum sit: tunc inspicitur consuetudo regionis, scilicet qualis consuetudo sit in his quæ arant & seminant, & si finitur tempus legationis, ante recollectionem fructuum, vt.d. l. in stipulationibus. ij. responso.ff.de fundo instru.l.cum de lanionis.§.asinam. cum si. Si verò neutrum appareat: tunc inspicimus, quod verisimilius est actum fuisse, quæ verisimilitudo accipitur ex quãtitate & qualitate fructuum, habito respectu ad quantitatem pensionis statutæ: quia ex præstatione pensionis potest colligi de quolibet, & de cuius anni fructuum perceptione fuerit cogitatum & vsque ad quod tempus. arg.ff. de leg.j.l. si seruus plurium.§.fina.no.per Dy. de reg.iuris.c. inspicimus. libr.vj. nam eo ipso ꝙ pensio est statuta æquiualoris fructibus duorum annorum, videtur tacitè actum ꝙ vltra tempus conductionis, possit colonus colligere fructus seu bladum seminatum intra tempus conductionis, & hoc probari potest maximè argumento eius ꝙ dicitur.j.in.viij.&. x. ratione allegata: potest probari & aliter. Nam vidimus in iure, ꝙ tacitum inter alias personas, sumitur ex eo ꝙ fit inter alios. C. de pact. l. legem. ergo multomagis debet præsumi aliquid agi inter ipsos contrahentes secundum quod verisimile est, sicut & aliâs conuentio dotis datę pro filia socij præsumitur tacitè actum de reddendo societati dotem recuperatam, & hoc contingit: quia iurisconsulti sic interpretati sunt, aliâs interpretantur æquitati potius, vt seruetur æqualitas: simile pactum in donatione propter nuptias.C. de donat.l. fina. §. si autem donatio. posset probari multis alijs similibus, quæ studiosus inuenire posset, vt not.in.l.cum quid.ff.si cert.pet. ¶ Prætereà idem posset dici si minor pensio constituta fuisset vt pro rata pensionis æquiualentis propè posset, vt quid iuris est de toto &c. vt.ff.de rei vend.l.qui de tota. de condi. sine caus.l.iij.C.de libe.vacan.l.fin.lib.x. hoc etiam probari potest argumento eius ꝙ dicitur de fructibus dotis & de locatione operarum facta per seruum fructuarium, vt probatur in tertia parte ibi, factis allegationibus percipitur fructus totius anni. ergo & hoc fortè posset dici: quia ex terra non percipitur fructus semel, sed sæpius videlicet bis vel ter percipiuntur fructus in anno tunc dici potest, ꝙ de eo ꝙ venit percipiendum post calendas Martij & post terminum vel percepit colonus vt.ff.solu.mat.l. diuortio. §. ꝙ in anno. nam ita est verisimilis & de expensis quas fecerat, in eo ꝙ esset vltra terminum percipiendi, & de eo ꝙ percipiendum est dic vt.s̃.proximè dixi.nam imputet sibi qui hoc euenire posse prospicere potuit & debuit. ¶ Item hæc vera quæ dixi, si in quæstione ista non fuissent posita verba illa ad fructus percipiendos. Sed cùm verba illa supposita fuerunt in quæstione & tempus percipiendi sit limitatum: quia dictum vsque ad calendas Martij, hic non videtur aliqua coniectura facienda: cum in incertis & non certis, locus est coniecturis.ff. de verb.obli.l.cõtinuus.§.ij.in fin.&.ff.de auro & argen.leg.l. pediculis.§. argento. cum si. Et hoc probatur etiam per argumenta in prima parte allegata. Item illa verba ad fructus percipiendos, vsque ad calendas Martij obtinent vicem cuiusdam taxationis, sicut aliâs illud quod natum erit.ff.de vino & tri.lega.l. certum. nam limitantur tantum fructus, qui nascuntur.ex eo probatur: quia cùm dicit vsque ad calendas Martij, siue includat, siue excludat calendas, limitatum fuit tempus, sicut si dixisset tunc & non amplius, vt.ff. de condi. & demonstra.l.iiij. Si ergo illa verba, ꝙ natum, apposita non fuissent: tunc non comprehenduntur quandocunque pœna nati sunt, & in quæstione illa verba ad fructus percipiendos obtinent vicem cuiusdam taxationis intra tempus adiectum, scilicet calendas Martij: & sic coniectura de qua dixi, habet locum, quando simpliciter conduxit ad laborandum pro certa pensione seu mercede, vsque ad calendas Martij, ita ꝙ de percipiendo & tempore percipiendi nihil fuit dictum vt videatur sic comprehendere fructus percipiendos & post calendas, in cõiectura quam supra dixi, vt.ff.de verborum obligationi.l.inter stipulationem.§. si quando.ibi, pro quo illud &c.Et sic expressio illorum verborum ad fructus percipiendos, nocet. sic & illa, quod natum erit sic & aliâs expresse. cum simili. & pro hac parte ꝙ non posset percipere, facit gloss.ff. de vsufructu.l. defuncta. sed leges ibi allegatę videntur innuere contrarium eius quod dicit gloss. quia in text. illius.l.sed licet.distinguendo.§.cum fundum.in princip.dicitur consultò fructuum sequentis anni, ita ꝙ de fructibus eiusdem anni quæ spectant ad eum colonum, nihil dixit si non apparet quid actum sit nec consuetudo, nec apparet verisimilis æquiualentia pensionis in totum vel in parte: quia solum fuit constituta pensio æquiualoris ad fructus vnius anni: & tunc potest dici ꝙ ipse colonus nil percipere possit. Et hoc probatur per illa argumenta posita & facta. s̃. in prima parte, & maximè per ea quæ dicuntur in. ix. allegatione. & facit ad hoc ꝙ dicitur.ff.loca.l. si in lege.§. si colonus.vbi dicitur ꝙ si colonus frui prohibetur per dominum, aget tantum ad interesse quinquennij pro quo facta erat locatio siue conductio. quæritur vltra quinquennium non intersit propter temporis limitationem, nec repetit expensas quas fecisset in colendo & seminando. nam imputet sibi cum possit, & debuit prospicere hoc euenire posse, secundum finem conductionis ante perceptionem fructuum: imò certum erat, vt probatur in.l. si quis domo.§. & hoc subiungi. in fin.& dixi in.d.ix. allegatione qui neminem sibi obligare voluerit. sed secum potius.ff.ad leg.acqui.l.si seruus.ff.si ob viam communi diui.l.communi diuidundo.§. si hoc iudicio. vbi tenet idẽtitas rei, quo casu vti posset retentione, quãuis possit dicere malefidei possessore.ff.de petitione hæreditatis.l. si à patre.§. fina.quia nullus casus impedit impensarum factarum in perceptione fructuum & repetitionem.ff.famil.ercicun.l. sciendum.&.l.quæ dotis.nec hoc casu potest dici pactũ obscurum ratione pensionis vel fructuum vel temporis. nam tempus adiectum, limitat quantos fructus percipere debeat.ff.loca.l. si in lege.§. colonus. & ideo non recurrimus ad coniecturas quia in incertis, non certis &c. vt contra probaui in allegationibus supra factis, poterat esse obscurum propter pensionem æquiualentem fructibus duorum annorum: & ideo ibi coniecturare possumus ibi dixi.

¶ Disputata fuit per domi. Bartolum à Saxoferrato egregium legum doctorem. Mcccxxxj. vij. mensis Ianuarij, in fœlici ciuitate Perusij.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium excludendi filiam dotatam, ꝙ datur filio, an trahatur ad nepotem.*

2 *Si filia dotata excluditur ex statuto, an excludatur nepos ex ea?*

a ¶ Quæstio talis a est. Istam disputationem inueni in xx. lib. cons. in fo. xl. & de materia vide plenè p Bart. in l. liberorum. in iiij. col. in vj. quę. & seq. & pcipuè in ver. his præmissis. ff. de verbo. signi. Bald. & Mod. in l. maximũ vitium. C. de lib. pte. Philip. deci. in consil. xcv. inci. pro tenui facilitate. i. iij. colũ. & seq. cũ cõcor. Tho.

¶ QVÆSTIO. III.

QVæstio talis est. a Statuto cauetur, ꝙ si qs decesserit intestat⁹ relictis filijs masculis, filia seu filiæ quæ dotatę fuerint, in bonis patris amplius non petant. Item alio statuto cauetur quòd verba statuti intelligantur secundum proprium & vulgarem intellectum absque subauditione vel extraneo intellectu: Contigit quòd quidam decessit relicto ex filio masculo præmortuo nepote & eius filiam dotatam præmortuo etiam nepote. nunc nepos ex filio solus vult succedere. nepos autem ex filia vult concurrere cum eo. ¶ Ex hoc insurgunt duo dubia. † Primum est an beneficium excludendi filiam dotatam, quod datur filio, trahatur ad nepotem. Secundò an & qua ratione filia dotata excluditur, excludatur nepos ex eo. ¶ Et primò super primo argumen. ꝙ nepos, filij appellatione statuti non contineatur. certum enim est statutum debere intelligi secundum propriam significationem. & maximè quando statutum ponit quid certum, vt. l. j. §. his qui nauem. ff. de exerci. & l. eum qui. ff. de verborum significa. sed nepos, filij appellatione per interpretationem continetur. ergo ex proprio significato: ergo beneficio statuti non comprehenditur. ff. de verbo. signi. l. iusta. ¶ Secundò eadem lege probatur sic: hæc lex iusta æquiparat ista duo, filium continere filiam, & filium cõtinere nepotem, & per eundem modum comprehendit, sed certus filius non comprehendit filiam, nisi ex interpretatione, vt patet: quia masculinus sexus non comprehendit fœmininum nisi per interpretationem: ergo nec filius nepotem. ¶ Tertiò sic: non potest dici aliquid esse idem cum alio, seu esse illud à quo differt ipse seu cui ponitur vt species opposita, vt probatur in qualibet iuris dispositione, vt. ff. de statu homi. l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. j. & de rerum diuisio. l. j. §. quædam. institu. de actio. §. omnium. & not. in l. j. ff. de præto. stipula. Sed ita est, ꝙ filius ad nepotem ponitur vt species opposita, vt institu. de hæredi. ab intesta. §. j. & §. cum filius. & C. de collatio. l. illam. ergo vnum, appellatione alterius non continetur. ¶ Quartò vt probatur si filij appellatio contineret nepotem, per hoc dispositio de filio porrigeretur ad nepotem. vt quæ de filio dicta essent & disposita, porrigerentur ad nepotem. sed ego habeo & video quòd de filio lex disponit, vt sit primus gradus: sed de nepote sit in secundo gradu. consequens est falsum: ergo & antecedens, vt l. iurisconsultus. ff. de gradibus. & institutio. de gradibus. §. j. & ij. cum sequenti. ¶ Quintò sic, sicut se habent respectiuè hi duo gradus pater & auus, sic descendentium filius & nepos. & sic probat text. de hæredibus quæ ab intestato. l. institutio. §. primo & secundo, & dicta lege iurisconsultus. §. transeamus. & §. ij. gradu. sed nemo diceret patris appellatione contineri auum: ergo nec filij appellatione contineri nepotem. ¶ Sextò probatur sic expressè in dispositione legis per iura quæ filiorum dispositiones non porriguntur ad nepotem, imò disposita de filijs, prohibent porrigi ad nepotes. casus sunt in l. lege Iulia ita. §. primo. ff. de ritu nuptiarum. & lege, si definitus. ff. de legiti. hæredi. & C. d. collationi. lege illam. & institutio. de hæredi. quæ ab intestato. §. primo, cum similibus. ¶ Septimò probatur sic: dispositione hominis in qua lex disponit ꝙ filiorum appellatio non continet nepotem, vt. ff. de testamen. tute. l. ꝙ si nepos. & institutio. qui dari tuto. possunt. lege finali. si ergo in lege & hominis dispositione expressum & cautum est, disposita de filijs non porrigi ad nepotes, quis locus dubitationis relinquitur, cùm tot legum casibus comprobetur? ¶ Octauò probatur per dispositionem rationum in contrarium facientium sic: filiorũ appellatione nepotes contineri, quidam tenentes, ideo dicunt contineri, quia pari amore similiter est nepos: ideo sub filiæ appellatione quæ idem est quod amor, contineatur & nepos hac amoris charitate: paritate destructa, quod est antecedẽs: remanebit destructum quod est consequens, vt non contineatur probatur sic. hæreditates ascẽdentium deferuntur descẽdentibus ex charitate & voto, vt. l. nam & si. ff. de inofficio. testamento. & l. scripto. ff. vnde liberi. de bonis damna. l. fin. in prin. C. de legi. hęr. l. de emãcipatis. & extante filio non admittitur nepos ex eo: vt in auᵗ. de hær. ab intestat. §. j. & §. seq. & C. de legi. hęr. auᵗ. in successione. & de libe. & posthu. l. gallus per totam legem. si ergo destruitur consequens, quare non pariter succedunt, destruitur antecedens, quare non pariter diliguntur: nec pari charitate & voto irrigantur: nec ergo filij appellatione nepotes cõtinentur, pari ratione probatur & in qualibet successione ab intestato. hęreditates enim ex tacita voluntate & affectione morientium deferuntur, vt. l. cõficiuntur. ff. de iure codici. & l. j. §. fi. ff. de legatis. iij. secundum hoc voluntas videtur inspicere secũdùm plus & minus successores, & secũdùm ordinem gradus in auᵗ. defuncto. ad Tertul. & in auᵗ. cessante. & in auᵗ. post fratres. C. de legi. hære. & in auᵗ. de hære. ab intest. §. j. & §. si verò. & l. titio & Meuio. §. ij. & l. post emancipatum. §. idemq; de legatis. iij. cum igitur sit filius primo gradu. nec pariter succedat nepos cum eo: ergo nec par affectio ac dilectio: ergo nec pariter sub filij appellatione coniunguntur. ¶ Nonò probatur sic consuetudo est altera natura: ergo idem est ius & potestas, consuetudinis & naturę, vt. C. de pbationib⁹. l. actor. & l. j. §. j. ff. de aqua pluuia arcenda. & de liberis & posthumis. l. si quis. sed naturalis sensus rei, dat nobis proprium intellectum: ergo & consuetudinarius erit nepotis appellatione: ergo & proprius, vt dicta leg. ꝙ si nepotes. & institutionibus quibus modis dari tutores possunt. §. finali. ¶ Decimò sic, vbi dubitatur de significatione verbi vel legis, consilium nobis est recurrere ad intellectum nobis ex consuetudine datum, vt. l. cùm de interpretatione. & l. cum imperator. ff. de legi. in fin. de episc. audi. & si lenones. & ff. sol. mat. l. dos à patre. sed vbi dicit lex de principe quare succurrerent ad consuetudinem & eius intellectũ, si non seruauerimus ipsum vt. C. de leg. l. fi. & l. certi condic. §. si nummos. ff. si cer. pet. sic ergo secundùm consuetudinem & eius intellectum, reijciamus nepotem. & filiorum appellatione vltimò probatur per. ll. expressas, quæ dicunt significationem rei dari excommuni appellatiõe, vt. l. Labeo. de suppel. leg. l. cum de lanionis. §. asinam. de fundo instru. & statu. dicit ad vulgarem intellectum. Item videtur probari sic, non videtur verbum prolatum significare, quod veridicè non est agitatũ, etiam si verbum videretur prolatum, vt. d. l. Labeo. in fi. l. iam hoc iure. de vulga. & pup. de mune. & ho. l. vt gradatim. §. sed si lege. de inuti. testa. l. in testamento. sed si communis oppositio in hoc tollit mentem vt sibi propria: remanebit verbum inutile velut sine mẽte prolatum: quod ad nepotes non porrigitur.

IN contrarium ꝙ hoc beneficium porrigatur ad nepotes ex filio, probatur sic. ¶ Primò dicit lex ꝙ ex allusione vocabuli datur proprius uerbi sensus, vt. l. ij. §. appellata. ff. si cert. pet. l. Pomponius. §. territorium. ff. de verbo. signifi. & eo. titu. l. tignum. C. de episco. & cleri. l. decernimus. & ff. de testa. l. j. si ex allusione verbi, huius filius continetur & nepos, cum dicatur filius à phylos ꝙ est amor, & eadem amoris causa & amorẽ ad nepotem vt ad filium, vt. l. liberorum. §. sed ꝙ Papinianus. de verbo. significa. ergo ex propria verbi interpretatione, continet filius nepotem. igitur & in dicti statuti beneficio continetur, vt in corpore de non eligen. secun. nub. §. cùm igitur. & de legat. iij. l. vxorem. §. concubinę. ¶ Secundò probatur coniungendo. l. et glo. sic dicunt iura: aut tractatur de proprio verbi significatu: & secundum id filius continet nepotem. si autem communi appellatione: et tunc non continet, et sic concordatur. l. liberorum. §. sed quod Papinianus. et. l. si nepotem. s. allega. et institu. qui da. tuto. pos. §. sed cum suis. ¶ Tertiò sic probatur ꝙ intellectus qui habetur ex communi appellatione, est intellectus figuratus, sic probat. l. Labeo. cum sua gloss. ff. de stipulatione seruo. ex hoc igitur sic argu. sicut se habet figura rei ad reum sic intellectus figuratus ad proprium. sed figura rei non est ipsa res figurata, vt. C. de iure annu. aure. l. ij. et de lat. liber. tollen. l. j. in princip. et insti. quib. mod. tolli. oblig. §. est autem et de regu. iur. l. imaginatio. ergo nec intellectus est ille proprius qui figurat. si non proprius: ergo nec in statuto sequendus. sic ergo patet ad sensum figura hominis, licet repræsentet. non tamen est homo et acceptilatio, licet sit imaginaria solutio, non tamen est solutio. ¶ Quartò probatur sic. et si ex huius appellatione ex communi vsu et ex communi appellatione, datur aliud intelligi, & representatur non tamen est idem cũ eo quod intelligitur per id datur et representatur ex illo nec tamen eidemq́ significat vel per modum significati comprehendat speciem nec est, nec esse potest. Item dicit lex, quòd vtimur empto pro vẽdito, et nunꝗ sequitur ꝙ ex significatione vnius vnum comprehendat alium. certè nemo dicit, nec vsus communis facit nec facere potest, licet vnum representetur ex altero. sequitur ergo et communis opinio, debet intelligere illam aliquid, seu representet aliquid, nõ quod idem significet ex proprio intellectu: ergo ex tali appellatione no. arg. in statuto: accedit his

quod vltimis

ꝙ vltimis voluntatibus, probaturque per.l.ſunt .vt.iij.§.diſponat.in auẗ.de nup. Ecce teſtator dicit ſic: ſi cui bis legauero, ſemel tantùm deberi volo. ſed per duo geminata legatum detur, vnum tamen intelligi non eſt, ideo quia duo geminata vnum tantum, ſed duo.in.l.ſi mihi & tibi.§.fin.ff.de leg.j.ſic concluditur ꝙ licet lex vel teſtatoris diſpoſitio vel vulgi cõſuetudo vel appellatio, dent nobis verbum repreſentare plus vel minus vel aliter quàm ſit eius ſignificatum, non mutat propriam ſignificationem rei, ſed figuram quandam facit, & figuratos intellectus. ¶ Sextò probatur & videtur caſus in.l.ij.ff. de vſufru.ea.re. quæ vſu conſu, vbi expreſſe cauetur ꝙ cùm in rebus quæ vſu conſumuntur, non poſsit adaptari ſignificatio vſuſfructus ſecundum propriam ipſius naturam & ſignificationem, non poteſt ſenatuconſultus nihil conſtituere vſumfructum ſecundum propriam ſignificationem vocabuli, ſed vocabitur vſuſfructus. modo ex hoc ſic arguendo conſuetudo & iura ſcripta paribus paſsibus ambulant.ff.de legi.l. de quibus in fine inſtitutionibus de iure naturali.§. ex non ſcripto. ſed ius ſcriptum, id eſt ſenatus non poteſt. ergo nec conſuetudo. ſic ergo inducit impropriam: ergo eius ſignificatio non comprehenditur ſub ſtatuto. ¶ Septimò ſic dicit lex, quòd ea quæ ex conſuetudine ſunt, non tollunt quod eſt vel eſſe debet, vt.l.ſi.de ſerui.vrb.prædio.& l.cum quidam.§.ꝙ dicitur.de acqui.hære. ¶ Octauò probatur ſic, ſpecies oppoſitæ non ſunt, ſed lex ponit propriam ſignificationem per ſe & ea quæ eſt ex toto appellatione illi oppoſita: ergo propria ſignificatio cum ſit ex propria ſignificatione, non debet dici eſſe ſola: ergo propria in ſtatuto recipiatur, alia reijciatur. item expreſſe opponit text. illa quæ eſt ex communi appellatione: tamen ſpecies oppoſitæ non debent dici, & induceret præſumptionem voluntatis, non ex ſignificato violenter inducatur. hoc probatur expreſſè in.l.cum de lanionis.§. aſinam. ff. de fun. inſtru.

¶ Nono videtur, quidam caſus hoc probare, & facit plura contraria ceſſare. certum eſt quòd maleficium propter alluſionem continet malefactorem, ſed ex vulgi opinione propter exceſſum in delicto, maius maleficium vocatur. ¶ Decimò ſic probatur; & ſi ponamus ꝙ ſtatutum loquens de filio non contineat nepotem: tamen beneficium datum filio an ex eius perſona deſcendat in nepotẽ non eſt ſtatuto diſpoſitum neque prohibitum: remanet ergo hoc ius an beneficium datum filio per ſtatutum iuris cauſa recuperat in nepotem: quare hoc omiſſum probatur ſic: certum eſt ꝙ beneficium datum filio priuilegium & honor tranſit ad nepotes, vt.C.de quæſtio.l.milites.&.l. diuo marco. de ſenten.l. mancipatum.ff.manda.l.etiam.§.licet.C.de priuil.do.l.j.hoc ergo priuilegium datum filio ex ſtatuto, licet ex eo & eius verbis non tranſeat ad nepotem, ꝙ tamen hic tranſitus non eſt prohibitus nec permiſſus ſed eſt omiſſus de iure communi debet concedi. Vndecimò circa idem nepos filio ſublato de medio locum primi filij incipit tenere, vt inſtitu. de exhæreda. libe.§.poſt mortem.&.§.hæredi ab inteſtato.§. cùm filius. & l.Gallus.§.nunc videndum.ff.de liberis & poſthumis. Sed filius huius beneficij comprehenſus in ſtatuto vtetur: ergo nepos eius loco ſuccedens. ¶ Duodecimò probatur ex vi rogationis ſublato eius filio nepos huius filij loco dicitur ſubrogari, vt ſupra probaui. ſed ſubrogatio debet eſſe eius conditionis, in cuius locum ſubrogatur, vt.l.j.§. actio. ſi quis te. lib.eſſe iuſ.l.item veniunt.§.idem rectè.ff.de peti.hæredita. l. ſi cum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.ergo eiuſdem ſtatus beneficio vtitur. ¶ Non obſt. prædicta. l. iuſta. & de verborum ſignifica. quæ videtur obſt. in duobus, vt. ſ. dixi ꝙ dico ꝙ ibi ſit ſimilitudo in comprehendendo non in modo ſaltem per relationem ad ſpeciem. licet poſsit per relationem ad genus vt verbum ſemel poſitum propriè & impropriè ſumatur, vt.l.certi condictio.in principio. ff.ſi certum petatur. Cùm ergo maſculinum comprehendat fœmininum filiæ & filij nepotes vt in hoc ſi. Item poſſunt ſimilari vtrũque ex interpretatione, ſi filius nepotem comprehendit ſumendo pro vocabuli aperta ſignificatione, ſed filius filiam ſecundum apertam ſignificationem extenſiuam vltra ſignificationem verbi non obſt. quod non conueniunt ſpecie: quare non gradu. Item quòd ponitur ad ſpecies differens, quare eſt conſiderare filium, prout ex propria ſignificatione communi ad filium & nepotem: & tunc eſt genus & non ſpecies oppoſita ad nepotem ſic intelligitur, & ſic allegatur, & eſt conſiderare prout ex communi conſideratione comprehendit filium primi gradus: & tunc non conuenit gradui vel ſpeciei ad nepotem non obſt. quia non eſt in eadem quod pater: quia in hæred. & voto defertur, & non ad filium: & hæc ſunt vero filio deducto de medio. vel dic ea quæ deferuntur ſecundum plus & minus ab eodem ſignificato abuſionis, vt.l.fin.de fun.inſtru.&.C.de maie.& mathe.l. ſi excepta.inſtitu. de tutel.in princip.& de teſtamen.in princip.vel dic ꝙ dilectionis cauſa, ſe habeat pariter ad vtrũque, vt.dict. §.ſed ꝙ Papinianus. ſed quia cæteris paribus melior eſt conditio ſeu ratio prioris, ne conceſſum ſecundo denegetur primo. ideo deferuntur primo, vt.l. defunctus.ff. loca.&.l. aſsiduis. §. ex tempore, nec tamen adimere, ſed conferre nepotibus intelligatur propter mutuam ſucceſsionem: quoniam affertur prioribus non tam ex eis vel eorum affectione, ſed vt per eos poſterioribus conferatur, vt. l.j. &.l.via. §. ſi fundo.de ſeruitu. ruſti. prædio. & eod. titu. l. à quocunque. Non obſt. quòd lex ſeu hominis appellatio filij comprehendat nepotem: quia illud contingit aut ex eo ꝙ lex expreſſe reſtringit ſignificationem ſumendo vel vt ſpeciem appoſitam nepoti, vt hic exprimat, aut ex mente reſtringendo nos ex appellatione communi & vulgi. Non obſt. aliud ſtatutum quod dicit ad vulgarem ſenſum: quia aliud ſequitur ex ordine: quia extra ſignificatum communem intellectum reijcit. primò videtur mihi quæ prima facie videantur mihi quaſi idem diuerſa: tamen ſunt & communis opinio & intentio ſeu voluntas & communis intellectus & communis appellatio conſiſtit in voce & appellatione communis vſus conſiſtit in exercitio, vt. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de leg. j. &. l. cum vnus. ff. de vino tri. & ole. leg. intentio & voluntas non vera vel præſumpta, ſed propria verbi ſignificatio non concurrit ex his in. l. cum de lanionis. §. aſinam.ff.de fun.inſtru. in verſic. qua præſumptione, id eſt ex præſumpta voluntate, quæ ex conſuetudine tollitur ſic intelligitur illa. l. ꝙ ſi nepotes. de teſtament.tutel. & iſte non idem cum prædictis patet, licet enim præferendo ſingulare ex communi vſu debet nobis intelligere de plurali, non tamen vulgaris intellectus nec communis intellectus vulgaris ſic ſe habet ad plurale, vt ſit intellectus verbi ſicut eſt in empto & vendito, hoc per vnum prolatum datur ex communi modo verbis ſentire, de alio tamen non eſt vulgaris intellectus, nec vulgo habetur vt vnum ſignificet aliud, & hoc eſt ꝙ dicitur, quòd eſt quidam intellectus figuratus, vt.ſ. probaui, licet figura det nobis ſentire de ſignificato, ſic hæc communis appellatio dat nobis intelligere aliud pro alio, id eſt verba prolata non per hoc aſſumunt ſignificationem vel intellectum vulgariter vel communem, ꝙ præterea vulgi appellatio fingat vel faciat aliud velle loquentem, quæ tamen voluntas abſtracta à ſignificato verbi, & intellectu quolibet non aſtringit, vt in ſtatuto. & ſic probant.d.ll.hoc probat. l. iiij.de legat.j.dum dicit immutabilia ſunt.& gloſſ.dum dicit, vbi actum erat inter te & me de equo: & tamen de mulo ſentit. nec tamen per hoc ſequitur vel inducitur intellectus ſecundum proferentes, nec equus ſignificat mulum, vt ſic fiat intellectus verbis.& gloſſ. incontinenti ſubijcit, vel ita conſuetudo & operando iſtos duos caſus. & ita magis eſt intentio ſeu voluntas loquentis, vel relationem ad perſonam figuratam, ſeu figuratè repreſentare per verba, quàm ita intellectus vulgaris vel communis verborum. vel datur verbis per relationem ad verba: coniungitur nepos ad auum per quem ius ſuccedendi confertur, ſed non eſt hoc ius in filio impediente ſtatuto: ergo nec nepotibus. Item dicit lex, quòd filia ſublata, nepos quaſi agnoſcens incipit locum tenere, vt inſti. de exhæredati. libe. §. poſthumorum. ſed ſi filia non ſuccederet: ergo nec nepos locum filiæ tenere inciperet. Item ſic probatur: ea quæ ſubrogantur loco alterius, ſapiunt naturam illius in cuius locum ſubrogantur. vt l.j. §.hæc actio.ff. ſi quis te.lib. eſſe iuſ.fuerit.&.l.ſi cum. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ſed licet nepos deducta de medio filia, incipiat ſuum locum tenere, vt. l. in ſucceſsione. C. de legi. hæredib. & de col. l. illam. & in authentica de hæredi. ab inteſta. §. j. ergo eiuſdem iuris & loco. cum ergo filia non ſuccederet, ergo nec nepos. Item probatur vbi ius deberet tranſire de primo intellectu mediante ſecundum impedimentum contingens in ſecundo quod eſt medio impedit ius tranſire ad tertium, vt. l. ſeruitutes.§.puta. ff. de ſerui.ruſti. ſed &. l. in tradendi.eod. titu. in. §. interpoſitas. & de ſerui. vrbano. prædiorum. l. ſi ędes. ſed verum eſt quod ius coniunctionis & per hoc ſucceſsionis quod debet tranſire de auo ad nepotem debet mediante filia tranſire. ſecundò filia non procedit hoc ius: ergo tranſitus neceſſario ad nepotem conſequenter impedietur. Item probari videtur per legem quæ dicit, quòd iura corrupta in perſona filij impediunt ius ſuccedendi tranſire ad nepotem, vt.l.diui fratres.

ff. de iure patro. & si de feu. controuersia fuer. c. si vasallus. ité
cùm impedimentum venit à causa efficienti siue sit effectus in
fratre, siue non, nec inchoauit: impeditur. secus si in facto es-
se, vt. l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alieni iuris. l. inter
stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus & de
solutio. l. qui res. §. aream. sed hic dotata fuit, cùm nupsit se-
cundum casus contingentes ante natiuitatem nepotis, & per
hoc impeditur ius succedendi in personam filiæ, licet ipsa sit
causa efficiens coniunctionis & iuris succedendi ad nepotem
auo. argu. l. si compensandi. C. de hæredi. insti. sed iure corru-
pto in personam filiæ non poterit ad nepotem posteà trãsire.
Item sic quo ad sequentes concludendum, non sunt hæc pa-
ria nõ extare præcedẽtes in gradu vel extare & non posse suc-
cedere vt in. §. sed nostra. institu. de successio. libe. & . ff. de in-
officioso testamen. l. Papinia. §. in quarta. sed extante filia, ne-
pos non obtinet ius succedendi vt de libe. & posthu. l. Gal-
lus. etiam si non posset succedere eodem modo si extare de-
sijt per argumen. à pari. Item est, si vinco vincentem te, & te
vincam, vt. l. de accessionibus de diuer. & temp. præscrip. sed
nepos ex filio vincit filiam dotatam, & filia nepotem ex ea,
ergo nepos ex filio, & filius vincet nepotem ex filia. Item fa-
cere videtur mens statuti, quæ voluit ad filium non descen-
dere vel suos filios successores, vt secunda pars apud mares
& eorum descẽdentes sit. Item probatur corrupto hoc iure
in personam medij remanet corruptum in personam tertij,
vt si pignus pigno. dat. sit. l. j. & . ff. de pign. l. secunda. & de in
diem adie. l. secunda. §. idem Marcus & . x. colla. si de feu. fue-
rit controuer. c. vbi autem. sed hic est corruptus ius succes-
sionis in personam filiæ quæ media est: ergo in personam ne-
potis. ¶ In contrarium probatur sic, cui non conueniunt
1 verba legis, nec lex maximè in statuto † stricti iuris, vt. ff.
de flumi. l. prima. §. mater autem. & de administra. tuto. l.
ita autem. in principio. sed verba. l. quæ de filia dotata ex-
cludenda loquuntur, non conueniunt nepoti, tum ratio-
ne sexus fœminei: tum quia illa neptis non est dotata, ne-
que dotatur: ergo verba legis & eius dispositio non porri-
guntur ad nepotem. Et secundo probatur expressè iure
emendationis ꝙ iura quæ debent transire in personam ne-
potis ab auo corrupto, iura in personam filij medij non tol-
luntur. ff. de senato. l. emancipatio. & de quæstione. l. di-
uo Marco. l. Paulus. §. Paulus. de bonis liber. Item sic im-
pediuntur naturæ posterius est impedimentum acciden-
tis. ff. de adoptio. l. secunda. & . ff. de liberis. & posthu. l.
Gallus. sed naturali impedimento impediatur filia succe-
dere: quia mortua non excluditur nepos, imò tunc ma-
gis vocatur, vt dicto. §. ita demum institu. de hæredita. ab
intestato & . l. Gallo per totam. l. de liberis & posthu. er-
go idem, si impedimento iuris ciuil. statuentis. Quartò sic:
non debet idem effectus esse causa duorum contrariorum,
vt. l. cum his. §. primo. de condictio. indebi. sed certum est
quod in successione filiæ est obstaculum. successio & re-
motio filiæ à suo separat viam nepoti: ergo non debet
excludere. ¶ Quintò sic probatur: licet ius coniunctio-
nis nepotis ad auum causetur à media filia: tamen ius suc-
cessionis non procedit à filia, sed ex naturali affectione
charitate aui ad nepotem, vt. l. secun. & . l. nam & si. de in-
officioso testament. pro filia subducta & dotata non cessat
etiam charitas, vt dicto. §. ita demum. sed magis auge-
tur: ergo non tollit succedendi ius. hoc autem esse verum
fortificatur in multis casibus, pone ꝙ ius succedendi est hæ-
retico, filij eius sunt hæretici, non succedunt: nunquid ne-
potes sequentes in gradu succedant? certè sic, imò & vlte-
riores primis exclusis. casus est in. l. cognouimus. C. de hæ-
retic. pone ꝙ pater filium exhæredauit, qui causam ingra-
titudinis commisserat, & decedit filius viuo auo: nunquid
nocebit nepoti exclusio filij? & quid de legitima propter in-
gratitudinem, certè non: quia venit nepos ad bona aui ex
sui persona. Item pone ꝙ plus est: superuixit nepos auo,
& si decesserit filius, non sit quærela ex eius persona: es-
set tamen ex persona aui. probatur in. l. gallus. & in. l. si
quis filium. C. de inofficioso testamen. Item duæ rationes
fortiores sunt quàm vna, sed quælibet ipsarum videtur pa-
rare viam sequentibus scilicet si præcedens fuerit de me-
dio sublata. Item si præcedenti fuerit via succedendi præ-
clusa, vt. l. posthumus. §. final. & . l. pater. ff. de inofficioso te-
stament. & . l. Papinianus. §. quamquam. eodem titulo. vbi
autem concurrunt hæ duæ causæ quòd filia prædecessit, &
eidem fuit via præclusa succedendi: ergo & nepos veniat.
Item ratio excludens filiam, est ratio sexus & prohibitæ
dotis, quæ non porrigitur ad nepotem, nec ex mente: er-
go nec ex ratione excluditur. Bartolus à Saxoferrato. ll.
doctor.

SVMMARIVM.

1 *Pedagium quot modis accipitur?*
2 *In contractu pedagij uel uectigalis an debeat fieri remißio?*

¶ QVAESTIO. IIII.

a QVando ponimus[a] to-
tum prętium vno tempore, & in principio cau-
sæ solutum: tunc dicetur esse emptio & ven-
ditio. An autem tunc debeat fieri remissio, &
quid iur. Tunc est quid aduertendum, quid sit illud quod
est emptum? Et primò videamus de pedagio. & certè peda-
gium potest accipi pro eo ꝙ ex pedagio percipitur, sicut
dicitur de vectigali. ff. de publica. l. j. §. j. & quod ibi nota. ve-
ctigal est quod præstatur &c. Idem nota. C. de vectiga. &
1 commiss. l. prima. §. circa. † & si isto modo acciperetur: vide-
retur venditum ipsum corpus nuberum, quod percipitur
ex vectigalibus. sed istud videtur esse cum vectigal seu peda-
gium percipiantur à ciuitate, & tradantur publicano, ad hoc
ponitur ab ipso emptore, & sic quod percipitur non vide-
tur emptum, cùm nunquam fuerit ciuitatis, vt dicam statim
in fructibus, secundo modo potest accipi pedagium, vt di-
catur emisse ipsum ius percipiendi pedagium, quod ipsi ci-
uitati competit. Tertio modo potest accipi, vt dicatur emisse
ipsam perceptionem pedagij, scilicet ipsam commoditatem
percipiendi: sicut vidimus in vsufructu. aliud est enim emere
ius vsusfructus, aliud perceptionem fructuum seu commodi-
tatem vtendi: istud enim facti. ff. de iure dot. l. vsusfruc. de pe-
ricu. & commo. rei vendi. l. necnon. §. fin. vbi nota. & de vsu-
fructu. l. arboribus. §. vsufructuarius & ibi nota. ꝙ istorum
sit emptum, potest dubitari. dico ꝙ licet non præcedat con-
tractus habilis & traditio vt perpetuò sit pænes percipien-
tes in dubio videtur transferri plenum ius, vt. ff. de iure do.
l. dotis fructus. §. final. cum. l. sequent. & pro dote. l. j. ta-
men in casu proposito, cùm ista iura non possint transferri
ad tempus vt. ff. de seruitu. l. iiij. intelligo etiam venditam
ipsam perceptionem seu percipiendi commoditatem, vt. d.
l. necnon. in fin. cum gloss. de pericu. & commo. rei vendi. in
vltima gloss. sic debet intelligi. l. cùm in plures. §. penulti. ff.
loca. idem si diceremus venditum ius per id quod allegatum
est supra. Cùm autem ipsa perceptio seu ipsa commoditas
venditur, spes seu alia videtur emi. vt. l. actum. aliud est
enim emere ipsam perceptionem, aliud id quod percipi-
tur vt. dict. legibus colligitur: & sic apparet quod pericu-
lum est emptoris. nec debet fieri remissio pretij, propter
2 guerram vt in dictis legibus. † hæc autem intelligo, si guer-
ra est sine culpa ciuitatis vendentis, vt puta propter guer-
ram quæ est in marchia ex pedagio nihil percipitur, sed
si ciuitas ipsa guerram infert alteri vel aliæ sibi siue iustè si-
ue iniustè videtur perdi pedagium culpa ciuitatis, & sic de-
bet fieri remissio pretij, vt. ff. loca. l. si merces. §. culpa. &
quod ibi notatur & . ff. soluto. matrimonio. l. penulti. in
principio. De alijs autem verbis quæ consueuerunt addi, si
vendo pedagium & fructus qui percipiuntur ex eo non cu-
ro: quia non videtur adiecta causa tollendæ dubitationis,
& idem importat quod ipsum pedagium argumento eo-
rum quæ statim dicentur. ¶ Secundò est videndum de
eo quod dicitur fructus, vsusfructus, reditus, & prouen-
tus, qui percipientur ex prædijs, hoc est aduertendum. aut
enim venduntur percipiendi ab ipso venditore & traden-
di emptori, & tunc ipsum corpus fructuum, videtur vendi-
tum: quia de non perceptis debet fieri remissio pro rata
quasi venditio pro illo anno non sit conuenta, vt. dict. l. nec
emptio. de contrahend. emptio. & . l. debitores, §. verisimi-
le cum similibus allegatis. s. in secunda ratione pro affirma-
tiua, aut venduntur fructus percipiendi ab ipso emptore, &
si ad ipsum pertinet cultura & cura: & tunc ipsum ius vsus-
fructus videtur venditum, siue apponantur dicta nomina
siue alterum tantùm, non curo quantum ad propositum, vt
ff. de vsufruct. l. legatum ita. & ibi gloss. facit istam distin-
ctionem & vsusfructus quemadmodum tollat. l. idem est. &
ibi nota. & isto casu periculum est emptoris à die celebra-
ti contractus seu emptionis, sicut in eo qui erit in proprie-
tatem. l. necessario. §. finali. de pericu. & commo. rei vendi-
te. prædicta vera, quando ciuitas vendens erat domina illo-
rum prædiorum,

a ¶ Quando ponimus. Istam disputationẽ inueni in v. volu. consiliorũ diuersorum doct. in folio. xciij. vbi sunt aliæ disputationes Barto. & de materia an & q̃n debeat fieri remissio cõductori? vide Bar. ĩ sua disputatione, quæ est in prĩo volu. q̃ inci. publicanus per totũ. & in. l. cotẽ. §. q maximos. ff. de publicanis. & doc. in c. propter sterilitatẽ extra de locato. & ĩ. l. licet. C. eo. p mod. in. l. incendiũ. §. naufragio. ĩ fi. vbi plenè p Ale. de Imol. ff. de acq. pos. And. barb. in d. c. ꝓpter sterilitatẽ. in. viij. col. & Frã. de Aret. ĩ cõs. cxl. inci. qa cõsultatio. cùm cõcor. de qbus ibi per ipsos & Bal. ĩ cõs. cclxxix. in. iij. vo. ĩci. casus talis est, & in cõs. ccccxlviij. ĩ. j. vo. incip. propter guerras. & Io. de Ana. in cõsi. lxiiij. inci. visis & ponderatis. Tho.

rum prædiorum, si haberet tantum vsumfructum: tunc videtur vendidisse solam perceptionem fructuum. tamē idem videtur, vt. d. l. necessario. §. fin. & quod ibi notatur. ¶ Super quarto, quando venduntur fructus percipiendi ex ædificijs & molendinis secundum verba. Dico vsumfructum vēditum esse per eandem viam, quæ supra dicta sunt in prædijs tamē in effectu videntur esse diuersa. nam si quidem molendina & ædificia sunt destructa, ꝙ desinant totaliter esse, tunc vsusfructus extinctus est, vt. l. repeti. §. rei mutatione. ff. quibus mod. vsusfruc. amitta. l. si cui insulæ. & instituta eodem. §. penulti. & si reficerentur, non viderentur eadem ædificia, nec restaurarentur vsusfructus, vt. ff. de vsufru. l. qui vsufruc. in principio. & de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. sacrā. in fi. & ideo hic de restauratione non est tractandum dico quòd periculū est emptoris, sicut si emeretur proprietas. l. necessario. §. fin. de peri. & cōmo. rei venditę & de vsufru. l. si vsufructuarius. §. fi. Si verò aliqua pars ædificiorum remaneret: tunc vsusfructus integer remaneret, vt. d. l. si cui insulæ. de vsufruc. & ideo est videndum, ad quem pertineat refectio, cum requirat magnam impensam, & videtur quòd dominus proprietatis nō cogatur reficere, vt. l. hactenus. de vsufruc. & l. si cū vsufruc. in fi. imo videtur quod ad ipsum fructuarium, talis impensa pertineat, licet posteà à domino repetat, vt no. in glo. in. l. dāni infecti. §. ei cuius. de dam. infe. E contra quòd dominus cogatur reficere, aliâs teneatur ad interesse, vt lege ex cōducto. in prin. ff. loca. & l. cum plures. in princip. eod. titu. ¶ Solutio, dico quòd cum iste sit vsufructuarius, omnem rei curam suscepisse videtur, vt. l. j. in fin. & l. sequen. ff. vsufructu. quēadmo. caue. & in hoc videtur ad non proprietatis constitutus procurator in rem suam, vt. l. j. in fi. & l. seq. ff. de oper. noui nūcia. vbi videtur tex. & glo. Ex hoc cōcludo, ꝙ ipsa cura & solicitudo refectionis indistinctæ pertineat ad vsufructuarium, vt. l. inter fructuarium. ff. de dam. infec. vbi est casus, vnde si vsufructuarius vult agere contra dominum proprietatis, pro ecclesia reficienda fortè pro illa pecunia habenda cogatur vendere res suas, potest. vt. ff. mād. l. si verò non remunerandi. §. fi. & l. si mandato meo. in prin. cum habeat ad hoc mandatum & supra probatum est. non enim facere est soluere, & postea recipere, vt. l. si dubitetur. in prin. C. de fideius. & l. si stipulatus. in prin. eo. ti. de compen. l. j. & ij. Si verò vellet fructuarius suam pecuniam posset, nec posset à domino prohiberi. vt lege hactenus. §. Neratius. ff. de vsufruc. & quod ibi no. in lege si cuius. §. idem quæritur. eo. tit. Sed quia actio. gl. vt actio negotiorū gesto. vt no. in. d. l. cum. & in. d. l. damni. §. ei cuius. de dam. infec. Verius puto, quòd repetat actione mādati: cum videatur mandatum, vt dictum est, vel in factum non enim potest agi actione negotiorum gestorum: cum hoc faciat ex necessitate, vt. ff. fami. ercis. l. hæredes. §. si vnus. Cōmune enim negotium magis q̄ alterius gessit. probabitur expressius in. l. prætor. §. generaliter. de bon. autho. iudi. possi. ¶ Non obstat quòd dicitur fructuarium non posse cogi reficere, vt. l. hactenus. quia verum est, si vult emere vsumfructū, vt. d. l. cum fructuarius. nam vsufruc. aliâs bene cogitur, vt. d. l. inter fructuarium. de dam. infec. ¶ Non ob. quod dicetur in d. l. damni. §. is cuius: quia verum est, ꝙ talis expensa ad eum pertinet. ita cum possit petere alia actione, & isto modo sibi soluere, cessat cautio dāni infecti: quæ est subsidiaria. ¶ Non obst. quòd dicetur dominum non teneri, quod verum est, si vult cauere iure dominij, priuatur, vt. ff. de dam. infec. l. quāuis. in fi. & l. si proprietarius. hoc præmisso. In questione proposita an debeat fieri remissio pretij, dico quòd non: quia casus fortuitus non debet imputari domino. vt supra probatū est. nec etiam culpa refectionis non factæ nō pertineat ad fructuarium, vt dixi: sed posse fructuarius petere interesse ratione quantitatis sibi non solutæ, vt dictum est. Deo gratias. Bartolus à Saxoferrato.

¶ Expliciunt disputationes secundi volu. domini Bartoli. à Saxoferrato. legum doctoris excellentissimi.

INCIPIVNT TRACTATVS SECVNDI LIBRI DOMINI BARTOLI A SAXOFERRATO. ET PRIMO.

¶ Tractatus exbannitorum.[a]

PRimoquæro an exbānitus possit agere contra aliquem suum debitorem, vel suæ rei detētorem. & videtur ꝙ sic. nam & relegatus bona sua retinet, vt ff. de interd. & releg. l. j. & ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. ij. in fi. ergo videtur ꝙ agere possit. facit ad hoc. ff. de bono. possessio. l. edicto. §. rei capitalis. Et hoc verum, nisi bona simpliciter fuerint adēpta. facit ad hoc. C. si pen. appella. mors interue. l. secunda. Sed contrarium puto ad instar excommunicati qui agere non potest, vt in decre. de offi. iudi. ordina. capitulo secundo. & extra de iudi. c. intelleximus. Nec videtur de iure ciuili agere, potest ad similitudinem eius cui aqua & ignis interdictum est. Si enim diceremus ꝙ agere posset: iam pœna exbannitionis esset eius premium ꝙ lex nō vult. vt. ff. soluto matrimonio. l. ab hostibus. in princip, & l. sine hęredi. de nego. gesto. Sed etiam statuta terrarum dicunt, ꝙ non fiat ei ius qui alijs non vult fieri rationem. & potest induci in argu. illud no. ad hoc quod quis facit, semper spectet. vnde si non faciat alteri ius: nec sibi fieri spectet. nec debet. argumē. C. de episco. audien. l. nemo. & id quod dicitur. C. de pact. l. cum proponas. & nil Iudęus Iudęō &c. vt. C. de Iudę. l. nemo. quoniam & in authen. vt cùm de appella. cogno. §. causas. & in authē. in exactione statutorum dotis. §. illud quoq;. & illud: patere legem, quam tu ipse tuleris. Itē quia propter contumaciam inobedientis, fit exbannimentum siue annotatio: vnde non debet ei prodesse, vt. ff. de doli except. l. apud Celsum. §. illa. & C. de transacti. l. transactionem. & in decre. de donatio. inter virum & vxo. sicut enim excommunicatio reijcit quem à communione fidelium in decre. de procur. c. j. sic exbānimentum à cōmunione ciuium. & potest hoc videri de eo qui deuiat fide, qui hæreticus dicitur. vnde hominum debet carere suffragijs, vt de aposta. l. iij. nihil enim debet esse cōmune exbannito cum cæteris hominibus eximioribus vel legibus, vt dicitur in hæretico, vt. C. de hæreti. l. manichęos. ¶ Item quæro an actiones suas bannitus alteri cedere & mādare possit: & si cessit, an ille cui cessit possit illas intentare? & certè videtur ꝙ non: quia iura faciunt transitum cum sua causa & cum suis vitijs, vt. ff. de acqui. pos. l. Pomponius. §. j. & de excepti. do. l. apud Celsum. §. idem tractat. in pluribus alijs. §. alius. l. nā traditio inter aliud trāffertur ꝙ fuerit apud eum qui tradidit. ff. de acqui. rerum domi. l. traditio. quia videtur, ꝙ iste qui habet iura cessa ab exbānito agere non possit: sicut nec exbannitus poterat, vt dixi. s̈. in. ij. quæstio. nam si agere posset: eueniret illud ꝙ fieret alia via contra. l. quod nec hoc licet. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. l. scire oportet. §. j. & l. voluntas. C. de fideicōmis. lib. l. oratio. ff. de spon. & totū illud brochardicum, quod facere &c. vt. ff. de posthu. l. quos prohibet. & de vsur. l. eos. in fi. Sed certè tamen hoc videtur distinguendum: aut ille qui habet ius cessum habet ex lucratiua causa: & tunc obstat illa exceptio quæ obstaret cedenti, vt. ff. de do. excep. l. apud Celsum. §. de authoris. Si verò non habet ex causa lucratiua: & tunc non obstat illa exceptio, vt ea. l. §. sed si cum legitima. & dicto. §. de authoris. Nec mirum quia quod apud me est inutile: alij cedendo apud eum cui cedo est vtile, vt dicitur & colligitur apertè vt. ff. manda. l. Papi. quòd autem dicitur de exbannito, ꝙ actiones suas cedere possit, intelligitur in eo casu quando propter exbannimentum eis bona non sunt adempta, vt. s̈. dixi, vnde si bona reti-

a ¶ Tractatus exbānitorū. Istū tract. ĩueni in. xiij. vo. cōsi. diuersorū doc. ĩ fo. lxxix. & i. xiiij. vol. consi. in char. xvij. Et adde ꝙ de isto. tract. facit mētionē Bar. in extrauagā. q̄ sint rebel. in ver. rebellādo. in ver. q̄d si aliq̄s. & vide Bar. supra in primo vo. ĩ suo tract. bānitorū. & ibi vide meā apostil. Tho. Diplo.

net:ergo & actionem.ff.de verborum ſignifica.l. bonorum. & quando exbannitus per ſententiam occaſione alicuius criminis, cuius bona auferuntur. & ceſsio prohibetur, vel etiam ſi non ante ſententiam. in caſibus de quo dic vt not.ff. de do. l. poſt contractum. ¶ Tertiò qro an exbannitus per procuratorem agere poſsit? & videtur ꝙ ſic: quia ꝙ per me non poſſum, per alium poſſum. argumen.ff. de in ius vocan.l. quæſitum. &.ff. de priuile. credi.l.j.§.ſi quis. &.ff. de tranſactio.l. & poſt.§.fina. & melius. in.l. Ariſto. qui po. in pigno. ha. in fin. Sed contrarium puto: licet enim poſsit procurator relinquere, vt.ff. de minoribus.l. Papinianus exuli. non tamen puto ipſum procuratorem, agere poſſe: quia ipſe idem exbannitus agere videtur, argumen.ff. de adminiſtra. tuto.l. ita autem. §. geſsiſſet. itẽ fraus fieret legi. de pſona ad perſonã, ꝙ eſſe nõ debet, vt not.ff. de legi.l. cõtra legẽ. &.ff. ad muni.l. ſed & Iulianus. ¶ Quartò quæro, quid ſi exbannitus cõuenia͛: an poſſit ſe defendere & in iudicio adeſſe: & vide͛ ꝙ nõ: qa in exceptionibus & defenſionibus quis eſt actor, vt.ff. de teſti.l.j. & C. de excep.l. ſi quidẽ. &.ff. de probatio.l. quoties.§. qui dolo. Sed certum eſt exbannitum nõ poſſe agere, vt dixi.ſ. in. j. queſtio. ergo nec ſe tueri per rationem prędictã. Sed certè cõtrariũ puto, nec eſt eadem ratio, nõ enim põt agere, ergo nec excipere: quia multa cõſequunt aliqui excipiẽdo quæ agendo cõſequi nõ poſſunt: vt arg. C. etiã ob chiro. pec.l.j. &.ff. de pig.l.j. in prin. &.ff. ad leg. fal.l.j.§. id ꝙ. Et ad idẽ optimũ ſimile in minore qui nõ põt agere cõi diuidũdo: tñ ſi cõuenia͛ põt ſe defendere: & prędiorũ fit diuiſio. C. de prędi. mi.l. iter omnes. Et hoc ideo: qa iudiciũ reddi͛ in inuitũ.ff. de ver. obli.l. inter ſtipulantẽ.§.j. pro hac opinio. vide͛ caſus in au͛. credetes. C. de hereti. Sed tutius puto dicendũ, vt ſi conuenia͛ per procuratorẽ ſe defendat, ad exẽplũ excõmunicati, cui bannitum ſupra equiparauimus, vt in decre. de iudi.c.iij. & multa alia dici & notari poſſent, ſuper hac materia, ſcilicet vtrum exbannitus poſsit excipere ſi conuenia͛. Et vtrũ poſsit exceptiões ſuas probare. Et vtrũ ſi exbannitus cõuenia͛, poſsit ipſe actorẽ cõuenire? & dicas ꝙ nõ, vt no. de excep.c. cũ inter. q̃ breuitatis cauſa omitto. ¶ Quintò quęro vtrũ exbannit⁹ poſſit appellare? & vide͛ ꝙ nõ: qa cõtumax nõ appellat. C. de iudi.l. properandũ.§. ſin autẽ re⁹. Sed certè dicẽdũ eſt ꝙ appellare põt, vt dici͛ manifeſtè. C. ſi pendẽ. appel. mors interue.l. iij. & dic vt ibi no. in.d.l. properãdũ.§. illo. &.§. ſin autẽ reus. ¶ Sextò quero cui equiparetur bannitus. Quidã equiparant eum ei. qui eſt relegatus, & videtur ꝙ bene: nã relegatis bona nõ auferun͛, vt.ff. de interdi. & rele.l.j. & omniũ eorũ iura retinent relegati, & etiã liberos in poteſtate, vt.ff. de interdi. & releg.l. relegatorũ. Alij equiparãt bannitũ triplici exilio generi relegatorũ: qa aut eſt certorũ locorũ iterdictio facta, au omnium preter certũ locũ. aut inſulę vinculũ, q̃ relegatio appella͛, vt.l. auxiliũ.ff. de interdi. & relega. Alij equiparant exbannitũ duobus generibus relegatorũ. Sunt enĩ quidã qui in inſulã relegantur, & ſunt alij quibus prouincijs ſimpliciter interdici͛, vt.d.l. relegatorũ. Item ſicut in inſulã q̃ ſub ſua iuriſdictione nõ eſt, nõ habet ius relegãdi: ſic in exbãnito. vt d.l. relegatorũ.§. ſicut. & de his dic vt plenè no. inſti. qui. mo. ius pa. pot. ſolui.§.j. ij. &. iij. & ibi plenè p gl. ¶ Septimò qro vtrũ exbannitus poſsit teſtari? dic vt.l. eius qui. & ibi not.ff. de teſta. ¶ Octauò qro, vtrũ exbannitus agens cõtra exbannitum poſsit expelli per exceptionẽ banni? Et ſi excipit, an actor exbannitus poſsit replicare contra reũ de bãno. dic vt plenè dixi in.l. cum mulier.ff. ſoluto matrimonio.

¶ Explicit tractatus exbannitorum, compoſitus per dominum Bartolum à Saxoferrato.

a ¶ Tractatus excuſſionũ pignorum. Iſtũ tracta. inueni in.v.li. cõſi. diuerſo. doc. ĩ fo. xcvj. & al͛. ꝓ trac. Bar. fuit impſſus p magiſtrũ Henricũ de Colonia, inſimul cũ alijs trac. videlicet ſeq̃ſtrorũ Ang. de Peru. & Marti. de Fano qũo ꝓbetur negatiua, & de exceptionib⁹ impedientibus litis ingreſ. & depoſitiõib⁹. vbi dici͛ ẽt ꝙ fuit cópoſitus p Bar. vltimo anno vitę ſuę. aduertendũ tñ puto, ꝙ aliq attribuũt iſtũ tra. Iac. But. qa ẽt ipſe cõpoſuit trac. excuſſionũ. quẽ alle. Ang. de are. ĩ.§. itẽ ſi qs ĩ fraudẽ. ĩ. vj. col. iſti. de actionib⁹. habeo etiã iſtũ trac. in vo. cõſ. Ange. manu ſcripto ĩ fol. clxxvij. vbi iſte trac. attribui͛ Iac. de Are. tñ iſte trac. ĩ libris antiqs manu ſcriptis, attribui͛ Bar. Et de materia vide plenè p Ioã. Berth. in ſuo rep. ĩ ver. diſſcuſſio. & p Alex. ĩ.l. decẽ.ff. de ver. obl. & ĩ cõſ. xxxij in. iiij. vol. ĩ cã excuſsionis. & cõſil. lxxxiiij. ĩ. iij. vol. ĩ cã q vertit͛. & Ange. de Aret. ĩ.d.§. itẽ ſi qs in fraudẽ. ĩ. v. col. et ſeq. p.d. Iaſ. in.d.l. decẽ. et ĩ.l. fi.§. ſi cũ Seio. et ibi ſcripſi.ff. ſi cer. peta. Tho.

INCIPIT TRACTATUS excuſsionum pignorum[a]*, editus per domi. Barto. à Saxoferrato in ultimo anno uitæ ſuæ.*

Voniã tractatus pignorum. bonus & vtilis eſt, & frequẽter in iudicio occurrit: ideo de excuſsionib⁹ aliqd vtile vidẽdum eſt. ſimile eſt.ff. de diuer. & tẽpo. pręſcrip. l.j. in fine.ff. de libe. lega.l. legatis. in princip. & vt omnis remoueatur ſcrupuloſitas, ſimile eſt. C. de iureiurando. de interdic. matri.l. iij. vt materiam hanc debitè perſtringamus. Primò videamus quid ſit excuſsio. Secundò in quibus, & quot caſibus fiat. Tertiò per quem fiat. Quartò quando fiat. Quintò vbi fiat. Sextò quomodo & qualiter fiat. Septimò & vltimò quædam dubitabilia. Circa excuſsionem videamus, & excuſſio ſic poteſt diffiniri. Excuſsio eſt bonorum & rerum principalis delatoris ad vngulam vſq; ad ſacculum, & peram, facta per iudicem exquiſita diſcuſsio atq; detentio. ideo autem dixit in diſtinctione bonorum: quia ſic dicit lex. C. de reuo. his quæ in fraud. creditorũ.l. ſecunda. ibi, eius bonis excuſsis alijs quidem bonorum appellatio. & quia quicquid in bonis noſtris eſſe intelligatur, dicitur de verborum ſignificationibus.l. bonorum. &.l. rem in bonis.ff. de acquirendo rerum dominio. ideo dico quia ſic dicit lex. C. de accuſa. lib. x. etiam appellatio rei, generalis eſt, vt ſub ſe contineat pecuniam & omnem ſpeciem.ff. ſi certum petatur.l. prima. in fine. & C. de conſtitu. pecunia.l. ij. in fine. &.ff. de fideicommi. lib.l. ſi ita à fideiuſſore, & de verb. ſignifica.l. rei appellatio imo ſi actionem aliquam ad rem habendam vel perquirendam rem habeam, & ipſam in bonis noſtris eſſe videtur.ff. de acquirend. rerum domi.l. rem in bonis.ff. de re iudica.l. qui actionem habet. Item ideo dixit principalis: quia ſic apparet & dicitur in omnibus legibus. quę de excuſsione loquuntur. ad vngulam ideo dixit: quia iudex qui diſcuſsionem facit, debet cuncta rimari. & patet.ff. de conditio. & demonſtratio.l. ſi cui libertas arg. ad hoc. C. de ſenten. ex breuicu. reci.l. ij. & de pœ.ff. quæ in frau. credi.l. fina.§. ſi. per iudicem ideo dixi qui text. dicit excuſsionẽ ſolẽniter fieri, vt. C. quando & qb. quar. pars de.l. ij. lib. x. & ea dicuntur ſolennia ſiue ſolenniter fieri, q̃ fiunt per iudicem, vt.ff. de in integrum reſtitutio.l. diu⁹. & de re iudi.l. & ſi nihil. C. de ſum. trini.l. iij. in princi. facta diſcuſsio & exquiſitio in bonis, quare dicatur patet. C. de iudi.l. iudicem ideo autem dixi detentio: quia iudex per decretũ bona quæ fiunt detegit de nego. geſt. quę fiunt detegit ſeu in publicum facit venire: non autem de nouo venire dicuntur. argumẽ. de acquiren. rerum domi.l. adeò.§. cum quis. in fin. C. de nego. geſtis.l. ſecũda. ¶ Veniamus ad ſecundum, in quibus & quot caſibus habeat locum diſcuſsio ſeu excuſsio? & quidem locũ habet & fieri debet in multis caſibus, qui in ſcriptis legibus continentur, prout per ſe curioſus lector poterit inuenire ſiue reperire, vt. C. de conuen. fiſ.l. iij. in fin. C. de decu.l. j. lib. x. & de magiſtra. conueni.l. aduerſus.ff. de adminiſtra. tuto.l. iij.§. j.l. nec põt. & C. de pigno. actio. au͛. & hoc ſi debitor. & in au͛. de fideicõmiſ.§. j. & C. de fideiuſ. au͛. pręſente. & de act. & obli.l. j. & C. de magi. conueni.l. aduerſus. &.ff. de admini. tuto.l. iij.§. nec putet, & eo. tit.l. Lucius.§. cum teſtis. & aliâs ſecundũ vnã lectu.ff. de magi. cõueni.l. ij.§. ſi iure. & de verb. obligatio.l. decem. in fi. &.ff. de iure fiſci.l. moſchis. cum ſimi. ¶ Super tertio membro.ſ. per quem fiat, nil eſt dicendũ: qa in diffinitione excuſsionis. iam eſt terminatum: quia ſcilicet debet fieri p iudicẽ, vt.l. ij. C. quo quiſq; ordi. conueni. li. xij. ¶ De quarto, quando fiet, & dicendum ꝙ fieri debet quãdo eſt dubium vtrum reus princicipalis ſit ſoluẽdo vel nõ. ſi autem eſt certum & notoriũ ipſum nõ eſſe ſoluẽdo, & idoneum tunc non eſt locus diſcuſsioni.ff. de verbo. obligatio.l. decem. in fi. & arg. ſi certum pet.l. ij. in fi. & de actio. emp.l. emptorẽ.§. j. accedat.l. continuus.§. cum ita. de verbo. obligatio. quia in incertis, non in certis locus eſt cõiecturis. concord. arg.l. j.ff. de actio. emp. ¶ Quintò vbi hoc fiat ſuper hoc dubium eſt an in eo loco vbi agit, ſit facienda excuſsio vel alibi, & alibi dicatur in re bona. videtur ꝙ non.ff. de procura.l. ſed & hæ.§. non ſolum. &.ff. de arbi.l. ſi cum dies.§. ſi arbiter. argum̃. de annu. leg.l. Meuiam.§. fi.ff. de oper. liber.l. quòd ius.§. fi. cum ſimi. Item cum ſit condemnatus vel quaſi pro condemnato habetur principalis ex confeſsione ſua vel contumacia. arg. C. de omni agro deſer.l. locorum. li. xij. fiet excuſsio per arbitrium iudicis per eum, in cuius territorio, res eſſe dicatur. argu.ff. de bo. autho. iudi. poſ.l. cum vnus.§. pe. C. de iudi.l. properãdum.§. ſin autem reus. & hoc videtur verum: qa vbicũq; habet bona, ſolum fiet excuſsio. facit pro hoc.ff. qui ſatiſda. cog.l. ſi fideiuſſor.§. ne cauſa. & de ſimili. q. nota. quib. ex cau. in poſ. eatur.l. hoc autem.§. fi. au͛. niſi. & in gl. quę incip. quas habet &c. ¶ Super ſexto quæro qualiter fiet excuſsio. hic pẽdẽt leges & prophetę, & ſic vna via eſt, quę nos ducit Romã, ſed non ſola, vt not.ff. de edẽ.l. ij. ſup verbo, ꝓlude. noſtraq; intereſt plura auxilia habere. & ſi nobis vtilia non ſint, vt.ff. de reb. eo.l. j. in fi. de lib. leg.l. iij. in fi. & de vſuris.l. ſi bene. ita ſunt plures vię & modi ad faciẽdum excuſsionem. ¶ Et primò videtur

mò videtur ꝙ sic fiat excusio videlicet, vt principalis cõueniat & finaliter cõdẽnatus, vt.ff.de adulte.l.iiij.ij.rñ.& ad turpil.l.ab accusatore.§.si destitisse.& de bo.lib.l.qui cum minor. §.accusasse. & l.in seruitutem.§.petijsse.& rem rat.ha.l.amplius nam verba cum effectu sunt accipienda.ff. ꝙ qsq; iur.l.j.§.hæc verba.& ne quis eum qui in ius vo. l.pe.§.j. & post condemnationẽ fiat excusio si bona debitoris inueniant.arg.C.qñ fi.vel pri.l.ij. si non reperiat de bonis excusi: locus est hypothecariæ vel secundę conuentioni.arg. ad hoc de mag.cõue.l.ij.in fi.&.§.fi.si verò debitor nõ inficiatur se non esse soluendo, allegat vel non appareat: tunc fienda est inquisitio de bonis debitoris etiã non conuicto eo nec condemnato principali debitore.argu.quæ in frau.credi.l.j.& de magi.cõue.l.aduersus.&.ff.de iure fisci.l.moschis.¶ Et facta inquisitione fiat pronunciatio[a] super bonis excusi.arg.de cõfir.tu.l.tutor. & de fideicõmiss. liber.l.non tm̃.§.sinautem.¶ Secundo modo, qñ iudex facit comparere principalem debitorem, & compellit eum pro satisfactione & mulctã indicendo indicare sua bona. arg.C. de iure delibe. l.fi.§.licentiam.&. C.qñ & qbus quar. pars de.l. ij.§.exigendo. lib.xj.argum.cõtra ꝙ nõ. ff.de cessio.bono.l.pe.& idẽ faciens de vxore & domesticis qui talia scire possunt, vt.C.de repudi.l.consensu.& sic fama & opinio, circumstantia.arg. ff. de fundo instru.l.cum de lanionis.§.asinam. &.ff. de fal.l.j.§.ij.¶ Sed ad hoc, videtur citandus possessor rei obligatæ.ff.de adoptio.leg. l.nõ ita. & de aqua plu.arcen.l.in concedendo. arg. optimũ C.si propter pub.pẽ.l.ij.& arg.ff. de reb.eo.l.magis puto.§.nec maximum.&.§.in patris.& si quidem inuenerit, & negat debitorem inopẽ esse: ꝓducentur testes per actorẽ, cõtra eũ probãdo debitorẽ nõ esse soluendo, vt de hæred. vel actio.vẽdi.l.si adulta,&.C.si vend.pig.agatur.l.si vxor.& ipse primò poterit producere testes suos, dicẽdo ipsum esse soluendo.C.de proba.l.ex persona.et ff.si cer.pe.l.fi.§.fi.quia incidenter cũ sua est: ergo poterit interesse.C.de libe.le.l.principaliter. & de litigio.auþ.nunc si hæres.sinautem nõ venit iudex nihilominus recipiat testes prosequendo inquisitionem suam.argumen.de thesau.l. si quando.& de aduoca.diuer.iud.l.laudabilem.& nõ minus valebit, ꝙ lis contestata non sit, cum fiat ad ꝑparationem alterius.q.& taliter poterit expediri.argum.de libera.cau.l.libe.in fi.&.C.de adult. l.quoniam Alexandrum.&.d.l.fi.si cer.peta. põt enim fieri & alio modo, scilicet vt iudex preconẽ seu executorẽ ad iniquirendũ referenti credatur. & ita iudex pronunciat ꝙ bona excussa &c.arg. ad hoc.C.de his qui ad eccle.confu.l.præsente.§. si tibi.&.ff.mãda.l.si mandauero.&.ff. de in inte.restit.l.diuus.&.ff.de reb.eorũ.l.magis puto.§.nõ tamẽ.de accu.l.ea quidẽ.sed arg.cõtra.C.de accu. l.j.lib.xj.¶ Sed consilium est, duo mittantur executores, cum in ore duorũ vel triũ stet omne verbum.in auþ.de testi.in princi.& in authen.de defenso.ciui.§.ex princ.& argu.de bonis vacan.l.fi. ibi in causa ipsius. &c.ff.de ven.inspi.l.j.§. & si quidem.¶ Super septimo & vltimo quęro quid si bona inueniuntur, sunt tamen in controuersia, erit locus hypothecariæ vel secundæ conuentioni. & videtur ꝙ sic.ff.de re iudi.l.à diuo pio.§. si super rebus.&.Cod.quando fiscus vel priua.l.iij.E contra quòd non, nisi conuicto an debitor possideat: & tunc bona capientur.& non sit locus hypothecariæ vel secundæ conuentioni quãdiu conuincẽs ab eo, an possideat aduersarius: & tunc sit locus hypothecæ, vt.d.l.à diuo pio.argumẽ. in authen.de fideiusso.§.sed neque. ¶ Sed quid si venit pro parte soluendo, pro parte non excusione facta? dic nihilominus etiam locum hypothecariç in reliquum debitum.sed argu.ff.de verbo.significa.l.soluendo.¶ Sed an de hac discusione sit facienda fides ante litem contesta.in hypothecaria si exigatur? et videtur quòd sic: quia est dilatoria, de qua ante litem contestatam est cognoscendũ, vt.C.de proba.l.exceptionem.et pro hoc.d.l.fi.§. fi.si certum peta.et quòd not.ff.de excep.l.exceptionem.circa fi.¶ Sed nunquid valeat sententia excusionum non facta? argum.ꝙ sic.Cod.de appella.l.j.¶ Item nunquid in tacita tantum, an in expressa habeat locum excusio? not.in auþ.de fideicommiss. §.quin autem. et melius. d. l. magis. ¶ Sed pone quòd sunt plures emptores rerum obligatarum: an iste qui conuenitur, poterit excipere de alijs conueniendis pro parte virili? et videtur ꝙ sic. d.l.magis contrariũ est, vt ibi not.argu.ad hoc si vnus ex pluribus appellauerit.l.fin. et argnm.de distractio.pig.l.creditor. et quia causa.pig.est indiuidua.ff.de euictio.l.ĩ re hęreditaria et de pig. ¶ Sed pone quòd mulier renunciauit iuri hypothecario in contractu alienationis factæ marito nunquid si agat aduersus alios possessores rerum mariti deducetur quod deducere potuisset ab alijs? videtur etiam quòd sic. An facta excusione et pronunciatione possit excipi à debitore locuplete conueniendo? et videtur ꝙ non quia iam iudicatum est, et res iudicata habetur ꝓ veritate.ff.de sta.homi.l.ingenuum.et ob.excep. si præsens sit aliâs non, quia res inter alios. ff. de re iudica.l.sepe.in princip.nisi vel per gratiã vel per sortem iudicatum fuerit.Co. quando prouo. non est necess.l.venalem. ¶ Sed quid si dicatur post omnes aduocatos post pronunciationem excusionis et facultatis priuilegium creditorum? videtur ꝙ non pro re data in hypothecaria. argu. qui satisda.cogan. l.pe. et conueniri potest, vt in authen.de fideiusso.§.j.et no.Cod.de pig.authẽ. hic si debitor. Laus Deo et gloria. Bartolus à Saxoferrato.

INCIPIT TRACtatus domini Bartoli[b] à Saxoferrato de Quæstionibus.

De quæstionibus plenius tractaturi, vidẽdum est qd sit quæstio, et quæ personæ possunt torqueri.et quæ non. qualiter inquisitio seu quæstio fieri debeat, siue quo moderamine habenda sunt tormenta, et quo ordine sunt homines torquendi, et ex quibus causis, et quæ oporteat præcedere quæstionem, et quis sit questionis effectus. ¶ Denuo formabo quasdam vtiles et frequentes quæstiones super predictis, et vt iudicibus immodicè seuientibus aliqua passim. ¶ Primùm iudices qui ab aliquo quæstiones habere intendunt, ante omnia habeant iuris et humanitatis considerationem, et non facile ad tormenta prosiliant et repente quantumcunque ad suam quæstionem habere prętendant verisimilia et argumenta si aliqua leuiora via poterit obiecti criminis ueritas reperiri, vt.ff.eod.l.dimissi causa. nec quolibet leui crimine nec indifferenter de quibuscunque personis est habenda quęstio, vt dicta lege editum. ¶ Tertiùm verò quòd non quelibet indicia sunt sufficientia ad tormenta habenda: tunc enim torquendus est reus cum suspectus est & indicia precesserint verisimilia, talia quòd sola torquendi necessitas esse videatur, vt.l.j. §.j.

a ¶ Pronunciatio. vide Ang.de are.plenè in.§.item si quis in fraudem.in vj.col.inst.de actionib⁹.& ibi vide plenè de ista materia excusionis. T.

b ¶ Incipit tractatus.d.Bar. Aduertendũ puto ꝙ aliq attribuũt istũ tractatum.d.And.de Pisis.& ita in.xx.vol.cõsi.diuersorũ doctorũ in char. clxxviij.attribuitur incip.de quæstionibus tractatus videndum est: tñ ille tractatus in aliquibus est diuersus ab isto. Aliqui etiam attribuunt Dyn. sed clarũ est, ꝙ Dynus cõposuit tracta. de quęstionibus, prout allegat d.Al.in.l.j.§. si seruus.ff. de qõnibus in addi.Bart.et ibi ẽt alle. Bar. in isto trac. tñ iste tracta. nõ est Dy. qa pluries alle.Dy. ĩ isto tractatu, et maximè circa finẽ. & in lib.Alber.de Gandino maleficiorũ in rub.de qõnibus & tormẽtis. in.v. vol. Aliq ẽt dicũt ꝙ Ang.de Eubaldis cõposuit istum tract.secũdũ Ale. de Imo.in.l. q aliena.§.Celsus.in fin. ff.de acquir.hære. vbi dicit ꝙ iste tracta.nõ est.Bar. sed Ang.licet attribuatur Bar. qa nõ est stylus eius: tamen Ang. cõposuit etiam ipse tracta.de qõnibus.& ipsum alle. Ale.in.d. §.si seruus. & ibi alle. Bar.in isto tracta. & sic est diuersus ab isto. Aliqui etiam dicũt vt dom. Augusti.de Arimino in addi. tracta. maleficiorũ Ang. de Are. in verbo, fama publica.ĩ.vij co.q incipit, tu autẽ. in hac materia ꝙ iste tract. nõ est Bar. sed do. Alberti de Gãdino, vbi dicit ꝙ est de verbo ad verbũ vna syllaba nõ detracta in opere Gãdini.& in rub.de qõnibus & tormẽtis. & male fecit Ange.de Aret. allegare.Bar.ĩ isto tract. sed in rei veritate iste tract. est Bart. vt.j.dicã. Nec ob. ratio do. August. vbi dicit, ꝙ iste tractatus est insertus in ope Gãdini: qa q inseruit, male fecit. ex quo nõ est opus do. Albert. Gãdi. & ꝙ sit verũ, apparet: qa in dicto opere ĩ rub. de qõnibus & tormẽtis.in. viij. col. in ver.quid si iudex.in fi, alle.Cy.in.l.Gracchus.C.de adul. Cõstat autẽ Cy.fuisse per multa tẽpora post.d. Albertũ, et ideo male domi. August. reprehendit Ang.de Are. alij autem dicũt, ꝙ iste tracta.est Guidonis de Suzaria, et est insertus in tracta.de ordine maleficiorũ in. v.parte in rub. de modo in tortura seruãdo. Cui ẽt fecit additiones de anno dñi.Mcccclxxxviij. dominus Lu. Bologninus Bonoñ.tamen in rei veritate non est do. Guidonis per ratiões supra allega. et do.Guido fuit ante. d. Albert.de Gandino per multa tempora. Cõcludo ergo ꝙ iste tractat⁹ est do.Bar. à Saxofe. et ita pro tractatu Bar.allegat dominus Ang.de are.in suo.lib.maleficiorũ, in ver. fama publica.in.vj.colũ.in fi.et domin⁹ Ale.ĩ cõs.j.in.j.vo.incipit, in causa inquisitionis formatę.ĩ j.co. ꝙ est duplicatũ ĩ cõs.xciij. ĩ eo. uo. vbi ẽt dicit ꝙ Bar. cõposuit istũ tractatũ, licet aliqñ dubitauerĩ an fuerit ab eo editus et ẽt ꝓ tract.Bart. allegat idẽ Ale. in d.l.j.§. si seruus. et in.§. diuus seuerus.ff.de qõnibus et in.l.vnius.§.rc⁹, et in.l. qui sine. in j.col.et seq. et ĩ. l. fi.ff.eo. tit. et in.l. milites. C.de qõnibus. in addi. et apostillis Bar. et in cõ.j.in.iij. vol.inc. uiso processu inquisitionis formatę ĩ ij. colũ. et in.iij.colũ.in prin. ubi all. Bart. in isto tract. et dicit ꝙ incipit de quęstionibus plenius tractaturi et ita incipit, et idẽ Alex.in.l.cẽturio. in prima et quarta col.ff. de vulgari et pupillari. vbi alleg. Bart.in isto tractatu. et dicit ꝙ sibi attribuitur. et pro tractatu Bart. alleg. etiã dñs Paris de Puteo ĩ suo tractatu de syndicatu in fo.cxvij.et in fo.cxx.ĩ.iiij. colũ et in fo. cxxiij.ĩ iij.col. et in folio. cxxiiij.in.ij.col. et in fo.cxxvj.et alibi sępe. Ex quib⁹ sequit ꝙ iste tractatus est Bart.ex quo etiam tanti doctores cũ allegãt.

ego in libris antiquissimis manu scriptis. & maximè in primo volumine cõsiliorũ diuerso. docto. ĩ. ij. fol. & in. xx. vol. in fol. cix. suprascriptiõe dicit in ci. tractatus Bar. à Saxoferrato de quæstionib⁹, & ad de ꝙ do. Anto. de Canario doctor singularis, composuit & ipse tract. de quęstionib⁹ & tormẽtis inci. quęstionũ seu tormẽtorũ materiã vtilem &c. Tho.

&. ij. respon. ¶ Quartùm verò quod in quæstione non est aliquis repetendus, nisi duo concurrant, & ꝙ noua superueniant indicia, & quod tortus in fortitudine durat, vt. ff. eodem. l. vnius. §. j. Quintùm verò iudices temperamentum hoc teneant, vt tormenta de aliquo non faciant immensa, nec quantum postulauerit accusatio, sed prout moderatę rationis temperamenta desiderant adeò quod tortus innocentiæ vel supplicio conseruetur, vt. ff. eodem. l. de minore. §. tormentarius aliâs tenetur, vt. ff. de iniurijs. l. apud Labeonem. §. quæstionis. ibi, tormenta enim. Bartolus à Saxoferrato.

¶ Quæstio, est inquisitio ad inueniẽdum veritatem per tormenta & corporis dolorem nuda. igitur interrogatio vel leuis territio nec pertinet ad hoc edictum. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. additur. ff. ad Syllani. l. j. §. quæstionem.

¶ Quę personę possunt torqueri, & quę non, & certè torqueri possunt tam liberi quàm serui, & liberti & statuliberi: vt. ff. eo. l. edictum. & l. ex libero. & l. diuus. & tam masculi quã fœminę, nisi dum sint pręgnãtes: vt. ff. de pœ. l. pręgnantes. & quãquam quidam contrarium dixerunt, dic indubitanter liberos homines tam in seipsos quã in alios posse torqueri, vt. ff. eodẽ. l. ex libero. in princip. & in. l. nimis. §. testator. & C. ad leg. Corne. de fal. l. sicut. & si quis decurio. & ff. de re mil. l. proditores. & in authẽ. vt iudices sine quoquo suffra. in. §. oportet. col. ij. & C. eod. l. milites. vbi indistinctè loquitur, & quo ad crimina, & quo ad personas cuiuscunq; condi. excepto quàm in dignitate positas torquere permittit, vt. C. de infami. l. nulla. vbi de hoc. & C. de assessori. l. nullus. ad fin. ¶ Omnia superiora iura loquuntur de quęstionibus habendis de liberis hominibus. excipiuntur quędam personę, quas ius torqueri nõ permittit. ¶ Quidam propter ętatem, vt minor xiiij. annis. nam torqueri non potest. sed potest ferula cędi, & terreri corrigia ad eruendã veritatem probatur. ff. ad Sylla. l. j. §. impuberes. & l. excipiuntur. & ff. de quęstio. l. de minore. ¶ Itẽ decrepitis subuenitur vt nõ torqueant. ¶ Sed quæ dicitur illa ętas decrepita, cui debeat subueniri? respond. vt. ff. ad Sylla. l. iij. ¶ Item in dignitate positi non torquentur, vt eminentissimi iudices milites, decuriones, filij, & nepotes prædictorũ, vt in eos aliqua pudoris macula non detegatur: vt. C. eodem. l. diuo Marco. & l. decurio. & l. milites. ff. de decurio. l. fina. ¶ Sed in quibusdam criminibus dignitas non prębet excusationem etiam minor ętas, vt non torqueatur, vt in crimine læsę maiesta. & in proditoribus, & in quibusdam alijs. vt. ff. eod. l. de minore. §. primo. & l. ex libero. §. primo. ff. de re mili. l. desertorem. §. is q. & l. proditores. ¶ Item Decuriones in alio casu torquentur, cum ipse decurionatus quæritur de fide instrumentorum. quod autem decurionatus conferatur, vt. l. si quis decurio. C. ad legẽ Corne. de falsis. ¶ Item mulieres quæ sunt prægnantes, torqueri non possunt: vt. l. p̃gnãtes. ff. de pœnis. Barto. ¶ Qualiter autem debeat inquisitio fieri, & cum quo moderamine sint habenda tormenta, dic nõ esse immensè habenda, nec quãta postulauerit accusator, sed cum moderamine rationis. vt. ff. eo. l. de minore. §. tormenta. & l. quęstionis eod. titu. ¶ Et circa hoc non potest certa regula tradi, sed iudex consideret torquendum cuius sit fortitudinis vel ętatis, & secũdum varietatem personarum & qualitatem criminis, seu alterius negotij quãtitatem quãdoq; asperioribus qñq; mitioribus. hęc sunt considerãda. vt arguit per iura. ff. de re mili. l. iij. §. fi. & ff. ad Syllani. l. si quis in graui. & l. subuenitur. & l. j. §. impuberes. sic ergo torqueantur ut innocẽtię supplicio conseruent incolumes. vt. ff. eo. l. quęstionis nomen ¶ Quo ordine sint habenda tormenta, posito ꝙ sint de pluribus? rñdeo, sagax iudex cõsiderabit à quo facilius veritas erui possit, vt ab illo qõnẽ incipiat. Item à timidiori & magis suspecto. Item à minori, & debiliori, non à fortiori vt. ff. eo. l. j. & l. nimis. j. rñ. ¶ Item si torquẽdi sunt pater & filius, à filio incipiendũ est in patris cõspectu: quia per hoc citi⁹ dicet pater quasi ipse magis torqueatur &c. vt. ff. ꝙ met. cã. l. isti quidẽ. §. fi. & insti. de noxa. §. serui veteres. ¶ Itẽ fœmina pri⁹ torqueatur quã masculus: qa homo est maioris cõstantiæ, & ideo tardius cõfitetur & mulier citius: qa momentaneũ & instabile cor habet: vt. l. filia inorbitata. C. de inoffi. testa. extra de ver. signi. c. forus. & ff. de iure fisci. l. defert. in prin. Ex quibus causis torquent homines? rñd. ex ciuili & criminali: tunc quãdo veritas aliter reperiri nõ potest. vt. ff. eo. l. diuus. & l. ex libero. & C. eo. l. quoties. & instituta eo. §. torquetur. non tamen ex omni causa quis torquendus est, nec quælibet persona indifferenter, vt. ff. eodem. l. edictum. Barto.

¶ Quę oportet pręcedere q̃stionẽ? dic indicia sufficiẽtia & verisimilia. nã à tormẽtis incipiendum nõ est, vt. ff. eo. l. j. j. respõ. nã sine indicijs seu præsumptionibus qs torquẽdus nõ est, vt. l. nimis. §. in cã. & §. fi. ff. e. C. de fal. l. si cũ à p̃cu. & ĩ acrioribus est valde cõsiderandũ & põderatè. Nunqd pręcedentia indicia sint verisimilia & sufficientia ad habenda tormẽta cũ à talibus restitutio vel appellatio subsequens prodesse nõ possit. nam plerisq; dum torquẽtur, perire solent, vt. ff. de pœnis l. aut facta. §. j. Et quod ante torturã oportet pręcedere indicia, patet per iura superius alle. & C. eodẽ. l. milites. & l. cognitio naturalis cum simili.

a ¶ Sed quæro quę[a] & qualia? Respõ. certè nõ possunt dici vel ostendi vel de eis certa distinctio vel doctrina dari, sed hoc committitur arbitrio iudicis, vt. ff. de testibus. l. tertia. in principio. ibi, cum magis &c. ¶ Et sic dicimus de accessionibus & mora, & generaliter omne quòd non

b est determinatum[b] à iure, relinquitur arbitrio iudicis, vt est videre de pœnis non determinatis à iure: vt. ff. de poen. l. hodie. & l. sanctio. & ff. de effracto. l. prima. §. quibus nulla. Sic & de tẽpore dicimus, quãdo indeterminatè profertur, vt. ff. de iure delibe. l. prima. Possumus tamen iudicibus doctrinã talem tradere, quòd astutus iudex debet solenniter instare ad indicia iudicanda cõtra delatum ex aliquo crimine. nã indicia sunt alijs probationibus proxima, & quasi demonstrantia veritatẽ & probationem adminicula ad indagandam veritatem: vt. C. de proba. l. instrumẽta domestica. & l. fi. sunt enim indicia pars probationis: vt. C. qui testa. face. pos. l. hac consultissima. §. de ipsa. ibi, indicia &c. Nã indiciũ dicit ab indicando, vnde indicia. i. demonstrantia adminicula ad indagandum veritatẽ, vt. C. ad leg. iul. de adulte. l. si quis adulteri. & ff. de præscrip. ver. l. solẽt quoq; iudices: & instanter indaget omnia quib⁹ & per quę loca conuersatur delat⁹ quem torquere intendit, quoniam mala cõuersatio parit indicium: vt. ff. de administra. tuto. l. si plures. §. assiduè. nam ex mala conuersatione, bonus efficitur vitiosus. vt. ff. de ędil. edic. l. ędiles. §. pedius. ibi, aleator fortè &c. ¶ Ad idem dictum Philosophi qualis quisq; est, talium consortio delectatur.

¶ Item considerentur loca, in quibus cõuersatur quia secundũ locorum varietatem, varia colligitur coniectura: vt. C. si manci. ita fu. alie. l. fina. & ff. de pœn. l. aut facta. §. euenit. ¶ Itẽ instet quęrere si erat inimicus offensi vel aliqua offensio euenerit inter eos: quia tũc erit pręsumptio culpę: qa inimicum de inimico malè cogitare & facere, ius pręsumit, vt notatur. ff. de his quib. vt indig. l. inimicitię. & ff. de adimen. lega. l. iij. §. quorum.

¶ Itẽ studeat inuenire cuius æstimationis, famæ bonę, vel malę, & qualis fuerit fama & opinio ei⁹ in ciuitate. & talem eum præsumimus, vt. ff. eo. l. de minore. §. tormẽta. ibi vel ei⁹ ęstimationis &c. ff. de rei vend. l. si à bonefi. in prin. & in authẽ. de testi. §. serui. col. vij. ¶ Item põt iudex indicia sumere ex cõstantia vel trepidatione vocis, vel mẽbrorum, vel pallore, vt dicto. §. tormenta. licitè enim constantia vel trepiditas cuiusq; ideo admittenda

a ¶ Quęro quę. Vide Alex, ĩ. l. j. §. idẽ Cornelio. ff. de qõni. in addi. Bart. & in. l. vnius. §. reus. ff. e. tit. & ĩ. l. q si ne. in. ij. col. ĩ ver. veniam⁹. e. ti. Th.

b ¶ Determinatũ. vide Ang. de Are. ĩ tract. maleficiorũ in ver. fama publica. in. v. col. Tho.

mittenda sunt vel indaganda, quoniã multũ confert ad indagandum vtilitas vitę, vt dicto. §. tormenta. ¶ Item indaget cuius vitæ præsens fuit. & an talia vel similia de quibus inculpatur ad præsens, facere consueuit. nam de vnoquoq; bonum vel malum præsumendo consideramus primò actitatum, vt ff. de re milita. l. desertorem. §. his qui. ibi, inspecto vitæ eius precedentis actu. & l. non omnes. §. à barbaris. de re militari. & de suspectis tutoribus. l. tutor quoq;. §. quæri potest. Ex gestis enim præteritis vitæ metimur præsentia, vt. C. de prępo. agendis in rebus. l. prima. §. fina. libro. xj. ¶ Item an fuerit ei minatus, quoniam circa initium pro operibus adimpleuerit quod verbis profudit. terrendo enim ex hominum dictis, facta pensentur: vt. C. si quis impera. maledixe. l. prima. & ff. de suppellecti. legata. l. Labeo. ¶ Item considerandum est, an sit talis qui consueuerit & habuerit posse talia attenta re quòd non est indignum, vt. ff. ad legem iulia. maiesta. l. famosi. ibi, an potuerit. & an quid simile fecerat &c. ¶ Item si aufugerit est iudicium contra eum, vel se absentauerit statim post perpetratum maleficium argumen. in authenti. de exhiben. & introducen. reis. §. si verò etiam. & C. de assessori. l. consiliarios. cum simili. ¶ Item testes recipiat super maleficio commissi loci. vbi fuerat commissum, an in via, an de nocte, an de voce publica & de fama, quæ aliâs sic citra probata coadiuuans facit indicium ad torturam, vt. ff. de testibus. l. tertia. aliâs minus. ff. de fluminibus. l. prima. §. fluminum. Ex multis allegationibus, curiosus iudex potest indicia sumere ad informandum conscientiam pro eruenda veritate delicti.

a ¶ Demum restat[a] videre quis sit effectus quæstionis, & si idẽ absq; formidine tormentorum vltrò quis confiteatur crimen. Dixerunt quidam antiqui & quidam Moderni doctores eum non esse statim damnandum, sed debet iudex stare per diem vel ad tempus, secundum qualitatem criminis & personæ conditionem & interim facere repręsentare eum coram se, & interroget an velit stare dicto quod dixit, an contradicere vel reuocare. & hoc ideo dicunt ipsi. Quia confessio in criminali causa, nõ præiudicat, nec statim facit plenam probationem, vt expressè dicit lex. C. de custo. & exhiben. reorum. l. secunda. & ita intelligunt. l. illam quæ non distinguit an formidine tormentorum, an sponte sit facta confessio. & ita intelligatur. ff. eodem. l. prima. §. diuus. ibi, vt statim haberi pro explorato facinore, & §. si quis vltrò. & sic dicebant isti inter quæstionem habitam in ciuilibus & criminalibus. & hoc interest: quia in ciuilibus non est opus perseuerantia, sed statim tamen in criminalibus aliâs siue voluntate siue formidine tormentorum habita fuerit confessio est opus perseuerantia, per prædicta iura, vt iudex magis ponderatè & solertius in criminalibus quàm in ciuilibus procedat. nam vbi maximum vertitur periculum &c. facit. C. de falsis. l. vbi in solertis & acerrima facit melius. C. de pœnis. l. vt mirum. si ita tamen variè cum criminalia iudicialia cum ciuilibus quasi vel habeant similem: vt institu. de publi. iudi. in princip. Tu dic contra (& hæc est communis opin.) quia si quidem quis in se confitetur crimen sponte, statim carcerabitur illico absq; alia perseueratione ex confessione damnandus, vt. C. de pœnis. l. ante alias quæsitum. Et ita intelligo de custo. reo. l. si confessus. Non obstat. §. diuus. & §. si quis vltrò quia intelligitur in confessionibus habitis in tormentis. & ita intelligitur. l. secunda. de custo. & exhib. re. secundum veriorem lectu. vt patet in fine. l. prima. vt sic iudicibus in modico sæuientibus &c. Si in tormentis vel formidine tormentorum tunc non statur nec debet haberi pro explorato facinore: vt dicto. §. diuus. & C. quorũ appel. non reci. l. ij. & est ratio: vt ff. eodem. l. j. §. quęstionum. ibi, quia quęstio res fragilis & perniciosa, & vt plerunq; fallax &c. & tunc habet locum. l. ij. de custo. & exhi. reo. vt iudex faciat criminosum ad se redire, & quęrat utrum velit in sua confessione perseuerare, an retractare, & si perseuerauerit: tunc confessio valet: aliâs non, vt d. §. si quis vltrò. & dicta. l. ij. C. quorum appella. non recip.

b ¶ Sed quid[b] de questione quotidie occurrenti aliquis subijcit quæstioni, confitetur contra alterum nunquid stabitur dicto suo? Et distingue, aut torquetur simpliciter in alios nõ in socios, & nõ in se: & tunc statur dicto suo cum alijs indicijs vt iudex ex dicto torti & alijs indicijs ad condẽnationẽ procedere posit, vt. C. de assess. l. nullus. ad fi. ff. de questio. l. editum. & l. j. §. quęstionem. ibi, effectissimas causas ad requirendam veritatem: Et idem Tulius in Topicis, nam & verberibus torti & igne fatigati, quæ dicunt veritas ipsa vt videtur dicere, saluo si dixerit de inimico: qa tũc nõ est facile creditu, sed vt fides omnino detrahenda, sed causa cognita erit fides adhibenda vel non, vt. ff. eo. l. j. §. j. & argumen. ff. de testi. l. iij. in princip. aut torquetur in se & in alios, & si nihil de se confitetur habent locum. s. proxi. dicta, si confitetur de se & alijs tunc secundum Azo. cuius opi. praualet est inuenire regulam & instantiam à regula regulariter super primo crimine confessus super constantia non expectetur aliena, & sic vera est quòd tortus de se confessus non debet interrogari de alijs maximè de socijs, vt. l. qui de se. ff. eo. Cod. eo. l. sicut. in princ. Cod. de accu. l. fi. Et si de facto interrogatus vel sine interrogatione dicat de facto aliorum, non statur dicto. quod fallit in casibus in quibus de se confessus torquet, & de alijs interrogatur, si tamen contra illos, alia præcedant indicia. Primus in quibusdam latronibus, & maximè in his qui, vt de se cõfessi torquendi sunt, & interrogandi de consocijs & mandatoribus & receptatoribus, vt. C. de cu. & exhib. reo. l. diuus adrianus. & Cod. de pœ. l. pe. Secũdus casus. C. de fal. mo. l. j. Tertius est. ff. de exhi. reo. l. fin. Quartus de male. & mate. l. fina. Quintus de nece domini, in se commisso confesso. & torqueatur, & interrogetur quo mandante &c. ff. ad sylla. l. ij. et. l. si percussor. & est speciale, vt sentit ibi apparatus, vt. ff. de quęstio. l. is qui se. ff. ad legem aquil. l. tamen neratius. §. sed si seruus. Et bene dixi, si aliqua præcedunt indicia: quia aliter non debet interrogari de alijs, vt. Cod. de quæstio. l. j.) respond. non erit plena probatio contra illos, quos inculpauerit, licet aliqua præsumptio, vt in apparatu in. d. l. fi. C. de accu. Sed nunquid per istam talem præsumptionem poterunt isti inculpati à torto poni ad tormenta? respon. in dictis quinque casibus exceptis, argum. præallegatę. l. nullus. & argum. ff. eo. l. editum. et. l. j. ff. si quis. argu. quod idem in alijs. ff. eod. l. qõ. §. diuus. & in alijs verò non, vt. C. de accusa. l. fin. & ff. eo. l. is qui. Sed quid si persona inculpata à torto sit homo malę cõditionis & famę, nunquid in alijs casibus ex suprascriptis actitatis poterunt subijci quæstioni? dic quòd non de iure, eo qa non pręcesserunt indicia sufficientia, vt inculpatio eius facta à torto inducit indicium: tamen interrogari non debuerit, vt C. de accu. l. fina. & ff. de qõ. l. is qui. sed quia inde sequitur tã quam factum lege prohibente non valet, vt. l. non dubiũ. C. de legi. tamen consuetudine videtur torqueri, pro qua facit ff. eodem. l. j. §. diuus. Bartolus.

¶ Sed quid de quæstione quotidie occurrenti accusatur quis de furto indicijs præcedentibus ad illum furtum torquetur & confitetur illud furtum, nunquid debeat procedi ad repetitionem torturæ, vt indagetur & confiteatur de alijs furtis à se commisis, de quibus nulla habentur indicia? dic ꝙ non iuris subtilitate, argumen. eorum quæ dicentur infra proxima parte. Et quia quantum ad ista furta, pro quibus in specie vel in genere nunc quæritur de nouo nulla procedunt indicia, & sine indicijs, nemo torquẽdꝰ est, vt. C. de fal. l. sicut. ff. de quæstio. l. j. in princip. & l. maritus. sed de generali consuetudine Italiæ quotidie seruamus contrarium & specialiter in furtis: quia magis frequentatur: quæ consuetudo potest adiuuari. ff. de re mi. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de off. præsi. l. congruit Bar. ¶ Sed quid de quæstione quæ quotidie locũ habet de aliquo semel habita quæstione sine aliquo nouo accidenti, nunquid potest? videtur ꝙ sic. ff. eo. l. repeti. & l. nunc. §. j. quæ in distinctè dicunt repeti posse. vbi lex non distinguit: nec nos ff. de publica. l. de precio. et. ff. de bo. poss. contra. l. j. §. generaliter. Tu dic, ꝙ non sine nouis indicijs: vt si tortus dixerat nullum illa nocte iacuisse vbi maleficium fuerat commissum: postea inuentum est per testes, quòd alius ibi iacuit: certè hoc casu repetitur quæstio per dictum indicium. simile Odo. & hæc est communis opi. non tamen allegatur aliqua lex. tu allega. ff. de verbo. sign. l. boues. §. hoc sermone. & ff. pro socio l. socius pro filia. §. si porrò. Assessores tamen honoris auidi, hoc non seruant, imò quotidie repetunt quæstionem absque nouis indicijs quousque de obiectis criminibus audiat veritatem: quorum opin. potest argum. defensari. per legem vt in authentica vt iudi. sine quoquo suffra. l. oportet. ibi, iudices torquebunt fures, & non prius quiescant &c. consideret autem bonus iudex in quæstione repetenda quomodo tortus etiam animi & corporis fortitudinem perdurauerit, vt. ff. eo. l. nimis. §. reus. Quid si aliquis dum esset in tormentis diceret, teneatis me in tormentis quantum vultis: quia si starem vsque ad decem annos, nihil dicerẽ: quia in nihilo sum polutus de obiecto crimine: & sic omnia diffiteť: nunquid statim de tormentis est relaxandus & dimittendus ire vias suas? certè non, sed procedatur in torturam cũ tempore & asperitate secundum conditionem criminis, et secundum conditionem criminosi, & criminis qualitatẽ. & si confitetur bene quidem.

a ¶ Demũ restat. Vide Alex. ĩ. l. fi. ĩ fi. ff. de qõ. in addi. Bart. & ibi ponas hic. Tho. Diplo.

b ¶ Sed quid. Vide Ale. in. l. j. §. si seruus. in addi. ff. de quæstioni. Tho.

si autem non:iudex debet eum retinere in carceribus.& si no
ua aduenerint indicia, poterit quæstionem repetere.si autem
noua indicia non aderunt:tunc statuet accusatori competen
tem dilationem ad probandũ,& si poterit conuinci, cõdem
nabitur:aliâs non,vt.ff.eo.l.ij.§.pręterea.& eo.ti.l.vnius. Bar.
a ¶ Sed quid[a] de quæstione de facto quotidie occurrenti crimi
nis indicia præcedunt, per quæ iudex informatus est velle
procedere ad torturam, dicit reus iudici, Domine iudex detis
mihi defensionem antequam ponatis ad torturã: qa sum pa-
ratus incontinenti arguere contra indicia, contra me recepta.
nũquid audiẽdus est,& sibi defensio dãda antequam reus tor
queatᷣ?videtur ꝙ nõ per.l.iij.C.vbi se.vel cla.ibi,nec probatio
nes in iniurias patietur. & cùm in illis personis in dignitate
positis sit speciale:ergo videtur in cæteris in contrarium ius
commune. argu.ff. ad muni.l.j.nam primò actor probat, &
fundata intentione, reus opponit exceptiones & defensio-
nes suas; vt.C.de excep.l.si quidẽ.&.C.de probati.l.exceptio
nem.si primò debet fundari totaliter intentio actoris per te-
stes vel confessionem rei, anteꝗ̃ audiatur in sua defensione
vel exceptione reus. tu dic ꝙ contrariũ est verum, scilicet ꝙ
primò sit danda defensio anteꝗ̃ torqueatur, maximè quan-
do est crimen tale.quo probato,non debet ad torturam pro
cedi, & hoc illa ratione:quia à citatione vel interlocutione fa
cta à iudice ꝙ qs torqueatᷣ appellatᷣ,vt.ff.de appel. reci.l.ij. q̃
inci.ante sententiam.& est ratio consideranda.quare à tali in-
